Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIX
B
43
NAPOLI

IX B 43.

XXXIX B-Sh WB

PUBLII TERENTII

COMŒDIÆ SEX,

Quibus accedunt notæ marginales

JOH. MIN-ELLII

ROTERODAMI

Apud VIDUAM ARNOLDI LEERS,

Anno 1680

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE III

B. R.
NEAPOLIS

Doctrinâ, virtute, pietate, ornatissimis Viris

D. NICOLAO GREBBER.
D. JOHANNI URSINO.
D. JESAIÆ CLEMENT.
D. JOHANNI TEXELIO.
D. BERNARDO HOOMOET.

Ecclesiæ Roterodamensis Pastoribus Fidelissimis.

Ornatissimi viri,

EXistimat Socrates, animos nostros ex diversis constare animantibus, nimirum qui ex se diversos pro diversis animantium naturis pariant affectus. Non his omnibus uno Collyrio medebimur: diversa pro diversis affectibus adhibenda sunt catapotia. Et quis est adeò sinistrâ natus Minervâ, ut putet, scriptores omnes iisdem rationibus adductos scripsisse? Quemadmodum non

unum idemque est, quod scribitur: ita nec unus idemque scribendi finis statuendus est. Jam & ipsis Poëtis non eadem est in omnibus canendi ratio, quanquam omnes hùc ferè enituntur, ut jucunda simul & vitæ dicant idonea. Præclarè id, Viri Doctissimi, præter alios faciunt Comici, quorum institutum Reipublicæ & utile & maximè necessarium est, ut hinc plura commoda in eam promanare, quàm ex centum Philosophorum scholis arbitremur. Hi enim honestatis exempla aperiunt, vitia insectantur, quid rectum, vitæque integritati consentaneum sit, demonstrant, nec quicquam prætermittunt, cujus usus ad virtutem aliquis sit. Nec omninò existimandum est, Comicos, conductis ad hoc histrionibus, voluisse tantum cives actionibus ludicris oblectare: sed quid in vitâ fugiendum sequendum-ve sit, iis abundè suppeditare, ut non abs re tantum de his dictum videri queat,

Et prodesse volunt, & delectare Poëtæ.

Idem præstare voluit noster Poëta Terentius: cujus in tantâ dignitate semper sunt habita scripta, ut huic auctori inter Comi-

cos

cos omnes eruditi palmam tribuerint. Sunt enim pleraque hujus Poëtæ dicta quasi quædam oracula, & ineſt in ipſo ſermone tanta ſimplicitas, proprietas & diligens obſervatio decori, ut nullum videatur exſtare ſcriptum, ſaltem in hoc ſcribendi genere abſolutius & ſuavius: unde non immeritò Ciceroni *ſpeculum vitæ* dicitur; in quo ſpectare eſt vitam hominum omnium, privatam, publicam; ex quo cuivis licet (ut ipſius Terentii verbis utar) *ſumere exemplum ſibi: hoc fugito: hoc laudi eſt: hoc vitio datur.* Adeò ut veriſſimè, quiſquis eſt, ſcripſerit:

Unâ vis operâ polire linguam,
Pulchris moribus erudire pectus?
Vis, tanquam ſpeculo, videre vitam
Humanam? legito Terentianas,
Atque ediſcito fabulas ad unguem.

Sententiæ ſententias premunt, atque adeò numeroſæ, ut verbis, an rebus, adhærendum ſit, anxiè unuſquiſque dubitet. Quare meritò *diſertiſſimus Romuli nepotum*, ob elegantiam ſermonis, Terentium ſe ſequi, gloriæ ſibi ducat, & Terentianis verbis libenter ſe uti, palam in Lælio profiteatur.

Itaque quicquid ex præstantissimorum virorum scriniis, vel nostro quoque ingenio ad illustrandum hunc tam insignem, non in moribus tantum, sed in stylo insuper ac linguâ formandis, artificem, P. Terentium, conferre potuimus, maximo studio atque industriâ congessimus: ac sedulò operam dedimus, ut nihil, in quo vel minima obscuritatis esset suspicio, prætermitteremus. Cæterum de elegantiis hisce Latinæ illius Sirenis, quam victa Romanis dedit Africa, inscribendis, non multo mihi circuitu ac cogitatione fuit opus. In ipso limine auspicatò, Ornatissimi viri, occurritis: quibus opus hoc literarum libens dedico atque consecro, ingentis erga Vos affectus testimonium. Quare commissum hoc opus ante menses aliquot prælo, Viri Magnifici, ceu tesseram devoti animi accipite, summoperè à vobis contendens, ut id ipsum benignè & serenâ fronte suscipere, ac contra famæ vespillones patrocinio auctoritateque vestrâ defendere velitis. Deum Optimum Maximum supplex veneror, ut Vos, Viros eruditione pietateque insignes, commodo Ecclesiæ, uti vestra virtus

virtus meretur, quàm diutissimè superstites, felices, piosque sospitet atque conservet. Valete hisce, meque vobis paratissimum benevolentiâ Vestrâ fovere constanter perseverate. Dabam Roterodami Anno M. DC. LXIX.

Vobis virtutique vestræ
Addictissimus

JOANNES MIN-EL.

P. TERENTII VITA,

EX

ÆLIO DONATO.

P. Terentius *Afer, Carthagine natus, servivit Romæ Terentio Lucano Senatori, à quo ob ingenium & formam, non institutus modo liberaliter, sed & mature manumissus. Quidam captum esse existimant, quod fieri nullo modo potuisse, Fenestella docet: cum in fine secundi belli Punici, & ante initium tertii natus sit & mortuus: nec si à Numidis aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum pervenire potuisset: nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi post deletam Carthaginem cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano, & cum Lælio: quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur, quod ipsum Fenestella arguit: contendens utroque majorem natu fuisse; quamvis Cornelius Nepos æquales omnes fuisse tradat, & Porcius suspicionem de consuetudine per hæc faciat.*

Dum lasciviam nobilium & fucosas laudes petit,
Dum Africani voci divinæ inhiat avidis auribus,
Dum ad Furium se cænitare, & Lælium pulchrum putat,
Dum se amari ab hisce credit, crebro in Albanum rapi
Ob florem ætatis suæ; ad summam inopiam redactus est.
Itaque è conspectu omnium abiit, in Græciam, terram ultimam,

Mor-

Mortuus est Stymphalo Arcadiæ oppido, nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus,

Scripsit Comœdias sex: ex quibus primam Andriam cum Ædilibus daret, jussus ante Cæcilio recitare, ad cœnantem cum venisset, dictus est initium quidem fabulæ, quod erat contentiore vestitu subsellio, juxta lectulum residens, legisse: post paucos vero versus invitatus ut accumberet, cœnasse una: deinde cætera percurrisse; non sine magna Cæcilii admiratione. Et hanc autem & quinq; reliquas æqualiter populo probavit. Quamvis Volcatius de enumeratione omnium ita scribit:

Sumetur Hecyra sexta ex iis fabula.

Eunuchus quidem bis acta est, meruitque pretium quantum nulla antea cujusquam Comœdia, id est, octo millia nummum. Propterea summa quoque titulo adscribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri. Non obscura fama est, adjutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione, quibuscum familiariter vixit. Eandem ipse auxit. Nunquam enim, nisi leviter, se tutari conatur, ut in prologo Adelphorum:

Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles
Hunc adjutare, assidueque una scribere:
Quod illi maledictum vehemens existimant,

Eam laudem hic ducit maximam; cum illis placet,
Qui vobis universis & populo placent.
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore usus est sinè superbiâ.

Videtur autem se levius defendisse, quia sciebat, Lælio & Scipioni non ingratam esse hanc opinionem: quæ tamen magis & usq; ad posteriora tempora valuit. Q. Memmius in oratione pro se ait: P. Africanus, qui à Terentio personam mutuatus, quæ domi luserat ipse, nomine illius in scenam detulit. Nepos auctore certo comperisse se ait. C. Lælium quondam in Puteolano Kalendis Martiis admonitum ab uxore, temperius ut discumberet, petiisse ab eâ ne interpellaretur: serius tandem ingressum triclinium, dixisse, non sæpe, in scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronunciasse versus qui sunt in Heauton.

Satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt.

Santra Terentium existimat, si modi in scribendo adjutoribus indiguerit, non tam Scipione & Lælio uti potuisse, qui tunc adolescentuli fuere, quam Sulpicio Gallo, homine docto, & qui consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, & M. Popillio, consulari utroque ac Poëta: ideo ipsum non juvenes designasse, qui se adjuvisse dicerentur: sed viros, quorum operam & in bello, & in otio, & in negotio populus sit expertus. Post editas Comœdias nondum quintum atq; trigesimum egressus annum, causa evitandæ opinionis, quia videbatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Græcorum instituta moresque, quos perinde exprimere in scri-

ptis;

ptis; egressus urbe est, neque amplius rediit. De morte ejus Volcatius tradit.

Sed ut Afer sex populo edidit Comœdias,
Iter hinc in Asiam fecit; navim cum semel
Conscendit, visus nunquam est: sic vitâ vacat.

Q. Censetius redeuntem è Gracia periisse in mari dicit cum centum & octo fabulis conversis à Menandro. Cateri, mortuum esse in Arcadia Stymphalo sive Leucadia, tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore consulibus, morbo implicitum, acri dolore ac tadio amissarum fabularum, quas in navi pramiserat, ac simul fabularum, quas novas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiam, qua Equiti Romano nupsit. Item hortulos xx. *jugerum, via Appia, ad Martis villam, quo magis miror Porcium scribere:*

..... Nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut esset quo referret obitum domini servulus.

Hunc Afranius quidem omnibus Comicis prefert; scribens in compitalibus:

Terentio non similem dices quempiam.

Volcatius autem non solum Nævio, & Plauto, & Cæcilio, sed Licinio quoque postponit. Cicero in Limone hactenus laudat:

Tu quoque, qui solus lecto sermone Terenti,
Conversum expressumq; Latina voce Menandrum

In

In medio populi sedatis vocibus effers,
Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Item C. Cæsar.

Tu quoque tu in summis ô dimidiate Menander
Poneris; & merito, puri sermonis amator.
Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte jaceres.
Unum hoc maceror & doleo tibi deesse Terenti.

Hæc Suetonius Tranquillus: nam duos Terentios Poëtas fuisse scribit Mettius: quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo: alter Libertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse Terentium, Valgius in Æthaone ait:

Hæ quæ vocantur fabulæ, cujus sunt?
Non has, qui jura populis recensens dabat
Summo honore affectus, fecit fabulas?

Duæ ab Apollodoro translatæ esse dicuntur Comico; Phormio & Hecyra; quatuor reliqua à Menandro: ex quibus magno successu & pretio stetit Eunuchus: Hecyra sæpe exclusa, vix acta est.

HISTO-

HISTORICORUM ET GRAMMATICORUM.

T. Livius lib. 30. ab V. C.

SEcutus Scipionem triumphantem est pileo capiti impositio *P. Terentius* Culleo: omnique deinde vita, ut dignum erat, libertatis auctorem coluit.

Vellejus Paterc. histor. lib. 1.

Nam nisi aspera ac rudia repetas, & inventi laudanda nomine, in Attio circaque eum Rom. tragœdia est: dulcesque Latini leporis facetiæ, per Cæcilium, *Terentiumque* & Afranium, sub pari ætate nituerunt.

Corn. Nepos apud Donatum.

Æquales *Terentii* Scipio & Lælius. Et; Auctore certo comperi, C. Lælium quondam in Puteolano Cal. Martiis, admonitum ab uxore, temporibus ut discumberet, petiisse ab ea, ne interpellaretur; serius tandem egressum triclinio, dixisse non sæpe in scribendo magis successisse sibi, deinde rogatum, ut scripta illa proferret, pronunciasse versus qui sunt in Heautontimorumeno:

Satin' pol proterve me Syri promissa huc induxerunt.

POETARUM.

Afranius in Compitalibus.

Terentio similem non dices quempiam,

Porcius Poëta.

Ipsus sublatis rebus ad summam inopiam redactus est:

Itaque

Itaque è conſpectu omnium abiit in Græciam, terram ultimam.
Mortuus eſt in Stymphalo Arcadiæ oppido. nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius:
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime,
Eorum ille opera nę domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut eſſet, quo referret obitum domini ſervulus.

Cicero in Limone.

Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone Terenti
Converſum expreſſumq; Latina voce Menandrum,
In medio populi ſedatis vocibus effers:
Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

C. Caſar.

Tu quoque, tu in ſummis, ô dimidiate Menander,
Poneris, & merito, puri ſermonis amator.
Lenibus atque utinam ſcriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac deſpectus parte jaceres.
Unum hoc maceror & doleo tibi deeſſe Terenti.

Auſonius in Protreptico ad Auſonium nepotem. De ſtudio puerili.

Tu quoque qui Latium lecto ſermone Terenti
Comis & Aſtricto percurris pulpita ſocco;
Ad nova vix memorem diverbia coge ſenectam.

Et Epiſtola ad Vrſulum.

Protulit in ſcenam quot dramata fabellarum,
Arcadiæ medio qui jacet in gremio.

Ovidius

Ovidius in Ibin.

Comicus ut periit liquidis dum nabat in undis.

Quod Domitius de *Terentio* accepit vel Menandro. Bapt. Egnatius de Eupoli, de quo Suidas & Aristophanes Scholiastes. Turnebus de Menandro lib. IX. Adversar. c. XIX. Volcatius & L. Consentius apud Donatum, redeuntem è Græcia periisse in mari *Terentium* dicunt, cum CVIII. Fabulis conversis è Menandro.

Horatius lib. 2. Epist. 1.

Ambigitur quoties uter utro sit prior; aufert
Pacuvius docti famam senis, Attius alti:
Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi;
Vincere Cæcilius gravitate, *Terentius* arte,
Hos ediscit, & hos arcto stipata theatro
Spectat Roma potens, habet hos numeratq; Poëtas.

Quo loco Acron sic ait.

Vincere Cæcilius gravitate] Cæcilius libros vicit antiquiores, alta verba & sonora in suo carmine ponere solitus. *Terentius arte*, id est, proprietate verborum & artis Grammaticæ. Unde principatum inter omnes Comicos habere dicitur.

Volcatius Sedigitus apud Agell. lib. XV. c. XXIV.

Cæcilio palmam statuo de Comico:
Plautus secundus facile exsuperat cæteros:
Dein Nevius, qui servet pretium, tertiu's.
At si quid quæro detur, dabitur id Licinio,
Post insequi Licinium facio Atilium.
In sexto sequitur hos loco Terentius.

TEREN-

TERENTII

EFFIGIES

In Bibliotheca Vaticana.

SEIREN LATEINA, QUAM
DEDIT VICTA AFRICA.

ANDRIA
PUBLII TERENTII
Carthaginiensis Afri.

1 ACTA 2 LUDIS MEGALENSIBUS, M. FULVIO ET M. GLABRIONE 3 ÆDILIBUS CURULIBUS. EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO, ET L. ATTILIUS PRÆNESTINUS. 4 MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII FILIUS. 5 TIBIIS PARIBUS, DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRÆCA. EDITA. M. MARCELLO ET C. SULPITIO CONSULIBUS. ANNO AB URBE CONDITA IↃ LXXXVII. ANTE CHRISTUM NATUM CLXII.

1 Recitata, repræsentata. Inscriptio, quæ præfixa est argumentis Comœdiarum Terentii, hoc consilio potissimum facta esse videtur, ut primum de consuetudine moneretur juventus, quæ fuit apud Romanos in exhibendis ludis. Deinde, ut exstaret certum quasi testimonium Comœdiarum. 2 Quatuor autem fuerunt Ludi apud Romanos. 1. Ludi Megalenses, qui fiebant in honorem magnæ matris Deæ Cybeles. 2. Ludi Apollinares, qui in honorem Apollinis, bonarũ artium tutoris, fieri solebant. 3. Plebeii, qui pro salute plebis exhibebantur. 4. qui pro funere viri alicujus patricii instruebantur. In his ludis agebantur Comœdiæ. 3 Dicti sunt Curules à solio eburneo, in quo sedebant, vel à curru, à quo vehi solebant, & hi regiis utebantur insignibus, ornati purpura, curam sacrificiorum & ludorum habentes. 4 Modulationes. 5 Satis est hoc tenere, quod ad discrimen tibiarum pertinet, dextras tibias uno fuisse foramine: sinistra verò duobus; & Tibias pares dictas esse ab æqualibus cavernis. Item modos varios, quibus temperabantur cantica, fuisse factos à perito artifice artis Musices.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

BYRRHIA, *servus*,
CHARINUS, *adolescens*.
CHREMES, *senex*.
CRITO, *hospes*.
DAVUS, *servus*.
DROMO, *lorarius*.
GLYCERIUM, *meretrix*.
LESBIA, *obstetrix*.
MYSIS, *ancilla*.
PAMPHILUS, *adolescens*.
SIMO, *senex*.
SOSIA, *Libertus*.

PERSONÆ MUTÆ.

ARCHILLIS, *ancilla*.
CHRYSIS, *meretrix*.
NICERATUS, *adolescens*.
PHÆDRUS, *adolescens*.
CLINIA, *adolescens*.
PASIBULA, *eadem quæ Glycerium*.

A ERASMI

ERASMI IDIOMATA PERSONARUM PRÆCIPUARUM.

Simo, *pius in filium, sed naturâ vehementior.*

Pamphilus, *pius in patrem, sed fideliter amans, & cordatus ut adolescens.*

Davus, *vafer ac spei pertinacis.*

Charinus, *simplex, ac nullius consilii.*

Byrrhia, *Davo dissimillimus, desperandi author.*

Crito, *pauper, sed ob probitatem impatiens contumeliæ.*

Chremes, *pius in filium, alioqui Simonis dissimillimus, ingenio sedato & placido componens omnia.*

Mysis, *callida & heræ amans.*

RATIO NOMINUM.

Simo, ἀπὸ τῆς σιμῆς, *qui simo naso est, ita dictus à specie; simi enim fere sunt iracundi.*

Chremes, à χρεμπτεσθαι, *quod est emixe exspuere: senes enim tussi expurgant pectus.*

Pamphilus, quasi πᾶσι φίλος, vel πάντας φιλῶν, *id est, omnibus charus, aut omnium amans.*

Charinus, ὑπὸ τῆς χάριτος, *à gratia, quasi dicas, gratiosus.*

Sosia, ἀ σώζεσθαι *servari, quod servatus in bello.*

Davus, *à patria, gentile nomen.*

Mysis, *item nomen gentile.*

Byrrhia, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, *ab igne, quasi rubicundus, mutato π in β.*

Glycerium, ἀπὸ τῆς γλυκύτητος, *à dulcedine, Latine, Suavium.*

Lesbia, *gentile nomen, à Lesbo patria.*

Crito, ἀπὸ τοῦ κρίτου, *quod controversiam dirimat ceu arbiter.*

Dromo, ἀπὸ τοῦ δρόμου, *à cursu forsasse, καὶ ἀντιφρασιν.*

ANDRIÆ

ARGUMENTUM, C. SULPICIO APOLLINARI AUCTORE.

Sororem falsò [1] creditam [2] meretriculæ,
[3] Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphilus:
Gravidâque factâ, [4] dat fidem, uxorem sibi
Fore [5] hanc: nam aliam [6] pater [7] ei [8] desponderat
[9] Gnatam Chremetis: atque [10] ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias; cupiens, suus
[11] Quid haberet animi filius, cognoscere.
Davi [12] suasu non [13] repugnat Pamphilus,
Sed ex Glycerio natum [14] ut vidit puerulum
[15] Chremes, [16] recusat nuptias, [17] generum abdicat:
Mox filiam Glycerium [18] insperatò agnitam
Dat Pamphilo [19] hanc, aliam Charino [20] conjugem.

1 Existimatam ab omnibus.
2 Cujusdam mulieris meretricis, scilicet Chrysidis.
3 Quæ nata erat in Andro insulâ.
4 Promittit Pamphilus.
5 Glycerium.

6 Pamphili scilicet. 7 Pamphilo filio suo. 8 Promiserat se daturum. 9 Philumenam. 10 Postquam Simo deprehendit, cognovit filium suum amare. 11 Quo animo esset Pamphilus. 12 Consilio. 13 Contradicit Pamphilus. 14 Postquam. 15 Pater filiæ, quam desponderat Simo Pamphilo. 16 Negat se facturas nuptias de filia suâ cùm Pamphilo. 17 Recusat Pamphilium pro genero. 18 Ubi præter spem cognovit Glycerium esse filiam suam, scilicet per Critonis verba, qui controversias diremit. 19 Glycerium. 20 Philumenam.

ALIUD,

ALIUD M. ANT MURETI.

CHremes & Phania fratres Athenienſes fuerunt. Eorum Chremes profecturus in Aſiam, Paſibulam filiolam, quam tum unicam habebat, fratris fidei credidit. Profecto eo, contingit, ut in Græciâ magni bellorum motus excitarentur; quos fugiens Phania, cùm, impoſita ſecum in navim puellâ, ad fratrem iter cepiſſet, vi tempeſtatis fractâ navi, apud Andrum inſulam ejectus eſt. Ibi applicat ſe ad Andrium quendam, hominem haud magnâ in re: à quo tamen benignè humaniterque exceptus, non ita multo poſt moritur. Hoſpes Andrius relictæ apud ſe puellæ commutat nomen, & pro Paſibulâ Glycerium nominat; cùmque per aliquot annos eam cum filiâ Chryſide, pari utramque ſtudio educaſſet, decedit ipſe quoque de vitâ. Chryſis, quæ ſe & orbam & inopem videret, abreptâ ſecum Glycerio, Athenas navigat: ubi cùm aliquamdiu vitam lanâ telâque toleraſſet, ad poſtremum, adoleſcentum blanditiis & pollicitationibus victa, quæſtum corpore facere incepit. Ventitabat ad eam inter cæteros Pamphilus, Simonis filius, probus & liberali præditus ingenio adoleſcens: qui non Chryſidis ille quidem, ſed ipſius Glycerii mirifico quodam amore percuſſus, primus ſoluſque cum eâ rem habuit, fidemque jam gravidæ dedit, eam ſibi uxorem fore. Suſceperat & poſteà Chremes aliam filiam, Philumenam nomine, eamque (jam enim nubilis erat) Pamphilo, bonâ adoleſcentis impulſus famâ, collocare cupiebat. Quid multa? ultro ad Simonem venit, cùm eo negotium conficit. Inſcio Pamphilo, de communi ſenum ſententia faciundis nuptiis conſtituitur dies. Adhuc hæc erant: cùm Chryſis moritur. Ibi primum Simo de filii amore cognovit: nam cùm ambo unà in funus prodiiſſent, accidit, ut poſita in ignem Chryſide, Glycerium ſe, præ doloris impatientia, eodem conjectura videretur. Accurrit Pamphilus, eamque mediam amplexus, ita conſolari cœpit, ut plurimas minimeque dubias totius rei ſignificationes daret. Itaque venit ad Simonem poſtridie Chremes, conditionem renunciat: comperiſſe ſe, Pamphilum peregrinam illam habere in uxoris loco; neſcius, ex ſe natam eſſe eam, quam ita contumeliæ cauſa peregrinam nominaret. Gaudere, ea re intellecta, Pamphilus: dolere contra ac ringi Simo. Advenit interea dies, qui nuptiis initio fuerat præſtitutus. Simo, veteratoria quadam calliditate, ſimulandas ſibi, ad pertentandum filii animum, nuptias ſtatuit, hoc cogitans, ſi abnueret filius, veram ſibi objurgandi illius cauſam fore; quæ ad eum diem nulla ſatis juſta fuerat: ſin annueret, facile ſe, quod vellet, à Chremete impetraturum; atque ita vero nuptias, Diis adjuvantibus, factum iri. Præteriens igitur apud forum, ſecuro jam & nihil tale metuenti filio, Pamphile, inquit, abi domum, ac Deos comprecare: uxor tibi ducenda hodie eſt. Hoc dicto, velut improviſo quodam jaculo, ſauciatus adoleſcens, quid ageret, aut quid conſilii caperet, neſciebat: cùm ad eum vafro admodum

modum ac versuto ingenio servus, animadversa senis astutia, accurrit. Erat tum una cum Pamphilo Charinus, qui adolescens miro quodam amore Philumenæ incensus, frustra sæpe tentatis illius nuptiis, ad postremum audito eam eo die nupturam Pamphilo, in summam desperationem adductus, eum orabat, si se salvum vellet, ut vel eam ne duceret, vel saltem nuptiis dies aliquot produceret. Pamphilus eum sua quidem causa bono esse animo, atque omnia ad impediendas nuptias moliri jubebat: se, quantum in se esset, effecturum, ea ut ne daretur sibi. Adveniens, ut dixi, Davus, Charinum, jam spei plenum, abire ad ambiendos senis amicos jubet: deinde seorsum Pamphilo conjecturas suas aperit, persuadetque, ut patri dicat, se paratum esse uxorem ducere, nam eo pacto, inquit, & patri omnem jurgandi occasionem præcideris, & non erit tamen verendum, ne nuptiæ fiant: nunquam enim Chremes tibi, semel repudiato, filiam suam iterum commissurus est. Hæc ita de servi consilio acta, longe aliter cecidere ac putabantur; exorat enim Chremetem Simo. Ita res in verarum nuptiarum discrimen adducitur. Forte eo ipso die Glycerium, exactis temporibus, puerum peperit: eum puerum Davus, cum aliter nuptias disturbare non posset, præ foribus ædium Simonis ab ancilla collocandum curat. In eum cum incidisset Chremes, & è Pamphilo natum esse cognosceret, rursum abducit animum à nuptiis. Turbæ maximæ concitantur: donec advenit Crito Andrius, qui, quod Chrysidi genere proximus fuisset, ad cernendam illius hæreditatem Athenas venerat, ejus interventu Chremes filiam agnoscit. Ita, summa omnium lætitia, Charino Philumena, Glycerium Pamphilo nubit.

TERENTII

ANDRIA.

* PROLOGUS.

* Præfatio, prozmium Prologis Terentianis non est propositum, ut argumentum fabulæ narretur, sed ut partim studia Poëtæ commendentur, partim criminationibus adversariorum, id est, Luscii Lavinii respondeatur.

1 Terentius, qui conscripsit hanc Comœdiam. 2 Quando primùm animum adjecit ad scribendas Comœdias. 3 Comœdias. 4 Adjunxit, accommodavit. Metaph. *Appellere* proprie dicitur de navibus, quæ ex pelago ad littus aut portum perveniunt. Virg. 3. Æn. *Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.* 5 Existimavit id sibi solum curandum esse, se nullum præterea negotium habiturum. 6 Laboris, curæ, molestiæ. Unde *facessere alicui negotium*, est molestiam alicui exhibere. Sic dicitur, *nullo negotio*, id est, facile. Componitur ex *nec* & *otium*, quasi *non otium*, id est, opus, munus. 7 Ut eæ fabulæ, quas conscripsisset & composuisset, jucundè essent auditoribus, & ab iis probarentur. 8 Longè aliter, id est, contrà, quàm ipse putarat, rem se habere, scilicet quòd malevoli Poëtæ maledictis respondendum sibi foret, non quod populo Poëtæ fabulæ displicerent: hæc enim spes eum non fefellit. 9 Nunc tandem experitur, cognoscit. 10 Ratio. 11 In scribendo prologos, dum scribit fabularum ingressus & exordia. 12 Archaice pro *operâ*, id est, laborem & industriam suam Poëta malè collocat, non potest servare usitatum morem. 13 Ut qui. Rationem reddit, quare operâ suâ Poëta abusus sit. 14 Ccmœdiæ. Nam narrare argumentum proprium est Prologi. 15 Recenseat. 16 Invidi. 17 Antiqui Comici, scilicet Luscii Lavinii, qui senex adhuc edebat fabulas, adolescentulo tunc Terentio. 18 Calumniis.

Nunc, [1] *quam rem vit io dent, quæso,* [2] *animum advortite.*
[3] *Menander* [4] *fecit* [5] *Andriam &* [6] *Perinthiam:*
Qui [7] *utramvis rectè nôrit,* [8] *ambas noverit.*
Non [9] *ita sunt* [10] *dissimili argumento, sed tamen*
Dissimili [11] *oratione sunt* [12] *factæ ac* [13] *stylo.*
[14] *Quæ convenêre, in* [15] *Andriam ex* [16] *Perinthiâ*
[17] *Fatetur* [18] *transtulisse, atque* [19] *usum* [20] *pro suis.*
[21] *Isti id vituperant factum, atque in eo* [22] *disputant,*
[23] *Contaminari non decere* [24] *fabulas.*
[25] *Faciunt ne intelligendo ut nihil intelligant:*
Qui cùm [26] *hunc accusant,* [27] *Nævium, Plautum, Ennium*
Accusant, quos [28] *hic noster* [29] *autores habet:*
[30] *Quorum* [31] *æmulari* [32] *exoptat* [33] *negligentiam*
Potius, quàm [34] *istorum* [35] *obscuram diligentiam.*

1 Quid sit illud, quod isti malevoli in Poëtâ nostro reprehendant, vituperent. Cic. Offic. 2 *Nec Marco quidem Sejo vitio datum, quòd in caritate annonæ asse modium dedit populo.* 2 Diligenter attendite. Virg. 8. Æn. *atque hunc advertit mentem.* 3 Poëta Græcus, à quo Terentius transtulit suas Comœdias. Narratio est, qua exponit, quid ex Græcis Poëtis mutuatus sit in hanc suam Comœdiam. 4 Composuit, conscripsit Græcè. 5 Comœdiam Græcam, ab *Andro*, insulâ maris Ægæi. 6 Alteram Comœdiam, à *Perintho*, Metropoli amplissima in ora Propontidis. 7 Alterutram earum Comœdiarum exactè intellexerit. 8 Andriam & Perinthiam. 9 Adeò. 10 Materiâ differenti inter se, id est, non usque adeò ex ambæ Comœdiæ differunt argumento, non habent argumentum multum dissimile. 11 Sermone. 12 Conscriptæ à Menandro. 13 Junctură verborum, scribendi modo. *Stylus* instrumentum est, quo in pugillaribus olim aliquid annotabatur: ideòque *stylus* pro ipsâ scriptione ponitur. 14 Ordo est: *Poëta* fatetur *se* transtulisse ex Perinthiâ in Andriam *ea*, quæ convenêre, id est, apta fuerunt ad suam Comœdiam. 15 Comœdiam suam Latinam. 16 Comœdia Græca Menandri. 17 Terentius. 18 Traduxisse. 19 Iis, quæ transtulerat. 20 Tanquam suo invento, ac si sua fuissent. 21 Adversarii, sectatores Lusci Lavinii non laudant, sed culpant quòd id fecerit Poëta, scilicet transtulerit multa loca ex Græcâ linguâ in Latinum sermonem. 22 Circa id, propter id argumentantur, dissentiunt. 23 Pollui ex multis unam faciendo, id est, ex hac Comœdiâ aliquid sumendo, ex illa aliquid, & ita illis confutis novam Comœdiam componendo. Metaphora. *Contaminare* proprié, est polluere aliquid, aut lutosis manibus attingere. 24 Comœdias aliorum. 25 Certè isti calumniatores committunt nimiùm sapiendo, ut rem, de quâ loquuntur, penitùs ignorent. 26 Terentium. 27 Poëtas antiquos. Ab exemplis factum comprobat. Ita Cicero se defendit l. 1. de fin. 28 Poëta Terentius, cujus acturi sumus Comœdiam. 29 Imitatur tanquam autores earum rerum, quas illi calumniantur, vel quorũ exemplum sequitur in transferendis alienis, vel in usurpando aliena pro suis. Nam *autor* sumitur etiam pro eo, cujus auctoritatem & fidem sequimur: ut, hujus vocabuli *habeo* Ciceronem *auctorem*, id est, in hoc vocabulo imitor Ciceronem. 30 Antiquorum Comcorũ. 31 Imitari. 32 Hic noster Poëta cupit. 33 Non nimiam curiositatem in aliorum argumentis transferendis. 34 Malevolorum. 35 Curiositatem adferentem obscuritatem dictis.

1 *Dehinc*

arg.
tenor

[1] *Debinc ut quiescant* [2] *porrò*, [3] *moneo*, *& desinant* [4] *Maledicere*, [5] *malefacta ne noscant sua.*
[6] *Favete*, [7] *adeste æquo animo*, *&* [8] *rem cognoscite*,
[9] *Vt pernoscatis*, [10] *ecquid spei sit reliquum*,
Posthac quas [11] *faciet* [12] *de integro Comœdias*,
[13] *Spectanda*, *an* [14] *exigenda sint vobis prius.*

1 Cæterùm. Conclusio cum communicatione. 2 Deinceps taceant. 3 Suadeo adversariis. 4 Calumniari Terentium. 5 Suos errores, id est, ne detegantur sua crimina. 6 Vos spectatores. 7 Benignè nos audiatis, dum hanc Comœdiam recensebimus. 8 Totam Comœdiam intelligite. 9 Ut perfectè intelligatis ex hac Comœdiâ. 10 Quæ spes futura sit reliqua aliarum Comœdiarum. 11 Poëta. 12 Denuò, de novo. 13 Potiùs à vobis probandę inter spectandum. 14 Explodendæ, ejiciendę, reprobandæ.

ACTUS I. SCENA I.

SIMO, SOSIA.

SI. [1] *VOs* [2] *isthac* [3] *intrò auferte: abite. Sosia* [4] *Adesdum: paucis te volo.* SO. [6] *dictum puta:*
[7] *Nempe ut curentur rectè* [8] *hęc.* SI. [9] *Imò aliud.* SO. *quid est,*
Quod tibi mea [10] *ars* [11] *efficere* [12] *hoc possit amplius?*
SI. *Nihil istac opus est arte* [13] *ad hanc rem quam paro:*
Sed [14] *iis, quas semper in te intellexi* [15] *sitas,*
[16] *Fide & taciturnitate.* SO. [17] *exspecto,* [18] *quid velis.*

1 Servi. Nam ad servos, qui sunt foris, se loqui fingit Simo, & ex abrupto scenam ingreditur Simo, narratque liberto Sosiæ primùm honestam filii vitam: deinde amatoriam: ad postremum etiam aperit, quo consilio se daturum illi uxorem simulare statuerit. 2 Edulia, quæ emi apud forum, vel potiùs merces, aulæa, alium-ve apparatum ad nuptias filii simulandas. 3 In culinam seu ędes abducite. 4 Ades, imperantis est. *Dum* autem est παρέλκον, vel Pleonasmus. 5 Sc. *verbis alloqui.* 6 Existima te jam dixisse: intelligo enim quid velis. 7 Vis dicere. 8 Quæ præcepisti. 9 Potiùs aliud est quod volo. Corrigentis est. 10 Industria aut virtus, edulitas mea. 11 Præstare. 12 Hac re, ut sc. isthæc auferantur. 13 Ad experimentum filii. 14 Artibus, id est, virtutibus (sc, fide & taciturnitate) opus est. 15 Positas, id est, quibus artibus & virtutibus cognovi semper te esse ornatum. 16 Fidelitate & silentio, aut secretorum conservatione. 17 Desiderio: nam qui exspectat, desiderat. 18 Mihi dicere, aut me facere.

SI. [1] *Ego postquam te emi* [2] *à parvulo*, [3] *ut semper tibi*
Apud me [4] *justa &* [5] *clemens fuerit servitus.*
Scis: feci, [6] *è servo ut esses* [7] *libertus mihi,*
Propterea quòd [8] *serviebas* [9] *liberaliter.*
Quod habui summum pretium, [10] *persolvi tibi,*
SO. [11] *In memoriâ habeo.* SI. [12] *haud muto factum.*
SO. [13] *gaudeo,*
Si tibi [14] *quid feci, aut facio, quod placeat, Simo: &,*
Id gratum fuisse [15] *adversum te, habeo gratiam.*
[16] *Sed mihi hoc molestum est: nam isthæc* [17] *commemoratio*
Quasi [18] *exprobratio est* [19] *immemoris beneficii.*
[20] *Quin tu uno verbo dic, quid est, quod me velit.*
SI. [21] *Ita faciam: hoc primùm* [22] *in hac re prædico tibi,*
Quas credis esse has, [23] *non sunt veræ nuptiæ.*
SO. [24] *Cur simulas igitur?* SI. *rem omnem à principio audies:*
Eo pacto & gnati [25] *vitam, &* [26] *consilium meum*

1 Exordium à commemoratione beneficiorum in Sosiam collatorum. 2 Ab eo tempore quo parvulus adhùc eras. 3 Qualiter. 4 Moderata & æqualis. 5 Lenis, non odiosa. 6 Cùm priùs esses servus. 7 Manumissus, id est, ut fieres liber, servitute te liberans. *Liberti* enim sunt, qui ex justa servitute libertate donantur & manumittuntur. Verùm qui manumittebantur, ad Prætorem ibant raso capite: à quo in templo Feroniæ pileum accipiebant. Undè Proverbium natum: *Ad pileum vocare*, id est, ad libertatem vocare. 8 Mihi. 9 Liberali animo: quia non meæ, sed tuæ utilitati consulebas. 10 Retribui, remuneravi tibi id pretium, quod existimari omnium maximum, scilicet libertatem. 11 Memini accepti beneficii, non sum ingratus. Liberti ingrati olim in servitutē revocabantur. Suet. Claud. Val. Max. l. 7. c. 6. 12 Non pœnitet me id feciſſe, scilicet te à servitute liberasse. 13 Mihi gratissimum est. 14 Aliquid. 15 Apud, erga te. 16 Sed id unum ægrè fero, hæc tua verba me malè habent. 17 Beneficii tui præstiti. 18 Objectio probri. *Odiosum sanè genus hominum* (inquit Cicero) *officia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit.* 19 Cujus accepti ego sim immemor. Al. *immemori*, id est, illa nunc commemorare mihi, ut facis, quid aliud est, quàm exprobrare mihi tua in me beneficia, quasi eorum immemori? 20 Sed tu paucis aperi mihi, quamobrem me hùc solum convocaveris. 21 Uno verbo seu breviter dicam, quid velim. 22 In hoc negotio, quod tibi sum explicaturus. 23 Hæ nuptiæ de filio meo non sunt veræ, id est, revera intentatę, fictæ, quas nuptias credis esse veras. 24 Ergo quid causæ est, quapropter eas nuptias non vis esse veras? *Simulamus* falsa, *dissimulamus* vera. 25 Quæ priùs fuit bona, id est, mores filii mei Pamphili. 26 Id quod facere proposui de conficiendis nuptiis filii.

[1] *Cognoſces, & quid facere in hac re te velim.*
[2] *Nam* [3] *is poſtquam* [4] *exceſſit ex ephebis, Soſia,*
[5] *Liberiùs vivendi* [6] *fuit poteſtas: nam* [7] *anteà*
[8] *Qui ſcire* [9] *poſſes, aut* [10] *ingenium noſcere,*
Dum [11] *ætas,* [12] *metus,* [13] *magiſter prohibebant?*
SO. *ita eſt.*
SI. *Quod* [14] *plerique omnes faciunt* [15] *adoleſcentuli,*
Ut animum ad aliquod [16] *ſtudium adjungant, aut* [17] *equos*
Alere, aut [18] *canes* [19] *ad venandum, aut ad* [20] *philoſophos:*
[21] *Horum* [22] *ille nihil* [23] *egregiè* [24] *præter cætera*
Studebat, & tamen omnia hæc [25] *mediocriter:*
[26] *Gaudebam.* SO. *non injuriâ: nam id arbitror*
[27] *Apprimè* [28] *in vitâ eſſe utile, ut* [29] NE QUID NIMIS.
SI. *Sic* [30] *vita erat: facilè omnes* [31] *perferre ac pati:*
[32] *Cum quibus erat cumque unà, iis ſeſe* [33] *dedere,*

1 Scies, intelliges. 2 Incipit narrare vitam filii ſui, quomodo cum amare deprehenderit. Vide Cic. 2. de Orat. 3 Pamphilus filius meus. 4 Non fuit amplius de numero epheborum, id eſt, depoſuit mores pueriles, cœpit adoleſcere, egreſſus eſt pueritiam.

Ephebi enim dicuntur pueri, quorum lucida facies jam pubeſcens primâ lanugine obducitur, quaſi ἐπὶ ἥβης, quæ prima eſt pars adoleſcentiæ, extrema pueritiæ. 5 Quàm anteà. 6 Filio, id eſt, habuit licentiam ut viveret aliquantò liberiùs. Nam antè ſub pædagogis erat, quorum cuſtodiâ & imperio coërcebatur. 7 Priuſquam exceſſit ex ephebis, dum erat adhùc puer. 8 Quo pacto. 9 Potuiſſes. 10 Naturam & mores filii mei Pamphili. 11 Pueritia. 12 Timor parentum. 13 Pædagogus, cuſtos impediebant liberiùs vivere, vel quo minus ingenium noſceres. Horat. *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.* 14 Permulti & ferè omnes. 15 *Imberbis juvenis tandem cuſtode remoto Gaudet equis, canibuſque, & aprici gramine campi.* Horat. 16 Exercitium vel ingenii vel corporis, mentem applicent, accommodent. 17 Ad equos alendos. 18 Venaticos. 19 Venandi gratiâ. 20 Audiendos. 21 Studiorum. 22 Pamphilus. 23 Valdè, nimis, ſingulariter, Metaph. *Egregium* dicitur, quod ex grege eligitur. 24 Plus cæteris, quæ agere ſolebat, ſtudiosè faciebat. Sic infra: *Quia tum mihi lamentari* præter cæteras *viſa eſt.* 25 Modeſte faciebat, mediocrem quendam affectum erga ea oſtendere videbatur. 26 Lætabar filium meum tam mediocriter omnia agere. 27 Admodum. Adverbium intendendi. 28 Ad rectè vivendum. 29 Scilicet *agas*, id eſt, ut ſerves mediocritatem. Horat. *Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.* 30 Filii mei Pamphili, id eſt, ſic meus Pamphilus vivebat. 31 Perferebat ac patiebatur. 32 Cum quibus verſabatur. 33 Dabat, id eſt, omnium moribus ſe attemperabat.

1 Assentiebatur, obediebat cupiditatibus seu inclinationibus eorum, id est, jocis vel aliis rebus, ad quas ii, cum quibus erat, sese inclinabant.

2 Nemini illorum contradicens.

3 Nunquam se aliis superiorem faciens.

4 Faciens ac vivens eum omnibus.

[1] Eorum obsequi studiis, [2] adversus nemini,
[3] Nunquam præponens se aliis: [4] ita facillimè
[5] Sinè invidiâ [6] invenias laudem, & amicos [7] pares.
SO. *Sapienter vitam [8] instituit: namque [9] hoc tempore*
[10] OBSEQUIUM AMICOS, [11] veritas odium parit.
SI. *[12] Intereà [13] mulier quadam [14] abhinc triennium*
Ex [15] Andro [16] commigravit hùc viciniæ,
[17] Inopiâ & cognatorum [18] negligentiâ
[19] Coacta, [20] egregiâ formâ, atque [21] ætate integrâ.
SO. *[22] Hei vereor, ne [23] quid [24] Andria [25] apportet mali!*
SI. *Primùm [26] hęc [27] pudicè vitam, parcè, ac [28] duriter*
Agebat, [29] lanâ ac telâ victum quæritans:
[30] Sed postquam [31] amans [32] accessit, pretium pollicens,
Vnus, & item alter (ita ut [33] INGENIUM est omnium
Hominum à labore proclive ad lubidinem)
[34] Accepit conditionem, [35] dein [36] quęstum occipit.

5 Ut alii non invideant tibi. 6 Invenire possis. 7 Compares, acquiras. 8 Ordinavit, instituit filius tuus Pamphilus. 9 His corruptis moribus. 10 Gratificatio, beneficium. 11 Veritatem amico si dixeris, catibi acquiret odium. Sic in Adelph. *Ut homo est, ita morem geras.* 12 Dum sic vivebat filius meus. Incipit hîc Simo narrare malam vitam gnati, quam sibi colligit ex malo consortio: & priùs fit digressio ad Chrysidem. 13 Chrysis. 14 Ante tres annos. 15 Insulâ maris Ægæi. 16 Venit Athenas ad vel in hanc viciniam. 17 Paupertate. 18 Contemptu, incuriâ, id est, quòd negligeretur à cognatis. Leges enim Atticę jubebant, ex cognatis proximum & ditissimum inopem cognatam aut ducere, aut ipsi dotem dare. 19 Adacta huc commigrare. 20 Eminenti & præstanti vultu & specie. 21 Florenti ætate, in ipso ætatis flore. *Integra enim ætas* est, quæ in flore consistit, cui neq; addendum jam sit, neq; quidquam adhuc sit adimendum. 22 Interjectio dolentis. Πάθος. 23 Aliquid. 24 Hæc mulier ex andro. 25 Adferat filio tuo, id est, sit alicujus mali causa. 26 Mulier, quæ commigravit in hanc viciniam. 27 Honestè & castè. 28 Laboriosè vivebat. 29 Ex quæstu lanificii, ac texturæ vel telæ vivens. *Tela* est pannus quicunque tam laneus, quàm lineus. 30 Nemo enim repentè fit turpissimus; gradatim verò in vitia labimur. 31 Amator. 32 Ad eam, vel ad ejus domum. 33 Natura propensa, inclinata ad intemperantiam. Homines enim nihil agendo malè agere discunt. Metaphora à lapidibus vel aliis rebus, quæ porrò inclinantur & minantur ruinam 34 Pactioni promissionique amatorum assensit illa mulier. 35 Deinde acceptâ sc. conditione. 36 Cœpit facere lucrum corporis, id est, meretricium.

Qui

Qui tum [1] *illam amabant, fortè, ita* [2] *ut fit,* [3] *filium*
Perduxere illùc [4] *secum,* [5] *ut unà esset, meum.*
Egomet [6] *continuò* [7] *mecum: certè* [8] *captus est.*
[9] *Habet.* [10] *Observabam manè* [11] *illarum servulos*
[12] *Venientes, aut abeuntes:* [13] *rogitabam, heus* [14] *puer,*
Dic [15] *sodes,* [16] *quis heri* [17] *Chrysidem habuit?* [18] *nam Andriæ*
Illi id erat [19] *nomen.* SO. [20] *teneo.* Sr. [21] *Phædrum, aut Cliniam*
[22] *Dicebant, aut Niceratum: nam* [23] *hi tres tum* [24] *simul*
Amabant. [25] *Ehe, quid* [26] *Pamphilus?* [27] *quid?* [28] *Symbolam*
Dedit, cœnavit: [29] *gaudebam. Item alio die*
[30] *Quærebam:* [31] *comperiebam* [32] *nihil ad Pamphilum*
Quidquam [33] *attinere.* [34] *Enim verò* [35] *spectatum satis*
[36] *Putabam, &* [37] *magnum exemplum* [38] *continentiæ.*
Nam qui cum ingeniis [39] *conflictatur ejusmodi,*

1 Mulierem.
2 Ut fieri solet inter hujusmodi juvenes. Nam pares cum paribus facillimè congregantur.
3 Pamphilum.
4 Ad Chrysidem.
5 Ut unà cibum caperet, *vel*, ut se socium præstaret.
6 Statim, ubi hoc persensi, aut audivi.
7 Apud me, sc. *cogitabam.* 8 Filius meus sinè dubio tenetur, irretitus est pravæ amoris cupidine. Metaph. à feris laqueo implicatis. Sic *raptus furore, mente* dicitur, qui hujusmodi rebus irretitus est, nempe qui furit, insanus est. *Captus oculis*, qui munere oculorum privatus est. 9 Vulneratus est, hic hoc ictu vulnus habet. Virg. Æn. 12. *teloque orantem multa trahabi Desuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur:* Hoc habet, *hæc melior magnis Data victima Divis.* Metaph. à gladiatoribus, qui dicunt alterutrum eorum *habere*, qui percussus est. 10 Diligenter advertebam. 11 Juvenum, qui amabant Chrysidem. 12 Dum domum Chrysidis ingrederentur, aut indè abirent. 13 Interrogabam eos. 14 Servule. 15 Si audes. Exhortantis vox est. 16 Juvenum. 17 Chrysidis potitus est? 18 Nam hæc mulier ex Andro sic vocabatur. 19 Chrysidis. 20 Intelligo, Plaut. *Juxta tem mecum* tenes. 21 Habuisse Chrysidem. 22 Respondebant illi servuli. 23 Juvenes. 24 Chrysidem, i. erant rivales. 25 Sc. *interrogabam servulos.* Interjectio admirantis. 26 Sc. *fecit?* 27 Rogas, quid fecerit? Respondent servuli. 28 Aliquid in cœnam contulit, portionem & pecuniam suam in medium conjecit. *Symbola* enim erant pecuniæ, quas erogabant singuli ad cœnam collationem: à συμβάλλω, *confero*: ita ut cœna illa dicatur *collatio*, ad quam comparandam plures aliquid contulerunt. Sic in Eun. *Heri aliquot adolescentuli coiimus in Pyræa, In hunc diem ut de* symbolis *essemus.* 29 Quòd hæc diceremus de filio. 30 Rogabam eosdem servulos, quis Chrysidem habuisset. 31 Ex responso servulorum. 32 Hujus rei. 33 Pertinere. 34 Nam certè. 35 Apud me probatum. 36 Filium meum esse. 37 Existimabam filium meum tantum esse, quem sibi pro exemplo modestiæ imitandum proponerent omnes alii adolescentes. *Exemplum* enim est, quod aliis imitandum proponitur. 38 Probitatis & castitatis. 39 Colluctatur, atteritur, converitur cum juvenibus talis naturæ, sc. lasciviæ, ad lubidinem pronæ.

1 Incitatur ad libidinem.
2 Ejus, qui conflictatur.
3 Juvenem, qui conflictatur.
4 Regimen, moderationem, id est, se ipsum posse regere.
5 Partim.
6 Quòd animus filii non commovebatur.
7 Sed præcipue.

Neque [1] *commovetur* [2] *animus in eâ re, scias*
Tum jam [3] *ipsum habere posse suæ vitæ* [4] *modum.*
[5] *Cùm* [6] *id mihi placebat,* [7] *tùm* [8] *uno ore* [9] *omnes omnia*
Bona [10] *dicere, &* [11] *laudare fortunas meas,* 70
[12] *Qui gnatum haberem* [13] *tali ingenio præditum.*
[14] *Quid verbis opus est?* [15] *hac famâ impulsus* [16] *Chremes*
[17] *Vltrò ad me venit, unicam* [18] *gnatam suam*
[19] *Cum dote summâ* [20] *filio* [21] *uxorem ut daret.*
Placuit: [22] *despondi.* [23] *Hic nuptiis dictus est dies.* 75
SO. *Quid obstat, cur non* [24] *veræ fiant?* SI. *audies.*
[25] *Ferè in diebus paucis, quibus* [26] *hæc acta sunt,*
Chrysis [27] *vicina hęc moritur.* SO. [28] *ô factum benè!*
[29] *Beasti:* [30] *heu! metui* [31] *à Chrysîde.* SI. [32] *ibi* [33] *tum* [34] *filius*
Cum [35] *illis, qui amabant Chrysidem, unà aderat* [36] *frequens;* 80

Amplificatio à gratulatione populari. 8 Uno consensu, unanimiter. 9 Vicini, aut qui me noverant. 10 Dicebant omnia bona de Pamphilo, *vel*, mihi benè precabantur, gratulabantur, felicemque me prædicabant, ob ingenium filii & mores: hæc enim laus Pamphili est v. 71. 11 Laudabant felicitatem meam, id est, felicem me dicebant. 12 Quòd. 13 Tam proba indole, qui jam instituisset vitæ suæ rationem. 14 Quid multa? 15 Hoc rumore de probitate filii mei concitatus, commotus. 16 Senex vicinus. 17 Spontè, non rogatus, nullo instigante. 18 Filiam Philumenam. 19 Decem enim talenta dabat. 20 Pamphilo. 21 In uxorem. 22 Promisi me daturum filium virum suæ gnatæ. Benè *despondi*; nam pater adolescentis, qui filio puellam petit, *despondet* filium suum ducturum uxorem filiam, quam petit; pater autem puellæ, à quo petitur, puella, *spondet* se daturum filiam nuptum adolescenti, à cujus patre petitur: sed confunditur hæc differentia. Cic. Despondit *ei filiam suam, illam quam ex genero susceperat.* 23 Hodiernus dies constitutus est à nobis ad celebrandas nuptias. *Diem dicere* etiam juris est dicendi formula. 24 Hæ nuptiæ, quas simulas. 25 Circa paucos dies, paucis post diebus. 26 Quod Chremes filiam suam gnato meo spondebat. 27 Quæ commigravi hùc vicinię. 28 Sic dicebant, ubi quid prospere evenisset. 29 Feciśti me beatum, liberasti me ab omnibus molestiis, dum mortem Chrysidis audivi à te. 30 Interjectio dolentis. 31 Ne quid mali Pamphilo accideret ex Chrysidis consuetudine. *Metuo illum*, qui mihi aliquid mali facturus est. *Metuo ab illo*, cujus causâ possum aliquid mali pati, etiamsi nihil ipse in me mali consuluit. 32 In ædibus Chrysidis mortuę. 33 Mortua Chryside. 34 Pamphilus. 35 Tribus rivalibus. 36 Frequenter.

1 *Curabat unà* 2 *funus* : 3 *triſtis interim,*
4 *Nonnunquam conlacrymabat. Placuit* 5 *tum id*
mihi.
Sic cogitabam : 6 *hic parvæ conſuetudinis*
7 *Causâ mortem* 8 *hujus tam fert* 9 *familiariter* :
10 *Quid, ſi ipſe* 11 *amâſſet? Quid mihi hic faciet*
12 *patri?*
13 *Hæc ego putabam eſſe omnia* 14 *humani ingenii*
15 *Manſuetique animi officia. Quid multis moror?*
Egomet quoque 16 *ejus causâ in funus prodeo,*
Nihil 17 *ſuſpicans* 18 *etiam* 19 *mali.* SO. 20 *hem, quid*
eſt? SI. *ſcies.*
21 *Effertur:* 22 *imus.* 23 *Interea inter mulieres,*
24 *Quę ibi aderant, fortè* 25 *unam adſpicio adoleſcen-*
tulam,
26 *Formâ.* SO. *bonâ fortaſſe.* SI. *& vultu, Soſia,*
Adeò 27 *modeſto, adeò* 28 *venuſto,* 29 *ut nihil ſuprà.*
Quia 30 *tum mihi* 31 *lamentari præter cæteras*
32 *Viſa eſt, & quia erat formâ præter cæteras*

1 Occupatus erat cum aliis amatoribus in apparandâ funebri pompâ.
2 Pompam exequiarum, à *funalibus* ſen facibus cereis dictam: etenim noctu efferebantur mortuorum cadavera propter ſacrorum celebrationem diurnam.
3 In curando funere. 4 Flebat aliquando cum aliis, quos lachrymantes videret. 5 Quod lachrymabat. 6 Filius meus. Citantur hi verſus à Ciceronis Antonio l. 2. de Orat. ubi oſtendit, quomodo a Minore ad Majus comparatio petatur. 7 Propter parvam converſationem & notitiam, ſcilicet unum aut alterum convivium. 8 Chryſidis. 9 Ita fert, perinde ac ſi familiaris fuiſſet, ut ſolemus ferre mortem familiarium. 10 Feciſſet. Argumentum à Minori ad Majus. 11 Chryſidem, quemadmodum reliqui tres. 12 Qui ſum ejus pater, ſi morerer. Hoc hemiſtichium Cicero Ep. 7. lib. 9. ἀποφθεγματικῶς ad ſpem accommodat, quam de invaleſcente unius è dominantibus potentia conceperat. 13 Quæ faciebat filius Pamphilus. 14 Bonæ naturæ ſive indolis circa Chryſidem: quia humanum eſt contriſtari morte alterius. 15 Benigni ac mitis animi indicia, quod ſcilicet ex naturali miſericordia & ſimplicitate fieret. 16 Propter humanitatem & manſuetudinem filii mei Pamphili ad exequias Chryſidis vado. 17 Cogitans. 18 Adhùc. 19 Vitii aut criminis, quod ſubeſſet in illa ſpecie humanitatis. 20 Interjectio eſt contriſtati animi. 21 Cadaver mortuæ Chryſidis ad ſepulchrum ſeu rogum exportatur, ἐκφέρεται: nam *efferri* propriè dicuntur cadavera mortuorum. 22 Sequimur cadaver. Continuatur hęc pars narrationis v. 100. *Funus interim procedit*, &c. inſerta interim opportunè deſcriptione Glycerii, non à pulchritudine tantum formæ, ſed a modeſtiâ etiam morum: quod futuro ſocero maximè ſpectandum fuit. 23 Dum cadaver efferebatur. 24 Quæ una cadaver comitabantur, ut moris erat. 25 Quandam. 26 Quæ erat forma. 27 Morato. 28 Formoſo. 29 Scilicet excogitari aut dici poſſit, vel nihil prætereà ſit requirendum. 30 Cùm efferretur funus. 31 Lachrymari plus quàm cęteræ mulieres, quæ erant unà in funere. 32 Adoleſcentula.

1 *Honeſta,*

1 Pulchrâ.
2 Nobili, non meretricii, quæ indicat animum liberalem.
3 Ancillas & comites illius adolescentulæ Glycerii.
4 Ea adolescentula.
5 Commovit ea res mihi mentem.
6 Stetum, hoc audito.
7 Admirantis Interjectio, subitum motum designans.

1 *Honesta, & quia erat formâ præter cæteras* 95
2 *Honestâ, & 3 liberali; accedo ad 4 pedissequas;*
5 *Quæ sit, rogo: sororem esse ajunt Chrysidis.*
6 *Percussit 7 illicò animum: at at 8 hoc illud est,*
9 *Hinc illæ lacrymæ, hæc illa est 10 misericordia.*
SO. 11 *Quàm timeo, quorsum 12 evadas.* SI. 13 *Funus interim* 100
Procedit: sequimur: ad 14 sepulcrum venimus:
15 *In ignem posita est:* 16 *fletur.* 17 *Interea hæc* 18 *soror,*
19 *Quam dixi, ad flammam accessit 20 imprudentiùs,*
Satis cum 21 periculo: ibi tum 22 exanimatus Pamphilus
23 *Benè dissimulatum 24 amorem & celatum 25 indicat:*
26 *Accurrit:* 27 *mediam mulierem complectitur.* 106
Mea Glycerium, 28 *inquit,* 29 *quid agis? cur te is perditum?*
Tum 30 *illa, ut consuetum facilè amorem* 31 *cerneres,*
32 *Rejicit se in* 33 *eum flens* 34 *quàm familiariter.*

Hîc enim Simo, amantis Pamphili pater, auditis præter exspectationem Chrysidis & sororis ejus nominibus, quasi improviso telo ictus, admirabundus hæc loquitur. Sic in Hecyrâ 3. 4. Pamphilus ad occursum insperatum Lachetis patris & soceri Phidippi in hæc verba erumpit: *At, at! eccum Phidippum & patrem video: horsum perguat, quid dicam hisce, incertus sum.* 8 Propter quod curabat unà funus Chrysidis. 9 Ex hac causâ, scilicet propter puellam Glycerium, illæ filii lachrymæ procedunt, fluunt. 10 Commiseratio, quam habet filius meus de Chrysidc, propter amatam sororem. 11 Quantum. 12 Pervenias, exeas, id est, quis sit finis tuæ narrationis. 13 Mortuæ corpus vel pompa funebris. 14 Sic dictum, quòd *sinè re pulchrâ fit.* 15 Cadaver Chrysidis positum est ut comburere ur. Olim enim cremabantur cadavera, deinde cineres in urnâ condebantur. 16 Ab omnibus. 17 Dum in ignem ponebatur. 18 Chrysidis, scilicet Glycerium. 19 Esse sororem Chrysidis, aut de quâ locutus sum. 20 Nimis inconsideratè. 21 Vitæ: nempe quæ se velle videretur in ignem cum cadavere sororis vivam conjicere. 22 Perturbatus, quasi vitâ destitutus: *exanimis* autem vel *exanimus* dicitur mortuus. Nunc redit ad Pamphili amorem, qui signis colligitur. 23 Multùm, diu tectum & occultatum. 24 Erga sororem Chrysidis. 25 Indiciis, quæ deinde sequuntur, patefacit & ostendit. 26 Ex eo loco ubi erat. 27 Et amplectitur sororem Chrysidis (quæ se imprudentiùs in ignem conjicere velle videbatur) per medium corpus. 28 Pamphilus. 29 Quid vis facere? 30 Glycerium. 31 Posses cernere. 32 Retrusit se in ejus amplexum, qui complectebatur eam mediam. 33 Pamphilum. 34 Velut familiaris in familiarem.

SO.

SO. [1] *Quid ais?* SI. *redeo* [2] *indè iratus, atque* [3] *ægrè ferens.*
Nec satis ad [4] *objurgandum* [5] *causæ:* [6] *diceret,*
Quid feci? quid commerui aut peccavi, pater?
Quæ sese voluit in ignem injicere, [7] *prohibui,*
Servavi: honesta [8] *oratio est.* SO. *rectè* [9] *putas:*
Nam si illum objurges, vitæ qui auxilium [10] *tulit,*
Quid [11] *facias illi, qui* [12] *dederit damnum, aut malum?*
SI. *Venit* [13] *Chremes* [14] *postridiè ad me, clamitans,*
Indignum facinus [15] *comperisse,* [16] *Pamphilum*
[17] *Pro uxore habere hanc* [18] *peregrinam. Ego illud* [19] *sedulò*
Negare factum: [20] *ille instat factum:* [21] *Denique*
[22] *Ita tum discedo ab illo, ut qui se* [23] *filiam*
[24] *Neget* [25] *daturum.* SO. *Non* [26] *tu ibi* [27] *gnatum?*
SI. *ne hæc quidem*
Satis [28] *vehemens causa ad* [29] *objurgandum.* SO.
[30] *qui? cedo.*
SI. [31] *Tute ipse his rebus finem præscripsti, pater:*
[32] *Propè adest, cùm alieno more vivendū est mihi:*
[33] *Sine, nunc meo me vivere interea modo.*

1 Admirantis est.
2 A funere.
3 Id quod viderant de filio meo, sive culpam filii mei.
4 Reprehendendum filium.
5 Erat mihi, habebam.
6 Potuissem dicere, & se purgare his verbis sequentibus.
7 Impedivi, retinui eum, quæ sciebat perditum ire.
8 Excusatio.

9 Colligis. 10 Attulit. 11 Faceres. 12 Intulerit, id est, qui causa fuerit alterius damni aut mali? 13 Pater illius puellæ, quam desponderam filio meo. 14 Die sequenti, quo Chrysidis exequiæ factæ sunt. 15 Se ab iis cognovisse & intellexisse. 16 Filium meum. 17 Tanquam uxorem, non tanquam amicam. 18 Extraneam, alienigenam, scilicet Glycerium falsò existimatam sororem Chrysidis. Malè audiebant peregrinæ, tanquam meretrices. 19 Diligenter, simpliciter negabant, vel cœpi negare hoc factum fuisse quod affirmabant. 20 Chremes urget, constanter affirmat, perstitit dicere factum ac verum esse quod affirmaverat. 21 Post longam altercationem. 22 Eo animo. 23 Philumenam. 24 Cum eam ultrò spopondisset. 25 Meo Pamphilo. 26 Tunc, audità Chremetis affirmatione. 27 Scilicet *objurgasti?* 28 Valida ratio fuit. 29 Filium meum. 30 Quomodo non fuit satis causæ? dic. 31 Ille mihi hoc potuisset dicere, tu ipse amoribus seu vitæ liberiori terminum præscripsisti, statuisti. Excusatio adolescentis per Mimesin. 32 Tempus imminet, quo uxoris arbitrio vita est mihi transigenda. 33 Permitte, ut nunc, dum nuptiæ parantur, vivam meâ voluntate, meo arbitrio.

SO. [1] *Quis* [2] *igitur relictus est objurgandi locus?*
SI. *Si propter* [3] *amorem* [4] *uxorem* [5] *nolit ducere,*
Ea primùm ab illo [6] *animadvertenda* [7] *injuria est.*
Et nunc [8] *id operam do, ut per* [9] *falsas nuptias*
Vera objurgandi [10] *causa sit,* [11] *si deneget.*
[12] *Simul sceleratus* [13] *Davus si quid* [14] *consilii*
Habet, ut [15] *consumat nunc,* [16] *cùm nihil obsint doli.*
[17] *Quem ego credo* [18] *manibus pedibusque* [19] *obnixè omnia*
Facturum: magis [20] *id adeò, mihi ut* [21] *incommodet,*
Quàm ut [22] *obsequatur gnato.* SO. [23] *quapropter?*
SI. *rogas?*
[24] MALA MENS, MALUS ANIMUS: [25] *quem quidem ego, si* [26] *sensero,*
Sed quid opus est [27] *verbis?* [28] *sin eveniat, quod* [29] *volo,*
[30] *In Pamphilo ut nihil sit moræ; sed* [31] *restat Chremes,*
Qui mihi exorandus est, & spero [32] *confore.*
[33] *Nunc tuum est officium, has* [34] *benè ut* [35] *adsimules nuptias.*

1 Quæ occasio, quæ causa reliqua est?
2 Quia illæ non sunt justæ causæ.
3 Glycerii, sororis Chrysidis. Nunc explicat Simoni consilium suum, quod ad amorem filii sui attinet, postquam scilicet gnati vita est exposita.
4 Philumenam sibi promissam.
5 Filius meus. 6 Hoc agendum est mihi primò, ut Pamphilus animadvertat seu sentiat se injurium esse, si, jussus uxorem ducere, recusset. 7 Iniquitas, inobedientia. 8 Propter id, citra id, in hoc maximè laboro. 9 Simulatas, falsò conflictas. 10 Occasio. 11 Si recusset velle ducere Philumenam, Chremetis filiam. 12 Unà operando. 13 Servus Pamphili. 14 Quod det filio meo ad disturbandas nuptias. 15 Frustrà insumat, absque damno meo. Sic in Heaut. 1,1. *Quod in opere faciundo operæ* consumis *tuæ.* 16 Quoniam fallaciæ ejus nihil mihi nocere aut obesse possunt ad id quod molior. 17 Davum. 18 Omnibus membris, id est, omnibus viribus, χερσίντε ποσίντε Hom. Il. 5. 19 Cum conatu, summo studio. 20 Propter id, propterea. 21 Noceat, incommodum adferat impediendo propositum. 22 Præstet obsequium, morem gerat filio meo Pamphilo. 23 Quare id faciet Davus, ut tibi incommodet? 24 Ubicunque est perversa cogitatio, ib. est depravata voluntas, consilia prava, operationes malæ: q.d. totus est malus, propterea nihil boni facere potest. Argumentum ex adjunctis. 25 Davum. 26 Quippiam moliri, in hoc crimine malè filio consulere. Aposiopesis sive reticentia est: gravissimam enim pœnam reticet, quod est iratianimi proprium: q.d. indignè tractabo, probè ulciscar. 27 Dicere de meo consilio. 28 Sed si accidat. 29 Opto, ut scilicet experiar Pamphili amorem per fallas nuptias. 30 Ut non differat Pamphilus has nuptias, sed in eas consentiat. 31 Superest ut exorem Chremetem, ut impetrem precibus a Chremete filiam suam. 32 Perfectum iri, ut Chremes exoretur. 33 Hoc ad illud tertium respicit, quod dixit *& quid facere in hac re te velim*, v. 23. 34 Prudenter. 35 Fingas apud filium, ne illi persentiscat meam sententiam.

Per-

1 Perterrefacias Davum, observes 2 filium,
3 Quid agat, quid cum 4 illo consilii captet. SO. *sat est:*
Curabo: eamus jam nunc intrò. 5 SI. *i præ: sequar.*

1 Davo timorem incutias minis quibusdam, ne quas fallacias aut insidias mihi struat. 2 Pamphilum. 3 Filius meus. 4 Davo. 5 Præi, præcede. Anastrophe.

ACTUS I. SCENA II.

DAVUS, SIMO.

DA. 1 *Non dubium est, quin 2 uxorem nolit filius:*
SI. 3 *Ita Davum 4 modò 5 timere sensi, ubi nuptias*
Futuras esse 6 audivit: sed 7 ipse exit foras.
DA. 8 *Mirabar, 9 hoc si 10 sic abiret: & 11 heri 12 semper 13 lenitas,*
Verebar, 14 quorsùm evaderet.
15 Qui postquam 16 audierat 17 non datum iri filio uxorem suo,
Nunquam cuiquam nostrûm 18 verbum fecit, neque 19 id ægrè tulit.
SI. *At nunc 20 faciet: neque, ut opinor, sinè tuo magno 21 malo.*

1 Minimè dubito. Hîc Simo alloquitur spectatores, & Pamphili amorem explorat, simulat futuras nuptias: interminatur Davo pistrinum, si quid fallaciæ in ipsis conatus fuerit nuptiis. 2 Ducere, quam cupio ut ducat. 3 Tantoperè. 4 Paulò antè quàm cum Sosiâ loqui cœpissem. Argumentum à signo. 5 Ne filius meus uxorem duceret. 6 Ex me, vel ex aliorum sermone. 7 Davus egreditur. 8 Mirum hoc fuisset. Secum ista loquitur Davus. Ordo est: Mirabar, si hoc abiret sic: & verebar semper, quorsum lenitas heri evaderet. 9 Res hæc, scilicet Pamphili factum aut peccatum, quòd fuerit apud meretricem. 10 Tam leviter & negligenter elaberetur, præteriret, quod Græci ὕπως dicunt. 11 Domini mei Simonis. 12 Ex quo Chremes Pamphilum generum abdicarat, itaque à Simone discesserat, ut negaret se filiam daturum. 13 Clementia, facilitas: cui contraria est *asperitas & difficultas.* 14 Ad quem effectum erumperet aut recideret. *Evadere* enim, est per quamcunque difficultatem ad aliquid pervenire. 15 Simo. 16 Intellexerat ex Chremete. 17 Quod non daretur uxor. 18 Quidquam locutus est alicui ex conservis nostris. 19 Uxorem filio non datum iri. 20 Scilicet *verbum*, id est, grè feret, irascetur. Simo de se per tertiam personam loquitur submissè & secretò, respondens verbis Davi, nescientis eum adesse. 21 Periculo: q. d. tradêris in pistrinum.

DA.

DA. [1] *Id volnit, nos* [2] *sic* [3] *nec opinantes* [4] *duci*[5] *falso gaudio,*
[6] *Sperantes jam*, [7] *amoto metu,* [8] *intereà* [9] *oscitantes* [10] *opprimi,*
Vt ne [11] *esset spatium cogitandi ad* [12] *disturbandas* [13] *nuptias:*
[14] *Astutè!* SI. [15] *carnifex quæ loquitur?* DA. *herus est,* [16] *neque prævideram.*
SI. [17] *Dave.* DA. *hem, quid est?* SI. [18] *ehodum* [19] *ad me.* DA. *quid* [20] *hic voli?* SI. [21] *quid ait?* DA. [22] *quâ de re?* SI. *rogas?*
Meum [23] *gnatum* [24] *rumor est amare.* DA. [25] *id populus curat* [26] *scilicet.*
SI. [27] *Hoccine agis, an non?* DA. *ego verò* [28] *istuc.* SI. *sed, nunc* [29] *ea me exquirere,*
[30] *Iniqui patris est. Nam, quod* [31] *antehac fecit,* [32] *nihil ad me attinet:*
[33] *Dum tempus ad eam rem tulit*, [34] *sivi animum ut expleret suum:*

1 Quod sequitur, id est, hoc consilio fecit. Causa impulsiva lenitatis.
2 Ut nos servi tali lenitate duceremur.
3 Nihil hujusmodi suspicantes, filiam Chremetis datum iri Pamphilo.
4 Ut alliceremur, foveremur, aut induceremur tanquam in retia.
5 Confictâ lætitiâ. Fingebat enim se gaudere. Lege Senecam Epist. 59. 6 Cùm autem nunc speraremus metum nuptiarum esse ademptum. 7 Posito timore nuptiarum. Metaph. ab animatis ad inanimata. 8 Dum sic speraremus. 9 Securos. Metaph. *Oscitare* propriè dicuntur, qui vel ante somnum, vel etiam à somno, & præ nimio otio os identidem aperiunt. Et quoniam qui oscitant, non attendunt ad ea quæ futura sunt, cùm potiùs somno, quàm vigiliæ, sint proximi, ob id factum est, ut *oscitantes* pro securis sumantur. Hinc *oscitatio*, id est, animi otium & securitas: dicta ab *ore ciendo*, id est, commovendo, aperiendo. 10 Obrui ex improviso. 11 Daretur nobis tempus effingendi fallacias. 12 Impediendas. 13 Pamphili. 14 Scilicet *hoc fecit*. 15 Davus sceleratus, herum suum excrucians, carnifice dignus, ut lanietur. Nam is propriè *carnifex* dicitur, qui ex hominibus carnes facit. 16 Non eum videram prior. Davus hæc submissè loquitur. 17 Davum vocat Simo. 18 Adverbium vocandi. 19 Veni. 20 Herus meus Simo vult, quod subindè me vocat? Secum loquitur. 21 Quid tu murmuras? 22 Murmurarem, vel me interrogas? 23 Filium Pamphilum. 24 Fama est, ferunt. 25 Filium tuum amare. 26 Quasi verò populus de amore filii tui sollicitus sit, ut rumorem esse dicas. Ironia: ut apud Virg. 4 Æn. Scilicet *is superis labor est*. 27 Audis-ne, advertis ne animum ad ea, quæ rogo, an non? 28 Ago, audio. 29 Quòd nunc sciscitet, interrogem talia de filio. 30 Morosi, minùs amantis. 31 Superioribus annis, ante hæc facta commisit Pamphilus. 32 Parùm de hoc sum sollicitus. 33 Quamdiu juventus Pamphili aut temporis opportunitas ad eam vivendi rationem, id est, ad amandum se præbuit. 34 Permisi ut filius satiaret ac satisfaceret libidini suæ, id est, permisi filium vivere ex animi sententiâ.

Nunc

Nunc [1] *hic dies aliam* [2] *vitam adfert, aliosmores* [3] *postulat.* [1] Hoc tempus, hæc ætas, [2] in qua est filius. Pars pro toto.

[4] *Deinde postulo,* [5] *sive æquum est, te oro Dave,* [6] *ut redeat jam in* [7] *viam.* 20

DA. [8] *Hoc quid sit?* SI. *Omnes* [9] *qui amant,* [10] *graviter sibi dari uxorem* [11] *ferunt.* Cicero hunc versum ad consilia de Republ. accommodat. Epist. fam. 12.

DA. *Ita* [12] *ajunt.* SI. [13] *Tum si* [14] *quis magistratum cepit* [15] *ad eam rem* [16] *improbum,* 25

Ipsum [17] *animum* [18] *ægrotum ad* [19] *deteriorem partem plerumque* [20] *applicat.*

DA. *Non hercle* [21] *intellego.* SI. *non?* [22] *hem!* DA. [23] *non:* [24] DAVUS SUM, NON OEDIPUS. [1] Vel sic id junctum est, nempe ut herus servum orat. Correctio addita non tam ejus verba spectat, quàm vim jubendi intendit. Major enim ad impetrandum vis est, cum rogare, qui possit jubere. [2] Vivendi rationem. [3] Requirit ut aliis moribus vivat Pamphilus, quàm prius; id est, ut honesto modo vivat. Polyptoton. [4] Ex hoc tempore peto à te. [5] Si id æquum est, nempe ut Simo hæc ætas, in qua est filius, Pamphilum sinat uti amicis, & amare desinat. Metaphora à viatoribus, qui à via abterrentur, ad errorem animi, quando quis ab æquo & bono deflectit. [7] Rectam aut bonam. [8] Non intelligo, quid velis. [9] Amatores. Ratio, quare velit, ut filius redeat in viam. [10] Molestè [11] Accipiunt. [12] Homines. [13] Deinde, præterea. [14] Aliquis ex amatoribus. [15] Natus est. [16] Ad amandum. [17] Cujus opera & consilio improbo seducatur, ut Pamphilus tuo. [18] Amantis. [19] Malè habentem propter amoris insaniam, id est, amoris morbo laborantem. [20] Pejorem partem, ut magis expetat vitam agere cum meretrice, quàm cum honesta conjuge. [21] Appellit, adjungit. [22] Quod dicis. [23] Interjectio irascentis; cùm sciat Davum probè intelligere. [24] Intelligo. [25] Servus sum simplex, non interpres ænigmatum mihi propositorum (qualis fuit Oedipus) nisi apertus fiat sermo. Erat enim Simo paulò antè obscuriùs locutus, cùm *ægrotum* diceret *animum, magistratum improbum, partem deteriorem.* Oedipus autem, postquam Sphingis monstri, ænigma proponentis, & nescium dissolvere interficientis, dissolvit, & monstrum interfecit, dictus est obscurissimarum rerum interpres. [26] Sinè circuitione, clarè. [27] Volo te aperte loqui. [28] Si intellexero. *Precibusque minas regaliter addi.* Ovid. 2. Metam. [29] Filii mei. [30] Moliri, excogitare. [31] In nuptiis impediendis. [32] Astutus adversus dominum tuum.

1 *Verberibus cæsum te* 2 *in pistrinum, Dave,* 3 *dedam usque ad necem,*
4 *Eâ lege atque omine, ut, si* 5 *te indè exemerim, ego pro te molam.*
Quid, hoc intellextin? an nondum etiam 6 *ne hoc quidem?* DA. *imò* 7 *callidè:*
8 *Ita apertè* 9 *ipsam rem modò locutus:* 10 *nihil circuitione usus es.*
SI. 11 *Vbivis faciliùs passus sim, quàm in hac re, me* 12 *deludier.*
DA. 13 *Bona verba quæso.* SI. *irrides?* 14 *nihil me fallis. Sed* 15 *dico tibi,*
16 *Ne temerè facias, neque tu haud dicas tibi non* 17 *prædictum,* 18 *Cave.*

1 Virgis flagellatum. Moris olim fuit, ut extremo supplicio afficiendi priùs verberarentur.

2 In eum locum, in quo pilis & molis contunditur frumentum, id est, ad circumagendas molas trusatiles. Veteres enim ante usum molarum, in vasis lapideis concavis, quæ *Pila* vocabantur, frumentum igne priùs tostum terebant, ut Virg. scribit, *Et torrere parant flammis & frangere saxo.* Molæ posteà repertę, quarum quędam asinarię, aliæ trusatiles, quæ deteriorum mancipiorum opera versabantur, non sinè ingenti labore. Undè factum, ut *pistrinum* pro loco fatigationis pleno, & pro negotio molesto, viresque conficiente ponatur. 3 Conjiciam. 4 Tali conditione & eo auspicio seu augurio mentis & vocis, ut, si te indè exemerim: ea exemptio sit mihi pistrini omen, & ego scilicet pro te molam. *Omen* enim, teste festo, est augurium, quod ore fit & voce, quasi *orimen*, quod *ore fiat.* 5 Si ex pistrino te eduxerim, ego tuo loco in pistrino molas circumagam. 6 Intellexisti, sicut nec cętera te intelligere dicebas? 7 Astutè intellexi. Respondet ad id, quod Simo dixerat, cùm eum *callidum* appellavit. 8 Tam clare. 9 Quòd pistrinum debeat esse pœna. 10 Nullis verborum ambagibus usus es, sed plane rem enuntiasti & expressisti. 11 In quacunque alia re multò libentiùs paterer me & decipi, quàm in nuptiis filii. 12 Deludi. Paragoge. 13 Meliora vel suaviùs loquere rogo te, εὐφήμει, noli male ominari, id est, noli ea loqui de servo tuo, quasi is te delusum cupiat, *prorsùs à me opinionem hanc tuam esse ego amotam volo*, ut infrà loquitur 3. 2. 30. Ironia. 14 Non lates me, optime te novi. Νῦν γὰρ ἐν λεληθάς μεγάν. Menander. 15 Palam dico, diserte impero. 16 Ne inconsiderate quidquam facias. 17 Ne quid conareris fallaciæ. 18 Tibi. Comminantis & admonentis.

ACTUS

ACTUS I. SCENA III.

DAVUS.

DA. [1] ENimverò, *Dave*, [2] *nihil luci est* [3] *segnitiæ, neque* [4] *socordiæ,*
[5] *Quantum intellexi* [6] *modò* [7] *senis* [8] *sententiam* [9] *de nuptiis :*
[10] *Quæ si non* [11] *astu providentur, me aut* [12] *herum* [13] *pessundabunt.*
[14] *Nec, quid agam, certum est, Pamphilum-ne adjutem, an* [15] *auscultem seni.*
Si [16] *illum relinquo, ,* [17] *ejus vitæ timeo :* [18] *sin opitulor,* [19] *hujus* [20] *minas,*
[21] *Cui verba dare difficile est.* [22] *Primùm jam de amore hoc* [23] *comperit :*
Me [24] *infensus servat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam.*
Si [25] *senserit,* [26] *perii; aut,* [27] *si libitum fuerit,* [28] *cansam ceperit,*

1 Sanè, profectò. Hic brevis deliberatio est Davi: hîc enim increpatione Simonis in dubitationem & desperationem adductus, deliberat, an obtemperet domino minanti, an subveniat Pamphilo desperanti.

2 Non debes esse segnis, neque socors. 3 Negligentiæ ad agendum. Nam in rebus magni momenti prius quam incipias consulto, & ubi consuleris, mature facto opus est. *Segnis* opponitur alacri. 4 Ignaviæ ad considerandum. Q. d. non oportet hîc Davum esse negligentem neque inconsideratum. Dicitur enim *socors* quasi *secors*, id est, sinè corde, id est, ulla prudentia. Nam *cordati* homines prudentes dicuntur. 5 In quantum. 6 Paulò antè, jam statim. 7 Simonis. 8 Opinionem. 9 Quod attinet de nuptiis Pamphili. 10 Omnia à sene excogitata de nuptiis. 11 Astutia caventur, vitantur. 12 Herilem filium Pamphilum. 13 Perdent, opprimunt, pessum, id est, ad pedes, ad imum præcipitabunt, mergent funditus. Metaphora ab his, qui irruentibus undis in aquis submerguntur: sic hîc Davus timet, ne à nuptiis opprimatur, aut herilis filius. 14 Et nondum constitut, in dubio sum, quid agere debeam propter imminentia mala. 15 Obsequar ac morem geram Simoni. 16 Pamphilum non adjuvavero. 17 Metuo ne moriatur. 18 Sed si illi Pamphilo opem fero. 19 Senis. 20 Interminationes timeo. *Timeo tibi*, scilicet amico, ne quid mali tibi accidat. *Timeo te*, scilicet tanquam inimicum, ne mihi malum inferas. 21 Quem senem fallere haud facile est. 22 Jamprimùm. Anastrophe. Enumerat pericula. 23 Scit Pamphilum amare Glycerium. 24 Observat, diligenter animadvertit animo irato quid agam. 25 Cognoverit me fecisse in nuptiis aliquam fallaciam. 26 Actum erit de me. 27 Si venerit illi in mentem, si placebit illi. 28 Occasionem aliquam arripiet, inveniet, Enallage modi.

1 Sive hoc justè, sive injustè faciat, quocunque tandem modo, καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως, per fas & nefas, velim nolim.

1 *Quo jure, quâque injuriâ præcipitem me in pistrinum dabit.*
3 *Ad hæc mala hoc mihi* 4 *accedit etiam:* 5 *hæc Andria,*
6 *Sive ista uxor, sive amica est,* 7 *gravida è Pamphilo est:*
Audireque 8 *eorum est* 9 *operæ pretium audaciam:*
Nam 10 *inceptio est amentium, haud amantium:*
11 *Quidquid* 12 *peperisset,* 13 *decreverunt tollere:*
Et 14 *fingunt quandam inter se nunc fallaciam,*
Civem 15 *Atticam esse* 16 *hanc. Fuit olim quidã senex,*
Mercator: 17 *navem is fregit* 18 *apud Andrum insulam:*
Is 19 *obiit mortem:* 20 *ibi tum* 21 *hanc* 22 *ejectam Chrysidis*
Patrem recepisse, 23 *orbam,* 24 *parvam.* 25 *Fabulæ.*
26 *Mihi quidem herclè non fit verisimile.*
Atqui 27 *ipsis* 28 *commentum placet.*
Sed 29 *Mysis* 30 *ab eâ egreditur. At* 31 *ego hinc me ad forum, ut*
32 *Conveniam Pamphilum, ne* 33 *de hac re* 34 *pater*
35 *imprudentem opprimat.*

2 Præcipitabit, conjiciet me in eum locum, quasi ergastulum, in quo ingens est mola, ad agendam eam.

3 Quæ imminent mihi propter nuptias, vel quòd herus sit mihi infensus.

4 Adjungitur, additur. 5 Quòd hæc puella ex Andro scilicet Glycerium. 6 Sive ista sit appellanda uxor Pamphili. 7 Prægnans est, uterum gerit ex compressione Pamphili. Igitur lex jubet aut ducere, aut dotem dare. 8 Pamphili & Glycerii. 9 Ad rem pertinens. 10 Quod inceperunt tanquam inceptum est eorum qui mente destituti, non eorum qui amore capti sunt. Paronomasia. Rectè igitur ille: *Amare & sapere vix Deo conceditur.* 11 Sive masculum, sive fœminam. Hæc est amentia. 12 Pareret Glycerium. 13 Constituerunt Pamphilus & Glycerium educare, non exponere pro illegitimo. 14 Comminiscuntur. Occupatio, qua aliquis objicere potuisset, si Glycerium non est civis, Pamphilus non cogitur eam ducere. 15 Athenis natam. 16 Glycerium. 17 Is naufragium fecit, ejus fractâ navi. Narrat obiter argumentum totius fabulæ. 18 Circa. 19 Mortuus est, quasi ivit ad mortem. 20 In Andro insulâ tunc temporis fingunt patrem Chrysidis meretricis recepisse apud se hanc ejectam, orbam, ac parvam. 21 Glycerium. 22 Jactatam è navi ad littus hujus insulæ. 23 Parentibus privatam. 24 Adhùc tenellam, ita ut parentes agnoscere nequiret. 25 Nugæ sunt. 26 Sanè ego hoc non credo esse verisimile. 27 Pamphilo & Glycerio. 28 Hoc figmentum. 29 Ancilla. 30 Domo Glycerii. 31 Conferam me, id est, ibo. Ellipsis. 32 Alloquar Pamphilum, loquar cum Pamphilo. 33 De nuptiis. Causa finalis. 34 Ipsius Pamphili. 35 Nihil tale cogitantem molestet.

ACTUS I. SCENA IV.

MYSIS, ARCHILLIS.

MY. [1] *AVdivi,* [2] *Archillis, jam dudum:* [3] *Lesbiam adduci jubes.*
Sanè pol [4] *illa* [5] *temulenta est mulier &* [6] *temeraria,*
Nec satis [7] *digna, cui* [8] *committas* [9] *primo partu mulierem:*
[10] *Tamen eam adducam.* [11] *Importunitatem spectate* [12] *aniculæ:*
[13] *Quia compotrix ejus est.* [14] *Dii, date* [15] *facultatem, obsecro,*
[16] *Huic* [17] *pariundi, atq;* [18] *illi* [19] *in aliis potiùs* [20] *peccandi locum.*
Sed [21] *quid-nam Pamphilum* [22] *exanimatum video? vereor, quid fiet.*
[23] *Opperiar, ut sciam, nùm quid-nam hæc* [24] *turba* [25] *tristitiæ adferat.*

1 Quid me facere velis. Hęc scena mandatum continet. mittitur enim ancilla Mysis, ut obstetricem accersat.

2 Nomen est aniculę, quæ puerperam observabat, quam nos *nutricem siccam* vocamus.

3 Obstetricem illam ebriosam. 4 Lesbia obstetrix, quam jubes adduci. 5 Vinolenta, ebriosa, quasi *temeto* vino plena. *Temetum* enim antiqui vinum dicebant, quod *teneat* seu *tentet mentem*. Indè *abstemius*, id est, sobrius, & à temeto abstinens. 6 Inconsiderata, non satis considerans quid agat. 7 Idonea obstetrix. 8 Cujus fidei commendes. 9 Primo puerperio. Primi enim partus omnium sunt difficillimi & periculosissimi, & eò majorem diligentiam & peritiam obstetricum postulant. 10 Quamvis si temulenta. 11 Imprudentiam, ineptitudinem rei gerendę. *Importunus* enim is dicitur, qui nullâ occasionis, loci & temporis ratione habitâ, agit quæcunque ipsi animus suggerit. Hęc secum abiens per Apostrophen ad spectatores loquitur. 12 Vetulę Archillidis. 13 Quia Archillis simul cum eâ Lesbiâ potat, ideò scilicet vult Archillis illam a me accersi. 14 Invocatio est Mysidis orantis, ut Dii Nuptiales facilem dent Glycerio partum: qui quinque esse dicuntur, Jupiter adultus, Hymenæus, Juno adulta, Venus suadela, & Diana Lucina. 15 Gratiam. 16 Glycerio. 17 Pariendi, id est, ut fœliciter pariat. 18 Obstetrici Lesbię. 19 In aliis potiùs mulieribus, quàm in Glycerio jam primùm pariturâ, vel in aliis potiùs rebus, quam in partu, id est, si ebrietas ejus & temeritas omninò innoxia semper esse nequit, in aliâ potiùs re vitium committat, quàm in hoc negotio, cujus causâ nunc accersitur. 20 Errandi, malè agendi occasionem. 21 Propter quid. 22 Perturbatum. 23 Exspectabo eum. 24 Turbatio, commotio animi Pamphili. Nam convenerat eum pater de nuptiis, hinc exanimatus & turbato est vultu. 25 Mali-

ACTUS I. SCENA. V.

PAMPHILUS, MYSIS.

PA. [1] HOccine est [2] humanum factum aut inceptum? hoccine officium patris?

MY. [3] Quid illud est?

PA. [4] Prô Deûm atque hominum fidem! [5] quid est, si non hæc [6] contumelia est? Vxorem [7] decrêrat dare se mihi hodiè. Nonne oportuit [8] Præsciſſe me [9] antè? [10] nonne priùs communicatum oportuit? 5

MY. [11] Miseram me † [12] quod verbum audio? PA. [13] quid Chremes? qui denegârat Se [14] commissurum mihi [15] gnatam suam uxorem? [16] id mutavit, Quoniam me [17] immutatum videt. Ita-ne [18] obstinatè operam dat, ut me à Glycerio miserum [19] abstrahat! 10

[20] Quod si sit, pereo funditùs.

[21] Adeon' hominem [22] invenustum esse, aut [23] infelicem quenquam, ut ego sum?

1 Inducitur Pamphilus iracundus & dolens de nuptiis tam repentè celebrandis. 2 Humano ingenio dignum, vel humaniter factum quod pater Simo fecit, dicens; *uxor tibi ducenda est hodiè.* 3 Quòd Pamphilus sit usque adeò perturbatus. Hæc secum Mysis loquitur. 4 Imploro atque invoco opem sive auxilium Deorum atque hominum. *Prô* interjectio est dolentis: undè *proh dolor* dici solet ab eo, qui dolens loquitur atque exclamat. Potest etiam esse interjectio indignantis. Indè *proh pudor* dici consuevit ab eo, qui cum vituperatione alicujus loquitur. Hîc autem *pro Deûm atque hominum fidem* dicitur à dolente iracundo. 5 Scilicet *contumelia.* 6 Injuria, ὕβρις. 7 Decreverat, id est, constituerat pater se daturum. Syncope. 8 Præsciviſſe hæc de nuptiis. Syncope. 9 Priùs. 10 Nonne debuerat mecum de his omnibus communicasse, priusquam fierent? quia nuptiarum non omnis potestas in patre est. *Communicare aliquid alicui*, vel *cum aliquo*, est id ei secum commune facere, eumque facere participem sive gaudii sive tristitiæ, sive lucri sive damni. 11 O me infelicem. 12 Quam orationem. Dixerat enim Pamphilus, *Vxorem decrêrat dare se mihi hodiè.* 13 Scilicet *facit*, id est, quid dicam de Chremete? 14 Daturum. 15 Filiam suam Philumenam in uxorem. 16 Consilium, id est, sententiam. Nondum mutârat consilium Chremes, quod facit infrà 5. 3. sed ex oratione patris Pamphilus colligit mutasse. 17 Non mutatum, non desistentem ab amore Glycerii, constantem. 18 Pertinaciter conatur id facere Chremes. 19 Divellat. 20 Si à Glycerio abstrahar, actum est de me. 21 Num credibile aut possibile est? 22 Sinè venere & gratiâ, quem omnes pulcriæ respuant & repudient, & appetant deformes. 23 Infortunatum, quòd ab amicâ me abstrahere voluit.

Prǒ Deûm atque hominum fidem! nullo-n' ego Chremetis pacto [1] affinitatem effugere potero? Quot modis
[2] *Contemtus*, [3] *spretus? facta*, [4] *transacta omnia.* [5] *Hem!*
[6] *Repudiatus repetor*: [7] *quamobrem?* [8] *nisi si id est quod suspicor*:
ALIQUID [9] MONSTRI ALUNT: [10] *ea quoniam nemini* [11] *obtrudi potest*,
Itur ad me. MY. [12] *oratio hęc me miseram* [13] *exanimavit metu.*
PA. *Nam quid ego dicam de patre?* [14] *ah!*
[15] *Tantam-ne rem tam negligenter agere?* [16] *prętereas* [17] *modò*,
Mihi, *apud* [18] *forum*, [19] *uxor tibi ducenda est Pamphile* [20] *hodiè*, *inquit*: *para*:
Abi domum: [21] *id mihi visus est dicere*, *abi citò*, *& suspende te.*
[22] *Obstupui*: *censĕn' ullum me verbum potuisse prolo-qui*,
Aut ullam [23] *causam* [24] *ineptam saltem*, *falsam*, *ini-quam?* [25] *obmutui.*
[26] *Quòd si ego* [27] *rescissem id priùs*, *quid facerem*, *si quis nunc me roget*?

1 Ut non sim ejus gener.
2 A patre.
3 A Chremete.
4 Facta, concordata, id est, pater & Chremes omnia jam confecerunt ac transegerunt de ducendâ uxore.
5 Interjectio indignantis est.
6 Rejectus à Chremete, id est, quem priùs

Chremes recusaverat generum, nunc revocor. 7 Revocor sc. 8 Si non est propter eam causam, quam conjicio. 9 Pater & Chremes tegunt & celant aliquid mali, seu aliquid deforme, quod mihi committi vo-lunt, id est, præter æquum & justum aliquid faciunt. Metaphora sumta à monstris, quæ sunt aliquid deforme, & præter naturæ ritum procreantur: 10 Philumena, filia Chremetis. 11 A suo patre invito dari. Metaphora. Sic infrà: *Nunquam ausus sum recusare tam, quam mihi* obtrusit *pater.* 12 Pamphili. 13 Exanimem reddidit. 14 Interjectio dolentis & indignantis. 15 Negotium tanti momenti, scilicet matrimonium, tantâ cum socordiâ & imprudenter conficere ac tractare decet? 16 Ipse pater. A facto. 17 A tempore. 18 A loco. 19 A modo & verbis. 20 A brevi temporis spatio: scilicet per partes ostendit, quid esset, negligenter agere tantam rem. 21 Videbar hoc ab eo audire, factâ mentione de ducendâ uxore, id est, æquè gratus mihi fuit ejus sermo, ac si dixisset, propera, &c. 22 Attonitus totus fui, quasi nullum sensum habens, cùm hoc diceret. 23 Excusationem prolocui aut adducere. 24 Nihil ad rem pertinentem. 25 Tunc factus sum mutus. 26 Ordo est: Quòd si quis nunc roget me, cuid facerem, si ego priùs rescissem id. 27 Rescivissem ab eo me ducturum hodiè uxorem.

[1] *Aliquid facerem*, [2] *ut hoc ne facerem.* [3] *Sed nunc quid primùm* [4] *exequar?*
Tot me [5] *impediunt* [6] *curæ, quæ meum animum* [7] *diversè trahunt:*
[8] *Amor,* [9] *misericordia hujus,* [10] *nuptiarum sollicitatio,*
[11] *Tum patris pudor,* [12] *qui me tam leni passus est animo* [13] *usque adhùc,*
[14] *Quæ meo cunque animo libitum est, facere:* [15] *ei-ne ego ut adversèr?* [16] *hei mihi!* 30
Incertum est, [17] *quid agam.* MY. [18] *misera timeo.*
[19] *incertum hoc* [20] *quorsùm accidat.*
Sed nunc [21] *peropus est, aut* [22] *hunc cum* [23] *ipsâ, aut me aliquid de* [24] *illâ* [25] *adversùm hunc loqui.*
[26] *Dum* IN DUBIO EST ANIMUS, [27] PAULO MOMENTO HUC ILLUC IMPELLITUR.
PA. [28] *Quis hic loquitur? Mysis, salve.* MY. [29] *ô salve Pamphile.* PA. *Quid* [30] *agit?* MY. *rogas?*
Laborat è [31] *dolore: atque* [32] *ex hoc* [33] *misera solicita est, diem* 35
Quia olim in hunc sunt [34] *constitutæ* [35] *nuptiæ:* [36] *tum autem hoc* [37] *timet,*

1 Responsio.
2 Ut non ducerem aliam uxorem, quam Philumenam.
3 Deliberat apud se quid agendum sit.
4 Conficiam?
5 Obstant mihi, perturbant me, ne possim deliberare quid optimum factu sit.
6 Solicitudines.
7 In diversas sententias impellunt.
8 Quòd Glycerium amo. Enumeratio curarum. 9 Commiseratio, quâ ego misereor Glycerii. Passivè sumitur. 10 Tractatio de nuptiis, id est, quod pater me sollicitat, ut nubam. 11 Præterea verecundia sive reverentia, quâ ego propter patrem meum afficior, me impedit. 12 Pater. 13 In hunc diem usque. 14 Quodcunque animus meus voluit facere. Tmesis. 15 An ego committam, ut repugnem tam leni parenti? 16 Interjectio dolentis. 17 Utrùm amori, an verò patri obtemperem. 18 Mysis nondum se Pamphilo ostendit, sed eum apud te conquerentem latenter auscultat, & sola secum per intervalla loquitur. 19 Quod dixit Pamphilus incertum esse sibi. 20 Ad quam partem perveniat, evadat, id est, timeo ne hujusmodi incertitudo distrahat eum ab amore nostræ Glycerii. 21 Valdè, maximè necessarium est. Consilium à necessitate. 22 Pamphilum. 23 Glycerio. 24 Glycerio. 25 Apud hunc Pamphilum, cum hoc Pamphilo. 26 Quamdiu animus nescit, quod agere debeat. 27 Exiguo pondere sive motu in hanc vel in illam sententiam, quam eligat, inducitur. Translatum à statera: cujus examinatio per linguam bilancis parvi ponderis momento huc vel illùc inclinat. 28 Est respicientis. 29 Optantis est adventum, aut repentè percussi. 30 Glycerium. 31 Partus & ægritudinis, quam de te concepit. 32 Propter hoc. 33 Glycerium. 34 Determinatæ à patre tuo. 35 Cum Philumenâ, Chremetis filiâ. 36 Præterea. 37 Glycerium.

1 *Ne deseras se.* PA. 2 *Hem! ego-ne* 3 *isthunc conari queam?*
Ego 4 *propter me* 5 *illam decipi miseram sinam?*
6 *Quæ mihi suum animum atque omnem vitam* 7 *credidit,*
Quam ego animo 8 *egregiè caram pro uxore habuerim,*
Benè & 9 *pudicè ejus* 10 *doctum atque* 11 *eductum sinam.*
Coactum egestate 12 *ingenium immutarier?*
13 *Non faciam.* MY. *haud vereor,* 14 *si in te solo sit situm:*
15 *Sed* 16 *vim* 17 *ut queas ferre.* PA. *adeon'* 18 *ignavum putas?*
Adeon' 19 *porrò ingratum, aut* 20 *inhumanum, aut* 21 *ferum,*
Ut neque me 22 *consuetudo, neque* 23 *amor, neque* 24 *pudor*
25 *Commoveat, neque commoneat,* 26 *ut servem fidem?*
MY. *Unum hoc scio* 27 *meritam esse, ut memor esses* 28 *sui.*
PA. *Memor essem? ô Mysis, Mysis,* 29 *etiam nunc mihi*
30 *Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis*
De Glycerio. Iam fermè 31 *moriens me* 32 *vocat:*
33 *Accessi:* 34 *vos semotæ:* 35 *nos soli: incipit:*

1 Ne rejecta ipsa ducas uxorem.
2 Interjectio dolentis & indignantis, affectum demonstrans.
3 Huic rei operam dare, scilicet deserere.
4 Meâ causâ; quia ex me gravida & deme sollicita est.
5 Glycerium.
6 Glycerium.
7 Meæ fidei commisit.
8 Præter cæteras dilectam.
9 Honestè, castè.
10 Institutum. 11 Educatum. 12 Naturam immutari, depravari? Paragoge. 13 Non deseram eam. 14 Situ solus potestatem habeas ejus rei faciendæ. 15 Vereor. 16 Patris. 17 Quod non. 18 Timidum, parùm fortem, scilicet ut vim, à patre metuendam, sustinere nequeam. 19 Præterea immemorem beneficii accepti. 20 Incivilem, durum. 21 Immansuetum, immitem adversùs eam. 22 Diuturna conversatio, quam habui cum Glycerio, quâ etiam feræ mansuescunt, contra id quod dixit *ferum*. 23 Contra inhumanitatem. 24 Contra ingratitudinem. 25 Concitet. Paronomasia. 26 Ut sim Glycerio fidelis? 27 Glycerium promeruisse. 28 Ejus. 29 Adhuc. Ordo est: Illa dicta Chrysidis de Glycerio sunt etiam nunc mihi scripta in animo *meo*. 30 Impressa. 31 Chrysis. 32 Ad se. 33 Veni ad eam. 34 Vos ancillæ eratis ab illâ separatæ. 35 Ego & Chrysis remansimus. 36 Chrysis incipit sic loqui.

Mi Pamphile, [2] hujus formam atque ætatem vides:
Nec clam te est, quàm illi [3] utraque res [4] inutiles
Et ad [6] pudicitiam & ad [7] tutandam rem sient. 45
Quod ego te per [9] hanc dextram oro [10] & ingenium tuum,
Per tuam [11] fidem, [12] perque hujus solitudinem
[13] Te obtestor, ne abs te [14] hanc segreges, neu deseras:
Si te in [15] germani fratris dilexi loco,
Sive [16] hæc te [17] solum semper [18] fecit maximi, 50
Scutibi [19] morigera fuit in rebus omnibus:
Te [20] isti [21] virum do, [22] amicum, [23] tutorem, [24] patrem:
[25] Bona nostra hæc [26] tibi committo, & tua mando [27] fidei.
[28] Hanc mihi in manum dat: mors [29] continuò ipsam occupat.
[30] Accepi: acceptam servabo. MY. *ita spero quidem.* 55
PA. *Sed cur [31] tu ab illâ?* MY. *[32] obstetricem accerso.*
PA. *propera.*
Atque audin'? [33] verbum unum cave de nuptiis.
Ne ad morbum [34] hæc etiam. MY. *[35] teneo.*

1 Glycerii pulchritudinem atque juventutem vides. Prosopopœja.
2 Neque ignoras.
3 Forma & ætas. *Lis est cum formâ magna pudicitia:* & Juven. Sat. 10. *Rara est adeò concordia forma Atque pudicitia.*
4 Incommodæ.
5 Partim.
6 Castitatem, honestatem.
7 Facultates servandas.

8. Propter quod, itaque. 9 Manum tuam, quam teneo, fidei pignus: hinc enim apparet Chrysidem eum tenuisse inter loquendum. Solebant autem veteres jurare per ea, quæ habebant charissima, & orare per eadem. Dextra autem *Fidei* consecratur; auris *Memoriæ*, frons *Genio*, digiti *Minervæ*, genua *Misericordiæ*. 10 Et per naturam tuam mansuetam & benè moratam. 11 Quia promisisti, te hanc velle ducere. 12 Et quia Glycerium sola est, nisi tibi uni consocietur. 13 Adjurando te rogo. 14 Glycerium separes. 15 Uterini, id est, ex utroque eodem parente. A commemoratione meritorum. 16 Glycerium. 17 Sine rivali. 18 Æstimavit plurimi. 19 Obsequiosa fuit, id est, obediit. 20 Glycerio. 21 In maritum, ne segreges. 22 Pro amico, ne eam deseras. 23 Ut eam tuearis tanquam orbam. 24 Quia parva cùm sit, paterno indiget auxilio. 25 Supellectilem nostram. 26 Tanquam justo atque legitimo hæredi. 27 Tutelæ. Finis Prosopopœjæ. 28 Per manuum conjunctionem nos conjungit, mihi tradit. 29 Statim post illa verba Chrysidem arripit, id est, moritur. 30 Glycerium in meam fidem. 31 Discessisti, abiisti à Glycerio? Ellipsis. 32 Mulierem, quæ parturientibus opem fert, eo accersitum. 33 Scilicet *dicas*. Ellipsis. 34 Scilicet *accedat*, id est, ne morbus Glycerii ingravescat. 35 Intelligo quid velis.

ACTUS II. SCENA I.

CHARINUS, BYRRHIA, PAMPHILUS.

CH. [1] Quid ais, Byrrhia? Datur [2] illa [3] Pamphilo hodie [4] nuptum? BY. sic est. CH. quî scis, Byrrhia? BY. [5] Apud forum [6] modò de [7] Davo audivi. CH. [8] væ misero mihi! Vt animus in [9] spe atque in [10] timore [11] usque antehac [12] attentus fuit, Ita, postquam [13] ademta [14] spes est, [15] lassus, [16] curâ confectus [16] stupet. BY. Quæso [17] adepol Charine, quoniam [18] id fieri, [19] quod vis, non potest. Velis id, quod possit. CH. nihil aliud, nisi Philumenam volo. BY. [20] Ah! quantò [21] satius est, [22] te id dare operam, [23] Qui istum amorem ex animo [24] amoveas, quàm [25] id loqui, [26] Quo magis [27] libido frustrà incendatur tua. CH. FACILE OMNES, CUM [28] VALEMUS, [29] RECTA CONSILIA ÆGROTIS DAMUS: Tu si [30] hic sis, aliter [31] sentias. BY. age, age, [32] ut lubet. CH. sed Pamphilum Video. [33] Omnia experiri certum est priùs, quàm pereo. BY. quid [34] hic agit?

1 Orditur cum quâdam admiratione. Charinus intelligit, Pamphilo nuptiram Philumenam: idem rogat Pamphilum, ne ducat. 2 Philumena amica mea. 3 Filio Simonis. 4 Ut nubat? Ex verbis Charini apparet. Byrrhia servum nunc esse nuptias futuras cum Pamphilo. 5 Confit. 6 Paulo ante. 7 Ex servo Pamphili. 8 Exclamatio dolentis est. 9 De futuro bono. 10 De futuro malo. 11 Assidue ante hoc tempus, id est, antequam audirem nuncium tuum de nuptiis. 12 Arrectus, distentus. 13 Ablata mihi. 14 Diuendæ Philumenæ. 15 Sollicitudine sic cruciatus & vulneratus, ut sanari non possit. 16 Quasi sensu caret animus. 17 Per ædem Pollucis. Jurantis est. 18 Ut habeas Chremetis filiam uxorem. 19 Quod cupis fieri. 20 Indignantis. 21 Melius esset. 22 In eo te laborare. 23 Ut 24 Auferas, ejicias. 25 Ut nomines amicam. 26 Quibus sermonibus. 27 Tuus effrenatus amor. 28 Sani sumus. 29 Salutaria. 30 Meo loco, id est, si partes meas ageres, & amator esses, ἀντιτυπῶς so ipsum indigitans. 31 Sentires, judicares. 32 Sc. *facias*. 33 Omnes vias & rationes, quibus Philumenam habere possim, tentare decreui, priusquam moriar. 34 Charinus. Hæc ad spectatores dicuntur.

CH. [1] *Ipsum hunc orabo : huic supplicabo :* [2] *amorem huic narrabo meum :*
Credo, [3] *impetrabo, ut aliquot saltem* [4] *nuptiis* [5] *protrahat dies.*
[6] *Interea* [7] *fiet aliquid, spero.* BY. [8] *id aliquid nihil est.* CH. *Byrrhia,*
Quid tibi videtur ? adeo n' ad [9] *eum?* BY. [10] *quid ni ? Si nihil* [11] *impetres,*
Vt te arbitretur sibi paratum [12] *mœchum, si* [13] *illam duxerit.*
CH. [14] *Abi hinc in* [15] *malam rem cum* [16] *suspicione istâc,* [17] *scelus !*
PA. *Charinum video : salve.* CH. *ô salve Pamphile :*
Ad te advenio, [18] *spem,* [19] *salutem,* [20] *auxilium,* [21] *consilium* [22] *expetens.*
PA. *Neque pol* [23] *consilii* [24] *locum habeo, neque* [25] *auxilii copiam.*
Sed [26] *isthuc quid nam est ?* CH. *hodiè* [27] *uxorem ducis ?* PA. *ajunt.* CH. *Pamphile,*
[28] *Si id facis, hodiè* [29] *postremum me vides.* PA. *quid ita ?* CH. [30] *hei mihi !*
[31] *Vereor dicere :* [32] *huic dic quæso, Byrrhia.* BY. *ego dicam.* PA. *quid est ?*
BY. [33] *Sponsam* [34] *hic tuam amat.* PA. [35] *næ iste haud mecum sentit :* [36] *ehodum dic mihi,*
Nunquidnam [37] *amplius tibi cum illâ fuit Charine ?*
CH. [38] *ah Pamphile,*

1 Pamphilum.
2 Quo pacto ego amem suam Philumenam.
3 Obtinebo supplicando à Pamphilo.
4 Ad nuptias celebrandas.
5 Producat, differat.
6 Dum protrahentur nuptiæ.
7 De meo amore.
8 Dicit hæc ad spectatores.
9 Pamphilum ne audire debeo ?
10 Cur non adeas ad eum ?
11 Ab eo.
12 Adulterum, corrivalem.

13 Philumenam tuam amicam. 14 Imprecatio irati. 15 Ad patibulum, exitium, supplicium te dignum, ad corvos. 16 De me. 17 Scelestè : substantivum pro adjectivo. 18 Ut des mihi aliquid spei, quò recreer à meis curis. 19 Incolumitatem, si non ducas eam uxorem, cujus amore depereo. 20 Ut saltem proroges nuptiarum tempus in aliquot dies. 21 Ut (quia amans sum, ideò amens & non mei compos) des mihi consilii quidquam ad dementiam meam sanandam. 22 Quærens à te. 23 Quia ipse consilii egeo. 24 Facultatem, opportunitatem. 25 Scilcet *ferendi* : quia miser sum. 26 Quod te impellit ad hæc petenda. 27 Philumenam, quam ego amo. 28 Si eam ducis. 29 Postremò, ultimò, id est, amoris dolore jam sum moriturus. 30 Dolentis. 31 Non audeo dicere. 32 Pamphilo. 33 Philumenam tibi promissam. 34 Charinus. 35 Certè Charinus non est ejusdem mecum sententiæ atque opinionis : nam eam deperit, quam vehementer odi. Ad spectatores hoc dicitur. 36 Particula movens attentionem : quia se convertit ad Charinum. 37 Quàm amare, quod sit ejus recusandæ causa. 36 Dolentis particula.

[1] Nihil. PA. [2] *quàm vellem!* CH. *nunc te per amicitiam & per* [3] *amorem obsecro,*
Principio, ut ne ducas. PA. [4] *dabo equidem operam.*
CH. *sed si* [5] *id non potes,*
Aut tibi si nuptiæ hæ [6] *sunt cordi.* PA. [7] *cordi?*
CH. *saltem aliquot dies*
[8] *Profer, dum proficiscor* [9] *aliquò, ne* [10] *videam.* PA. *audi nunc jam:*
Ego Charine neutiquam officium [11] *liberi esse hominis puto,*
Cùm [12] *is nihil* [13] *promereat,* [14] *postulare id gratiæ* [15] *apponi sibi:*
Nuptias [16] *effugere ego istas malo, quàm tu* [17] *adipiscier.*
CH. [18] *Reddidisti animum.* PA. *nunc si quid potes aut* [19] *tu, aut* [20] *hic Byrrhia,*
[21] *Facite,* [22] *fingite, invenite,* [23] *efficite,* [24] *quî detur tibi:*
[25] *Ego id agam, mihi qui ne detur.* CH. *sat habeo.*
PA. *Davum* [26] *optimè*
Video: hujus consilio fretus sum. CH. *at* [27] *tu* [28] *herclè haud quidquam mihi,*
[29] *Nisi ea, quæ nihil opus sunt sciri:* [30] *fugin' hinc?*
BY. [31] *ego* [32] *verò ac lubens.*

1 Mihi fuit ampliùs cum illâ.
2 Ut tibi aliquid ampliùs fuisset cum illa, quo mihi illius reçusandæ daretur causa.
Hęc & sequentia Pamphili interloquentis verba usque ad (*audi nunc jam*) sic accipienda sunt, ut Charidus non audiat.
3 In Philumenam.
4 Ne ducam.
5 Scilicet *facere*, ut eam non ducas propter instantiam patris.
6 Placent, arrident, id est, si induxisti in animum ut nubas.
7 Repetitio interrogativa cum indignatione.
8 Differ, protrahe nuptias tantisper.
9 In aliquem tanquam exilii locum.
10 Has nuptias.
11 Hoc pertinere ad ingenuum & honestum hominem.
12 Liber homo.
13 Promereatur, mercede dignum efficiat.
14 Quod petit sibi haberi gratiam: non enim tui causâ Philumenæ nuptias fugio, sed Glycerii, quàm intimè & constanter amo.
15 Attribui, exhiberi.
16 Evitare:
17 Eas nuptias.
18 Confirmasti animum meum, reduxisti me in spem. Hac proverbiali figurâ utimur, cùm desperatio in spem conversa est.
19 Charine.
20 Aliquid potest.
21 Movete omnem lapidem.
22 Quod fallum sit.
23 Perducite rem ad effectum.
24 Ut illa Philumena tibi nuptum detur.
25 Ego dabo operam in hoc, ut ea Philumena mihi nuptum non detur.
26 Opportunè.
27 Dicis, nuncias.
28 Per Herculem.
29 Audierat enim de servo suo, Pamphilum hodiè ducturum Philumenam: nunc autem audit de Pamphilo, nihil minùs futurum.
30 Fugis-ne hinc, neque dicis? Comminantis est & rejicientis servum à se.
31 Libenter fugiam.
32 *Verò* hîc & alibi, frequenter est affirmativè respondentis: ut supra 1, 2. ubi à Simone rogatus Davus, *Hoccine agis, an non?* respondet, ego verò *isthuc.*

ACTUS II. SCENA II.

[1]DAVUS, CHARINUS, PAMPHILUS.

1 Davus cùm ex variis conjecturis & signis comperisset, nuptias non cohærere, Pamphilum toto quærens oppido, exultat insolentiùs.

DA. [2] *Di boni! [2] boni quid porto? sed ubi inveniam [3] Pamphilum,*
[4] Ut metum, in quo nunc [5] est, [6] adimam, atque expleam [7] animum [8] gaudio?
CH. *Lætus [9] est, nescio [10] quid.* PA. [11] *nihil est: nondum hæc rescivit [12] mala.*
DA. [13] *Quem ego nunc credo, si jam audierit sibi paratas nuptias.*
CH. [14] *Audin' tu [15] illum?* DA. [16] *toto me oppido exanimatum quærere.*
Sed ubi [17] quæram? aut quò nunc primùm [18] intendam? CH. [19] *cessas alloqui?*
DA. *Abeo.* PA. *Dave ades,* [20] *resiste.* DA. *quis homo est,* [21] *qui me? ô Pamphile,*
Te ipsum quæro: [22] *euge ô Charine!* [23] *ambo opportunè: [24] vos volo.*
CH. *Dave, perii.* DA. [25] *quin tu* [26] *hoc audi.* CH. *interii.* DA. *quid timeas, scio.*

2 Quid bonæ rei, beni nuntii hero meo in animo fero ac gesto? *portamus* enim non *solùmus* corpore, sed etiam animo tam bona, quàm mala. Alioqui *portare* duobus modis dicimus: uno, cùm jumentis aut curribus aliquid nobiscum ducimus: altero, cùm corpore nostro, imitatione jumentorum, ferimus.
3 Herum meum. 4 Causa finalis. 5 Propter auditas nuptias. 6 Auferam illi. 7 Ejus Pamphili. 8 Nunciando falsas esse nuptias. 9 Davus. Hæc Charinus dicit ad Pamphilum. 10 Propter quid, quare. 11 Quare lætus sit. 12 Nuptias hodiè futuras. 13 Pamphilum. 14 Verba hæc sunt Charini secretò Pamphilum alloquentis. 15 Davum loquentem de nuptiis, tanquam rescierit. 16 Davi sermo Charini sermonis interpositione interruptus est: ideòque repetendum est, *quem*, scilicet Pamphilum, *exanimatum*, id est, perturbatum, *credo quærere me toto oppido*, id est, per totam urbem. 17 Eum. 18 Gressum aut cursum dirigam? 19 Hoc dicit Charinus, timens ne abeat Davus. 20 Remane, mane stare. Virg. 1. Æn. Restitit *Æneas, clarâque in luce refulsit.* 21 Vocat, aut resistere jubet. 22 Interjectio est lætitiam movens. 23 Uterque tempestivè, scilicet *adestis, venistis.* 24 Scilicet *alloqui.* 25 Imò. 26 Quod dicturus sum.

PA. *Mea*

PA. *Mea quidem herclè certè in* [1] *dubio vita est.*
DA. *& quid* [2] *tu, scio.*
PA. [3] *Nuptiæ mihi.* DA. *&* [4] *id scio.* PA. [5] *hodiè.*
DA. [6] *obtundis, tametsi intelligo.*
[7] *Id paves, ne ducas* [8] *tu* [9] *illam:* [10] *tu autem,* [11] *ut ducas.* CH. [12] *rem tenes.*
PA. *Istuc ipsum.* DA. *atqui* [13] *istuc ipsum nil periculi est:* [14] *me vide.*
P. [15] *Obsecro te, quamprimùm hoc me libera miserum* [16] *metu* DA. [17] *hem,*
Libero: uxorem tibi jam non [18] *dat Chremes.* PA. *qui scis?* DA. *scio.*
[19] *Tuus pater modò me* [20] *prehendit: ait, tibi uxorem dare sese*
[21] *Hodiè, item* [22] *alia multa, quæ nunc non est narrandi* [23] *locus.*
[24] *Continuò ad te properans,* [25] *percurro ad forum,* [26] *ut dicam tibi* [27] *hæc.*
Ubi te non invenio [28] *ibi,* [29] *ascendo in quendam* [30] *excelsum locum.*
Circumspicio: [31] *nusquam fortè ibi* [32] *hujus video Byrrhiam:*

1 In periculum gravissimum adducta est, ne eum morte commutetur.
2 Scilicet *times*.
3 Præparatæ vel indictæ sunt a patre: Interim it Davus sermonem Pamphili.
4 Tibi præparatas & indictas fuisse nuptias.
5 Sunt indictæ & in hunc diem constitutæ.
6 Eadem toties repetendo.

me hebetas & molestus mihi es: qui enim sæpè repetendo aliquid dicit, *obtundere* dicitur. Translatio autem est à fabris, qui sæpè repetunt tundendo aliquid malleo, & idem obtundunt & hebetant. 7 Propter id. 8 Pamphile. 9 Philumenam. 10 Charine, scilicet *paves*, id est, times. 11 Quod non, ne non. 12 Negotium ipsum, uti est, intelligis. 13 Quod tu times, non est periculum. 14 Specta me fidei datorem, mihi fide, habe me fidejussorem. Est enim spondendi formula, certam quandam fiduciam significans. Sic Phorm. 4, 4. cùm dixisset Antipho, *in dò ut fiant*, respondet Geta, *Fient*: me vide. 15 Per sacra rogo te. 16 Propter nuptias, ne cogar ducere filiam Chremetis. 17 Ecce libero te. Demonstratio facti. 18 Filiam suam in uxorem hodiè non dabit 19 Simo. Narratio, quæ habet argumenta fallarum nuptiarum. Primum argumentum sumtum est à personâ patris, 20 Comprehendit tanquam vitantem & fugientem, scilicet apud forum. 21 Alterum argumentum à tempore. 22 Scilicet *dixit mihi*. 23 Tempus, opportunitas. 24 Statim, ubi hæc dixit mihi. 25 Celeriter curro. 26 Causa finalis cursus instituti. 27 Quæ audivi à patre tuo. 28 In foro. 29 Conscendo, ut scilicet te advenientem possem videre. 30 Altum. 31 Vidi te. 32 Charini servum.

1 Interrogo eum, ante usquam viderit, nec ne.
2 Se vidisse te.
3 Erat hoc responsum, vel, quod te non invenirem.
4 Dum sed rem à foro. Suspicio ex signis, ex quibus colligit nullas esse nuptias.
5 Ex ipso apparatu, quem viderat paulò antè.
6 In mentem venit suspicio, id est, cœpi suspicari.

1 *Rogo: negat* 2 *vidisse:* 3 *mihi molestum: quid agam cogito.*
4 *Redeunti intereà,* 5 *ex ipsâ re mihi* 6 *incidit suspicio:* 7 *hem!*
Paululùm 8 *opsonii:* 9 *ipsus tristis: de improviso* 10 *nuptiæ:*
11 *Non cohærent.* PA. *quorsum-nam* 12 *istuc?* DA. *ego* 13 *me continuò* 14 *ad Chremem.*
Cùm 15 *illùc advenio,* 16 *solitudo ante ostium: jam* 17 *id gaudeo.*
PA. *Rectè dicis, perge.* DA. 18 *maneo:* 19 *intereà* 20 *introire neminem*
Video, 21 *exire neminem,* 22 *matronam nullam, in* 23 *ædibus*
24 *Nihil* 25 *ornati, nihil* 26 *tumulti: accessi, introspexi.* PA. *scio.*
27 *Magnum signum.* DA. *num videntur convenire* 28 *hæc nuptiis?*
PA. *Non opinor, Dave.* DA. *opinor,* 29 *narras?* 30 *non rectè accipis:*
31 *Certa res est: etiam* 32 *puerum* 33 *indè abiens* 34 *conveni Chremis,*
Olera, & pisciculos minutos 35 *ferre* 36 *obolo* 37 *in cœnam* 38 *seni.*

7 Interjectio indignantis vel demonstrantis. 8 Rei cibariæ sive pulmenti in ædibus præparatum est. Est enim *opsonium*, quicquid ultra panem & vinum adjicitur in cibum. 9 Ipse pater Simo. 10 Fiunt. 11 Non quadrant hæc, non conveniunt sibi. 12 Scilicet *dicis?* 13 Confero. 14 Ad Chremetis domum. 15 Ad ædes Chremetis. 16 Nulla erat hominum frequentia, sed vacuitas pro foribus Chremetis. 17 Propter id. 18 Exspecto pro foribus. 19 Dum ibi exspecto. 20 Ingredi domum Chremetis. 21 Domo Chremetis. 22 Mulierem video exire aut introire. 23 Domo Chremetis. 24 Nullum apparatum qui nuptiis conveniat. 25 Archaïsmus pro *ornatus*, *tumultus*, quarti declinationis. 26 Nullum strepitum, nullum cursum & recursum servorum. 27 Magnum argumentum est quod dicis, Philumenam mihi non datum iri. 28 Quæ audis de me. 29 Quid dicis, opinor? 30 Rem ipsam non rectè intelligis. 31 Certissimum est quod narro: de eo itaque non est opinandum. 32 Servum. 33 Ex ædibus Chremetis. 34 Allocutus sum, casu inveni. 35 Proferentem. Infinitivus pro Participio. 36 Minuto nummo, exiguo pretio emtos. 37 Quibus cœnaret. 38 Chremeti.

CH. *Liberatus sum, Dave, hodiè* [1] *tuâ operâ.* DA. [2] *at nullus quidem.*

CH. *Quid ita? nempè* [3] *huic prorsus* [4] *illam non* [5] *dat.* DA. [6] *ridiculum caput.*

Quasi necesse sit, si [7] *huic non dat, te* [8] *illam uxorem ducere.*

Nisi [9] *vides, nisi* [10] *senis* [11] *amicos oras,* [12] *ambis.* CH. [13] *benè mones.*

[14] *Ibo: etsi herclè sæpè jam me* [15] *spes hæc* [16] *frustrata est. Vale.*

1 Tuo auxilio. 2 Sed tu non certè liberatus es meâ operâ. 3 Pamphilo. 4 Philumenam. 5 Chremes. 6 Ridiculus sive deridendus homo. Synecdoche. 7 Pamphilo. 8 Philumenam. 9 Provides, adhibes omnem diligentiam. 10 Chremetis. 11 Qui pro te intercedant. 12 Per ambitionem certas, & in ea obtinenda operam adhibeas, sc *nihil efficies, non es ducturus Philumenam*, aut simile quid. Ductum à candidatis, qui dum honores & magistratus quærerent, si virtutibus aut meritis diffiderent, singulas tribus circumire solebant, & cujusque prensare dextras. Δεξιοῦσθαι: hinc fit, ut *ambire* sumatur pro eo, quod est honores & magistratus quærere. Undè fit *ambitus*, id est, crimen, quo ad publicos honores & magistratus turpibus atque inhonestis artibus, putà blanditiis, precibus, largitione contendimus. *Ambio* autem propriè significat circumeo, undique cingo. 13 Rectè suades. 14 Ad amicos Chremetis, eosque orabo & ambiam. 15 Habendæ Philumenæ. 16 Decepit.

ACTUS II. SCENA III.

PAMPHILUS, DAVUS.

PA. [1] *Quid igitur sibi vult pater? cur* [2] *simulat?* DA. *ego dicam tibi.*

Si [3] *id succenseat nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes,*

[4] *Ipsus sibi esse injurius videatur:* [5] *neque id injuriâ:*

[6] *Priùs, quàm tuum animum ut sese habeat, ad nuptias perspexerit.*

Sed si tu [7] *negâris* [8] *ducere,* [9] *ibi culpam in te* [10] *transferet:*

1 Sic enim falsæ sunt nuptiæ, quidquærit, quid cupit, quid cogitat pater? Suadet Pamphilo atque persuadet Davus, ut patri dicat Davus, se uxorem ducturum, cujus consilio major oritur perturbatio. 2 Fingit, sc. velle ut nubam? 3 Ob id iratus esset. 4 Ipse pater tuus videatur sibi, id est, ipse judicet cum animo suo se esse injurium, id est, iniquum adversus te, tibique injuriam intulisse. 5 Neque immeritò, & non sine causâ id judicabit. 6 Priusquàm ad plenum & perfectè noverit voluntatem tuam, quomodò sit disposita ad nuptias, id est, quid ipse sentias de his nuptiis. 7 Patri. 8 Eam Philumenam. 9 Tum. 10 Conferet pater.

[1] *Tum ille* [2] *turbæ fient.* PA. *quid?* [3] *vis patiar?* DA. [4] *pater est, Pamphile:*
Difficile est: [6] *tum hæc sola est mulier:* [7] *dictum ac factum* [8] *invenerit*
Aliquam [9] *causam, quamobrem* [10] *ejiciat oppido.* PA. *ejiciat?* DA. [11] *citò.*
PA. [12] *Cedo igitur, quid* [13] *faciam Dave?* DA. [14] *dic te* [15] *ducturum.* PA. [16] *hem!* DA. [17] *quid est?*
PA. [18] *Ego-ne dicam?* DA. *cur non?* PA. *nunquam faciam.* DA. *ne nega.*
PA. [19] *Suadere noli.* DA. [20] *ex eâ re quid fiat, vide.*
PA. *Ut* [21] *ab illâ excludar,* [22] *hùc concludar.* DA. *non ita est.*
Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem:
[23] *Ducas volo hodiè uxorem: tu, ducam, inquies:*
[24] *Cedo, quid jurgabit tecum?* [25] *hîc reddes omnia,*
Quæ nunc sunt certa [26] *ei consilia,* [27] *incerta ut fient,*
Sinè omni [28] *periculo: nam hocce haud dubium est, quin Chremes*
Tibi non det gnatam: nec tu [29] *eâ causâ* [30] *minueris*
Hæc quæ facis, ne [31] *is mutet suam sententiam.*
[32] *Patri dic velle: ut, cùm velit tibi jure irasci, non queat.*

1 Cùm negaveris. 2 Turbationes, rixæ. 3 Ego-ne dicam me ducturum uxorem? 4 Ideò habens auctoritatem, atque ideò æquum est te illi obtemperare. Ab honesto. 5 Periculosum est patri adversari ac resistere. 6 Præterea hæc Glycerium nullos habet amicos, est sinè tutoribus. 7 Citiùs quàm quis dixerit aut fecerit, id est, celeriter, statim, ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον. Sic Heaut. dictum factum *hùc abiit Clitipho.* 8 Simo reperiet. A facili. 9 Occasionem. 10 Eam ex civitate expellat. 11 Priusquam tu cogitas, ejiciet. 12 Dic. 13 In hac re. 14 Consilium quidem callidum; sed quod Pamphilum inscientem in periculum conjiciet. 15 Philumenam. 16 Interjectio dolentis. 17 Quid ingemiscis? 18 Me ducturum. 20 Si te ducturum dices, quæ commoda sequantur, vide. 21 Glycerio priver. Argumenti inversio. 22 In Philumenæ nuptias, id est, cum Philumenâ concludar. Paranomasia. 23 Mimêsis quæ patris sermonem imitatur. 24 Dic, quam habebit objurgandi causam? 25 Tunc, hac responsione facies. 26 Patri tuo. 27 Dubia reddes ejus de nuptiis consilia. 28 Ducendæ Philumenæ. 29 Propter meum consilium, vel quod promiseris patri, te esse ducturum Philumenam. 30 Minùs facies hęc, quæ soles, nec eò minùs perges itare ad Glycerium. Sic Hecyr. 4, 3, 10. *Sed non* minuam *meum consilium: ex usu quod est, id persequar.* 31 Chremes rursus tibi filiam suam dare velit. 32 Dic patri tuo te velle uxorem ducere.

1 *Nam quod tu speras: propulsabo facilè : uxorem* 2 *his moribus*
Dabit nemo: 3 *inopem inveniet potiùs, quàm te cor-rumpi sinat:*
Sed si 4 *quo animo ferve* 5 *accipiet, 6 negligentem feceris.*
7 *Aliam* 8 *otiosus quæret:* 9 *interea aliquid acciderit* 10 *boni.*
PA. *Itan' credis?* DA. *haud dubium id quidem est.* PA. 11 *vide, quòmet* 12 *inducas.* DA. 13 *quin taces?*
PA. 14 *Dicam:* 15 *puerum autem ne* 16 *resciscat mihi esse ex* 17 *illâ,* 18 *cautio est:*
Nam 19 *pollicitus sum* 20 *suscepturum.* DA. 21 *ô facinus audax!* PA. 22 *hanc fidem*
Sibi, me 23 *obsecravit,* 24 *qui se sciret non* 25 *desertu-rum, ut darem.*
DA. 26 *Curabitur: sed* 27 *pater* 28 *adest: cave, te esse tristem* 29 *sentiat.*

1 Nam repellam ac refutabo facilè, quod tu times, vel quod tibi persuades, quâ unâ spe niteris, scilicet non futurum, ut quisquam civium committat filiam suam tibi talibus moribus prædito. 2 Scilicet *prædito mihi, agenti mihi*, id est, alibi animum amoribus deditum habenti. Hoc sperabat Pamphilus, & secum animo agitabat. 3 Uxorem pauperculam ac indotam amptiùs tibi collocabit pater tuus Chremes, quàm te amore meretricio apud Glycerium perire permittat. Atque hæc est refuta io hujus spei. 4 Quod det tibi Philumenam in uxorem. 5 Intelliget pater. 6 Facies eum lentum & ignavum in parandis nuptiis. 7 Uxorem, quam ducas. 8 Securus, cum otio, non usque adeò celeriter. 9 Dum quæret tibi aliam. 10 Mortem patris subindicari. Donatus putat. 11 Perpende sedulò. 12 Impellas, concludas, id est, in quod periculum me conjicias, si eno cor filio respondeam pari me velle 13 Cur non. 14 Dicam ergo me velle ducere. 15 Infantulum, fœtum. 16 Pater meus. 17 Glycerio. 18 Cavendum est, danda est opera. 19 Promisi Glycerio. 20 Me educaturum puerum. 21 O factum vel crimen temerarium. Irridet pollicitationem. 22 Ordo est: *Glycerium* obsecravit me, ut darem sibi hanc fidem, id est, ut firmiter prominerem hoc, scilicet me suscepturum puerum, qui sciret *me* non desecturum se. 23 Post conceptum puerum. 24 Quâ fide. 25 Relicturum. 26 Hoc negotium, id est, opera dabitur, ne resciscat. 27 Tuus. 28 Præsens est. 29 Scilicet *ne.*

ACTUS II. SCENA IV.

SIMO, DAVUS, PAMPHILUS.

1 Redeo ut videam. Monet Pamphilum Davus, apud patrem ne tituber, sed animo præsenti loquatur. 2 Faciant Davus & Pamphilus. Retulit ad id quod

SI. [1] *Reviso quid* [2] *agant, aut* [3] *quid captent consilii.*

DA. [4] *Hic nunc non dubitat, quin te* [5] *ducturum* [6] *neges.*
Venit [7] *meditatus alicundè ex* [8] *solo loco:*
[9] *Orationem sperat invenisse se,*
Quâ [10] *differat te: proin' tu face,* [11] *apud te ut sies.*
PA. *Modò ut* [12] *possim, Dave.* DA. *crede hoc mihi inquam, Pamphile,*
Nunquam hodiè tecum [13] *commutaturum patrem*
Unum esse verbum, si te dices [14] *ducere.*

suprà: 1, 1, 142. *Observes filium, quid agat, quid cum illo consilii capiat.* 3 Quod consilium capiant inter se ad disturbandas nuptias. 4 Simo. 5 Phi umenam uxorem. 6 Negaturus sis. 7 Pater tuus venit ad nos. 8 Benè instructus, munitus ratione. Metaphora à litigantibus, qui causas acturi, priùs meditabantur. Est autem *meditari*, exercere se cogitando. 9 Deserto, solitario, & propterea aptiori ad meditandum, id est, ex solitudine aliquâ. 10 Multa argumenta. 11 Consilia disturbet tua, distrahat ab amore Glycerii. Sic Adelph. 3, 5. *Miser in me!* differor doloribus. 12 Præparatus sis ad respondendum, atque adeò sedato animo. 13 Esse apud me. 14 Altercaturum, jurgaturum, pro bonis dictis mala ingesturum. Sic Phor. 4, 5, 33. *Ut ille est bonus vir, tria non commutabitis verba hodiè inter vos*, id est, non jurgabitis. 15 Ducturum Philumenam.

ACTUS II. SCENA V.

BYRRHIA, SIMO, DAVUS, PAMPHILUS.

1 Dominus meus Charinus. Hæc verba servus secum loquitur. Explorat.

BY. [1] *Herus me,* [2] *relictis rebus, jussit Pamphilum*
Hodiè observare, ut, quid ageret de [3] *nuptiis,*
Scirem: [4] *id propterea nunc* [5] *hunc* [6] *venientem sequor.*

animum filii de nuptiis pater, cui assentitur Pamphilus impulsu Davi: & Byrrhia heri sui causâ, audito Pamphili responso, perturbatur. 2 Omnibus meis negotiis domesticis postpositis sive intermissis. 3 In hunc diem constitutis. 4 Propter id. Pleonasmus. 5 Pamphilum. Al. *hùc.* 6 Euntem.

Ipsum

Ipsum [1] *adeò* [2] *præsto video cum Davo* : [3] *hoc agam.* [1] Certè. nunc.
SI. [4] *Utrumque adesse video.* DA. [5] *hem,* [6] *serva.* [2] Præsen-
SI. [7] *Pamphile.* [5] tem.
DA. [8] *Quasi de improviso respice ad eum.* PA. [9] *ehem pater.* [3] Faciam quod jus-sus sum, id est, Pamphilum diligenter observabo, relictis rebus omnibus. Sumtum à sacrificiis & auguriis, in quibus sacerdos aut præco altâ voce exclamabat, *Hoc agite* quæ vox eos, qui interessent, monebat, ut
DA. [10] *Probè.* SI. *hodie uxorem ducas,* [11] *ut dixi, volo.* id est, Pamphilum
BY. *Nunc* [12] *nostræ parti timeo,* [13] *hic quid* [14] *respondeat.*
PA. *Neque* [15] *istîc, neque* [16] *alibi tibi usquam erit in me mora.* BY. [17] *hem!*
DA. [18] *Obmutuit.* BY. [19] *quid dixit!* SI. [20] *facis, ut te decet,*
Cum istuc, quod [21] *postulo, impetro* [22] *cum gratiâ.*
DA. [23] *Sum verus?* BY. [24] *herus, quantum* [25] *audio,* [26] *uxore excidit.*
SI [27] *I jam nunc intrò,* [28] *ne in morâ, cùm opus sit, fies.*
PA. [29] *Eo.* BY. *nullâ-ne in re esse homini cuiquam fidem!*
Verum illud [30] *verbum est, vulgò quod dici solet,*

ad rem, quæ ageretur totâ mente vacarent. 4 Davum & Pamphilum. 5 Admonentis est. 6 Observa, vide quid agas. 7 Vocat filium Simo. 8 Quasi antè non vidisses. 9 De improviso respicit. 10 Rectè fecisti. 11 Tibi apud forum. 12 Charino, qui à nostrâ parte est, id est, vereor ne respondeat se ducturum, quod nostræ parti nocebit. Dicit hæc clam ad populum. 13 Pamphilus. 14 Respondebit patri. 15 In hac re, id est, nuptiis. 16 In ullo alio negotio repugnabo tibi, id est, in omn bus obediam tibi. 17 Interjectio perculsi servi. 18 Pater tuus Simo mutus factus est. Hæc in aurem Pamphili dicit Davus. 19 Quantam rem Pamphilus dixit patri! quanti rem ponderis & momenti locutus est! Exclamando hoc pronunciandum est. Hæc secum loquitur. 20 Pamphile Pater laudat filium propter obedientiam suam. 21 Peto à te. 22 Cum benevolentiâ, sine contentione. 23 Non ne sim verax sive veridicus, id est, nonne prædixi tibi, patrem nunquam tecum commutaturum unum verbum, si ita responderes? Hoc Davus quoque submissâ voce dicit, conversus ad Pamphilum. 24 Dominus meus Charinus. 25 Intelligo ex colloquio Simonis & Pamphili. 26 Decidit spe habendæ Philumenæ. *Excidere* dicuntur, quæ imprudentibus nobis è manibus elabuntur. 27 Nunc igitur ingredere domum, quia promisisti te ducturum. 28 Ut paratus sis. 29 Intrò. 30 Proverbium, sententia.

1 Homines. 1 OMNES SIBI MALLE MELIUS ESSE, QUAM ALTERI.

2 Philumenam, filiam Chremetis. *Ego illam vidi* 2 *virginem: formâ bonâ*

3 Me vidisse eam. *Memini* 3 *videre:* 4 *quo æquior sum Pamphilo,*

4 Quâ re, undè (quia scilicet adeò pulchra est) æquiorem Pamphilo causam tribuo, justam esse Pamphili rationem existimo. 5 *Si se illam in somnis, quàm illum, amplecti maluit.*

5 Ordo est: *Si maluit se amplecti illam*, scilicet Philumenam virginem, *in somnis*, id est, per noctem, *quàm illum*, scilicet Charinum herum meum, *amplecti illam*, id est, quam ut Charinus amplecteretur illam in somnis. 6 *Renunciabo, ut pro hoc* 7 *malo mihi* 8 *det malum.* 20

6 Illi, id est, hero meo Charino. 7 Sc. *nuncio.* 8 Infortunium. Non enim dubito, quin ob hoc me verberet.

ACTUS II. SCENA VI.

DAVUS, SIMO.

2 Simo. Davus Simonem, & Davum Simo fallit. DA. 1 *Hic* 2 *nunc me credit aliquam sibi fallaciam*

3 *Portare, & eâ me hîc* 4 *restitisse* 5 *gratiâ.*

SI. *Quid Davus narrat?* DA. 6 *æquè quidquam nunc quidem.*

2 Dùm me videt solum restitisse. SI. *Nihil-ne?* 7 *hem!* DA. *nihil prorsùs.* SI. *atqui* 8 *exspectabam quidem.*

3 Adferre. DA. 9 *Præter spem evenit.* 10 *hoc malè* 11 *habet virum.*

4 Solum remansisse. SI. 12 *Potin' es mihi verum dicere?* DA. 13 *Nihil faciliùs.*

5 Causâ eum fallendi. SI. *Num* 14 *illi* 15 *molestę quippiam hę sunt* 16 *nuptię, Propter* 17 *hospitæ hujusce* 18 *consuetudinem?*

6 Atque anteà, id est, æquè narro nunc quidquam, atque anteà narrabam, id est, nihil narro nunc, ut antè nihil narrabam, ut Simo explicat. Nam suprà 1, 2. Davus à Simone provocatus, de amoribus Pamphili nihil responderat. 7 Interjectio irati adversùs eum, qui se negat aliquid dixisse. 8 Ut aliquid narrares. 9 Contrà spem, id est, aliter quàm sperabat. Hoc Davus aversus à Simone dicit ad spectatores. 10 Quod videt me aliud nihil velle sibi respondere, cùm id maximè speraret. 11 Angit & cruciat Simonem. 12 Potes-ne? 13 Possum, quàm verum dicere. 14 Pamphilo. 15 Odiosæ. 16 Conflictæ cum filiâ Chremetis. 17 Hujus peregrinæ Glyceru. 18 Conversationem.

DA.

DA. [1] *Nihil hercle*: *aut si* [2] *adeò*, [3] *bidui est, aut tridui*
Hæc [4] *sollicitudo*: [5] *nostin'* ? [6] *deinde desinet*:
Etenim eam secum [7] *rem rectâ reputavit viâ.*
SI. *Laudo.* DA. [8] *dum licitum est illi*, *dumque* [10] *ætas tulit.*
Amavit: *tum id* [11] *clam*: *cavit*, *ne unquam* [12] *infamiæ*
[13] *Ea res sibi esset*, *ut* [14] *virum fortem decet.*
Nunc uxore opus est: *animum ad uxorem* [15] *appulit.*
SI. [16] *Subtristis* [17] *visus est esse aliquantulùm mihi.*
DA. [18] *Nihil propter hanc rem*: *sed* [19] *est*, [20] *quod succenseat tibi.*
SI. *Quid-nam est* ? DA. *puerile est.* SI. *quid est* ? DA. *nihil.* SI. *quin dic, quid est?*
DA. *Ait nimiùm parcè facere* [21] *sumtum.* SI. [22] *mene* ? DA. *te.*
[23] *Vix*, *inquit*, *drachmis opsonatus est decem*:
Num filio [24] *videtur uxorem dare* ?
Quem, *inquit*, [25] *vocabo ad cœnam* [26] *meorum æqualium*
Potissimùm nunc? *Or*, *quod dicendum* [27] *hîc fiet*,
Tu quoque [28] *perparcè nimium*: *non laudo.* SI. *tace.*
DA. [29] *Commovi.* SI. *ego*, [30] *ista recte ut fiant*, [31] *videro.*

1 Molestæ sunt ei ob id nuptiæ
2 Aliquantulùm molestæ illi sunt nuptiæ.
3 Spatii duorum aut trium dierum.
Intrat amor mentes viu, dedecori usu.
4 Molestiæ nuptiarum.
5 Intelligis-ne hoc? Cunctantis est hæc vox, & quærentis verba ad absolvendum orationis contextum.
6 Postea, post biduum aut triduum desinet ille sollicitudo, id est, non ampliùs excruciabit se propter nuptias. 7 Consuetudinem hospitæ, vel nuptias istas rectâ ratione & consilio Pamphilus retractavit. 8 Quamdiu permissum. 9 Pamphilo. 10 Juvenilis, immatura nuptiis, passa est, pertulit, id est, dum fuit adolescens. 11 Te. 12 Dedecori. 13 Amore sive quod amavit. 14 Adolescentem virtute præditum. 15 Applicuit, adjunxit. 16 Non ad plenum tristis, sed parùm mœstus. 17 Pamphilus. 18 Non est tristis propter nuptias. 19 Aliud aliquid. 20 Propter quod Pamphilus irascitur tibi. 21 Impensas nuptiarum. Sponsâ enim domum mariti ingressâ, tota dies nuptiarum in sacrificiis, conviviis & saltationibus transigebatur: neque id parcè, sed lautè & opiparè. 22 An me dicit facere sumtum nimiùm parcè? 23 Pater meus, inquit Pamphilus, vix comparavit opsonia pro uno aureo coronato. 24 Pater meus. 25 Invitabo ad nuptias. 26 Ex meis sociis & coævis. *Æquales* dicuntur, qui eodem tempore nati sunt, qui simul accreverunt. 27 Absente filio. 28 Tenaciter nimis sumtum facis. 29 Irritavi jam eum. Hoc tacitè & apud se dicit Davus. 30 Illa curentur, quæ ad nuptias pertinent. 31 Videbo, providebo, curabo.

1 Quod instituit Davus. Hæc secum loquitur Simo, à Davo aversus.

1 *Quid nam hoc rei est? quid nam hic vult 2 veterator sibi?*
Nam si 3 hîc 4 mali est quidquam, 5 hem 6 illic est huic rei caput.

2 Davus vetus in astutiâ, qui in omni re callidus est, & dolis diu exercitatus. 3 In hac re, quam mihi retulit Davus de Pamphilo. 4 Damni, incommodi, id est, si dolus aliquis subest verbis Davi. 5 Interjectio indignantis. 6 Ille Davus est origo, fons & præcipuus autor hujus fraudis. *Caput* enim est origo & summa uniuscujusque rei.

ACTUS III. SCENA I.

MYSIS, SIMO, DAVUS, LESBIA, GLYCERIUM.

1 Ex abrupto orditur. Confirmat enim orationem, quam habuit Lesbia cum Mysde in via, priusquàm ad ædes Glycerii pervenerint. In hac scenâ terretur mulierum adventu senex, & se à Davo decipi putat, cui irascitur.

MY. 1 *ITa*[1] *pol* 3 *quidem res est, ut* 4 *dixit Lesbia:*
Fidelem haud 5 *fermè mulieri* 6 *invenias virum.*
SI. 7 *Ab Andriâ est* 8 *ancilla hæc: quid narras?*
DA. *ita est.*
MY. 9 *Sed hic Pamphilus.* SI. *quid* 10 *dicit?* MY. 11 *firmavit fidem.* SI. 12 *hem!*
DA. 13 *Vtinam ant* 14 *hic surdus, aut* 15 *hæc* 16 *muta facta sit.*
MY. *Nam* 17 *quod* 18 *peperisset,* 19 *jussit tolli.* SI. *Ipiter,*

2 Per Pollucem. Jurantis est. 3 Equidem. 4 Dixisti de infidelitate amatorum. Syncope. 5 Facilè. 6 Invenia: aliquis, vel invenire possit. Modus potentialis. Nota hîc obiter 1 quandò ad generalitatem transit sermo, plerumque ad secundam personam præsentis subjunctivi, aut ad verbum impersonale oratio transfertur. Sic Virg. *Migrantes cernas*, id est, quilibet cernat. Ad impersonale: ut, *Usque adeò* turbatur *agris*. 7 Adest ex ædibus Antiæ Glycerii. 8 Mysis, quæ loquitur. 9 Continuanda fuerant hæc verba sequentia (*firmavit fidem: nam quod peperisset, jussit tolli*) nisi interloquerentur Davus & Simo. Similis locus est suprà 2, 2. & Phor. 2, 1. 10 Hæc ancilla de Pamphilo? 11 Confirmavit promissionem suam, sanctè promisit se nunquam illum desertrum. 12 Interjectio est verba accipientis & admirantis. 13 Votum secum loquentis ad spectatores. 14 Simo factus sit surdus, ne illam audiret. 15 Ancylla Mysis. 16 Ne verbum posset loqui. 17 Quidquid, sive masculum, sive puellulam. 18 Glycerium. 19 Pamphilus præcepit educari, nutriri.

Quid

Quid ego audio? [1] *actum est, siquidem* [2] *hæc vera prædicat.*

LE. [3] *Bonum ingenium narras* [4] *adolescentis.* MY. [5] *optimum.*

Sed sequere me intrò, ne in morâ [6] *illi sis.* LE. *sequor.*

DA. [7] *Quod remedium nunc huic malo inveniam?*

SI. [8] *quid hoc?*

Adeon' est [9] *demens? ex peregrinâ?* [10] [11] *jam scio:* [12] *ah!*

Vix tandem [13] *sensi* [14] *stolidus.* DA. *quid* [15] *hic sensisse ait?*

SI. [16] *Hæc primùm adfertur jam mihi ab* [17] *hoc* [18] *fallacia:*

[19] *Hanc* [20] *simulant parere,* [21] *quò Chremetem* [22] *abs terreant.*

GL. [23] *Iuno* [24] *Lucina* [25] *fer opem,* [26] *serva me obsecro.*

SI. [27] *Hui,* [28] *tam cito?* [29] *ridiculum: postquam ante ostium*

Me audivit fiare, [30] *approperat: non sat* [31] *commodè* [32] *Divisa sunt* [33] *temporibus* [34] *tibi, Dave,* [35] *hæc.*

DA. [36] *mihin'?*

1 Nulla ampliùs spes est de meo filio, non secùs ac in judicio, ubi lata semel sententia retractari non potest. Hæc verba semper in malam partem accipiuntur, & proverbialiter desperationem significant: ut, *Actum est de Republicâ*, i. respublica exstincta & perdita est.

2 Ancilla Ingenium est in Pamphilo. Servat enim, quod promisit.

3 Bonam indolem, naturam.

4 Pamphili.

5 Ingenium optimum.

6 Glycerio parturienti.

7 Secum loquitur, & deliberat.

8 Rei est, quod dixit Lesbia.

9 Mente captus filius meus Pamphilus?

10 Ut suscipiat filium ex hospita meretrice? Nam peregrinæ mulieres inhonestæ habebantur, tanquam meretrices. Vide 1, 1.

11 Nunc primum scio factum filii, vel quid rei sit.

12 Interjectio dolentis.

13 Percepi fallaciam, quam comminiscuntur adversùs me & Chremetem.

14 Imprudens.

15 Simo.

16 Ex multis aliis.

17 Davo.

18 De parturiente Glycerio.

19 Glycerium.

20 Fingunt illæ mulieres.

21 Ut

22 Deflectant à dandâ filiâ suâ.

23 A *juvando* dicta. Totidem verbis habetur Adelph. 3, 4, 41.

24 Diana, quæ partus in lucem producis.

25 Opitulare, adsis partui, propter quod Lucina es dicta.

26 Ne in partu moriar. In ædibus hoc magno clamore exclamat Glycerium, quasi parturiens.

27 Interjectio est irridentis parturientem.

28 Potest-ne tam celeriter parturire?

29 Sc. *est negotium*, id est, res ridicula est.

30 Festinat illa Glycerium ejulare & Junonis Lucinæ auxilium implorare.

31 Opportunè, ut tua non sentiatur fallacia. Apostrophe est ad Davum & est irrisio.

32 Distributa, id est, tua consilia jam sunt nihili, nec unum quodque suo tempore egisti, non rectè ordinasti rem, omnia sunt confusa.

33 Per tempora, secundum opportunitatem temporis.

34 A te.

35 Instituta & negotia.

36 An à me hæc non sunt divisa temporibus?

SI. *Num*

1 Tui, Pamphili scilicet, cujus magistrũ Davum etiam suprà appellaverat Simo.

SI. *Num immemores* [1] *discipuli?* DA. *ego, quid narres,* [2] *nescio.*
SI. [3] *Hiccine si me* [4] *imparatum in veris nuptiis*
[5] *Adortus esset,* [6] *quos mihi ludos* [7] *redderet?*
[8] *Nunc hujus periclo fit: ego* [9] *in portu navigo.*

Q. d. Cur ita relinquis discipulum tuum, consiliis & omni ope destitutum? Al. *Num immemores discipuli?* Q. d. Si tu commode hæc divisisti temporibus, forte discipuli tui (nempè Pamphilus, Glycerium, Mysis, Lesbia) qui te tanquam Magistrum habent in iis fallaciis, sunt immemores, neque sequuntur præscriptum tuum. 2 Quia non sunt mihi discipuli. 3 Nunquid creditis, si hic Davus, &c. 4 Ex improviso, inconsultum. 5 Aggressus esset suis fallaciis. 6 Quas irrisiones, quas fallacias mihi faceret? 7 Al. *ederet?* Notæ phrases: *edere ludos funebres, Circenses, gladiatorios, munera gladiatoria,* &c. 8 Nunc in Davi periculum & perniciem res agitur, qui tergo pœnas pendet. 9 Ego tutò res meas ago citra omne periculum. Sumta à navigantibus Metaphora, quibus, dum vadum (qui fundus aquæ est) sentiunt, parùm difficile est evadere: ac prætereà nulla est tutior navigatio, quam quæ in portu fit: si quid enim periculi accidat, protinus terram capiunt nautæ.

ACTUS III. SCENA II.

LESBIA, ARCHILLIS, SIMO, DAVUS.

8 Lesbia egrediens narrat, quo instatu sit Glycerium puerpera. simul agit de dandâ illi potione, imitata medicos: deinde Simo & Davus de puero nato callidè altercantur.

LE. [1] *ADhuc,* [2] *Archillis, qua* [3] *adsolent, quæque* [4] *oportent*
Signa [5] *ad salutem esse, omnia* [6] *huic esse video.*
Nunc primùm fac, [7] *istæc ut* [8] *lavet: pòst deinde,*
Quod jussi, ei date bibere, & quantum imperavi,
[9] *Date: mox ego* [10] *hùc revertor.*
[11] *Per castor* [12] *scitus puer natus est Pamphilo.*
[13] *Deos quæso, ut* [14] *sit superstes: quandoquidem*
[15] *ipse est* [16] *ingenio bono,*

2 Ancilla. 3 Adesse solent. 4 Oportet, id est, necessarium est. Archaismus. Sic Heaut. 3, 2, 25. *hac facta ab illo* oportebant, *Syro.* 5 Glycerii pertinentia. Sic Heaut. 1, 2, 33. *Atque ea sunt tamen* ad virtutem *omnia.* 6 Puerperæ Glycerio. 7 Glycerium. 8 Abluat se. 9 Ei tantum bibere. 10 Ad revisendam Glycerium. 11 Per ædem Castoris. Adverbium jurandi est. 12 Elegans, pulcher, id est, hodiè Glycerium peperit Pamphilo puerum elegantem & pulchrum. Apud se loquitur obstetrix in viâ. 13 Recens natis benè precandi formula. 14 Hic puer diu vivat. 15 Pamphilus. 16 Præditus bonâ indole.

1 Cùmque

[1] *Cùmque huic* [2] *veritus est* [3] *optimæ adolescenti* [4] *facere injuriam.*

SI. [5] *Vel hoc quis non credat, qui nôrit* [6] *te,* [7] *abs te esse ortum?* DA. *quid nam id est?*

SI. *Non* [8] *imperabat* [9] *coram, quid opus facto esset* [10] *puerperæ.*

Sed postquam [11] *egressa est,* [12] *illis, quæ sunt* [13] *intùs,* [14] *clamat de viâ:*

O Dave, ita-n' contemnor [15] *abs te? aut ita-ne tandem idoneus*

Tibi videor esse, quem tam [16] *apertè* [17] *fallere incipias dolis?*

Saltem [18] *accuratè,* [19] *ut metui videar certè, si* [20] *re-scierim.*

DA. [21] *Certè hercle nunc* [22] *hic se ipsus fallit, haud ego.* SI. [23] *edixin' tibi?*

[24] *Interminatus sum, ne faceres? num* [25] *veritus? quid* [26] *retulit?*

[27] *Crédon' tibi hoc nunc, peperisse* [28] *hanc è* [29] *Pamphilo?*

DA. [30] *Teneo, quid erret: quid ego* [31] *agam,* [32] *habeo.*

SI. *quid taces?*

1 Et quandoquidem. Causalis particula. 2 Noluit Pamphilus. 3 Honesto, bono ingenio prædita juvenculæ Glycerio. 4 Fidem violare. 5 Etiam hanc fallaciam de Glycerio & Pamphilo. 6 Tuum ingenium, tuas technas. 7 Te esse autorem. Audit Simo obstetricis exeuntis verba, quæ esse conficta putat, eamque fraudem à Davo fuisse ortam, ut impedirentur nuptiæ. 8 Præcipiebat obstetrix Lesbia, quæ modò egrediebatur à Glycerio. 9 Intùs in præsentiâ puerperæ. 10 Glycerio, quæ peperit. 11 Domum Glycerii. 12 Mulieribus. 13 In ædibus. 14 Voce feratur, ut a me exaudiatur, ex plateâ. 15 Qui es meus servus. 16 Palam. 17 Fallax. Mart. *Postquam est, cœpit imago loqui*, id est, locuta est. 18 Cum magna solertia incipias fallere, vel debuisses me fallere. 19 A te. 20 Perceperim te fallere me. 21 Ad spectatores hæc aversus à sene dicit. 22 Simo. 23 Nonne imperavi tibi, ne faceres fallaciam in nuptiis? Suprà 1, 2, 33. *Sed dico tibi, ne istæc facias.* 24 Nonne etiam minis prohibui? 25 Scilicet ea, facere nempè fallaciam in his nuptiis, vel edictum meum, meas minas. 26 Quid profuit me tibi edicere ac interminari, ne faceres fallaciam, cùm nihilo sis veritus magis? aut quid interfuit tuâ, quid utilitatis habes ex tuis technis, vel ut huic negotio te misceres? 27 Putas-ne me tibi credere hoc? 28 Glycerium. 29 Filio meo. 30 Scio, intelligo, propter quid Simo fallatur, id est, quid suspicetur, scilicet meo & mulierum consilio partum simulari, ad disturbandas nuptias; itaque hunc ejus errorem non minuam aut tollam, sed consensum commodando augebo, sive responsionibus meis efficiam, ut magis confirmetur in animo ejus hæc suspicio, hic error. Hæc ad spectatores dicit. 31 Agere debeam super hoc errore. 32 Scio, in promptu mihi est.

DA. *Quid*

DA. *Quid* [1] *credas?* [2] *renunciata sint hęc sic* [3] *fore.*

SI. [4] *Mihin' quisquam?* DA. [5] *eho, an tute intellexti* [6] *hoc adsimulari?* SI. [7] *irrideor.*

DA. [8] *Renunciatum est: nam* [9] *quî istæc tibi incidit* [10] *suspicio?*

SI. *Quî? quia* [11] *te noram.* DA. *quasi tu dicas, factum* [12] *id* [13] *consilio meo.*

SI. [14] *Certè* [15] *enim* [16] *scio.* DA. *non satis me* [17] *pernosti etiam,* [18] *qualis sim, Simo.*

SI. [19] *Ego-ne te?* DA. *sed, si quid narrare occœpi,* [20] *continuò* [21] *dari*
Tibi verba censes. SI. [22] *falsò.* DA. [23] *itaque herclè nihil jam* [24] *mutire audeo.*

SI. *Hoc ego scio unum,* [25] *neminem peperisse* [26] *hîc.* DA. [27] *intellextin'?*
Sed nihilo [28] *seciùs* [29] *mox deferent* [30] *puerum hùc ante ostium.*

[31] *Id ego jam nunc tibi renuncio, here, futurum, ut sis sciens:*
Ne tu [32] *hoc mihi* [33] *posteriùs dicas, Davi factum* [34] *consilio, aut* [35] *dolis.*

1 Repetit Davus verbum Simonis: dixerat enim Simo, *Credon' tibi hoc?*

2 Nunciata, apertè significata. Compositum pro simplici. Propriè enim *renunciare* est referre, quid actum sit, aut velit aliquis.

3 De puerperâ.

4 Scilicet renunciavit hæc?

5 Interjectio est admirantis: interdum ad se vocantis, ut alibi: *Ehodum ad me:*

6 Partum Glycerii fingi? 7 A te. Hoc eam vim habet, ut velit significare, sibi prorsus nihil de hac re nuntiatum esse. 8 Tibi, sc. hoc assimulari. 9 Undè, vel quomodò. 10 Talis cogitatio, quod partus Glycerii simuletur. 11 Tuas fallacias. 12 Quod fecit filius tuus. 13 Me suadente, me autore. 14 Certò. 15 Enimverò. 16 Id factum fuisse consilio tuo. 17 Perfectè nosti, ideò falsò suspicaris de me. 18 Quàm officiosus ac fidelis. 19 Pernovi, scilicet cùm tamen diu fueris apud me? egò verò te intùs, & in cute novi. 20 Statim. 21 Te falli à me. 22 Scilicet censeo, id est, non satis causæ est mihi, cur censeam te mihi verba dare, quoties narrationem occipis. Ironia. 23 Quia in omnibus tibi suspectus sum. 24 Ne tantillum quidem loqui apud te, quantum sonat mutus: hoc enim est *mutire*, non omninò tacere: ideòque extra negationem nunquam usurpatur. 25 Glycerium, neque ullam aliam mulierem. Nota, *neminem* in fœminino genere hîc usurpari. 26 In hac domo, in quâ est Glycerium. 27 Hoc fieri falsò? vel nunquid audivisti modò clamantem Glycerium in partu, & ea, quæ retulit obstetrix discedens? 28 Minùs, etiamsi nolueris credere. 29 Statim. 30 Quem ex Glycerio sustulit Pamphilus. 31 Ut proferatur puer ante ostium. 32 Si deferatur puer ante ostium. 33 Posteà. Sic Adelph. 2, 1, 8, *Tu quod te posteriùs purgem*, &c. 34 Suasu. 35 Technis.

1 *Prorsùs à me opinionem hanc tuam esse ego* 2 *amotam volo.*
SI. *Undè* 3 *id scis?* DA. 4 *audivi, & credo: multa* 5 *concurrunt simul,*
6 *Quî conjecturam hanc nunc* 7 *facio:* 8 *jam primùm* 9 *hęc se è* 10 *Pamphilo*
11 *Gravidam dixit esse:* 12 *inventum est falsum: nunc, postquam* 13 *videt*
14 *Nuptias domi apparari, missa est* 15 *ancilla* 16 *illicò*
Obstetricem 17 *accersitum ad eam, &* 18 *puerum ut* 19 *adferret simul.*
20 *Hoc nisi sit, puerum ut tu videas,* 21 *nil moventur nuptiæ.*
SI. *Quid ais? cùm intellexeras*
22 *Id consilii capere, cur non dixti* 23 *extemplò Pamphilo?*
DA. *Quis igitur* 24 *eum ab illâ abstraxit, nisi ego? nam* 25 *omnes nos quidem*
Scimus, quàm 26 *miserè* 27 *hanc* 28 *amârit:* 29 *nunc sibi uxorem expetit.*
Postremò 30 *id mihi da* 31 *negotî: tu tamen idem hæc nuptias*
Perge facere ita, ut facis: & 32 *id spero adjuturos Deos.*

1 Cupio ut tale quidquam de me non suspiceris, quod me autore hoc fiat. 2 Ablatam. 3 Puerum hùc ante ostium delatum iri. 4 Ab ancillis. 5 Multa argumenta vel signa conveniunt, concordant. Metaphora sumta à multitudine populi, quæ vel propter videndæ rei aviditatem, vel ad ferendum auxi-

lium, currendo properat in aliquem locum. Sic Heaut. 1, 2, 3. Concurrunt *multa opinionet, quæ mihi animum exanguent.* 6 Ex quibus. 7 Hanc non esse puerperam. 8 Primò. 9 Glycerium. 10 Filio tuo. 11 Prægnantem. 12 Scilicet ut tu, Simo, credis: ejus enim errore utitur Davus. 13 Glycerium. 14 Filii tui. 15 *Mysis.* 16 Statim, hoc audito. 17 Ad accersendum, ut accersat. 28 Puerum aliquem suppositititium, quem dicat Glycerium peperisse Pamphilo. Aliud signum. Infrà 4, 4. ad Chremetem aliâ techna suppositionem partus vult arguere, quasi vidisset ipse pridiè aliquid deferri in domum Glycerii. 19 Ancilla *Mysis.* 20 Quod dixi futurum, scilicet ut puerum suppositium videas ostentari ante ostium tuum. 21 Non perturbari, differri, irritas posse reddi has nuptias sciunt. 22 Mulieres id moliri, ut puer ante fores deferretur. 23 Illicò, statim. Culpæ convincit Davum, quod revelanda reticuisset. 24 Pamphilum à Glycerio abstrahere conatus est. 25 Servi domestici. 26 Perdite, valde. 27 Glycerium. 28 Pamphilus. 29 Relictâ Glycerio uxorem ducere expetit. 30 Ut filium tuum in officio & honesto nuptiarum proposito retineam, atque omnia harum consilia intervertam. 31 Hoc onus. Apocope, pro *negotii.* 32 Negotium nuptiarum.

SI. *Imò*

SI. *Imò abi intrò: ibi me* [1] *opperire, &, quod* [2] *parato opus est, para.*
Non [3] *impulit me,* [4] *hæc nunc* [5] *omninò ut crederem.*
Atque haud scio, an, [6] *quæ dixit, sint vera omnia:*
Sed parvi [7] *pendo: illud mihi* [8] *multò maximum est.*
Quod mihi [9] *pollicitus est ipsus gnatus. Nunc Chremem*
[10] *Conveniam: orabo* [11] *gnato uxorem:* [12] *id si* [13] *impetro,*
[14] *Quid alias malim, quàm hodiè has fieri nuptias?*
Nam [15] *gnatus* [16] *quod pollicitus est, haud dubium est mihi,*
[17] *Si nolit, quin eam meritò possim* [18] *cogere.*
[19] *Atque adeò* [20] *in tempore eccum ipsum* [21] *obviam Chremem.*

1 Exspecta. 2 Parari ad nuptias. 3 Adduxit, persuasit, perfecit hic Davus. Ingreditur Davus, & solus Simo secum loquitur. 4 Peperisse Glycerium. 5 In totum. 6 De partu Glycerii & filio Pamphilo. 7 Æstimo, facio verba Davi. 8 Majori in pretio, præcipuum in hac causâ. 9 Scilicet se ducturum uxorem. 10 Alloquar. 11 Scilicet *ut det filiam suam.* 12 Ut det gnato uxorem. 13 Obtineo à Chremete. 14 Cur alio tempore, vel cur alias res. 15 Filius meus Pamphilus. 16 Nempè se ducturum uxorem. 17 Ducere uxorem. 18 Ad ducendum uxorem. A jure paterno. 19 Sed. 20 Tempestivè, opportunè. 21 Venientem mihi.

ACTUS III. SCENA III.

SIMO, CHREMES.

SI. [1] *Vbeo Chremetem.* CH. [2] *oh, te ipsum quærebam.* SI. *&* [3] *ego te.* CH. [4] *optatò advenis.*
Aliquot me adiêre, ex te [5] *auditum qui ajebant, hodiè* [6] *filiam*
Meam nubere tuo [7] *gnato:* [8] *id viso,* [9] *tu-ne, an* [10] *illi insaniant.*
SI. [11] *Ausculta paucis: & quid ego* [12] *te velim, & tu quod* [13] *quæris, scies.*

1 Volo, opto Chremem, scilicet *salvere*; sed supprimitur alterius personæ interventu. Simo Chremetem orat, ut filiam suam Pamphilo det uxorem: congressu autem duorum senum ex falsis veræ fiunt nuptiæ. 2 Interjectio optantis vel exultantis. 3 Scilicet *quærebam.* 4 Ut optabam, in ipso tempore. 5 Sc. *esse*, id est, se audivisse. 6 Philumenam. 7 Filio Pamphilo. 8 Ob id, ideo venio ad videndum. 9 Sc. *insanias*, si hæc dixisti. 10 Si non audita referunt. 11 Audi paucis verbis, vel parum. 12 Scilicet *facere.* 13 A me de filiâ mâ.

CH. *Auscul*

CH. *Ausculto: loquere, quid velis.*

SI. [1] *Per te Deos ora, & nostram amicitiam Chreme,*
[2] *Quæ incepta* [3] *à parvis cum ætate accrevit simul,*
Perque unicam [4]*gnatam tuam, &* [5]*gnatum meum,*
[6] *Cujus tibi potestas summa servandi datur;*
Vt me adjuves [7] *in hac re, atque ita, uti nuptiæ*
Fuerant futuræ, [8] *fiant.* CH. [9] *ah, ne me obsecra:*
Quasi [10] *hoc te* [11] *orando* [12] *à me impetrare oporteat.*
[13] *Alium esse* [14]*censes nunc me,* [15] *atque olim,* [16] *cùm*
dabam?
[17] *Si in rem est utrique, ut* [18] *fiant,* [19] *accersi jube.*
Sed si [20] *ex eâre plus* [21] *mali est, quàm* [22] *commodi*
Vtrique; id oro te, [23] *in commune ut consulas,*
Quasi [24] *illa tua sit, Pamphilique ego sim pater.*
SI. *Imò ita volo, itaque* [25] *postulo, ut* [26] *fiat, Chreme:*
Neque postulem abs te, nisi ipsa [27] *res moneat.* CH.
[28] *quid est?*
SI. *Iræ* [29] *sunt inter Glycerium & gnatum.* CH.
[30] *audio*
SI. [31] *Ita magnæ, ut sperem* [32] *posse* [33] *avelli.* CH.
[34] *fabulæ.*
SI. *Profectò sic est.* CH. *sic hercle, ut dicam tibi:*

1 Obtestatio valida.
2 Amicitia.
3 Jamtum cum adhuc parvi essemus, à parvulo, à puero unà cum annis nostris aucta est, incrementum cepit.
4 Filiam
Philumenam.
5 Filium Pamphilum.
6 Filii mei, id est, quem tu solus potes servare.
7 In his nuptiis, vel in hoc negotio abstrahendi filii à libidine. Petitio.
8 Celebrentur, absolvantur. Alterum membrum petitionis. 9 Contemnentis. 10 Ut nuptiæ fiant. 11 Precibus. 12 Tuo intimo amico & vicino. 13 Alio ingenio, id est, me immitasse sententiam. 14 Existimas. 15 Quàm nuper eram vel essem. 16 Cùm filiam meam filio tuo despondercm? 17 Si utrique nostrum, mihi & tibi, vel filio tuo & gratiæ meæ, est utile, & nemini inutile. *Res* enim interdum accipitur pro utilitate: ut Hecyr. 1, 2, 27. *Si in rem est Bacchidæ*, id est, si Bacchidi utile est. Sic dicimus, hoc est *é re nostrâ*, id est, utilitate nostrâ. 18 Nuptiæ. 19 Sponsam. 20 Ex illis nuptiis. 21 Damni. 22 Utilitati. 23 Ut prospiciat, provideas in utriusque nostrum utilitatem, in commodum quod sit mihi tecum commune. 24 Filia mea Philumena esset tua filia. Exponit nunc, quid sit in commune consulere. 25 Petoà te, quia in rem est. 26 Ut nuptiæ procedant. 27 Utilitas suaderet ut id facerem. 28 Quo ego moveri debcrem. 29 Exortæ, ita ut nuptiæ jam commodè possint fieri. 30 Quod sint iræ. Ironica concessio. 31 Iræ sunt adeò vehementes. 32 Pamphilum. 33 Abstrahi, abalienari à Glycerio. 34 Nugæ sunt, non est credibile.

1 Amatorum cum suis amasiis.

[1] AMANTIUM IRÆ AMORIS [2] INTEGRATIO EST.

SI. [3] *Hem, id te oro, ut* [4] *antè eamus, dum* [5] *tempus datur,*

2 Renovatio. Expressit Terentius illud Menandri: Ὀργὴ φιλόντων ὀλίγον ἰσχύει χρόνον.

Dumque [7] *ejus lubido occlusa est contumeliis,* 25
Priusquàm [8] *harum scelera, &* [9] *lacrymæ confictæ dolis*
[10] *Reducant animum* [11] *ægrotum* [12] *ad misericordiam.*
Uxorem demus: spero [13] *consuetudine, &*
[14] *Conjugio liberali* [15] *devinctum, Chreme,*
[16] *Dehinc facilè ex illis* [17] *emersurum* [18] *malis.* 30

Ita Plaut. Amphytr. 3. 2. *Iræ interveniunt, redeunt rursum in gratiam: verum ira si qua eveniunt hujusmodi inter eos rursum, si reversum in gratiam est, bis tantò amici sunt inter se, quàm priùs.*

CH. [19] *Tibi ita* [20] *hoc videtur: at* [21] *ego non posse arbitror*
Neque illum [22] *hanc perpetuò* [23] *habere, neque me*
[24] *perpeti.*
SI. *Quî scis ergo* [25] *istuc, nisi* [26] *periclum feceris?*
CH. *At istuc periclum in* [27] *filiâ fieri,* [28] *grave est.*
SI. *Nempè* [29] *incommoditas* [30] *denique* [31] *hùc omnis redit;* 35

3 Admonentis. 4 Ob id, quia amantium iræ amoris integratio est. 5 Tempestivè eamus, id est, prevenianus sive prevertamus hanc amoris integrationem. 6 Opportunitas, id est, dum sese offert nobis occasio. Occasio in aggrediundo conficiendoque negotio præcipuum habet momentum. 7 Pamphili amor cohibitus & impeditus est, non ampliùs patet convitiis ultrò citrò que datis. 8 Glycerii & ancillæ. A consequenti. 9 Fletus earum simulati per dolum. Nam (ut ille canit) *ab amante lachrymis redimas iracundiam.* 10 Redigant, commoveant. Metaphora ab iis, qui de recto itinere deviarunt, vel à recto tramite desciverunt. 11 Amore saucium. 12 Ut misereatur ejus Glycerii, id est, priusquàm redeant in gratiam. 13 Conversatione tuæ filiæ. 14 Honesto ac justo matrimonio. 15 Filium meum Pamphilum obligatum. Al. *devictum.* 16 Deinceps, ubi habebit conjugem. 17 Sese eductum, extricaturum. Metaphora ab industriis natatoribus, qui, postquam in aquam demersi sunt, statim indè exeunt, quasi vadis & aquæ impetu liberati. Unde *emergere ab aliquo negotio, ex incommodâ valetudine* dixit Cicero. 18 Ex amore meretricio. 19 Qui es pater Pamphili. 20 Matrimonium fore utrisque utile. 21 Qui sum pater sponsæ. 22 Filiam meam. 23 Quia amat aliam. 24 Ut aliud faciat, quàm quod decet maritum. 25 Nuptias futuras incertas. 26 Tentamentum, experimentum, id est, nisi experius fueris, quo pacto res se habitura sit. 27 Unicâ. 28 Molestum est mihi. 29 Omne malum. 30 Summatim. 31 Ad hoc, in hanc rem.

Si

Si eveniat, [1] *quod Dî* [2] *prohibeant,* [3] *discessio.*
At si [4] *corrigitur, quot* [5] *commoditates, vide.*
[6] *Principio* [7] *amico filium* [8] *restitueris:*
Tibi generum [9] *firmum, &* [10] *filiæ invenies virum.*
CH. [11] *Quid istuc? si ita* [12] *istuc* [13] *animum induxti esse utile,*
[14] *Nolo tibi ullum commodum in me claudier.*
SI. *Meritò semper* [15] *maximum feci, Chreme.*
CH. [16] *Sed quid ais?* SI. [17] *quid?* CH. *qui scis* [18] *eos nunc* [19] *discordare inter se?*
SI. *Ipsus mihi Davus, qui* [20] *intimus est* [21] *eorum consiliis,* [22] *dixit:*
Et [23] *is mihi suadet,* [24] *nuptias, quantum queam, ut* [25] *maturem.*
Num censes, [26] *faceret,* [27] *filium nisi sciret* [28] *eadem hæc velle?*
Tute adeò jam [29] *ejus audies verba.* [30] *Heus, evocate* [31] *hùc Davum:*
Sed eccum, video ipsum foras exire.

1 Malum, scilicet discessionem evenire.
2 Avertant.
3 Divortium, separatio inter Pamphilum & Philumenam: quod adulterii causa primum pertentebatur apud Romanos: mox etiam sterilitatis. Divortii formula erat, *Res tuas tibi habeto,* vel *Res tuas tibi agito.*

1 tandem levioribus de causis factum est; undè à Simone *incommoditas* tantùm & *discessio* dicitur. 4 Resipiscat, mores filius meus mutet propter filiam tuam, id est, si potest divelli à Glycerio. 5 Utilitates indè orientur, consecutura sunt ex his nuptiis. 6 Primò. 7 Mihi qui sum amicus tuus. 8 In viam reduxeris, redideris Pamphilum, quem ob pravam libidinem miserè perdidi. 9 Constantem, perpetuum. 10 Tuæ. 11 Quid multa dicam? Formula est ægrè & vix tandem concedentis; Comicis admodùm usitata. 12 Ut filia mea nubat filio tuo. 13 Tibi persuasisti. 14 Per me non stabit, quin utilitate fruaris omni ex animi tui sententiâ: habes me ad omnia officia promtum ac paratum. Sic Eun. 1.2.83. *Nunc ubi meam benignitatem sensisti in te claudier?* 15 Plurimi æstimavi, maximo in pretio habui. 16 De discordiâ inter Glycerium & Pamphilum. 17 Rogas, quid dixerim? 18 Pamphilum & Glycerium. 19 Dissidere, discordes esse, litem & iras esse inter eos. 20 Familiarissimus, id est, qui quàm optimè novit omnia eorum proposita & secreta. 21 Pamphili & Glycerii. 22 Retulit hoc mihi. 23 Idem Davus. 24 Matrimonium cum tuâ filiâ. 25 Accelerem. 26 Ut persuadaret ad nuptias. 27 Meum. 28 Ducere uxorem, & relinquere Glycerium. Communicatio. 29 Davi. 30 O servi. Adverbium vocantis. 31 Ad me.

ACTUS III. SCENA. IV.

DAVUS, SIMO, CHREMES.

DA. [1] *AD te ibam.* SI. *quid-nam est?*
DA. *Cur non* [2] *accersitur? jam* [3] *advesperascit.* SI. [4] *audin' tu illum?*
Ego [5] *dudùm nonnihil veritus sum Dave abs te,* [6] *ne faceres idem,*
Quod [7] *vulgus servorum* [8] *solet, dolis ut me* [9] *deluderes,*
Propterea quòd amat [10] *filius.* DA. *egon' istud facerem?* SI. *credidi:*
[11] *Idque* [12] *adeò metuens* [13] *vos celavi, quod nunc dicam.* DA. [14] *quid?* SI. *scies.*
Nam propemodum [15] *habeo tibi jam fidem.* DA. *tandem agnosti,* [16] *qui siem.*
SI. *Non fuerant* [17] *nuptiæ futuræ.* DA. *quid? non?* SI. *sed* [18] *eâ gratiâ*
Simulavi, vos ut pertentarem. DA. *quid ais?* [19] *sic res est.* DA. [20] *vide:*
Nunquam quivi ego [21] *istuc intelligere:* [22] *vah? consilium* [23] *callidum*
[24] *Hoc audi:* [25] *ut hinc te jussi* [26] *introire,* [27] *opportunè* [28] *hic fit mihi obviam.*
DA. [29] *Hem! num-nam* [30] *periimus?* SI. [31] *narro huic, quæ tu dudùm narrasti mihi.*

1 Approperat Davus, urgetque nuptias, quas tamen nolit fieri. Qui ubi videt herum serio de tradenda filia colloqui cum Chremete, anxius & exanimatus redditur, suumque detestatur consilium.

2 Sponsa, quam decrevisti dare filio tuo.

3 In vesperum inclinatur dies. Noctu uxor ducebatur domum, prælatis facibus. 4 Quid dicat? Apostrophe ad Chremetem. 5 Antea, jam pridem. 6 Quod. 7 Major pars servorum, qui sunt astutiis versuti, ad fraudandum herum callidi. 8 Consuevit facere. 9 Deciperes. 10 Pamphilus. 11 Ne me deciperes. 12 Valdè. 13 Te & Pamphilum. 14 Est id, quod nos celasti? 15 Credo jam tibi. 16 Qualis sim, id est, quam fidelis & probus. 17 Quas institueram de filio meo. 18 Ea de causa finxi nuptias futuras, ut perfectè experirer dolos utriusque vestrum. 19 Quod Græci dicunt. ὄντως ἔχει. 20 Admirantis. 21 Te ideò simulare nuptias. 22 Interjectio irridentis. 23 Propositum, commentum astutia & calliditate plenum. Ironia. 24 Quod dicturus sum. 25 Postquam. 26 Parandorum opsoniorum gratiâ. 27 Tempestivè, in tempore Chremes mihi occurrit. 28 Δεικτικῶς. 29 Interjectio dolentis. Hæc aversus ad spectatores dicit. 30 Ego & herus meus Pamphilus. Hîc verum est: *Malum consilium consultori pessimum est.* 31 Refero Chremeti de iris Glycerii & Pamphili.

DA.

DA. *Quid-nam audio?* SI. *gnatam ut* [1] *det oro,* [2] *vixque id exoro.* DA. [3] *occidi.*

SI. *Hem? quid dixti?* DA. [4] *optimè, inquam, factum.* SI. *nunc per* [7] *hunc nulla est mora.*

CH. *Domum modò ibo: ut* [8] *apparentur* [9] *dicam: atque* [10] *hùc renuncio.*

SI. [11] *Nunc te oro Dave, quoniam* [12] *solus mihi effecisti has nuptias.*

DA. [13] *Ego verò solus.* SI. [14] *corrigere mihi gnatum porrò enitere.*

DA. *Faciam hercle* [15] *sedulo.* SI. [16] *potes nunc, dum* [17] *animus* [18] *irritatus est.*

DA. [19] *Quiescas.* SI. *age igitur: ubi nunc est* [20] *ipsus?* DA. *mirum,* [21] *ni domi est.*

SI. *Ibo ad* [22] *eum, atque* [23] *eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam* [24] *itidem illi.* DA. [25] *nullus sum.*

[26] *Quid causæ est, quin hinc in pistrinum rectâ proficiscar viâ?*

[27] *Nihil est* [28] *preci loci relictum: jam* [29] *perturbavi omnia:*

1 Filio meo in uxorem.
2 Et cum difficultate ac multis precibus orando impetro, obtineo quod peto ab eo.
3 Perii, nullus sum.
4 Interrogantis & interminantis.
5 Videtur senex subaudisse ea, quę Davus obmurmuraverat.
6 Simulat se probare, quod senex fecerit in nuptiis. 7 Chremetem, id est, hic Chremes nihil ampliùs obstat, quò minùs fiant nuptiæ. 8 Nuptiæ. 9 Servis aut familiæ. 10 Hoc in loco mox renuntiabo quæ acta erunt. Usus est præsenti pro futuro propter certitudinem. 11 Epilogus, qui habet adhortationem, quę à causa efficiente sumta est. 12 Tu solus causa es cur hæ nuptiæ fiant. 13 Quasi verò ego solus effecissem has nuptias. Hoc autem secum dicit non ad confirmationem, sed ad increpationem. 14 Ad viam rectam redigere mihi deinceps labora. 15 Diligenter, sine dolo. 16 Gnatum corrigere. 17 Filii mei. 18 Commotus ira, iratus Glycerio. Metaphora sumta est à canibus. 19 Desine mihi commendare. 20 Filius meus. 21 Nisi Pamphilus est domi tuæ: cùm sint inimicitiæ illi cum Glycerio. 22 Filium meum. 23 Verba, sc. quod nuptię sint futuræ. 24 Similiter filio meo. 25 De me actum est. Exclamatio omninò desperantis. Proverbia sunt Comicis usitata, *nullus sum, occidi, perii*: quibus desperationem aut ingens malum significamur. 26 Quid obstat, quæ defensio mihi est, quæ excusatio, ut non ex hoc loco eam in ergastulum ad circumagendas molas trusatiles, ubi fruges comminuuntur? Ovid. *Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra Pectora, pro facto spemque metumque suo.* 27 Nullus locus, nulla opportunitas relicta est precibus, id est, preces non sunt valituræ propter minas Simonis: suprà 1, 2, 28, & 29. undè etiam *pistrini* mentionem hic facit. 28 Precibus: ut Phorm. 3, 3, 14. *Ni instigemus etiam, ut nullus locus relinquatur preci?* 29 Commovi.

1 Simonem.
2 Protrusi contra suam voluntatem Pamphilum filium heri mei in matrimonium.
3 Meo consilio.

1 *Herum fefelli: in nuptias* 2 *conjeci herilem filium:*
3 *Feci hodiè, ut* 4 *fierent* 5 *insperante hoc, atque* 6 *invito Pamphilo.*
7 *Hem astutias! quòd si* 8 *quiessem, nihil evenisset mali.* 25
Sed eccum: 9 *ipsum video:* 10 *occidi:*
Vtinam mihi esset aliquid hîc, quò nunc me 11 *præcipitem darem.*

4 Hæ nuptiæ fieri deberent. 5 Nihil tale sperante Simone, præter spem Simonis. 6 Nolente, contra voluntatem ipsius. 7 Hem! quo-nam mea evasit astutia! Ironia. Nam se ipsum irridet: q. d. pulchrè certè feci. 8 Quievissem, id est, in astutiis fingendis non laborassem. Syncope. 9 Pamphilum. 10 Perii. 11 Præcipitarem, id est, ex edito loco in imum me dejicerem, id est, morerer.

ACTUS III. SCENA V.

PAMPHILUS, DAVUS.

1 Expostulat cum Davo Pamphilus, quod dolosum ejus consilium secutus, respondet.

PA 1 *Vbi* 2 *illic scelus est, qui me* 3 *perdidit?*
DA. *perii.* PA. *atque* 4 *hoc confiteor*
Iure 5 *obtigisse: quandoquidem tam* 6 *iners, tam* 7 *nulli consilii*
Sum: servo-n' 8 *fortunas meas me* 9 *commisisse* 10 *futili?*

rit patri se ducturum uxorem. 2 Ille scelestus, vel sceleratus Davus: abstractum pro concreto. Et est Synthesis, id est, constructio respiciens sensum, non verba. 3 Destruxit, pessundedit suo consilio, quia me à Glycerio abstraxit. Resciverat à patre, Davi consilio protinùs debere fieri nuptias. Sic alibi: Perdidisti *istum, quem adduxti pro Eunuchò, adolescentulum.* 4 Malum. 5 Accidisse mihi. 6 Imprudens, sinè arte & astutia in tanta re. 7 Archaicè pro nullius consilii, id est, sinè ulla cogitatione. 8 Conditiones & status meos, salutem meam. 9 An debebam committere? 10 Levi, rimarum pleno, & secreta effutienti. Metaph. à vasis. Nam *vas futile* dicitur, quod facilè potest effundi. Utebantur vase futili in sacrificiis Deæ Vestæ: quia aqua, ad sacra hausta, in terrâ non ponebatur: quod si fiebat, piaculum erat. Undè excogitatum vas fuit, quod stare non posset, sed positum statim effunderetur.

Ergo

Ergo [1] *pretium ob stultitiam fero : sed* [2] *inultum id nunquam à me auferet.*

DA. *Posthac* [3] *incolumem sat sciofore me, nunc si evito* [4] *hoc malum.*

PA. *Nam quid ego nunc dicam* [5] *patri ? negabo-n' velle me, modò*

Qui [6] *sum pollicitus,* [7] *ducere ?* [8] *quâ fiduciâ* [9] *id facere audeam ?*

Nec, quid [10] *me nunc faciam, scio.* DA. [11] *nec de me equidem,* [12] *atque id ago* [13] *sedulò.*

[14] *Dicam* [15] *aliquid jam* [16] *inventurum,* [17] *ut huic malo aliquam producam moram.* PA. [18] *oh!*

DA. [19] *Visus sum.* PA. [20] *ehodum* [21] *bone vir, quid ais? viden' me* [22] *consiliis tuis*

Miserum [23] *impeditum esse?* DA. *at jam* [24] *expediam.* PA. *expedies ?* DA. *certè Pamphile.*

PA. *Nempe* [25] *ut modò.* DA. *imò meliùs* [26] *spero.* PA. [27] *oh, tibi ego ut* [28] *credam* [29] *furcifer?*

1 Præmium, id est, damnum.

2 Illam culpam, illud crimen nunquam auferet non vindicatum, sinè vindicta, id est, ego crimen hoc vindicabo. Sic Heaut. 5. 1 *At na illud haud inultum, si vivo, ferent.* In Adelph. 4, 4. *Ni facient, quæ illos æquum est, haud sic auferent,* sc. inultum. 3 Salvum, & non periclitaturum. 4 Hoc infortunium effugio, periculum, quod mihi comminatur herus meus. Timet Davus ab hero suo, ne vapulet. Sic dicere solemus in magno periculo positi, nunquam nos periclitaturos, si illud periculum potuerimus evadere. 5 Simoni. 6 Promisi anteà patri me ducturum eam. 7 Philumenam in uxorem. 8 Quo ore, qua fronte, qua audacia. 9 Negare me velle ducere. 10 De me. Ellipsis est, & vox desperantis. 11 Nec ego sciam, quid faciam. 12 Quid de me fiet. 13 Diligenter. 14 Hero meo Pamphilo. Est consilium, quid velit agere. 15 Consilii. 16 Excogitaturum. 17 Ut differre seu remorari aliquantulùm possim hoc incommodum, has nuptias futuras. 18 Interjectio sentientis eum, quem quærebat. 19 Ab hero meo Pamphilo. Davus enim superiora interlocutus est, non perceptus à Pamphilo. 20 Particula est vocantis ad se. 21 Ironia. 22 Suasu tuo, ut pollicerer parenti, me ducturum uxorem. 23 Implicitum, intricatum, irretitum, pedibus quasi illigatum, ut progredi non possim. Metaphora. *Impeditus* enim propriè est, qui ita pedes habet illigatos, ut progredi non possit. 24 Exsolvam, extricabo, liberabo te ab his tricis, quibus es impeditus; & quasi pedum ligamenta dissolvam. 25 Expedivisti me, quia conjecisti me in nuptias. 26 Me expediturum te. 27 Interjectio indignantis. 28 Quòd possis melius invenire consilium. 29 Carnifex, qui dignus es ut circumferas furcam ignominiæ causâ. *Furciferi* enim dicebantur servi, qui ob leve aliquod furtum, fugam, aut aliud delictum, cogebantur à dominis, ignominiæ magis, quàm supplicii causâ, furcam gravem è ligno in collo ferre, subligatis ad eam manibus, & per forum aut viciniam traducebantur, prædicantes peccatum suum, simulque monentes cæteros, ne quid simile admitterent.

Tu rem impeditam & perditam restituas? hem! *quo fretus sum?*
Qui me hodiè ex tranquillissimâ re conjeciſti in nuptias.
An non dixi hoc esse futurum? DA. *dixti.* PA. *quid meritus?* DA. *crucem.*
Sed paululùm sine ad me ut redeam: jam aliquid dispiciam. PA. *hei mihi!*
Cur non habeo spatium, ut de te sumam supplicium, uti volo?
Namque hocce tempus præcavere mihi me, haud te ulciſci, sinit.

1 Qui rem integram expeditamque turbasti.
2 Intricatam.
3 De quâ nulla restat spes.
4 Interjectio dolentis & irati.
5 Consilio, id est, vide, cujus consilio usus sim.

1 Tu rem 2 impeditam & 3 perditam restituas? 4 hem! 5 quo fretus sum? Qui me hodiè ex 6 tranquillissimâ re conjeciſti in nuptias. An non dixi 7 hoc esse futurum? DA. 8 dixti. PA. 9 quid meritus? DA. 10 crucem. Sed paululùm sine 11 ad me ut redeam: jam 12 aliquid dispiciam. PA. 13 hei mihi! Cur non habeo 14 spatium, ut de te 15 sumam supplicium, uti volo? Namque hocce tempus 16 præcavere mihi me, haud 17 te ulciſci, sinit.

6 Quæ erat sine perturbatione, id est, ex pacatissimo vivendi modo. 7 Ut ab illa excludar, huic concludar. 8 Concessio. 9 Quod supplicium. 10 Patibulum, ut cruci affigar: quod supplicium malorum servorum erat, & præcipuè fugitivorum. 11 Ut animum recipiam & colligam, qui anteà fuit perturbatus. 12 Aliquod consilium excogitabo, quo te ab hoc malo liberem. 13 Dolentis. 14 Tempus, occasionem, opportunitatem. 15 Exigam pœnas, id est, ut puniam te. 16 Ut mihi consulam, & quid agendum sit, videam. 17 De te supplicium sumere.

ACTUS IV. SCENA I.

CHARINUS, PAMPHILUS, DAVUS.

1 Id est, hoc non est dignum quod credatur, aut dignum memoriâ, vel quod recenseatur. Gratio negativa.

CH. 1 *Hoccine credibile est aut memorabile,*
Tanta 2 vecordia 3 innata cuiquam ut sit,
Ut malis gaudeat alienis, atque ex 4 incommodis
Alterius sua ut 5 comparet commoda? 6 ah,
Id-ne est 7 verum? 8 Imò id genus est hominum pessimum,

In hac scenâ expostulat cum Pamphilo Charinus de solutâ fide. 2 Malitia cordis: dicitur enim vecors mali cordis. 3 Ingenita, id est, ut aliquis tam vecors sit. 4 Calamitatibus, damnis, quæ alteri viderit evenire. 5 Acquirat, vel metiatur, æstimet, judicet. 6 Dolentis. 7 Justum & probum hominum genus. 8 Correctio. 9 Hujusmodi homines, qui malis gaudent alienis, sunt nequissimi.

1 In denegando 2 modò 3 queis pudor est 4 paululùm:
Pòst ubi jam tempus est promissa 5 perfici,
Tum coacti 6 necessariò se 7 aperiunt, & 8 timent,
Et tamen 9 res cogit eos 10 denegare. Ibi
11 Tum impudentissima eorum 12 oratio est:
13 Quis tu es? 14 quis mihi es? 15 cur meam tibi? 16 heus,
17 Proximus sum egomet mihi: 18 attamen ubi fides,
Si roges, nihil 19 pudet: 20 hûc, ubi 21 opus est,
22 Non verentur: 23 illic, ubi nihil opus est, 24 ibi verentur.
25 Sed quid agam? 26 adeam-ne ad eum, & cum 27 eo injuriam hanc 28 expostulem?
Mala 29 ingeram multa: 30 atque aliquis dicat, 31 nihil promoveris.

1 Ut negent se facturos esse aliquid, ut hic Pamphilus negavit se ducturum esse Philumenam.
2 Paulò ante, primò.
3 Quibus.
4 Junge cum *denegando*. Q. d. Modò, cùm peteretur aliquid ab iis, promittebant, puduit enim negare. Rectè Donatus: *adest pudor, ne denegent: non adest, ut & præstent.* 5 Præstari, id est, præstandi. Græcismus, infinitivus pro gerundio. 6 Quia debent præstare aliquod officium. 7 Animum, ingenium suum diu celatum & dissimulatum, id est, animi sui malitiam ac vecordiam ostendunt ac patefaciunt. 8 Ne vi auferatur, quod negant. 9 Quam præstandam receperunt, cùm ab eis repetitur, nec eam præstare expediat. 10 Quod promiserunt. 11 Quando debent perficere promissa. 12 Impudentissimè in hunc modum loquuntur. 13 Qui dicis me tibi aliquid promisisse. 14 In cognatione, id est, qua necessitudine sum tecum conjunctus? 15 Cur meam amicam tibi concederem? 16 Non vocantis est hoc loco, sed revocantis aliquem ad attentionem ejus, quod statim est dicendum. Sic Eun. 2, 2, 45. *Omnium rerum*, heus, *vicissitudo* est. 17 Charus, benevolus, id est, primùm mihi est prospiciendum. Suprà 2, 5, 16. *Omnes sibi malle melius esse, quàm alteri.* 18 Attamen si roges eos, ubi promissum vel fidelitas sit, quam promittendo dederunt. 19 Eos, id est, nihil eorum, quæ promiserunt, præstant. 20 In hac re. 21 Tempus est promissa perfici. 22 Nullo pudore afficiuntur illa promissa denegandi. 23 In aliâ re, cùm rogantur quod denegare erat liberum. 24 In ea re præstanda aut facienda pudore afficiuntur, αἰσχύνονται, αἰδοῦνται. Plaut. Epidic. 2, 1. *Plerique sunt, quos, cùm nihil refert, pudet; ubi pudendum est, ibi deserit pudor.* 25 Sequitur deliberatio & consilium. 26 Debeo ne Pamphilum adire? 27 De acceptâ Philumenâ, quam se mihi relicturum erat pollicitus. 28 Exprobrare ei, id est, conqueri debeam cum Pamphilo de hac injuria? *Expostulare* est conqueri apud eum, qui nobis fecit injuriam. 29 Inseram illi multa maledicta, eaque quasi in cerebrum illius infundam, in illum injiciam, qui me, accepta fide de non ducenda Philumena tam perfidiosè frustratur. Metaphora. 30 Occupatiuncula, quam confutat. 31 Nihil profeceris expostulando & ingerendo mala multa.

[1] *Multum : [2] molestus [3] certè ei fuero, atque [4] animo morem gessero.*

PA. *Charine, & me & te [5] imprudens, nisi quid Dii [6] respiciunt, [7] perdidi.*

CH. [8] *Ita. ne imprudens? tandem inventa est [9] causa: [10] solvisti fidem.*

PA. [11] *Qui tandem?* CH. *etiam [12] nunc me [13] ducere istis dictis postulas?*

PA. *Quid istuc est?* CH. *postquam me [14] amare dixi, [15] complacita est tibi.*

[16] *Heu me miserum, [17] qui tuum animum ex animo spectavi meo.*

PA. [18] *Falsus es.* CH. [19] *non tibi satis esse hoc visum [20] solidum est gaudium,*

Nisi me [21] lactasses amantem, & [22] falsâ spe produceres?

[23] *Habeas.* PA. *habeam?* [24] *ah! nescis quantis in malis [25] verser miser,*

Quantasque hic suis [26] consiliis mihi [27] confecit solicitudines

1 Scilicet *promerere*, id est, profecero. Responsio & confutatio.

2 Molestiam Pamphilo adferam mea expostulatione.

3 Saltem.

4 Iræ meę satisfecero.

5 Nescius, nihil cogitans talia.

6 Nostri in aliquo rationem & curam habent, suo nos favore dignantur.

7 Pessum dedi. 8 Scilicet me perdidisti? Ironia. Q. d. imò consultò id effecisti. Repetit illud verbum Pamphili. 9 Ratio, excusatio seu defensio aliqua mutatę fidei. 10 Fregisti, violasti, non præstitisti promissa. Alii Ironicè intelligunt. 11 Quare dicis me solvisse fidem? 12 Adhùc, postquam cognovi totum negotium. 13 Blandis verbis seducere, decipere. 14 Philumenam, filiam Chremetis. 15 Placuit, irrisit. 16 Est πάθος dolentis. 17 Quòd putavi te talem erga me esse, qualis ego erga te eram. 18 Deceptus es, falleris, qui sic de ingenio meo judices. 19 Nunquid hoc tibi satis fuit, accipere Philumenam uxorem, eamque mihi præripere, nisi insuper me vanis tuis pollicitationibus ludificareris? 20 Plenum, firmum, perfectum. Antiqui enim *solidum* id dicebant, quod absolutum esset: propterea quòd nihil concavi aut rimarum haberet, quasi undiquè compactum. Undè *solidum ebur* dixit Virg. pro integro. Tractum indè ad alias res incorporeas, ut ad animi facultates & hujusmodi. 21 Allexisses blanditiis in fraudem. Metaph. à matribus, quæ, dum lactant filios, interdum animi causâ mammam præbent, ac subindè retrahunt. Sic infrà 5. 4. 9. *Sollicitando & pollicitando eorum animos* lactas? 22 Vana spe, quam ego ex tuis verbis conceperam de accipiendâ Philumenâ, detineres, de die in diem duceres? 23 Accipias tibi Philumenam. Permissio cum indignatione. 24 Interjectio dolentis. 25 Assiduè fm. 26 Persuasionibus. 27 Molitus sit adversus me, effecerit, comparaverit anxietates, molestias animi.

[1] *Meus carnifex.* CH. *quid istuc tam mirum,* [1] *si de te exemplum capit?*
PA. *Haud istuc dicas, si cognôris vel* [3] *me, vel* [4] *amorem meum.*
CH. *Scio, cum* [5] *patre* [6] *altercasti dudùm, &* [7] *is nunc propterea tibi*
[8] *Succenset, nec te* [9] *quivit hodiè cogere,* [10] *illam ut duceres.*
PA. [11] *Imò etiam, quò tu minùs scis* [12] *ærumnas meas,*
[13] *Hę nuptiæ non apparabantur mihi,*
Nec postulabat nunc quisquam uxorem [14] *dare.*
CH. *Scio: tu* [15] *coactus tuâ voluntate es.* PA. [16] *mane,*
Nondum etiam scis. CH. *scio equidem* [17] *illam ducturum esse te.*
PA. *Cur me* [18] *enecas?* [19] *hoc audi: nunquam* [20] *destitit*
Instare, ut dicerem esse [21] *ducturum patri:*
Suadere, orare, [22] *usque adeò donec* [23] *perpulit.*
CH. [24] *Quis homo istuc?* PA. [25] *Davus.* CH. *Davus?* PA. *Davus* [26] *omnia.*
CH. *Quamobrem?* PA. *nescio: nisi mihi Deos satis*
Scio fuisse [27] *iratos,* [28] *qui auscultaverim.*
CH. *Factum* [29] *hoc est Dave?* DA. *factum est.* CH. [30] *hem quid ais* [31] *scelus?*

1 Davus tortor, qui ira me torquet. Metaphora.
2 Si servus tuus tuo exemplo adversùm te utatur, si te imitetur, id est, si tibi eam fidem præstet, quam tu pręstas aliis, id est mihi: namà te hoc didicit. Qualis enim herus, talis ferè & servus esse solet.
3 Animum meum.
4 Erga Glycerium.
5 Simone.

6 Altercatus es (nam *alterco* non dicitur) contendisti paulò antè. 7 Pater tuus. 8 Iratus est. 9 Potuit. 10 Philumenam. 11 Imò longe gravius est infortunium meum quàm tu putas: tu enim existimas, patrem voluisse serio mihi uxorem dare, cùm me de eâ re appellavit: is verò minimè id constituerat: quod quia tu ignoras, necesse est, eò minùs tibi notas esse ærumnas meas, qui scilicet fraude servi ex re tranquilla in periculum ingens præcipitatus sum. 12 Calamitates. 13 Cum filia Chremetis. 14 Mihi. 15 Ad has nuptias admittendas. ἑκὼν ἀέκοντι ἢ θυμῷ. Homer. Il 4. 16 Siste paululum, audi. Vox revocantis. 17 Philumenam. 18 Excrucias, obtundis, odiosus es mihi loquacitate tuâ? Metaphora. 19 Quod dicturus sum. 20 Carnifex meus Davus cessavit instanter urgere. 21 Uxorem Chremetis filiam. 22 In tantum, sinè intermissione. 23 Impulit me ad id faciendum. 24 Tibi persuasit ut faceres. 25 Effecit. 26 Scilicet *interturbat, fecit.* Aposiopesis. 27 Non propitios. Sic Phorm. 1, 2. *Memini relinqui me Deo irato meo.* 28 Quòd obediverim ei Davo, servo futili. 29 Quod dicit herus tuus. 30 Indignantis particula. 31 Sceleste.

At tibi Dii dignum factis exitium [1] *duint.*
[2] *Eho, dic mihi, si omnes* [3] *hunc* [4] *conjectũ in nuptias*
[5] *Inimici vellent, quod, ni* [6] *hoc,* [7] *consilium darent?*
DA. *Deceptus sum, at non* [8] *defatigatus.* CH. [9] *scio.* 46
DA. *Hac non succeßit,* [10] *aliâ aggrediemur viâ:*
Nisi id putas, quia primò [11] *processit parùm,*
Non posse jam ad [12] *salutem converti hoc malum.*
PA. [13] *Imò etiam: nam satis credo, si* [14] *advigilaveris,* 50
Ex [15] *unis* [16] *geminas mihi conficies nuptias.*
DA. *Ego, Pamphile, hoc* [17] *tibi pro* [18] *servitio debeo,*
[19] *Conari manibus, pedibus,* [20] *noctesque & dies*
[21] *Capitis periculum adire,* [22] *dum prosim tibi.*
[23] *Tuum est, si quid* [24] *præter spem evenit, mihi ignoscere.* 55
Parùm succedit quod ago, at [25] *facio sedulò.*
Vel [26] *melius tu aliud* [27] *reperi,* [28] *me missum face.*
PA. [29] *Cupio: sed* [30] *restitue in quem me* [31] *accepisti locum.*
DA. [32] *Faciam.* PA. *at jam* [33] *hoc opus est.* DA. [34] *hem, mane,* [35] *crepuit* [36] *à Glycerio ostium.*

1 Dent. 2 Interjectio attentionem exposcens. 3 Pamphilum. 4 Conjicere, protrudere. 5 Pamphili. 6 Tuum consilium, quod illi dedisti. 7 Dueendæ uxoris. 8 Defessus in alio consilio inveniendo, ut nullas alias vias prosequi velim: imò ad alia experienda paratus sum.

9 Te non esse defatigatum. Ironia. 10 Alia ratione, alio modo attentabimus rursus aliud consilium. Virg. 4 Æn. *Inveni, germana, viam gratare sorori.* 11 Successit malè, infeliciter. 12 Prosperitatem, incolumitatem emendari. 13 Quid ni? Ironica concessio. 14 Valdè laboraveris, dederis operam. 15 Nuptiis, id est, ex uno matrimonio Nota hîc obiter, *unus a, um,* in plurali non usurpari, nisi cum nominibus singulari numero carentibus. 16 Duplex matrimonium efficies. 17 Meo domino. 18 Servitute. Quia sum servus tuus. 19 Eniti omnibus membris & totis viribus, assidua & indefatigata diligentia. 20 Omni tempore. 21 Vitam meam mortis periculo exponere. 22 Dummodo sim utilis, inserviam tibi. 23 Tu debes, tuę sunt partes. 24 Contra opinionem & voluntatem meam. 25 Do operam sinè dolo, diligenter, ut melius succedat. 26 Utilius consilium. 27 Excogita. 28 Noli uti consilio meo. 29 Te missum facere: sed restitue, &c. 30 Restitue me priùs in eum statum, in quo me accepisti. Plaut. *Haud facile te in eund m rursus* restitues locum. 31 In quo eram, priusquam hæ nuptiæ essent inceptæ. 32 Restituam te in eum locum, in quò priùs eras. 33 Ut restituas me in pristinum locum. 34 Interjectio subitò advertentis ad aliquid, & cogitantis aliud consilium. 35 In Græcia obtinebat olim, ut fores non introrsum, sed in viam publicam aperitentur. Itaque exiturus quisque intus tono seu crepitu quodam præmonebat prætereuntem, aut forte præ foribus in publico stantem, ne ab impulsa de improviso janua læderetur. 36 A domo Glycerii.

PA.

PA. [1] *Nihil ad te.* DA. [2] *quæro.* PA. [3] *hem* [4] *nunc-cine demùm?* DA. *at jam* [5] *hoc tibi inventum dabo.*

1 *Pertinet,* si ostium Glycerii concrepuerit.

2 Id jam ago, in eo sum, ut excogitem consilium aliquod, quo in pristinum statum restituaris. 3 Dolentis vel indignantis particula. 4 Nunc tandem quæris consilium? Putabam te habere in promtu. 5 Consilium scilicet, quo in pristinum restituaris locum.

ACTUS IV. SCENA II.

MYSIS, PAMPHILUS, CHARINUS, DAVUS.

MY. [1] *IAm,* [2] *ubi ubi erit,* [3] *inventam tibi curabo, & mecum adductum*
[4] *Tuum Pamphilum: tu modò,* [5] *anime mi, noli te* [6] *macerare.*
PA. [7] *Mysis.* MY. *quid est?* [8] *hem Pamphile,* [9] *optimè mihi te offers.* PA. *quid est?*
MY. [10] *Orare jussit, si* [11] *se ames,* [12] *hera, jam ut ad sese venias:*
[13] *Videre ait te cupere.* PA. [14] *vah, perii!* [15] *hoc malum* [16] *integrascit.*
[17] *Sic-cine me, atque illam operâ tuâ nunc miseros solicitari?*
Nam idcircò [18] *accersor, nuptias* [19] *quòd mihi* [20] *apparari* [21] *sensit.*

1 Pollicetur hîc Pamphilus Mysidi, nunquam se deserturum Glycerium, etiamsi omnes sibi ob id infestos sit habiturus.

2 Ubicunque, quocunque in loco sit. In egressu conversa alloquitur Glycerium intus.

3 Ut inveniam & mecum adducam. 4 Amatorem. 5 Tu Glycerium, quam toto pectore amo: & est mollis oratio & blandimentum muliebre. 6 Cruciare, affligere. Sic infrà. 5. 3. 15. *Cur me* macero? Meton. effecti pro efficiente: sollicitudo enim & afflicto animi maciem contrahit: vel Metaph. à corpore ad animum. Nam quemadmodum ignis, calor, aut inedia corpus macerant, id est, macrum reddunt: sic etiam cura, mœror animum macerant atque excruciant. 7 Est vocantis. 8 Lætantis interjectio. 9 Opportunè ac tempestivè obviam mihi venis. 10 Ordo est: *Hera jussit me orare te, si ames se, ut jam venias ad sese: ait se cupere videre te.* 11 Heram. 12 Glycerium. 13 Ut videat 14 Interjectio desperantis. 15 Solicitudo scilicet de nuptiis: declarant v 6, 7, 10 16 Renovatur. 17 Siccine oportet me atque Glycerium afflictos tuo labore, qui operam dedisti ut nobis hoc malum pareres, perturbari? Hæc autem Pamphilus dicit Davo. 18 Ab ancillâ ad Glycerium. 19 Quia. 20 A patre meo. 21 Intellexit Glycerium.

CH. [1] *Qui*

CH. [1] *Quibus quidem quàm facilè* [2] *poterat quiesci,* [3] *si hic quiêsset.*

DA. [4] *Age, si* [5] *hic insanit satis suâ sponte,* [6] *instiga.* MY. *atque adepol*

[7] *Ea res est, propterea quæ nunc misera in* [8] *mœrore est.*

PA. [9] *Mysis,*

Per omnes tibi [10] *adjuro Deos,* [11] *nunquam* [12] *eam me desertarum,*

[13] *Non,* [14] *si capiundos mihi sciam esse inimicos* [15] *omnes homines.*

[16] *Hanc mihi* [17] *expetivi,* [18] *contigit:* [19] *conveniunt* [20] *mores:* [21] *valeant,*

Qui inter nos [22] *dissidium volunt:* [23] *hanc,* [24] *nisi mors, mihi adimet nemo.*

MY. [25] *Resipisco.* PA. [26] *non Apollinis* [27] *magis verum,* [28] *atque hoc,* [29] *responsum est.*

Si poterit fieri, ut ne pater [30] *per me stetisse credat,*

Quô minùs hæ fierent nuptiæ, [31] *volo: sed si id non* [32] *poterit,*

1 A quibus nuptiis, id est, non futuræ fuissent nuptiæ.

2 Poteramus abstinere sinè turbatione ac labore. Impersonaliter.

3 Si Davus quievisset, neque aliquid fuisset molitus.

4 Ironia.

5 Quasi Pamphilus non satis furat, commotus, irritatus aut iracundus sit. 6 Impelle eum, incita querelis tuis. Subministra iracundiæ fomenta, oleum adde camino. Hoc dicit Davus cum indignatione, non audientibus Pamphilo aut Charino, quia videbat Charinum irritare suis dictis animum Pamphili. 7 Quòd Glycerium nuptias tibi apparari sensit. Confirmat verba Pamphili. 8 Luctu, dolore: timet enim, ne deseras se. 9 Compellatio habet asseverationem. 10 Sanctissimè juro. 11 Per omnem reliquam vitam. 12 Glycerium. 13 Non eam me, inquam, deserturum. 14 Etiamsi. 15 Si scirem ipsum etiam patrem mihi fore inimicum. Propter verecundiam non nominat patrem, quem tamen etiam significat. 16 Glycerium. 17 Elegi, desideravi. A voluntate. 18 Mihi. A fortuna. 19 Concordant cum meis, mihi placent. 20 Illius Glycerii. 21 Pereant, ita à nobis abeant ac discedant, ut nunquam ad nostrum revertantur aspectum: est autem *valeant* renunciationis verbum, non exsecrationis, ne malè optet etiam patri. 22 Discordium, divortium expetunt, id est, qui nos dirimere volunt, qui volunt nostrum amorem esse irritum. 23 Glycerium. 24 Præterquam mors, id est, nisi aut ipse moriar, aut ipsa moriatur: morti enim nemo resistere potest. 25 Vires atque animum recipio, cùm hæc audiam: ut suprà 1.5. *Reddidisti animum.* 26 Hoc, quod dixi, est verissimum. Nam Delphis oraculum fuit Apollinis omnium celeberrimum: unde & quæ certissima & verissima intelligi vellent, proverbiali figurâ ab Apolline responsa esse dicebant. Cic. *Hæc ex oraculo Apollinis Pythii reddita tibi puta, nihil potest esse verius.* 27 Verius, certius. 28 Quàm hoc meum responsum, quod tibi dico. 29 Oraculum, quod reddebat Delphis in Tripode. 30 Per me factum esse, me fuisse in causa & impedimento, quòd non hæ nuptiæ fierent. 31 Velim id. 32 Fieri.

Id sa-

Id faciam, [1] *in proclivi quod est*, [2] *per me stetisse ut* [3] *credat.*

1 Quod facu facile est.

2 Per me factum esse, quominus hæ fierent nuptiæ.

3 Pater Simo.

Quis videor? CH. [5] *miser aquè* [6] *atque ego.* DA. [7] *consilium quæro.* CH. [8] *fortis es.*

PA. [9] *Scio*, [10] *quid conire.* DA. [11] *hoc ego tibi profectò effectum reddam.*

4 Qualis tibi videor esse?

5 Scilicet *videor*, quia non poteris resistere parenti.

PA. *Iam* [12] *hoc opus est.* DA. *quin jam* [13] *habeo.* CH. *quid est?* DA. [14] *huic, non tibi, habeo*, [15] *ne erres.*

CH. [16] *Sat habeo.* PA. *quid facies?* [17] *cedo.* DA. *dies hic mihi* [18] *ut sit satis, vereor,* [19] *Ad agendum: ne* [20] *vacuum esse me nunc ad* [21] *narandum credas.*

Proindè hinc vos [22] *amolimini*: [23] *nam mihi impedimento estis.*

PA. *Ego* [24] *hanc visam.* DA. *quid* [25] *tu? quò hinc te* [26] *agis?* CH. *verum vis dicam?* DA. *imo etiam*

Ironicè hoc dicit Charinus, non audiente Pamphilo. Donatus hîc orationem, interruptam Davi verbis, continuat illo, *fortis es*: quasi Pamphilus constantiam suam probari concupiverit, cùm interrogaret Charinum: *quis videor?* Charinus autem comparationem fortunæ suæ interposuerit, antequàm *tu miser to fortis* conjungeret. 6 Sicut ego: quia ego excludar ab eâ propter te. 7 Rationem ac modum, quo te expediam ac restituam in bonum statum. Pamphilus enim, dum illud (*quis videor?*) dixit Charino, simul infestis Davum perstrinxit oculis, qui, ejus placandi gratia, non quidem ad vocem, sed ad minas vultus parùm familiaris, respondet, *consilium quæro.* 8 Magnanimus, validus, qui nullo infortunio deprimeris. 9 Scio, quantam rem moliaris, ut Scilicet pater per me stetisse non credat, quò minùs hæ nuptiæ fiant. 10 Quantam rem, quantum negotium suscipias. Suprà 2. 2. 1. *Di boni, boni* quid *possit!* Fruſtrà Donatus putat, hæc alii, quàm Pamphilo, tribuenda effectorem explicatio placet. 11 Hoc ipsum, quod conjicis, jamjam effectum, id est, perfectum reddam, effi iam, quod petis. 12 Consilio. 13 Imò verò excogitatum est consilium, quod quæro. 14 Pamphilo. Rejectio. 15 Ne decipiaris, id est, ne existimes ad te pertinere. 16 Mihi satis est, si huic habeas: non enim potest Pamphilo consuli, quin etiam ipsi Charino consulatur. 17 Dic mihi. 18 Ne non sufficiat. 19 Quod molior. 20 Otiosum, tantum temporis me habere. 21 Meum consilium. 22 Amovete vos, id est, discedite. *Amolimur* ea, quæ cum magnâ difficultate ac molimine amoventur ac tolluntur è medio: cum enim res aliqua jacens in medio magnitudine & mole suâ adferr molestum impedimentum, neque nisi cum magna difficultate discedit, dicimus eam *amoliri.* 23 Nam consilius meis & expeditionis gravis ac molesta est hæc vestra apud me mora. 24 Meam Glycerium (quam ancilla dixerat mihi in mœrore esse, quòd me non videret) invisum. 25 Charine facturus es, id est, cur non hinc etiam te amoliris? 26 Fers, ducis? *Agere se* est propriè tardè discedentis ac tristis. Atque ita perstringit Charini stupiditatem: *agunt* enim bruta, quæque alterius ductu indigent.

[1] *Narrationis incipit mihi initium.* CH. *quid* [2] *me fiet?*
DA. *Eho impudens, non satis habes, quòd tibi* [3] *diecu-lam addo,*
Quantum [4] *huic* [5] *promoveo nuptias?* CH. *Dave at-tamen.* DA. [6] *quid ergo?*
CH. *Ut* [7] *ducam.* DA. [8] *ridiculum.* CH. *hùc face ad me veni-as,* [10] *si quid poteris.*
DA. [11] *Quid veniam?* [12] *nihil habeo.* CH. *attamen* [13] *si quid.* DA. *age, veniam.* CH. [14] *si quid,*
Domi ero. DA. *Tu Mysis,* [15] *dum exeo,* [16] *parumper opperire hîc.*
MY. *Quapropter?* DA. [17] *ita facto est opus.* MY. [18] *matura.* DA. [19] *jam, inquam,* [20] *hîc adero.*

1 Quò iturus sit. Cùm enim jam discessionem tuam complere debueris, nescio quid narrare cœpisti. 2 De me, id est, antequam hinc discedam, ex te volo discere, quid spei mihi sit reliquum deducenda Philumenâ, tibique causam meam commendare: tu potes efficere, ut ducam Philumenam Charinus ergo, quod cum proœmio & apparatu volebat dicere, confestione τὰ πρᾶγμα in compendium mittit. 3 Parvam diem, in quâ scilicet ambias, quantum poteris, ad ducendam Philumenam? 4 Pamphilo. 5 Protraho, differo. 6 Intercipit Davus sermonem Cherini, dicens: Quid ergo vis tibi fieri? 7 Philumenam, scilicet *fac quæso, effice.* 8 Scilicet *est*, vel *hominem*, vel *caput*. Negare vult, quod rogatur, Davus, ut intendat Charini industriam. 9 Hoc Δειχτικῶς accipe: domum enim ostendit. 12 Si quo modo poteris venire, vel meam causam juvare, & aliquid efficere. 11 Quare, cur. 12 Tibi consilium. 13 Consilium habueris, venio. 14 Scilicet *habueris*, id est, si quid erit, quod mihi renunciare velis. 15 Donec redeam ex domo Glycerii, quò nunc propero. 16 Aliquamdiu me hîc exspecta. 17 Sic faciendum est. 18 Statim redeas. 19 Protinùs. 20 Ubi tu me exspectas.

ACTUS IV. SCENA III.

MYSIS.

MY. [1] *Nihil-ne esse* [2] *proprium cuiquam? Dii* [3] *vestram fidem?*

1 Mysis heræ suæ de Pamphilo, ut videbatur, malè metuentis fortunam deplorat. 2 Peculiare, perpetuum, stabile, id est, illa, quæ putamus esse stabilia, sunt inconstantissima. Nam quod habemus, si posteà aufertur à nobis, aut aliò recedit, id proprium dici non potest. Hoc ait Mysis propter amatorem Pamphilum, quem existimabat recessisse ab amore Glycerii, ut Philumenam duceret. 3 Vestrum auxilium imploro. Nam quibus fidimus, ab iis auxilium exspectamus.

[1] *Sum-*

[1] Summum bonum esse [2] heræ putabam hunc Pamphilum,
[3] Amicum, [4] amatorem, [5] virum, [6] in quovis loco
Paratum: verùm ex [7] eo nunc [8] misera quem capit
Dolorem? [9] facilè hîc plus mali est, quàm illic boni.
Sed Davus exit: mi homo, quid [10] istuc obsecro est?
[11] Quò portas puerum?

1 Summam felicitatem, id est, amatorem constantissimum. 2 Glycerio. 3 Verum, & non fictum. 4 Perpetuum. 5 Virilem, & non facilè vincibilem. 6 Qui paratus esset obsequi heræ meæ ubique, ubicunque res postulat. 7 Pamphilo, qui existimatur summum bonum. 8 Glycerium quantum concipit mœrorem, ne amittat? 9 Certè plus doloris est, exoritur à metu amittendi Pamphili, quàm fuit gaudium in voluptate & spe potiundi. Al. *hinc, illinc.* 10 Quod portas. 11 Glycerii infantem involutum profert in scena Davus, mox evolvit traditque ancillæ, quasi puerum mater ante Simonis fores exponi curasset.

ACTUS IV. SCENA IV.

DAVUS, MYSIS.

DA. *Mysis, nunc opus est tuâ*
Mihi [2] ad hanc rem [3] expromtâ [4] memoriâ atque [5] astutiâ.
MY. *Quid-nam [6] incepturus?* DA. *accipe à me hunc [8] ociùs,*
Atque [9] ante nostram januam appone. MY. *obsecro,*
[10] Humi-ne? DA. *ex [11] arâ hinc sume [12] verbenas tibi,*

1 Davus puerum ad ostium Simonis defert, ut ita Chremes à nuptiis deterreatur. 2 Ad id quod sequetur, ut orationi meæ subservias verbis: id enim inter apparatum doli distulit in sequentia. 3 Parata ad agendum strenuè, quę imperabo, prolata dexteritate agendi, & in ciendo jurgii simulacro ad verum peritia, ut videaris non ex composito, nec tanquam præmeditata, sed ex tempore dicere ac facere. 4 Ad præcepta retinenda, quæ sum dicturus. 5 Ad agendum. 6 Facturus es? 7 Puerum. 8 Citò, celeriter. 9 Depone, colloca ante has Simonis ædes. 10 An apponam puerum nudum super terram? 11 Altari Apollinis, id est, ex his sertis, quibus hæc ara redimita est. Nam Apollini Comœdia dicata est (sicut Baccho Tragœdia) in cujus honorem in altero latere scenæ aram constituebant Comœdiam celebrantes, floribus & herbis redimitam. 12 Herbas ac frondes collige, ex quibus hæc ara coronatur. *Verbenæ* enim (quasi *herbenæ*) sunt omnes herbæ frondesque sacræ ex aliquo loco puro sanctoque decerptæ ad aras coronandas, ut laurus, oliva, myrtus. His de loco sacro Capitolii sumtis à Consule vel Prætore, coronabantur Feciales & Pater patratus proficiscentes aliquò fœdera facturi, aut bellum indicturi.

Atque

Atque [1] *eas* [2] *substerne.* MY. *quamobrem* [3] *id tute non facis?*

DA. [4] *Quia*, [5] *si fortè opus ad herum jusjurandum mihi*

Non apposuisse, ut liquidò possim. MY. *intelligo.*

[6] *Nova nunc religio in te istæc incessit, cedo?*

DA. *Move* [7] *ociùs te, ut, quid* [8] *agam, porrò intelligas*

[9] *Pro Iupiter!* MY. [10] *quid?* DA. [11] *sponsę pater intervenit.*

[12] *Repudio consilium, quod primùm* [13] *intenderam.*

MY. *Nescio* [14] *quid narres.* DA. *ego quoque hinc ab* [15] *dexterâ*

Venire me [16] *adsimulabo:* [17] *tu, ut subservias*

Orationi, utcunque opus sit, [18] *verbis, vide.*

MY. *Ego, quid* [19] *agas,* [20] *nihil intelligo: sed, si quid est,*

[21] *Quod meâ* [22] *operâ opus sit* [23] *vobis,* [24] *aut tu* [25] *plus vides,*

[26] *Manebo,* [27] *ne quid* [28] *vestrum remorer commodum.*

1 Verbenas.

2 Puero suppone in terram.

3 Quod præcipis, id est, cur tu ipse non apponis puerum ante januam, & verbenas colligis, atque substernis?

4 Ideò non facio.

5 Si fortè necesse erit me jurare apud herum Simonem, me non apposuisse hunc puerum ante januam, ut possim sincerè, purè, sinè exceptione aut conscientiæ scrupulo id facere, id est, jurare: ita ut hero meo, si juramento opus sit, liqueat me verè & sinè fraude jurare. 6 An nunc subitus iste ac insolitus conscientiæ scrupulus vel metus Dei, ut timeas mentiri ac pejerare, subiit atque invasit te? dic mihi. Ancilla hîc *novæ religionis* exprobratione veterem malitiam nunc quoque se agnoscere haud obscurè indicat. 7 Celeriter antè januam puerum appone. 8 Acturus sim. 9 Davus subitò aspiciens Chremetem venientem, exclamat. 10 Scilicet *est*? 11 Chremes, pater Philumenę promissæ Pamphilo, medio negotio, quod inceperam, supervenit. *Intervenire* enim, est medio negotio quasi ex insidiis supervenire, & opprimere in ipso actu eos, qui rem celatam velint. 12 Rejicio, relinquo, muto, omitto propositum. Metaphora. *Repudiare* enim propriè significat uxorem dimittere. 13 Anteà tanquam rete disposueram ac tetenderam ad decipiendos Chremetem & Simonem. Metaph. à venatoribus, qui retia intendunt ad feras captandas; vel à sagittariis, qui arcum intendunt. 14 Quid loquaris, id est, quæ sit tua sententia. 15 Parte itineris, quasi non adfuerim. 16 Fingam. 17 Tu Mysis esto cauta, ut temet sermoni meo accommodes, ut dictis meis commodè respondeas. 18 Dictis tuis. 19 Agere velis. 20 Non. 21 Ob quod, ad quod, vel in quo. 22 Meo auxilio, labore & industriâ. 23 Pamphilo & tibi. 24 Al. *ut*, id est, ut ingenio perspicacior es, & hujus rei majorem notitiam habes. 25 Plus intelligis, quàm ego intelligo. 26 Hîc exspectabo. Nam dum ejus *astutiâ* opus esse dixit, itemque *orationi verbis subservire* jussit, manere etiam voluit. 27 Ne qua in re vestris commodis impedimento sim. 28 Pamphili & tuam utilitatem impediam.

ACTUS IV. SCENA V.

CHREMES, MYSIS, DAVUS.

CH. [1] *Revertor, postquam, quę opus fuêre ad nuptias* [2] *Gnatæ, paravi, ut jubeam* [3] *accersi: sed quid* [4] *hoc?* [5] *Puer hercle est,* [6] *Mulier, tun' apposuisti* [7] *hunc?* MY. *ubi* [8] *Illic est?* CH. *non mihi respondes?* MY. [9] *hem! nusquam* [10] *est:* [11] *væ miseræ mihi! Reliquit me* [12] *homo, atque abiit.* DA. [13] *Dî vestram fidem! Quid turbæ est apud* [14] [15] *forum?* [16] *quid illic hominum litigant?* [17] *Tum annona cara est:* [18] *quid dicam aliud,* [19] *nescio.*

1 Redeo ad Simonem. Conspexo, antè ædes Simonis, puero, Chremes à nuptiis abstertetur. Jurgat. 5 cum Mysde Davo, quæ obconsilii ipsius ignorationem, fallaciæ non subservit; sed omnia

MY. *Cur* [20] *tu, obsecro, hîc me solam?* DA. [21] *Hem!* [22] *quæ hæc est fabula?*

seriò respondens, ridiculam facit concertationem.

2 Filiæ meæ Philumenæ. 3 Sponsam & cognatos in domum Simonis advocari. 4 Scilicet *est*, quod est positum ante januam Simonis. 5 Qui appositus est. Jam propiùs accedit. 6 Alloquitur Chremes Mysidem. 7 Puerum. 8 Illic Davus, qui me hîc solam reliquit. Quærit enim Davum, qui discesserat, ut à foro veniisse videretur: namque hoc agit, ut ipse videatur simplex & ignarus, atque ut Pamphili amor prodatur Chremeti. 9 Interjectio dolentis & indignantis. 10 Davus. 11 Exclamatio. 12 Davus. Non vult eum nominare propter præsentiam Chremetis. 14 O Dii, imploro vestrum auxilium. 14 Quantum turbationis seu tumultus, & multitudinis, propter varia hominum litigia. 15 Judiciale vel causarum, id est, locum, ubi causæ aguntur, vel etiam cupedinarium: utrumque enim intelligi potest. 16 Quot homines in foro contendunt in judicio, causas agunt in se invicem? 17 Præterea victus, omne alimentum, res cibaria in magno pretio est. *Annonam* vocant Latini totum proventum annuum, non solùm frumenti, sed omn um aliarum rerum. 18 Hęc dicit ad spectatores, & Chremete non audiente. 19 Quia non fuit apud forum. 20 Scilicet reliquisti? Apostopelis, obstruente illi os Davo, & multa simul interrogante. 21 Interjectio admirantis. 22 Quis hic ludus, quæ hæ ineptiæ sunt? quasi principium rationemque ignoret.

[1] *Eho*

[1] *Eho Mysis,* [2] *puer hic undè est? quis-ve* [3] *hùc attulit?*

MY. [4] *Satin' sanus es, qui me* [5] *id rogites?* DA. *quem ego igitur rogem,*

[6] *Qui hîc* [7] *neminem alium video?* CH. *miror, undè* [8] *sit.*

DA. *Dicturan' quod rogo?* MY. [9] *an!* DA. [10] *concede ad dexteram.*

MY. [11] *Deliras:* [12] *non tute ipse?* DA. [13] *verbum si mihi*

Verum, præterquam quod te rogo, [14] *faxis, cave.*

MY. [15] *Malè dicis.* DA. [16] *undè est? dic* [17] *clarè.* MY. [18] *à nobis.* DA. [19] *ha ha hæ.*

[20] *Mirum verò, impudenter mulier si facit.*

CH. [21] *Ab Andriâ est ancilla hæc, quantùm* [23] *intelligo*

DA. *Adeon' videmur vobis esse* [24] *idonei,*

[25] *In quibus sic illudatis?* CH. [26] *veni* [27] *in tempore.*

1 Interjectio attentionem poscentis. 2 Qui antè januam nostram appositus est. 3 Ante domum nostram. 4 Nunquid insanis, aut mente captus es? Translatio à corpore ad animum: quod qui sani sint, corpore benè habeant: quemadmodum & qui sapiunt, benè habent animo. 5 De puero. 6 Dissimulat sibi visum Chremetem. 7 Præter te. 8 Hic puer. Secum loquitur. 9 Interjectio est consternatæ mulieris. 10 Confer te, veni ad dexteram partem. A sinistra enim stabat Chremes, quem omnia audire non vult: alia quippe clarè, alia dici jubet pressè. 11 Delirus, non es mentis compos. Metaph. ab imperitis araroribus, qui inter seminandum vel etiam inter arandum à recta lira, atque adeò a sulco aberrant, aut sulcum (qui alioqui rectus esse debet) obliquum faciunt. 12 Scilicet *apposuisti hunc puerum?* Non absolvere sinit sententiam Davus, atque interrumpit, quod deinceps dictura erat Mysis, ne id senex audiat. Hæc cum superioribus illis Davi verbis connectenda; *Mysis, puer hic undè est? quis-ve hùc attulit?* Submissa voce hæc dicit Mysis. 13 Et hæc voce pressa Davus Mysidi. 14 Feceris, facias, scilicet *percutiam te.* Aposiopesis. 15 Convitiaris, minaris mihi. 16 Hic puer. 17 Aperte, ut possit exaudiri. Jam jubet Mysidem loqui, ut audiat Chremes. 18 A nostris ædibus scilicet *puer est.* 19 Interjectio ridentis ob responsum Mysidis. 20 Non est mirandum. Ironia est, sed cum indignatione conjuncta, quæ erumpit v. 19. 21 Ex domo Andriæ mulieris, id est, Glycerii, quæ ex Andro insula venit. Al. exponunt, favet Andriæ. 22 Mysis. 23 Audio ex ipsius verbis 24 Apti, digni. Ironia, & est expostulatio. 25 Quos sic ludibrio habeatis. In bonis autoribus leguntur ista; *Illudere aliquem, alicui & in aliquem:* sed *in aliquo illudere,* id verò hîc solummodò reperiri posse puto: quare pro, *in quibus, in quos* nonnulli rescribendum putant. Sic Eun. 5, 4, 20 *Vtei est: ut ne impunè* in nos illuseris. Eugraphius hujus phrasεos extraordinariæ causam ad fictam Davi iracundiam refert. 26 Hùc. 27 Opportunè, tempestivè. Hoc Chremes secum dicit.

DA. Pro-

DA. *Propera* [1] *adeò puerum* [2] *tollere hinc ab januâ.*
Mane: cave [3] *quoquam ex istoc* [4] *excessis loco.*
MY. *Dii te* [5] *eradîcent: ita me miseram* [6] *territas.*
DA. [7] *Tibi ego dico, an non?* MY. *quid vis?* DA. *at etiam rogas?*
[8] *Cedo, cujus puerum* [9] *hîc apposuisti? dic mihi.*
MY. [10] *Tu nescis.* DA. [11] *mitte id, quod scio: dic, quod* [12] *rogo.*
MY. [13] *Vestri.* DA. *cujus vestri?* MY. *Pamphili.* DA. [14] *hem! quid?* [15] *Pamphili?*
MY. [16] *Eho, an non* [17] *est?* CH. [18] *rectè ego semper fugi has nuptias.*
DA. *O facinus* [19] *animadvertendum!* MY. *quid clamitas?*
DA. [20] *Quem-ne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?*
MY. *O hominem* [21] *audacem!* DA. [22] *verum: vidi* [23] *Cantharam*
[24] *Subfarcinatam.* MY. *Diis pol habeo gratias,*
Cùm in [25] *pariundo aliquot adfuerunt* [26] *liberæ.*
DA. [27] *Næ illa illum haud novit, cujus causâ* [28] *hęc incipit.*

1 Nunc. Clarè jubet puerum tolli Davus: cui cum parêre Mysis vellet, eam retinens, non audiente sene, *mane*, inquit, *cave*, &c.
2 Auferre.
3 Aliquò.
4 Ne excesseris, excedas, id est, exeas: ut *faxis*, pro facias.
5 Funditùs sive radicitùs evellant, perdant, ac è medio tollant.

Plaut. Mercat. 4, 4. 45. *quin me* eradîcas *miserum*. Metaph. ab herbis inutilibus, quas agricolæ, quod segetibus noceant, radicitùs evellunt. 6 Perturbas, terres. 7 Num audis quod dico, an non audis, ut tollas puerum hinc ab januâ? Nunc iterum clarâ voce alloquitur Mysidem. 8 Dic mihi. 9 Ante nostram januam. 10 Tu ita interrogas, quasi non noveris. Ironia. 11 Omitte dicere. Hoc Davus in aurem dicit. 12 De puero. 13 Apposui puerum vestri domini. 14 Interjectio indignantis. 15 Repetit nomen Pamphili quasi cum indignatione, ut id disertè audiat Chremes. 16 Interjectio attentionem poscentis. 17 Pamphili. 18 Jure, meritò Chremes adhuc solus post Davum loquitur. 19 Puniendum, dignum quod puniatur. 20 An non ille puer est, &c. Suppositicium innuit infantem allatum. 21 Qui hoc audet affirmare. 22 Verum est, quod dixi de puero: *Quem-ne ego heri*, &c. 23 Anum. 24 Sub veste, vel sub alis sarcinam habentem, id est, onus aliquid quasi sarcinam. 25 Pariendo, partu Glycerii. 26 Scilicet *mulieres*, quę testari possunt, puerum ex Glycerio, non ad nos allatum fuisse. Servis non erat testimonii dictio, ut ait Geta in Phormione: vel *libere*, id est, non suffarcinatæ, non oneratæ iis rebus, quas existimas. 27 Certè Glycerium Chremetem non novit. 28 Cum puero ad deterrendum Chremetem.

1 Scilicet ita ratiocinatur Glycerium, quæ hæc incepit. Refert enim verba Glycerii μιμητικῶς Ita mox v. 41. *Coactus legibus eam uxorem ducet.*

[1] *Chremes, si positum puerum ante* [2] *ædes viderit,*
Suam [3] *gnatam non* [4] *dabit : 5 tantò herclè magis dabit.*
CH. [6] *Non herclè faciet.* DA. *nunc* [7] *adeò,* [8] *ut tu sis sciens,*
Ni [9] *puerum* [10] *tollis, jamjam ego* [11] *hunc mediam in* [12] *viam*
[13] *Provolvam, teque* [14] *ibidem pervolvam in* [15] *luto.*
MY. *Tu pol homo non es* [16] *sobrius.* DA. [17] *fallacia*
Alia aliam [18] *trudit : jam* [19] *susurrari audio,*
Civem [20] *Atticam esse* [21] *hanc.* CH. [22] *hem!* DA.
[23] *coactus* [24] *legibus*
[25] *Eam uxorem ducet.* MY. [26] *eho, obsecro, an non* [27] *civis* [28] *est?*
CH. [29] *Iocularium in malum* [30] *insciens penè incidi.*
DA. [31] *Quis hîc loquitur? ô Chreme,* [32] *per tempus advenis :*
Auscultа. CH. *audivi jam omnia.* DA. *an-ne* [33] *tu omnia?*
CH. *Audivi inquam* [34] *à principio.* DA. *audistin' obsecro?* [35] *hem*
Scelera! [36] *hanc jam oportet in* [37] *cruciatum hinc abripi.*

2 Simonis. 3 Philumenam. 4 Nuptum hero meo Pamphilo. 5 Verba sunt Davi rejicientis verba Glycerii. 6 Hoc Chremes de se dicit, qui nondum se à Davo perceptum esse putat. 7 Certè. 8 Ut scias. 9 Quem hîc appositisti. 10 Aufers à januâ. 11 Puerum. 12 Quia puer ante januam positus erat. 13 Porrò volvam, conjiciam. 14 In mediam viam. 15 Cœno & sordibus viæ. 16 Sanę mentis, id est, non sobriè loqueris, sed ebrius es. 17 Dolus dolo succedit & connectitur. Hæc fuit prima fallacia, quod puer sit Pamphili : secunda est, quod ajunt, Glycerium esse civem Atticam. 18 Parit, impellit. Metaphora. 19 Murmurari, latenter dici. 20 Athenienſem, Athenis natam & educatam à teneris. 21 Glycerium. 22 Indignantis interjectio. 23 Pamphilus. 24 Athenienſium. 25 Glycerium. 26 Adverbium vocantis & interrogantis. 27 Attica. 28 Glycerium. 29 Ridiculum, illudendum periculum, quod cùm jocum præ se fert, tamen magnum malum daturum videtur. Infrà in Phorm. vocat *jocularem audaciam*. 30 Imprudens. 31 Jam videt Davus tempus esse senem alloquendi. 32 In tempore, opportunè. 33 Scilicet *audivisti*. 34 Ab initio. 35 Irascentis. 36 Ancillam Mysidem, quę fingit tales fallacias. 37 Carcerem deduci, ut de eâ meritum sumatur supplicium.

1 *Hic*

1 *Hic ille est: non te credas Davum* 2 *ludere.*
MY. 3 *Me miseram! nihil pol falsi dixi, mi senex.*
CH. 4 *Novi rem omnem: sed est Simo* 5 *intus?* DA. *intus est.*
MY. *Ne me* 6 *attingas scelestè: si pol Glycerio non* 7 *omnia hæc.*
DA. 8 *Eho inepta, nescis quid sit* 9 *actum.* MY. 10 *qui sciam?*
DA. 11 *Hic* 12 *socer est:* 13 *alio pacto haud poterat fieri,*
Vt 14 *sciret hæc,* 15 *quæ volumus.* MY. 16 *hem,* 17 *prædiceres.*
DA. 18 *Paulùm interesse censes,* 19 *ex animo omnia,*
20 *Vt fert natura,* 21 *facias,* 22 *an de industriâ?*

1 Chremes scilicet, pater Philumenæ: Δεικτικῶς q. d. vir magnus: ubi *ille*, habet emphasin, qui scilicet sic non debet illudi. Ironia. 2 Deridere me Davum: quia derides tantùm senem. 3 Exclamatio, quâ significat se esse perturbatam. 4 Sunt verba irati senis, quibus significat, se nolle audire ancillam. 5 Domi. Apostrophe ad Davum. 6 Davus videns Chremetem ingressum domum Simonis, præ lætitia, quòd rem gnaviter confecerit, ludos facit Mysidi & blanditias. Quòd cùm joco non accipiat Mysis, ut quæ rem non intelligat, præ commotione præcedentium hæc ait. 7 Scilicet *dixero*, *vendidero*. Aposiopesis. 8 Interjectione hac attentionem movet. 9 Inter nos de puero, id est, in quem finem puer sit appositus ante januam Simonis. 10 Quomodo possum scire? Potentialis modus. 11 Chremes, quem nunc vidisti, pater Philumenæ. 12 Heri mei Pamphili. 13 Alio modo, quàm eo quo fecimus, nisi per puerum. 14 Chremes. 15 Scilicet de puero, & quòd Glycerium sit civis Attica. Nam per ea fortassè filiam suam Pamphilo non dabit. 16 Dolentis est. 17 Prædixisses, prædicere debebas te velle hoc cum puero. 18 Parùm esse discriminis. 19 Ex naturali impetu & ingenito affectu & animi ductu. 20 Quemadmodum naturalis & ingenita actio postulat. 21 Scilicet *an*. 22 An ut facias omnia consultò & deditâ operâ? Vult dicere permagnum esse discrimen inter naturales rationes, & eas, quæ ex composito & de industria fiunt.

ACTUS IV. SCENA VI.

CRITO, MYSIS, DAVUS.

1 Crito veniens ex Andro Athenas, de Glycerio percunctatur, an parentes reperierit suos: audiens nondum reperisse, dolet, quod videat hoc sibi obfuturum in adeunda hæreditate: licque ejus adventu periculum omne discutitur.

CR. [1] IN *hâc* [2] *habitasse* [3] *platea* [4] *dictum est Chrysidem,*
Quæ se [6] *inhonestè optavit* [7] *parare* [8] *hîc divitias*
Potiùs, quàm in [9] *patriâ honestè* [10] *pauper vivere.*
[11] *Ejus morte ea ad me* [12] *lege redierunt* [13] *bona.*
Sed quos [14] *perconter, video:* [15] *salvete.* MY. *obsecro,* 5
Quem video? est-ne hic Crito, [16] *sobrinus Chrysidis?*
Is est. CR. *ô Mysis salve.* MY. *salvus sis, Crito.*
CR. *Itan'* [17] *Chrysis?* [18] *hem!* MY. [19] *nos* [20] *quidem*
pol miseras [21] *perdidit.*
CR. *Quid* [22] *vos?* [23] *quo pacto* [24] *hic? satis-ne* [25] *re-*
ctè? MY. [26] *nos-ne?* [27] *sic,*
Ut quimus, [28] *ajunt,* [29] *quando, ut volumus,* [30] *non licet.*
CR. [31] *Quid Glycerium? quam hîc suos parentes*
repperit? 11
MY. [33] *Vinam.* CR. [34] *an nondum etiam?* [35] *haud*
auspicatò [36] *hùc me* [37] *appuli:*

2 Hospitium habuisse. 3 Via civitatis publica latiori & ampliori, πλατεῖα. 4 Mihi. 5 Chrysis. 6 Vivendo, id est, quæstu meretricio. 7 Acquirere nummos, id est, ditescere. 8 Athenis, 9 Scilicet *suâ*, id est, in Andro. 10 Pauperem. Græcismus est. 11 Chrysidis, 12 Per legem, id est, jure hæreditario, id est, ego legitimus sum hæres bonorum Chrysidis. 13 Illę divitiæ, quas hîc inhonestè paravit. 14 Interrogem de hospitio Chrysidis. Metaph. à nautis, qui conto utuntur ad loca inquirenda navibus opportuna. 15 Davo & Mysidi hoc dicit. 16 Cognatus, ex sorore Chrysidis natus. *Sobrini* dicuntur quasi *soror-ini*, id est, nati de duabus sororibus 17 Sc *periit, mortua est?* nam impedivit gemitus. 18 Ejulando proferenda est hæc particula. 19 Glycerium & me. 20 Equidem certè. 21 Morte suâ, id est, non solùm miseræ sumus, sed etiam ab omnibus relictæ. 22 Quomodò vos habetis aut facit s? 23 Agitis? 24 In hac civitate. 25 Vivitis, vel valetis? 26 Rogas, quomodo nos valeamus? 27 Agimus vitam. Ζῶμεν γάρ, οὐχ' ὡς θέλομεν ἀλλ' ὡς δυνάμεθα, *Nam uti libet, sed uti licet, sic vivimus.* Quo quidem monemur, tempori esse ac necessitati serviendum: & sæpè facultatem nobis deesse, non animum. 28 Ut vulgò ferur, ut est proverbium. 29 Quandoquidem, quoniam. 30 Nobis vivere. Quæ oratio ad præsentes turbas spectat: quæ nondum patiebantur animum mulierculatum consistere. 31 Quo pacto agit? 32 Athenis. 33 Sc. *reperisset parentes*: & pro negatione hoc dictum est, quasi non repperit. 34 Parentes repperit? 35 Infeliciter, malisavibus, non in ipso tempore, repugnantibus avibus, sine quibus nihil olim, seu privatim, seu publicè fiebat. 36 Athenas. 37 Contuli. Metaphora.

Nam

Nam pol, si [1] *id scissem, nunquam* [2] *hûc* [3] *tulissem pedem:*
[4] *Semper enim* [5] *dicta est* [6] *ejus* [7] *hæc atque* [8] *habita est soror:*
Quæ [9] *illius fuerunt,* [10] *possidet.* [11] *Nunc me* [12] *hospitem*
[13] *Lites sequi, quàm* [14] *hîc mihi sit* [15] *facile atque utile,*
[16] *Aliorum exempla* [17] *commonent: simul arbitror,*
Iam esse aliquem amicum, & [18] *defensorem* [19] *ei: nam ferè*
[20] *Grandiuscula jam* [21] *profecta est illinc:* [22] *clamitent,*
Me [23] *sycophantam* [24] *hęreditatem* [25] *persequi,*
[26] *Mendicum:* [27] *tum,* [28] *ipsam despoliarem non libet.*
MY. *O optime* [29] *hospes pol, Crito,* [30] *antiquum obtines.*
CR. *Duc me ad* [31] *eam,* [32] *quandò hùc veni, ut videam.* MY. [33] *maximè.*
DA. *Sequar* [34] *hos: nolo me in tempore hoc videat* [35] *senex.*

1 Glycerium nondum parentes suos reperisse
2 Athenas.
3 Accessissem, rediissem.
4 Ordo est: *Hæc enim semper dicta est atque habita est esse soror ejus.*
5 Vocata.
6 Mortuæ Chrysidis.
7 Glycerium.
8 Judicata atque existimata.
9 Chrysidis.
10 Bona in possessione habet Glycerium. 11 Ordo est. *Exempla aliorum commonent, quam facile atque utile sit mihi hic, me hospitem sequi lites.* 12 Peregrinum. 13 Litigando petere hęreditatem, exercere controversias super Chrysidis bonis, quæ Glycerium possidet, repetendis. 14 Athenis, in aliena mihi & ignota urbe. 15 Id est, difficile & inutile. 16 Qui etiam hospites existentes secuti sunt. 17 Admonent. 18 Qui nam defendat, si, quod meum est, repetam 19 Glycerio. 20 Adulta. 21 Recessit ex insula Andro. 22 Adversarii, qui defendent Glycerium, clamitarent. 23 Tanquam calumniatorem, & alieni boni direptorem, personam sumsisse legitimi hęredis. Metaphora servo, qui ficus, quas ipse comederat, dicebat hero alterum servum comedisse. Propriè enim hęc vox delatorem denotat, qui exportatas ex Atticâ regione ficus prodebat, inhians delationis prępmioso. Cùm enim in Atticâ regione magna esset ficuum copia seu multitudo (quarum suavitate Xerxes adeò delectatus fertur, ut ob id Græcię bellum intulerit) ad eas asservandas publicè custodes statuebantur, proposita pœnâ furibus, qui eas decerperent, & aliò deportarent. Hi prunùm dicti sunt συκοφαντα, ἀπ τȣ σῦκα φαίνεσθαι, *à ficubus prodendis, indicandis, vel etiam comedendis.* At cùm immerentes passim pro libidine furti deferrent, factum posteà, ut id verbum calumniatoribus, & falsa crimina intendentibus tribueretur. 24 Ad me non pertinentem. 25 In judicio repetere. 26 Tanquam pauperem, emendicantem es alienum. 27 pręterea. 28 Glycerium, quæ nihil habet, nisi bona Chrysidis, denudare, & vacuam omnibus bonis relinquere: quia nihil suum habet. 29 Peregrine. 30 Morem vel ingenium observas, id est, æquum & bonum 31 Glycerium. 32 Quando quidem. 33 Libentissimè te ducam. 34 Euntes ad Glycerium. 35 Vimo.

ACTUS V. SCENA. I.

CHREMES, SIMO.

1 Multis generibus officiorum. Chremes vehementer iratus ob ea, quæ audiverat ex Davo, quæ viderat de puero Simonem compellat, ut, quod jam cœptum erat de nuptiis, id prorsus deleretur. Conatur Simo lenibus verbis iram Chremetis sedare.

CH. [1] *Satis jam, satis, Simo,* [2] *spectata erga te amicitia est mea:*
Satis pericli cœpi [3] *adire: orandi jam finem face.*
Dum studeo [4] *obsequi tibi, penè* [5] *illusi vitam* [6] *filiæ.*
SI. [7] *Imò enim quàm maximè abs te postulo atque oro, Chreme,*
[8] *Ut beneficium, verbis initum dudum, nunc re comprobes.* 5
CH. *Vide, quàm* [9] *iniquus sis præ studio,* [10] *dum efficias id quod* [11] *cupis,*
Neque [12] *modum benignitatis, neque quid me ores,* [13] *cogitas:*
Nam si [14] *cogites,* [15] *remittas jam me* [16] *onerare injuriis.*
SI. [17] *Quibus?* CH. [18] *ah! rogitas?* [19] *perpulisti me, ut* [20] *homini adolescentulo,*
In [21] *alio* [22] *occupato amore,* [23] *abhorrenti ab re uxoriâ,*
Filiam darem in [24] *seditionem, atque* [25] *incertas nuptias;* 11
[26] *Ejus labore atque ejus* [27] *dolore gnato ut* [28] *medicaver tuo.*

2 Probata, cognita, id est, satis superque hactenus meam erga te amicitiam probasti & expertus es. 3 Subire tua causa. 4 Ad tuam voluntatem cuncta facere, tibi inservire. *Consequimur*, inquiunt, studio: *obsequimur* officio: *persequimur* injuria: *prosequimur* ordine: *exsequimur* voto. 5 Perdidi ac ridiculam feci. Sic Tacitus *illudere pecuniis* dixit: Ter. *ludere operam.* 6 Philumenæ. 7 Sed certè. 8 Ut benevolentiam illam, per verba paulò antè inceptam, nunc ipso effectu, actu confirmes. 9 Iniquus sis petitor, qui tuam ipsius cupiditatem magis, quàm æquum, spectas, præ nimiâ cupiditate faciendi, quod instituëris. 10 Dummodo. 11 Ut filiam meam dem gnato tuo. 12 Justam mensuram benevolentiæ, id est, quantum sit petendum. 13 Attendis. 14 Cogitares modum petitionis. 15 Desineres. 16 Vexare, opprimere injustis petitionibus. Nam *injuria* dicitur, quicquid non jure fit. 17 Quibus injuriis te onero? 18 Interjectio dolentis & indignantis. 19 Impulisti precibus tuis. 20 Juveni, imperito omnium rerum. 21 Alterius puellæ, quàm filiæ meæ. 22 Detento, id est, qui amet aliam. 23 Alieno à conjugio legitimo, id est, qui non vult ducere uxorem. 24 Discordiam, non matrimonium: quotidiè enim inter se dissiderent. 25 Non firmum matrimonium: quia eam fortasse relinquere, aut rationem aliquam iniret, quâ eam repudiaret. 26 Filiæ meæ commodo. Argumentum ab iniquo. 27 Mœrore, ægritudine. 28 Mederer, remedium adferrem: quia amoris gravi vulnere saucius est.

1 *Impe-*

1 *Impetrasti* : 2 *incepi*, 3 *dum res tulit* : *nunc non* 4 *sert*, 5 *feras*.

6 *Illam* 7 *hinc civem esse ajunt* : *puer est* 8 *natus* : 9 *nos missos face*.

SI. 10 *Perego te Deos oro, ut ne* 11 *illis* 12 *animum inducas credere*,

13 *Quibus id maximè utile est* 14 *illum esse quàm* 15 *deterrimum* :

16 *Nuptiarum gratiâ* 17 *hæc sunt* 18 *ficta atque incepta omnia* :

19 *Ubi ea causa, quamobrem hæc faciunt, erit ademta his, desinent*.

CH. 20 *Erras* : 21 *cum Davo egomet* 22 *vidi* 23 *jurgantem* 24 *ancillam*. SI. *scio*. CH. *at*

25 *Vero vultu* ; *cùm* 26 *tibi me adesse*, 27 *neuter dum* 28 *præsenserat* :

SI. *Credo*; *&* 29 *id facturas*, *Davus* 30 *dudum præ-dixit mihi* :

Et nescio 31 *quid tibi sum oblitus hodiè* 32 *ac voluí* 33 *dicere*.

1 Hoc à me, ut filiam darem gnato uxorem.

2 Parare nuptias.

3 Quamdiu honestas vel utilitas filiæ postulavit ac passa est.

4 Res seu utilitas non permittit.

5 Patiaris oportet :

20 quandoquidem filiam non sum daturus, cùm res non ferat.

6 Glycerium, quam amat Pamphilus. 7 Civitatis hujus Athenien sis, id est, civem Atticam. 8 Ex ea & filio tuo. 9 Dimitte nos, nec amplius precibus aures nostras obtunde. 10 Negationem suam Simo prece munit, & adhibe de fallacia conficta Chremeti persuadere vult : ipsam personarum utilitatem pro argumento habens. 11 Maledicis, sc. meretricibus, servis, ancillis. A qualitate personæ. 12 Tibi persuadeas velis. 13 A causâ ad effectum. 14 Filium meum Pamphilum. 15 Pessimum, perditissimum, sceleratissimum. 16 Ad disturbandas seu impediendas cum tua filia nuptias, & cum Glycerio conficiendas. 17 Quæ ais facta fuisse. 18 Abhis. 19 Postquam Pamphilus meus duxerit filiam tuam uxorem, atque ita non erit, quod sperent se confictis istis dolis posse proficere, evanescent omnia : mentiri hæc talia & in vulgus edere desinent, cùm sibi nil prodesse amplius mendac ũ videbunt. 20 Falleris. Pretendit, quod dixerat, Chremes, urgetq; Simonem, ut expedire se ex tempore nequeat. 21 Servo tuo. Vide suprà 4, 5. 22 A testimonio, nempe à sensu oculorum. 23 Litigantem, sc. propter puerum appositum. 24 Glycerii, sc. Mylidem. 25 Serò litigabant, non simulatè. 26 Apud ædes tuas. 27 Eorum, id est, neq; Davus, neq; ancilla. 28 Prævideratprius percœperat. 29 Quod dixisti de puero, & ancillâ, quæ illum ante januam nostrâ apposuit : *vel* mulieres ex Glycerii domo jurgaturas ac nuptias disturbaturas. 30 Jampridem. Vide supra 1, 2. 31 Propter quid, quamobrem, aut quomodo. 32 Et quidem voluí dicere, destinaveram dicere : quasi ita in domũ suam invitaret & attractum Chremetem vellet, ut nunc audiret, quod antea non prædictum erat. Vel *ac volui*, ut, sicut voluí, sicut destinaveram. Sic Heaut. 2, 1, 24. *Animus te erga idem ac fuit*, id est, ut, vel sicut fuit. 33 Nempe Davũ hæc omnia mihi prædixisse, id est, miror, quomodo accideritit, ut hoc ipsũ, quod maximè tibi dictum voluí, modo obsitus sim tibi dicere.

ACTUS V. SCENA II.

DAVUS, CHREMES, SIMO, DROMO.

DA. [1] *ANimo jam nunc* [2] *otioso* [3] *esse impero.* CH. *hem* [4] *Davum tibi.*

SI. [5] *Vndè egreditur?* DA. [6] *meo præsidio, atque hospitis.* SI. [7] *quid illud mali est?*

DA. *Ego* [8] *commodiorem hominem,* [9] *adventum,* [10] *tempus non vidi.* SI. [11] *scelus!*

Quem-nam hic laudat? DA. *omnis res est jam* [12] *in vado.* SI. *cesso* [13] *alloqui?*

DA. [14] *Herus est: quid agam?* SI. *ô salve* [15] *bone vir.* DA. [16] *hem Simo, ô* [17] *noster Chremes,* [5]

Omnia apparata jam sunt [18] *intus.* CH. [19] *curasti probè*

DA. [20] *Vbi voles,* [21] *accerse.* SI. [22] *benè sanè:* [23] *is enim verò* [24] *hinc nunc abest.*

1 Simo cùm vidisset Davum egredientem à Glycerio, & cum ex eo audivisset venisse, qui Glycerium diceret esse civem Atticam, irâ accensus, Davum intrò raptum conjicit in vincula.

2 Securo, tranquillo, à metu vacuo: quia (inquit Donatus) negotium solicitudo est. Sic Eun. 5, 3, 9. *Virum bonum eccum Parmenonem incedere video: vide ut otiosus sit, si Diis placet.* 3 Pamphilum, Glycerium, Charinum, & nos omnes harum partium fautores. 4 Ecce Davum. 5 Ex cujus ædibus exit Davus? Videt Simo Davum egredientem è domo Glycerii, potiùsque id per indignationem atque admirationem dicit, quàm per ignorantiam. 6 Jubeo vos esse animo otioso meo auxilio, meaopera, & adventu Critonis peregrini Davus non videns Chremetem neque Simonem, continuat suum sermonem. 7 Quod Davus egreditur domo Glycerii adeò exultans. 8 Opportuniorem Admiratur Davus, quod in ipso articulo periculi supervenerit Crito. 9 Commodiùs advenire. 10 Nunquam vidi commodiùs in ipso tempore quenquam accedere, atque hic Crito accessit. 11 Hic sceleratus Davus: ad sensum enim, non ad verba respicit. Sic suprà 3, 5, 1, *Ubi illi scelus est, qui me perdidit?* 12 In tuto, in securitate, citra discrimen. Nam ut in profundo periculum est (ait Donatus) ita in vado securitas est. Est ergo Metaphora à natantibus vel navigantibus sumta, qui salvi sunt, ubi vadum contigerunt. Suprà, *Ego in portu navigo.* 13 Davum. 14 Metuentis & perturbati animi sunt verba. 15 Ironia 16 Interjectio perturbati est. 17 Blandimentum est, ut sæpè aliàs. 18 In domo nostra Nam suprà 3, 4 dixerat Simo: *Domum modò ibo, ut apparentur, dicam.* 19 Ironia qua significat, quod nihil effecerit. 20 Quandò, cùm. 21 Sponsam Philumenam ut fiant statim nuptiæ. 22 Dicis. Iracunda Ironia. De hoc intolerabiles nugæ in Donati commentario leguntur: *benè sanè, validè, quia qui sanus est, idem & validus*: quis credat Donatum hæc scripsisse? 23 Pamphilus Eugraphius meliùs *id* legit, & explicat: hoc enim solum jam deest, ut ipsa puella sive sponsa debeat evocati. 24 A nuptiis.

1 *Etiam*

1 *Etiam tu hoc respondes,* 2 *quid istic tibi negotii est?*
DA. 3 *mihi n'?* SI. *ita.*
DA. 3 *Mihi-ne?* SI. *tibi* 4 *ergo.* DA. *I modò introii.*
SI. *quasi ego,* 6 *quàm dudum id rogem.*
DA. *Cum* 7 *tuo gnato* 8 *unà.* SI. *an ne est* 9 *intus Pamphilus?* 10 *crucior miser.*
1 *Eho, non* 12 *tu dixti esse inter* 13 *eos* 14 *inimicitias,* 15 *carnifex?*
DA. 16 *Sunt.* SI. *cur igitur* 17 *hîc est?* CH. *quid* 18 *illum censes?* 19 *cum illâ litigat.*
DA. 20 *Imo verò* 21 *indignum, Chreme, jam facinus* 22 *faxo ex me audias.*
23 *Nescio qui* 24 *senex modò* 25 *venit:* 26 *ellum,* 27 *con fidens,* 28 *catus?*
Cum 29 *faciem videas, videtur esse* 30 *quantivis pretii:*
31 *Tristis severitas inest in* 32 *vultu, atque in verbis* 33 *fides.* 16
SI. *Quid-nam* 34 *apportat?* DA. *nil equidem, nisi quod* 35 *illum audivi dicere.*

1 Scilicet an non id est, jamne vel, unus tu id est, jam jam respondes. 2 Quid est quod agas apud Glycerium? 3 Interrogas se. quid fuerit negotii? Quum evidenter & de eo terg versationem servi perturbati exprimit? quæ tamen prodiunt Pamphilus, omnes-

que jam fallaciis fides abrogatur. 4 Inquam. Sic Phor. 5, 1, 27. C. *Quid, duxine is uxorem habui?* S. *unde, vero, unam ille quidem hanc jolem.* C. *Quid illa altera, qua dicitur cognata?* S. *hæc* ergo *est.* 5 Nunc primum, paulo antè ingressus tum domûi Glycerii Conservatus Davus, & non in promtu habens quid respondeat, eadem repetendo, aliud, quàm interrogabatur, respondendo, vacillat. 6 Quamdiu introieris, ibique fueris, id est, ad ea, quæ rogo, non respondes: rogo enim, quid intus tibi fuerit negotii? respondes autem, te modò introisse. 7 Pamphilo. 8 Sc. *introri.* 9 In domo Glycerii? 10 Excrucior hoc responso, vel propter talem filium. 11 Agedum. Interjectio ostendens Davum oppressum & verbis suis captum: vel est Interjectio movens attentionem. 12 Supra 3, 2. 13 Pamphilum & Glycerium. 14 Litem, jurgium. 15 Scelerate, impure. 16 Inimicitiæ inter eos. 17 *In* domo Glycerii. 18 Pamphilum facere in domo Glycerii. 19 Tam, luctus contendit cum Glycerio. Amara Ironia. Irridet enim Simonem Chremes, quia diceret: *Ira sunt inter Glycerium & Gnatum.* 20 Quinetiam. Rationem reddit, cur Pamphilus intus sit. 21 Maximum, indecens crimen. 22 Faciam, fe.ur. 23 Narratio, in qua primùm describit personam, deindè vult probare, Glycerium esse civem Atticam. 24 Critonem intelligit. 25 Ex Andro insula, in domum Glycerii. 26 Ecce illum. Ἀναλλαξ: nam hoc dicens domum Glycerii ostendit, vel etiam ipsum Critonem in foribus stantem, vel è fenestra spectantem. 27 Constans, scilicet *est*, qui multum sibi fidit. 28 Prudens, cordatus, astutus, qui habet rerum usum, & sapit in rebus civilibus. 29 Hospitis formam, habitum. 30 Homo alicujus magnæ æstimationis. 31 Severa gravitas: *tristis* enim interdum ad laudem sumitur, non ad amaritudinem Cic. *Judex* tristis *& integer.* 32 Oculis ipsius. 33 Veritas & constantia, id est, quod verbis pollicetur, re ipsa præstat, vel quæ loquitur, fidem merentur. 34 Narras, profers. 3 Critonem.

SI. *Quid* [1] *ait* [2] *tandem?* DA. [3] *Glycerium se scire civem esse hanc* [4] *Atticam.*
SI. [5] *Hem! Dromo, Dromo,* DA. *quid est?* SI. [6] *Dromo.* DA. *audi.* SI. [7] *verbum si addideris: Dromo.*
DA. *Audi obsecro.* DR. *quid vis?* SI. [8] *sublimem hunc intrò rape,* [9] *quantum potes.*
DR. [10] *Quem?* SI. *Davum.* DA. *quamobrem?* SI. [11] *quia lubet, rape, inquã.* DA. *quid feci?* SI. *rape.*
DA. *Si quidquam mentitum invenies, occidito.* SI. [12] *nihil audio.*
[13] *Ego jam te commotum reddam.* DA. *tamen, etsi hoc verum est?* SI. *tamen.*
Cura adservandum [14] *vinctum: atque audin'?* [15] *quadrupedem constringito.*
Age, nunc jam ego pol hodiè, si vivo, tibi
Ostendam, herum quid sit pericli fallere, &
[16] *Illi patrem.* CH. [17] *ah! ne* [18] *savi tantoperè.* SI. *Chreme,*
[19] *Pietatem gnati: non-ne te miseret mei?*
Tantum [20] *laborem capere ob talem filium?*
[21] *Age Pamphile:* [22] *exi Pamphile: ecquid te* [23] *pudet?*

1 Hospes. 2 Hæc particula habet quiddam urgens & accelerans. 3 Amasiam Pamphili. 4 Atheniensem, id est, Athenis natam. 5 Commotus irâ Simo & dolore nihil dicit, nisi quòd punitorem servorum sæpiùs vocat. 6 Simo non vult audire. 7 Pessimè te tractabo.

Aposiopesis. 8 Ita hunc Davum in altum vel sublatum in carcerem seu pistrinum celeriter corripe, ut terram non tangat, sed pendeat, Plaut. Asinar. 5,2,18. *Quin tu illum jubes ancillas* rapere sublimem *domum?* 9 Celerrimè. 10 Vis rapiam sublimem? 11 *Stat pro ratione voluntas.* Juven. Sat. 6. 12 Non accipio excusationem. 13 Ego jam commovebo & excitabo te securum & me contemnentem. Cùm enim Davus suprà *otiosus* incessisset, aliosque animo otioso esse jussisset, hæc Simo dicit: sicut Heaut. 4,4.8? *Dormiunt; ego pol istos* commovebo: an alludit ad labores pistrini, in quod post vincula & verbera dedendus erat? Al. *comptum*, id est, verberatum, laceratum. Sic Heaut. 5,1,77. *Sed Syrum. M. quid eum?* CH. *ego-ne, si vivo, adeò exornatum dabo, adeò depexum, ut, dum vivat, meminerit semper mei.* 14 Ligatum pedibus & manibus. 15 Manus ac pedes ejus colligato, ita ut dispositus sit in morem bestiæ quadrupedis aut feræ. Videtur allusisse ad morem Atheniensium, qui servos, si quid gravius admisissent, vinculis quibusdam ligneis (κυφῶνες appellatis, à κ. πω, id est, *inclino*) stringebant: quæ ipsorum colla ita deprimerent, ut quadrupedum instar cogerentur stare, nec caput erigere possent. 16 Pamphilo ostendam, qui sit pericli, id est, quantum sit periculum, patrem fallere. 17 Corripientis. 18 Sis adeò crudelis, irascere. 19 Sc. *nonne vides?* Q. d. vides quàm pium & patris amantem habeam filium. Ironia: intelligit enim contrarium, sc. impietatem filii sui Pamphili. 20 An non indignum est, me tantam ærumnam capere ob tam perditum filium? 21 Hortantis est exitum. 22 Egredere è Glycerii domo. 23 Esse apud meretricem?

ACTUS V.

ACTUS V. SCENA III.

PAMPHILUS, SIMO, CHREMES.

PA. [1] *Quis me* [2] *vult*? [3] *perii*! [4] *pater est.* SI. *quid ais* [5] *omnium*? CH. [6] *ah*! [7] *Rem* [8] *potiùs ipsam dic, ac* [9] *mitte malè loqui.*

SI. *Quasi quidquam* [10] *in hunc jam* [11] *gravius dici possit.*

[12] *Ain' tandem, civis Glycerium est*? PA. *ita* [13] *prædicant.*

SI. [14] *Ita prædicant*? [15] *ingentem confidentiam*! [16] *Num cogitat, quid dicat? num facti piget*?

[17] *Num* [18] *ejus color pudoris signum* [19] *usquam indicat*?

Adeon' [20] *impotenti esse animo, ut* [21] *præter* [22] *civium*

1 Simo acriter objurgat filium: confessus crimen filius, veniam petit, ac se totum paternæ subjicit voluntati. Nimis commotum Simonem placare nititur Chremes, & tandem exorat.

2 Vocat. 3 Exclamatio dolentis. 4 Meus Simo, qui me vult. 5 Pessime, sceleratissime. Aposiopesis ex irâ. 6 Dehortantis est. 7 Ipsum factum, propter quod illi succenseas. 8 Eligentis est. 9 Omitte, desine convitiari illi. 10 Contra Pamphilum. 11 Enormius, durius, quàm quod fecit, quàm quod peccavit: sic Donatus supplet. Videtur autem hoc dicere: cùm Chremes submonuisset, non esse maledictis agendum cum filio, sed demonstratione peccati utendum. Simo, quasi in hominem, inquit, tam nocentem peccari posset maledicendo: quasi non eò usque flagitiis suis processerit, ut nihil jam in eum nimis durum dici queat. 12 Audesne hoc dicere, sc. quod tuo allegatu modò sceleratus Davus apportavit? Irascenti & jurganti convenit abrupta interrogatio. Ita scenâ seq. Critonem statim adoritur: *Eho, tu Glycerium hinc civem esse ais*? 13 Homines dicunt. 14 Repetitio per iracundiam. 15 O maximam hominis audaciam. Sumitur *confidentia* hoc loco in malam partem. 16 Num attendit Pamphilus? Accusatio Simonis hùc tendit, quod Pamphilus obstinatè operam det, ut Glycerium uxorem ducat: id exaggeratur, tanquam contra mores & leges civitatis, iremque contra voluntatem patris, cujus in hoc negotio præcipua auctoritas esse deberet, susceptum. 17 Num erubuit? Vide simile exemplum figuratæ orationis apud Virg. 4. Æn. in oratione Didonis ad Æneam, *Nam fletu ingemuit nostro*, &c. 18 Filii mei. 19 In aliqua parte facici ostendit propter admissum facinus? *Nam ego* (inquit Plautus) *illum periisse duco, cui quidem periit pudor.* Undè Cato senior iis se juvenibus magis dicebat delectari, qui erubescerent, quàm qui pallescerent. Diogenes adolescentem rubore perfusum videns, *Confide* (inquit) *fili, hujusmodi est virtutis color.* 20 An possibile est vel decet filium meum esse animo debili ac languenti, qui sibi suisque moderari nec imperare nequit? 21 Contra. 22 Attigorum.

1 Consuetudinem. 2 Atheniensium vel à Pericle latam: quæ vetabat connubia cum peregrinis jungere: ut si quis ex duobus Atheniensibus non nasceretur, notus esset, & ἄπολις, planèque expers honorum ac magistratuum civilium. *Mos* est jus non scriptum: *Lex* autem est jus scriptum.

1 *Morem, atque* 2 *legem, & sui voluntatem patris,*
Tamen 3 *hanc habere cupiat* 4 *cum summo probro?*
PA. *Me miserum!* SI. 5 *modò ne* 6 *id demum sensti Pamphile?*
7 *Olim istuc, olim* 9 *cùm ita animum induxti tuum,*
Quod 10 *cuperes* 11 *aliquo pacto efficiundum tibi,*
Eodem die 12 *istud verbum verè in te* 13 *accidit.*
14 *Sed quid ago? cur me excrucio? cur me* 15 *macerem?*
Cur meam 16 *senectam* 17 *hujus* 18 *solicito amentiâ?*
19 *an*
Pro hujus 20 *ego ut* 21 *peccatis supplicium* 22 *sufferam?*
23 *Imò habeat, valeat, vivat cum illâ.* PA. 24 *mi pater.*
SI. 25 *Quid mi pater? quasi tu hujus indigeas* 26 *patris.*
27 *Domus,* 28 *uxor,* 29 *liberi* 30 *inventi invito patre:*
31 *Adducti, qui* 32 *illam* 33 *civem* 34 *hinc dicant?*
35 *viceris.*
PA. 36 *Pater, licet-ne* 37 *pauca?* SI. *quid dices mihi?*
CH. *Tamen Simo audi.* SI. *ego audiam? quid audiam*

3 Meretricem Glycerium. 4 Cum maxima totius familiæ ignominia, dedecore. 5 Nunc. 6 Nempè te esse miserum. 7 sensisti, percepisti? Syncope. 8 Jampridem, multò antè. Facundè describit pervicax animi propositum, scilicet lubidinem animi. Confer suprà, 2, 1, 6, &c. & Eun. 2, 3, 28. & 29. 9 Cùm hoc proponeres, tibi persuaderes. 10 Cupiebas. 11 Quoquo modo esse tibi perficiendum. 12 Scilicet *miserum.* 13 Contigit tibi. 14 Sed quid ego sumo hanc operam? Se ipsum reprehendit. 15 Affligo? 16 senectutem, quæ per se morbus est. 17 Filii mei. 18 Sollicitam reddo, contristo propter dementiam hujus? 19 Ideò facio. 20 Qui pater sum. 21 Criminibus. 22 Patiar? 23 Quin potiùs habeat illam uxorem, quam cupit, abeat, degat cum Glycerio. Concessio amara. Tales indignantium mores etiam alibi signat. Vide Hec. 3, 5. 61. sed παθητικώτερον Ad. 1, 2, 54. & 55. 24 Verbum rogantis veniam. 25 Scilicet loqui audes. 26 Opera mea, qui sum pater tuus. Se ipsum ostendit. 27 Scilicet *est inventa*, in qua cum Glycerio habitas. 28 Glycerium, quam foves ut uxorem. 29 Puer unus. Invidiosè hoc dicit. 30 Scilicet sunt. 31 Producti, subornati à te sunt testes. 32 Glycerium. 33 Non meretricem. 34 Hujus civitatis. 35 Te penes sit victoria. 36 Tò *pater* non sinè emphasi pronuntiandum est, ut Hec. 4, 3, 4. 37 Scilicet *loqui* vel *dicere.*

Chremes?

Chremes? CH. *attamen dicat sine.* SI. *age, dicat, sino,*
PA. *Ego me amare [1] hanc fateor: si [2] id peccare est, [3] fateor id quoque.*
Tibi pater me [4] dedo, quidvis oneris [5] impone: [6] impera.
Vis me [7] uxorem ducere? [8] hanc amittere? ut potero [9] feram.
Hoc [10] modò te obsecro, ut ne credas à me [11] allegatum [12] hunc senem.
Sine me [13] expurgem, atque [14] illum huc [15] coram adducam. SI. *adducas?* PA. *sine pater.*
CH. *[16] Æquum postulat: [17] da veniam.* PA. *[18] sine te hoc exorem.* SI. *sino*
[19] Quidvis cupio, [20] dum ne ab [21] hoc me falli [22] comperiar, Chreme
CH. *[23] Pro [24] peccato magno [25] paulùm supplicii satis est patri.*

1 Glycerium.
2 Quod eam amem.
3 Scil ect me peccare,
Varia sua confiteri, sanitatis indicium est. Sen. Ep. 53. Cic. *Cujusvis hominis est errare: nullius, nisi insipientis, in errore perseverare.*
4 Committo me tuo imperio.

5 Humeris meis. 6 Jube filium tuum facere quod voles. 7 Aliam scilicet filiam Chremetis. 8 Vis me Glycerium relinquere? 9 Patiar. 10 Tantummodò. 11 Donatus allubitum exponit: ego malim κεμΦέντα, missum, subornatum, productum, ut comprobet in meam gratiam, Glycerium esse civem Atticam. Suprà *Adducti, qui illam civem hinc dicant.* 12 Critonem. 13 Ut excusem, absolvam me hac suspicione, quam de me concepisti. Metaph. sumta à textrice, aut legumnibus, quæ paleis, aut aliis rebus emundantur 14 Senem. 15 In præsentia tuâ, quò mihi fidem habeas. Adverbialiter hîc sumitur. 16 Quod justum est petit à te filius. 17 Concede, fac ei potestatem adducendi illius. 18 Permitte ut orando hoc à te impetrem. 19 Itări. 20 Dummodò. 21 Filio meo Pamphilo. 22 Comperiam. Verbum deponens est. Sal. in Jug. *Sed ego comperior Bocchum magis Punicâ fide, quàm ob ea, quæ prædicebat, simul & Romani & Numidam spe paucu detinuisse.* 23 Pater non debet omnia summo jure agere. 24 Quod filius commiserit. 25 Exigere à filio.

ACTUS V. SCENA IV.

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILUS.

* Opera Critonis Andrii (cujus in hac scena cum Simone & Chremete congressus continetur) Glycerium Chremetis filia agnoscitur, & conceditur Pamphilo, & Davus liberatur.

* CR. 1 *Mitte orare*: *una* 2 *harum quævis causam*, 3 *ut facia me, monet*,
Vel 4 *tu, vel quòd* 5 *verum est, vel quòd ipsi* 6 *cupio Glycerio.*
CH. 7 *Andrium ego Critonem video? & certè* 8 *is est*: 9 *salvus sis, Crito.*
Quid tu Athenas 10 *insolens?* CR. 11 *evenit*: *sed hîccine est* 12 *Simo?*
CH. *Hic est.* SI. *me-ne quæris?* 13 *eho, tu Glycerium* 14 *hinc* 15 *civem esse ais?*
CR. *Tu negas?* SI. *ita-ne* 16 *hùc* 17 *paratus advenis?*
CR. 18 *quare?* SI. *rogas?*
Tu-ne 19 *impunè hæc facias? tu-ne* 20 *hîc homines adolescentulos*,
21 *Imperitos rerum*, 22 *eductos liberè*, *in fraudem* 23 *illicis?*

2 Omitte, desine. Exoraverat Pamphilus patrem, ut liceret adducere Critonem; ad illum curriculo contendit, atque ut edisseret apud patrem, quæ ad agnitionem Glycerii pertinerent, rogavit: is ergo inter accedendum officiose pollicetur, sibi hanc rem non unam ob causam commendatam esse debere. 2 Ex his tribus, quas jam dicam, *vel tu, vel quòd verum est, vel quòd ipsi cupio Glycerio.* Causa impulsiva. 3 Quod petis, sc. ut fortiter doceam Simonem, Glycerium esse civem Atticam. 4 Sc. *mones*, ut faciam, id est, tua in me benevolentia. 5 Ipsa veritas est, quam dicturus sum, sc. Glycerium esse civem Atticam. 6 Faveo. 7 Qui est ex Andro insulâ. 8 Crito Andrius. 9 Incolumis. Salutatio est. 10 Cur tu veniisti Athenas, qui non sis solitus venire, qui non consueveris videri Athenis. *Insolens* enim dicitur insuetus, insolitus, qui facit præter solitum morem. Sal. *Quæ* (vitia) *tametsi animus aspernabatur*, insolens malarum artium, id est, insuetus, insolitus malas exercere artes. Aliquando tamen pro superbo & arroganti ponitur, id est, eo qui non solita agit, sed excedit legem humanam & naturalem. 11 Contigit casu aliquo ut Athenas venirem. Pudet enim eum fateri propter hæreditatem venisse. 12 Pater Pamphili? 13 Indignantis est. 14 Hujus civitatis. 15 Atticam. 16 In hanc civitatem. 17 Subornatus & dolo compositus. 18 Paratus advenirem? 19 Sinè pœnâ, non punitus? 20 Athenis, ubi delicta vindicantur. 21 Imprudentes, nescientes quid agant. 22 Qui semper honestè educati sive nutriti fuerunt more eorum adolescentulorum, qui ingenui nati sunt, vel quibus facta est copia, ut liberè vivant. 23 Seducere conaris?

[1] *Sollicitando, &* [2] *pollicitando* [3] *eorum animos* [4] *lactas?* CR. [5] *sanun' es?*

SI. *Ac* [6] *meretricios amores* [7] *nuptiis conglutinas?*

PA. *Perii! metuo,* [8] *ut substet hospes.* CH. *si, Simo,* [9] *hunc noris satis,* 11

[10] *Non ita arbitrere,* [11] *bonus* [12] *hic est vir.* SI *hic vir sit bonus?*

Ita-ne [13] *attemperatè* [14] *venit hodiè* [15] *in ipsis nuptiis,*

[16] *Vt veniret antehac nunquam?* [17] *est verò huic credendum, Chreme.*

PA. [18] *Ni metuam patrem, habeo* [19] *pro illâ re,* [20] *illum quod moneam probè.* 15

SI. [21] *Sycophanta!* CR. [22] *hem!* CH [23] *sic, Crito, est hic: mitte.* CR. *videat,* [24] *qui siet.*

[25] *Si mihi pergit, quæ vult, dicere,* [26] *ea, quæ non vult, audiet.*

Ego [27] *isthæc* [28] *moveo, aut curo? non tu* [29] *tuum malum* [30] *æquo animo feres?*

Nam, ego quæ [31] *dixi, vera, an falsa audieris, jam* [31] *sciri potest.*

1 Incitando seu stimulando eos bonis verbis ad id, quod cupis eos facere.

2 Promittendo multa dona.

3 Adolescentulorum.

4 Dulcedine quadam delinis & demulces simplices eorum animos? Sic suprà 4, 1. 24. *Nisi me lactasses amantem, & falsâ spe produceres?*

5 An mentis compos es? 6 Impudicos adolescentulos qui amore meretricio correpti sunt. 7 Connubio indissolubiliter conjungis, ut glutine res aliquæ conjunguntur, id est, efficis ut meretrices fiant uxores? 8 Ne non peregrinus iste Crito subsistere possit, id est, sustinere sermonem patris mei, ne patris Simonis sermone territus succumbat, neque ferre possit contumelias patris, atque ita non satis firmis argumentis probet Glycerium civem esse Atticam. 9 Critonem nosses. 10 Illum esse talem, qui vellet seducere adolescentes. 11 Probus, honestus. 12 Crito. 13 In tempore, opportunè. 14 In hanc urbem. 15 In ipso articulo & puncto nuptiarum filii mei. 16 Venerit. Tempus pro tempore. 17 Ironia. Q. d. non est illi fides habenda. 18 Nisi metuerem patrem Simonem. 19 De illa re quam objicit pater, quid scilicet sit respondendum. Q. d. Ipsa rei veritas est, Critonem Athenas venisse statim auditâ morte Chrysidis cognatæ, hæreditatis accipiendæ causâ. 20 Hospitem Critonem. 21 Calumniator! Hoc exclamando profert. 22 Interjectio indignantis. 23 Hic Simo est talis naturæ, sic homo est, scilicet iracundus: dimitte eum, nec attende ad ea, quæ dicit: οὕτως αὐτός ἐστιν. Menander. 24 Qualis ipse sit dicendus, quo convitio sit appellandus. 25 Plaut. Asin. 2, 4, 82. *Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?* 26 Maledicta. 27 De nuptiis, quæ tu mihi objicis? 28 Perturbo. 29 Amorem filii. 30 Patienter. 31 De Glycerio. 32 Ex his, quæ mox dicam.

[1] *Atticus quidam olim* [2] *navi fractâ ad* [3] *Andrum* [4] *ejectus est,*

Et [5] *istac unà* [6] *parva virgo :* [7] *tum ille* [8] *egens fortè* [9] *applicat*

Primùm ad [10] *Chrysidis patrem se.* SI. [11] *fabulam inceptat.* CH. [12] *sine.*

CR. *Ita-ne verò* [13] *obturbat?* CH. [14] *perge.* CR. *tum* [15] *is mihi cognatus fuit,*

Qui [16] *eam recepit :* [17] *ibi ego audivi ex* [18] *illo sese esse Atticum.*

[19] *Is* [20] *ibi mortuus est.* CH. *ejus* [21] *nomen?* CR. [22] *nomen tam citò tibi?*

[23] *Phania.* CH. [24] *hem, perii!* CR *verùm hercle opinor* [25] *fuisse Phaniam.*

Hoc certò scio, [26] *Rhamnusium se ajebat esse.* CH. *ô Iupiter!*

CR. [27] *Eadem hæc, Chreme, multi alii in Andro tum audivêre.* CH [28] *utinam id siet,*

Quod spero! eho dic mihi, [29] *quid is eam tum, Crito,* [30] *Suam-ne ajebat esse?* CR. *non.* CH. [31] *cujam igitur?* CR. *fratris filiam.*

CH. *Certè* [32] *mea est.* CR. [33] *quid ais?* SI. *quid tu?* [34] *quid ais?* PA. [35] *arrige aures Pamphile.*

SI. [36] *Qui credis?* CH. [37] *Phania illi fratri meus fuit.* SI. [38] *noram, &* [39] *scio.*

1 Civis Atheniensis. Narratio Critonis. 2 Naufragio facto. 3 Circa Andrum insulam. 4 Scilicet ad litus. 5 Glycerium simul cum hoc cive ejecta est ad litus. 6 Cum adhuc esset parva. 7 Civis Atticus. 8 Tanquam egens & naufragium passus. 9 Confert se, id est, venit, accessit. 10 Quæ nuper mortua est hic Athenis.

11 Rem fictam, nugas & mendacium incipit. 12 Permitte eum loqui. 13 In eloquitur, interturbat sermonem meum? 14 Loqui. 15 Chrysidis pater. 16 Atticum in domum suam excepit. 17 Apud Chrysidis patrem. 18 Hospite, qui fecerat naufragium. 19 Atticus. 20 In Andro. 21 Sc. *dic.* 22 Sc. *dicam tibi?* 23 Nomen ejus est Phania. Hoc ita dicit Crito, ut nemo audiat, dubitans an ipse sit. 24 Dolentis est. 25 Eum cognatum meum Phaniæ nomen habuisse. 26 Ex Rhamno, pago in agro Attico, claro marmorea statua Nemesis, id est, Deæ ultricis superbiæ quæ ob id *Rhamnusia* dicitur. 27 Quæ nunc audis, nempe ipsum dicentem se fuisse Rhamnusium. 28 Utinam is sit frater meus. 29 Quam Phania dicebat esse. 30 An is Phania dicebat eam puellam suam filiam esse? 31 Cujus ergo filiam dicebat eam esse? 32 Sc. *filia.* 33 Vehementer admiratur, quod dicit suam esse filiam. 34 Affirmas de illa puella? Ad Chremetem dicit. 35 Alloquitur se ipsum Pamphilus dicens, attende diligenter, & more animalium, quæ mobiles aures habent, attolle aures, quò faciliùs & attentiùs audias. Metaph. ergo ab animantibus, quorum plerisque mos est, si quando quid eminùs audiant, aures surrigere. Plaut. *Prô Dii immortales mihi hic suo sermone* attexit aures. Virg. 1. Æn. *Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem Conspexêre, silent, arrectisque auribus astant.* 36 Undè credis esse tuam filiam? 37 Quem recensuit Crito. 38 Novi Phaniam. 39 Eum fuisse fratrem tuum. CH.

CH. [1] *Is* [2] *hinc*, [3] *bellum fugiens, meque in Asiam persequens*, [4] *proficiscitur.*
[5] *Tum* [6] *illam* [7] *hic relinquere* [8] *est veritus: post illa nunc primùm* [9] *audio.*
Quid [10] *illo sit* [11] *factum.* PA. [12] *vix sum apud me:* [13] *ita animus* [14] *commotus est* [15] *metu,*
[16] *Spe,* [17] *gaudio,* [18] *mirando hoc tanto, tam repentino* [19] *bono.*
SI. [20] *Næ* [21] *istam* [22] *multimodis* [23] *tuam inveniri gaudeo.* PA. [24] *credo, pater.*
CH. *At mihi unus* [25] *scrupulus etiam restat, qui me* [26] *malè habet.* PA. *dignus* [27] *es*
Cum tuâ [28] *religione* [29] *odio: nodum in* [30] *scirpo quæris.* CR. [31] *quid istud est?*
CH. [32] *Nomen non* [33] *convenit.* CR. *fuit herclè* [34] *aliud* [35] *huic parvæ.* CH. [36] *quid Crito?*
Nunquid meministi? CR. [37] *id quæro.* PA. *ego-ne* [38] *hujus* [39] *memoriam patiar meæ*
[40] *Voluptati obstare, cùm egomet possim* [41] *in hac re* [42] *medicari mihi?*
Non patiar: heus Chreme: [43] *quod* [44] *quæris, Pasibula est.* CR. *ipsa est.* CH *ea est.*

1 Phania.
2 Ex hac urbe, sc. Athenis.
3 Bellicos tumultus timens.
4 Recedit, abit.
5 Cùm proficisceretur hinc.
6 Filiam meam Glycerium.
7 Athenis.
8 Phania frater meus.
9 Ex Critone.
10 De illo Phaniâ, fratre meo.
11 Sc. quod mortuus sit.
12 Vix sum compos animi, id est, nescio quomodo sim affectus. 13 Adeò. Exponit, quomodò non sit apud se. 14 Perturbatus. 15 Ne hoc pater credat. 16 Quam habeo deducenda Glycerio. 17 Lætitiâ, quam concepi ex narratione Critonis. 18 Admirabili, non audito, vel dum miror scilicet quod Crito nunciat Glycerium esse Chremetis filiam. 19 Felicitate. 20 Certè. 21 Glycerium. 22 Multis modis, testimoniis, indiciis. 23 Tuam esse filiam. 24 Te gaudere. 25 Una dubitatio, anxietas, difficultas. Metaph. à *scrupulo*, sive *scrupo*, lapide minimo, qui in calceo latens, lędi & molestus est hominibus inter ambulandum Vide Phor 5,7,61. 26 Torquet, angit, displicet mihi, id est, superest aliquid, quod a te scire debeo, antequam ego omninò adducar in opinionem ut hęc mea sit. 27 Tu Chremes. Secum loquitur Pamphilus. 28 Tuo hoc scrupulo tam solicita disquisitione, anxietate & nimia cura. 29 Qui odio habearis, quem omnes oderint. 30 In re minimè dubia dubitandi occasionem quæris. Est autem *scirpus* junci species lęvissima & sinè nodis, cujus usus est in conficiendis matris, quas & *storeas* & *segetes* vocant. 31 Quis-nam est is scrupulus, qui te malè habet? 32 Puellæ, sc. Glycerium. 33 Concordat cum eo nomine, quod habuit filia mea, quam secum parvulam hinc abduxit frater. 34 Nomen. 35 Cum hæc Glycerium esset parva, id est, non dicta est Glycerium. 36 Nomen ei fuit? 37 Nunc cogito, quale sit nomen. 38 Critonis. 39 Quod non possit meminisse nomen. 40 Gaudio meo obesse, nocere. 41 Proprio nomine puellæ 42 Remedium adferre. 43 Sc. *nomen*. 44 A Critone.

PA. Ex

PA. *Ex* [1] *ipsâ* [2] *millies audivi.* SI. *omnes nos gaudere* [3] *hoc, Chreme,*
Te credo credere. CH. *ita me Dii ament,* [4] *credo.*
PA. [5] *quid restat pater?*
SI. *Iam dudum* [6] *res reduxit me ipsa* [7] *in gratiam.*
PA. *ô* [8] *lepidum patrem!*
De [9] *uxore ita, ut* [10] *possedi,* [11] *nihil mutat Chremes.*
CH. [12] *causa optima est:*
Nisi quid [13] *pater aliud* [14] *ait.* PA. [15] *nempe.* SI. [16] *scilicet.* CH. [17] *dos, Pamphile, est*
Decem talenta. PA. [18] *accipio.* CH. [19] *propero ad filiam: eho* [20] *mecum Crito?*
Nam [21] *illam me haud nosse credo.* SI. *cur non illam* [22] *huc* [23] *transferri jubes?*
PA. *Rectè admones: Davo ego* [24] *istuc dedam jam negotii.* SI. [25] *non potest.*
PA. [26] *Qui?* SI. *quia habet* [27] *aliud magis ex sese, &* [28] *majus.* PA. *quid-nam?* SI. [29] *vinctus est.*
PA. *Pater,* [30] *non rectè vinctus est.* SI. [31] *haud ita jussi.* PA. *jube* [32] *solvi, obsecro.*
SI. *Agè* [33] *fiat.* PA. *at* [34] *matura.* SI. [35] *eo intrò.*
PA. *ô faustum, & felicem hunc diem!*

1 Glycerio, quòd sc. nominaretur Pasibula.
2 Multoties.
3 In hac re, propter hoc, quòd reperta sit filia tua.
4 Vos omnes gaudere.
5 Nisi ut eam ducam uxorem, & mihi hoc permittas.
6 Agnitio Pasibulæ.
7 In amicitiam Chremetis & tuam, ut sc. mihi benè cupiatis, & ego vobis.
8 Venustum, in quo plurimum est leporis ac venustatis: nam *lepor* sive *lepos* est venustas. 9 Glycerio mihi relinquenda. 10 Quam tot annos loco uxoris habui. Alludere videtur ad verba interdicti, *Uti possidetis, ita possideatis.* 11 Non pœnitet Chremetem conjugii mei. Suprà 1, 1. *non mutò factum*, id est, facti non pœnitet. 12 Nihil mutandi, cur nihil mutem. Similis est locus Heaut. 2, 2, 94. & 95. 13 Simo. 14 Vult, petit. 15 Certè pater meus nihil aliud est dicturus. 16 Certè nihil aliud ait. 17 Pro dote filiæ meæ dabuntur tibi aurei Gallici sexies mille. Nam *Talentum* minas continebat sexaginta: singulæ minæ drachmas centenas, id est, denos aureos Gallicos. Ignominiosum autem erat indotatas uxores ducere. 18 Grata habeo illa talenta, seu gratam habeo illam dotem. 19 Ut videam filiam ex insperato repertam. 20 Ito ad filiam meam. 21 Glycerium filiam meam, tam diu non visam. 22 Ad te. Pamphilo dicit. 23 Adduci, transportari. 24 Istud negotium committam, ut Glycerium huc convocet ad patrem suum. Pamphilus nescit, Davum vinctum esse. 25 Id negotium suscipere, quod tu velis. 26 Quare? 27 Negotium, quod magis urget & ad se pertinet. 28 Majoris momenti, quàm tuum. 29 Ligatus est in carcere sive ergastulo. Jusserat enim quadrupedem constringi, suprà 5, 2. 30 Justa de causa. 31 Scilicet *vinciri*: quadrupedem enim constringi jussi. 32 Davum liberari catenis. 33 Dissolvatur. 34 Ut solvatur. 35 Ut Davum dissolvam.

ACTUS V. SCENA V.

CHARINUS, PAMPHILUS.

CH. [1] *PRoviso, quid* [2] *agat Pamphilus : atque* [3] *eccum.* PA. *aliquis forsan me* [4] *putet*

[5] *Non hoc putare verum: at mihi* [6] *nunc sic esse* [7] *hoc verum lubet.*

Ego vitam Deorum propterea [8] *sempiternam esse arbitror,*

Quòd voluptates [9] *eorum* [10] *propriæ sunt : nam mihi immortalitas*

[11] *Parta est, si nulla huic* [12] *ægritudo gaudio* [13] *intercesserit.*

[14] *Sed* [15] *quem ego* [16] *potißimùm exoptem nunc mihi, cui* [17] *hæc narrem,* [18] *dari ?*

CH. [19] *Quid illud gaudii est ?* PA. *Davum video : nemo est,* [20] *quem mallem,* [21] *omnium :*

Nam [22] *hunc scio mea* [23] *solidè solum gavisurum* [24] *gaudia.*

Proceio ut vid am. de arinus Ch prohîc ut, dit, acta quæ, è sunt hilo Pamp & sciat, lus Pamphide feliciæ tate, qu sibi obtigit, exultat.

2 Egerit ab eo tempore, quo a me relictus est.

3 Ecce illum Pamphilum.

4 Putare posset. 5 Non id sentire quod loquor, vel non putare id quod res est. 6 Post multas cogitationes, Emphasis est in τῶ *nunc*. Lętitiæ enim præsentis exultationem exprimit. Ita Eun. 3, 5, 3. Nunc *tempus profecto est, cum perpeti me possum interfici.* 7 Scilicet quod dicturus sum versu sequenti: *Ego vitam Deorum propterea*, &c. Q. d. Nolo pugnare aliter arbitrantibus, ego ita esse au umo, & quia rebus meis conducit, cupio esse verum. 8 Immortalem, perpetuam. 9 Deorum. 10 Perpetuæ, sempiternę, constantes, nullum habentes dolorem intermissum. Sic suprà 4, 3, 1. *Nihil-ne esse* proprium *cuiquam ?* Q. d. Si propria hæc fuerit voluptas, Deus sum. Epicurea sententia. 11 Acquisita est ex hac voluptate, quam concepi de agnita Glycerio filiâ Chremetis. 12 Animi anxietas. 13 Inciderit, intervenerit, id est, si illa immortalitas non fuerit contaminata ægritudine aliqua. 14 Insuavis est voluptas, nisi sit, cui eam narremus. Hinc & in Eun. Chærea curiosum aliquem intervenire cupit, qui ipsum rogitando obtundat, quid gestiat, aut quid lætus sit, quò pergat, undè emergat. 15 Amicorum. 16 Inter omnes amicos. 17 Quę acta sunt à Chremete & Critone. 18 Obviam, id est, obviam venire. 9 Charinus procul audit Pamphilum gloriantem de felicitate. 20 Potissimum mihi dari, aut obviam venire, quàm Davum. 21 Amicorum. 22 Davum. 23 Perfectè, ex animo. 24 Ob meam lætitiam.

ACTUS V. SCENA VI.

DAVUS, PAMPHILUS, CHARINUS,

DA. [1] *Pamphilus ubinam hîc est?* PA. [2] *Dave.* DA. [3] *quis homo est?* PA. [4] *ego sum.* DA. *ô Pamphile.*

PA. *Nescis, quid mihi* [5] *obtigerit.* DA. [6] *certè: sed,* [7] *quid mihi obtigerit, scio.*

PA. [8] *Et quidem ego.* DA. [9] *more hominum evenit, ego ut quod sim nactus* [10] *mali,*

Priùs resciscerem tu, quàm [11] *ego, tibi quod evenit* [12] *boni.*

PA. [13] *Mea Glycerium* [14] *suos parentes reperit.* DA. [15] *ô factum benè!*

CH. [16] *Hem!* PA. [17] *pater amicus* [18] *summus nobis.* DA. [19] *quis?* PA. [20] *Chremes.* DA. [21] *narras probè.*

PA. *Nec* [22] *mora ulla est, quin* [23] *eam uxorem* [24] *ducam.* CH. [25] *num* [26] *ille* [27] *somniat*

Ea, quæ [28] *vigilans* [29] *voluit?* PA. *tum de* [30] *puero Dave.* DA. *ah* [31] *desine:*

[32] *Solus est, quem diligunt Dii.* CH *salvus sum, si* [33] *hæc vera sunt.*

[34] *Colloquar* PA. [35] *quis homo est? Charine,* [36] *in tempore ipso mihi advenis.*

1 Davus è quadrupede reddi us bipes, id est, vinculis exutus, quærit, ubi nam sit Pamphilus: eo invento, uterque fortunas suas narrat.

2 Vocantis.

3 Qui me vocat.

4 Herus tuus Pamphilus, quem quæris.

5 Evenerit, acciderit.

6 Profectò nescio, quid tibi obtigerit.

7 Mali, id est, ego benè sensi, quòd fuerim in compedibus. 8 Scio scilicet quid tibi obtigerit. Retulerat Simo suprà sc. 4. *vinctus est.* 9 Sic solet accidere inter homines. 10 Sc. me fuisse vinctum. Quia velocior ficti pravique est fama, quàm nuncia veri ac boni id est, celeriùs mala quam bona nunciantur. 11 Resciscerem. 12 De Glycerio, quòd sit inventa filia Chremetis. 13 Quam ego tam perdìtè amo. 14 Inventa est filia Chremetis. 15 Rectè contigit! Gratulantis. 16 Auscultans & hæc audiens Charinus, admiratur, ut etiam gaudeat. 17 Glycerii. 18 Familiaris factus est. 19 Factus est amicus tuus? 20 Factus est. 21 Hoc mihi auditu est perquam jucundum. 22 Ullum impedimentum. 23 Glycerium. 24 Volente patre & Chremete. 25 Dicitur hoc de votis immodicis, quòd, quicquid vehementer optaris, id ferè somniare contingat. 26 Pamphilus. 27 Quasi per somnium narrat. 28 Cùm vigilaret. 29 De Glycerio. 30 Quem ego sustuli ex mea Glycerio. 31 Noli de puero quidquam dicere. 31 Puer ille omnium felicissimus est, & cui Dii favent. 33 Quæ dixit Pamphilus de Glycerio, & Davus de puero. 34 Cum utroque. 35 Qui ad nos accedit. 36 Opportunè ac temperativè.

CH. *Benè*

CH. [1] *Benè factum.* PA. *hem,* [2] *audisti?* CH. [3] *omnia:* [4] *age, me* [5] *in tuis secundis* [6] *respice.*

[7] *Tuus est nunc Chremes:* [8] *facturum, quæ voles, scio esse omnia.*

PA. *Memini: atque* [9] *adeò longum est, nos* [10] *illum exspectare,* [11] *dum exeat.*

Sequere [12] *hac me intùs ad Glycerium nunc: in Dave abi domum,*

Properè accerse, [13] *hinc qui* [14] *auferant eam: quid stas? quid cessas?* DA. [15] *eo.*

[16] *Ne exspectetis,* [17] *dum* [18] *exeant hùc:* [19] *intus* [20] *despondebitur:*

Intus [21] *transigetur: si quid est, quod* [22] *restet:* [23] *plaudite.*

1 Quòd in tempore ipso adveni.
2 Quid acciderit mihi?
3 Audivi.
4 Adverbium hortandi.
5 Rebus secundis, id est, quoniam jam pro voto omnia & ex animi tui sententia succedunt.

Metaph. ab aquis, quę secundo amne fluunt. 6 Memineris mei, adjuves me, ne obliviscaris mei, quem felicitate superas, ex eo, quòd qui opem ferunt nobis, clamore nostro admoniti, respiciunt, id est, retro conversi aspiciunt nos. Undè formula: *Deus, respice nos,* &c. 7 Amicus. 8 Chremetem. Quod si velis meo nomine petere Philumenam, scio hunc nunquam tibi denegaturum. 9 Certe, vel valdè tædiosum esset. 10 Chremetem. 11 Donec. 12 Viâ. 13 Ex domo, in quâ nunc est. 14 Transferant, ducant, comitentur Glycerium. 15 Accersitum, qui eam auferant. 16 Pamphilus & Charinus adeunt Glycerium. Davus interea super pulpito remanens spectatores alloquitur. 17 Donec. 18 Pamphilus & Charinus. 19 In ædibus. 20 Glycerium Pamphilo, & Philumena Charino, id est, fient nuptię. 21 Absolvetur, tractabitur negotium de nuptiis. 22 Agendum, quod ad nuptias spectat. 23 Congratulamini Poętæ, qui hæc vobis suo ingenio spectanda præbuit, signum lætitiæ, & benè placitæ, vobis comœdiæ nostræ ostendite manuum applausu.

* EUNUCHUS

PUBLII TERENTII

Carthaginiensis Afri.

*Εὐνοῦχος est inscripta fabula, ob vitiatam à Chæreâ adolescente puellam, qui consilio servi Parmenonis pro Eunuchio in ædes Thaidis meretricis, cui dono data erat puella, fingitur introduci. Est enim

1 ACTA 2 LUDIS MEGALENSIBUS, L. POSTHUMIO ALBINO, ET L. CORNELIO MERULA, 3 ÆDILIBUS CURULIBUS. 4 EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO, ET L. ATTILIUS PRÆNESTINUS. 5 MODOS FECIT 6 FLACCUS CLAUDII FILIUS, 7 TIBIIS DUABUS 7 DEXTRIS. GRÆCA EST MENANDRU. 8 ACTA II. EDITA, M. VALERIO ET MESSALA ET CN. FANNIO STRABONE CONSULIBUS, ANNO AB URBE CONDITA DXCIII. ANTE CHRISTUM NATUM CLIX.

εὐνοῦχος Latinè *castratus*, ἀπὸ τῆς εὐνῆς, quod *cubile* significat, καὶ ἔχω, *custodio*. 1 Recitata, repræsentata. 2 Qui fiebant in honorem magnæ matris Deæ Cybeles. 3 Quibus erat commissa publicorum ædificiorum cura, aliorumque munerum, quæ erant in publico exhibenda. *Curules* verò dicuntur à *curru*, à quo vehi solebant. 4 Exhibuerunt, quia fuerunt personati, & repræsentarunt Comœdiam. 5 In actionibus habebant suas cantilenas, modulationes, quas canebant per intervalla Scenarum. 6 Musicus. 7 Quod significat Comœdiam plenam esse gravitate. Tibiæ enim indicant qualitatem fabulæ. Dextris tibiis utebantur, cùm grave & serium esset argumentum: ut in hac Comœdiâ de aulicâ, politicâ, Thrasonicâque vitâ agitur. 8 Bis est exhibita: quare hæc Comœdia præ cæteris singularem habet laudem.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

ANTIPHO, *adolescens.*
CHÆREA, *adolescens.*
CHREMES, *adolescens rusticus.*
DORYAS, *ancilla.*
DORUS, *eunuchus.*
GNATO, *parasitus.*
LACHES, *senex.*
PARMENO, *servus.*
PHÆDRIA, *adolescens.*
PYTHIAS, *ancilla.*
SANGA, *lixa.*
SOPHRONA, *nutrix.*
THAIS, *meretrix.*
THRASO, *miles.*

PER-

PERSONÆ MUTÆ.

STRATO, *militaris.*
PAMPHILA, *amabilis.*
SYRISCUS, *à Syro.*
SANNIO, *ab hastâ.*
DONAX, *fistula sive arundo piscatoria.*

ERASMI IDIOMATA PERSONARUM.

Chærea, *ephebus ad quidvis audax, incogitans & impotenter amans.*
Chremes, *adolescens ruri educatus, eoque civilium blanditiarum insolens, & artium imperitus.*
Gnato, *fingitur assentator & callidus.*
Laches, *pius in filium, & vehementi ingenio.*
Parmeno, *callidus, & osor meretricum.*
Phędria, *cordatus adolescens, & cum morbo suo pugnans.*
Sanga, *fingitur liber ac domini contemptor, quales fere coqui.*
Thais, *inducitur cordata & civilis, & inter meretrices probis moribus.*
Thraso, *fingitur stolidus & arrogans.*

RATIO NOMINUM.

Antipho, ἀπὸ τοῦ ἀντὶ καὶ φεὶς, *quasi dicas, lumen contra adferens, aut, adversa lux, quod obvius appareat.*
Chærea, *à χαίρων, lætus, gaudens, quasi dicas,* Gaudentius.
Chremes, *vid. Andriam.*
Doryas, *à δόρυ, hasta. quod bello rapta sit.*
Dorus, *à δῶρον donum, munus, quod dono mittatur Thaidi.*
Gnatho, *à γνάθος, maxilla, bucca, quod edax.*
Laches, *ab ἔλαχον, verbi λαγχάνω, sortior, sorte vel hæreditate obtineo.*
Parmeno, *quasi παρὰ τῷ δεσπότῃ μένων, apud dominum manens, quod sedulò adsit Domino suo.*
Phædria, *à φαιδρὸς, hilaris, alacer, quasi dicas,* Hilarius.
Pythias, *quasi πυθομένη, sciscitatrix, quod omnia percontetur, à πυνθάνομαι, sciscitor, audio, intelligo.*
Sanga, *à flumine Phrygiæ. vel à σάττω, onero, tanquam à componendis sarcinis.*
Sophrona, *à σώφρων, honestus; castus; quasi dicas,* Pudica.
Thaïs, *à θεατὸς, spectabilis, à θεάομαι, specto quasi dicas,* speciosa.
Thraso, *à θράσος, audacia.*

EUNUCHI

EUNUCHI ARGUMENTUM

C. SULPITIO APOLLINARI AUCTORE.

SOrorem [1] falsò dictitatam [2] Thaïdis,
[3] Id ipsum ignorans, miles advexit Thrasoe,
[4] Ipsique [5] donat: erat [6] hæc civis [7] Attica.
[8] Eidem [9] Eunuchum, quem emerat, [10] tradi jubet
Thaïdis amator Phædria, ac rus ipse abit,
[11] Thrasoni [12] oratus [13] biduum concederet.
[14] Ephebus [15] frater Phædriæ, [16] puellulam
Cùm [17] deperiret [18] dono missam Thaïdi,
[19] Ornatu Eunuchi [20] induitur: [21] suadet Parmeno.
[22] Introit: [23] vitiat virginem: sed Atticus
Civis [24] repertus [25] frater [26] ejus, [27] collocat
[28] Vitiatam [29] ephebo: Phædriam [30] exorat Thrasoe.

1 Frequenter appellatam injuria, non verè, id est, quæ putata est soror Thaidis, reverà autem non erat.
2 Meretricis Rhodiæ.
3 Dici socorem.
4 Thaidi.
5 Puellam illam.

6 Puella advecta ex Rhodo Athenas à milite. 7 Oriunda ex civitate Athenienſi, vel ex parentibus Athenienſibus. 8 Thaidi. 9 Caſtratum, ſcilicet cum Æthiopiſſâ. 10 Donari à Parmenone. 11 Militi. 12 Rogatus Phædria à Thaïde. 13 Per ſpatium duorum dierum daret locum apud Thaidem. 14 Adoleſcens, qui jam puberitatis annos ingreſſus eſt. 15 Chærea. 16 Civem Atticam. 17 Amaret perditè. 18 A milite donatam. 19 Veſtitu. 20 Veſtitur. 21 Monet, conſulit id fieri, ſcilicet ut inducat. 22 Chærea ingreditur Thaidis domum habitu Eunuchi. 23 Stuprat. 24 Fortè interveniens. 25 Chremes. 26 Pamphilæ virginis. 27 Matrimonio jungit, dat uxorem. 28 Puellam. 29 Chæreæ pubeſcenti. 30 Orando impetrat, ut aliquâ parte apud Thaïdem hæreat.

ALIUD M. ANT. MURETI.

CIvis quidam Athenienſis filiam, cui Pamphilæ, & filium, cui Chremeti nomen erat, habuit: ex iis Pamphilam adhuc infantulam prædones rapuêre è Sunio, & mercatori cuidam Rhodio vendidere: qui, Rhodum advectam, meretrici, quam amabat, dono dedit. Hæc acceptam puellam pari curâ ac ſtudio, cum Thaïde filiâ cœpit educere: nemo ut eſſet, qui non utramque ex ipſa genitam eſſe arbitraretur. Thais, quæ grandiuſcula erat, cum ad eam ætatem perveniſſet, ut viris placere poſſet; maternam, ut fit, vivendi rationem inſecuta, cum hoſpite quodam, Athenas venit, qui eam poſteà moriens

moriens hæredem reliquit, Interea miles, Thraſo nomine, ad eam adjecit animum: cumque cum ea per aliquod tempus conſuevi ſet, in Cariam profectus eſt. Th idis mater per e s dies vitam morte commutaverat, fraterque ipſius Pamphilam venalem propoſuerat, ſperans eam, quod & formoſa e ſet, & fidibus ſciret, præc arè à ſe venditum iri. Fortè accidit, ut eo ipſo tempore Thaidis amator miles eſſet Rhodi: qui, harum omnium rerum inſcius, Pamphilam emit; ut e ſet, quod amicæ, Athenas reverſus, dono daret. Thais, profecto milite, aliam conditionem quæſierat, adjunxeratque ſibi Phædriam, adoleſcentem Athenienſem, Lacheris filium. Inaudiverat interim etiam aliquid de Pamphilâ; jamque cum fratre ipſius Chremete aliquoties collocuta, eò pervenerat, ut non dubiis indiciis intelligeret, ſororem illius eſſe, quæ ſecum in m aternis ædibus educata foret. Summopere cupiebat igitur o caſionem ſibi aliquam da i, qua Pamphilam ſuis reſtit eret, eodemque facto, & puellam ſummo afficeret beneficio, & propinquorum illius amicitia fortunas conſtabiliret ſuas. Redit miles: ſed, cum cognoſſet de amore Phædriæ, puellam ſe, niſi eo repulſo, daturum negat. Thais, quid ageret, neſcire: nam & Phædriam amabat ex animo, & P mphil e recipiendæ gratia quidvis ſibi fac undum putabat: tandem, cum ſper ret, ſe poſtea facilè conſilium ſuum ei ipſi, cujus animum offenderat, probaturam; Phædriam, ut militi gratificaretur, excludit. Poſtridiè accerſito ei, atque ægrè ferenti, tandem ſe purgat, multiſque precibus ab eo impetrat, ut, per biduum, priores partes habere Thraſonem ſineret: ubi primum eripuiſſet puellam, nihil ſibi cum illo ampl us fore. Phædria, ut hujus bidui moleſtiam æquiore animo ferret, rus ſibi abeundum e ſe ſtatuit: itaque abiens, mandat Parmenoni, ut Eunuchum & Æthiopiſſam ad Thaidem, cui eos emerat, duceret. Pamphilam, cum ex ædibus Thraſonis ad Thaidem deduceretur, conſpicatus in via Phædriæ frater natu minor Chærea, ita ejus amore flagrare cœpit, nihil ut penſi haberet, dum ea potiretur: neque prius conquievit, quam, ejus rei cauſa, ad Thaidem pro Eunucho deductus eſt: Quid plura? Thaide ad cœnam cum milite profecta, virgini à Chærea per vim vitium offertur. Turbæ undique mirabiles, donec, tota re patefacta, Thais à Lachete in fidem & clientelam recipitur. Chærea agnitam Pamphilam ducit uxorem. Thraſo diu illuſus, tandem in amoris meretricii partem, Gnathonis paraſiti operâ, admittitur.

PRO-

PROLOGUS.

1 Invehitur suo more in adversarium suum, quem, quibusdam erratis ipsius commemorandis, in quam maximum potest odium & invidiam adducit. De inde Poëtam defendit, ab eo furti accusatum; qui dicebat hanc Comœdiam ex Nœvio & Plauto magnâ ex parte ablatam esse. Tandem attentionem postulat ad fabulam agendam. 2 In hac coronâ, in hoc cœtu vestro. 3 Laboret, cupiat. 4 Plurimis hominibus, & opponitur *tũ minimè multos*. 5 Paucissimos homines offendere, injuriâ afficere. 6 Inter tales, qui student placere, & non offendere. 7 Terentius. 8 Dat, edit. Translatio à militibus, qui nomina in militiam dant. *Profiteri* propriè, est publicè fateri. Aliquando usurpatur pro eo, quod est artem aliquam aut scientiam publicè docere, publicè legere: undè *Professores* bonarum artium dicimus vel eos, qui in iis eruditi sunt, vel qui eas publicè docent & legunt. 9 Præterea. 10 Luscium Lavinium innuit: cujus calumniis respondit in Prologo Andriæ. 11 Contra se nimis aspere, nimis acerbè, id est, si quis putet se aliquo dicto læsum esse à Poëtâ. 12 Mordaciter sc. id est, non convitium convitio redditum. 13 Comœdias valdè depravando & corrumpendo. Ludit enim Poëta in ambiguâ utriusque vocis significatione. 14 Fabulas. 15 Fabulis Menandri. 16 Qui malè vertit in Latinam linguam. 17 Lavinius. 18 Fabulam quandam seu Comœdiam Menandri, Poëtæ Græci, sic appellatam ab *apparitione vanâ*. *Phasma* enim Græcis *apparitio* seu *spectrum* dicitur; & propriè vana & incerta, ut in nocte. Hujus argumentum vide apud Donatum & Eugraphium. 19 Spectandum exhibuit, edidit. 20 Comœdia hoc nomine inscripta, tractante de thesauro à sene avaro detento. 21 Illum senem, undè, id est, à quo petitur, id est, reum priùs rationem dicere, se defendere apud judicem, quare thesaurum ad se pertinere contendat. 22 Adolescens, cujus erat aurum. 23 Illud, id est, petitor, actor roget, unde sibi vindicaret thesaurum, cur thesaurus ipsi deberetur. Objicit ergo Terentius Luscio Lavinio adversario suo, quòd in Comœdiâ, cui Thesauro titulum dedit, ordinem juris & consuetudinem judiciorum perverterit in eo, quòd senem reum primo loco causam dicere fecerit, antequam actor adolescens intentionem suam probasset.

1 SI quisquam 2 est, qui placere se 3 studeat bonis
4 Quam plurimis, & 5 minimè multos lædere;
6 In his 7 Poëta hic nomen 8 profitetur suum.
9 Tum 10 si quis est, quid dictum 11 in se inclementiùs
Existimavit esse, sic existimet,
Responsum, non 12 dictum esse, quia læsit prior,
Qui 13 benè vertendo, & 14 easdem describendo malè, ex
15 Græcis bonis Latinas 16 fecit non bonas.
17 Idem Menandri 18 Phasma nunc nuper 19 dedit,
Atque in 20 Thesauro scripsit, 21 causam dicere
Priùs undè petitur, aurum quare sit suum,
Quàm 22 ille, qui 23 petit, undè is sit thesaurus sibi,

Aut [1] *undè in patrium monumentum pervenerit.*
Dehinc ne [2] *frustretur* [3] *ipse se, aut sic cogitet;*
[4] *Defunctus jam sum, nihil est quod* [5] *dicat mihi.*
[6] *Is ne* [7] *erret, moneo, & desinat* [8] *lacessere:*
Habeo alia [9] *multa,* [10] *quæ nunc condonabitur;*
Quę [11] *proferentur pòst, si perget* [12] *lædere,*
Ita ut facere [13] *instituit.* [14] *Nunc* [15] *quam* [16] *acturi sumus*
[17] *Menandri* [18] *Eunuchum, postquam* [19] *Ædiles* [20] *emerunt.*
[21] *Perfecit, sibi ut inspiciundi esset copia.*
[22] *Magistratus cùm* [23] *ibi adesset,* [24] *occepta est agi.*
[25] *Exclamat,* [26] *furem, non Poëtam fabulam*
[27] *Dedisse,* [28] *& nil dedisse verborum tamen:*
[29] *Colacem esse Nævi, & Plauti veterem fabulam;*
[30] *Parasiti personā* [31] *inde ablatam, &* [32] *militis.*

1 Quâ ratione pervenerit in sepulchrum patris adolescentis, quod emerat senex, qui thesaurum possidebat. Mos prisci fuit sæculi thesauros in sepulchris sepelire. 2 Fallat. 3 Lavinius adversarius. 4 Jamdudum finivi pericula & labores in edendis Comœdiis: nam *defunctus periculis* vel *morbis* dicitur, qui finivit pericula vel morbos. Μέμησις defendentis se Lavinii. *Defungi* autem est explicari negotio aliquo aut molestia, & ei finem imponere. 5 Objiciat mihi Terentius, aut possit dicere: nam jam edidi Comœdiam, quam carpit. 6 Respondet Prologus. 7 Illa sua fiducia. 8 Contumeliis Terentium irritare. Virg. Ecl. 3. *Efficiam posthac ne quenquam voce* lacessas. 9 Errata. 10 Quæ in præsenti condonabuntur illi. Genus loquendi antiquum. 11 Divulgabuntur posteà. 12 Offendere Terentium. 13 Cœpit. 14 Narratio, in qua recitat causam, cur sit lacessitus ad respondendum. 15 Scilicet *fabulam*. 16 Repræsentaturi agendo. 17 Quam transtulit Terentius ex Menandro, qui primus fuit auctor istius Comœdiæ. 18 Fabulam. *Eunuchus* dicta est hæc fabula, à quodam falso Eunucho, dicto Chærea, qui deductus in domum Thaidis meretricis pro Eunucho, vitiavit quandam virginem civem Atticam. 19 Magistratus curam ædium habentes, & ludorum instruendorum, quos populo exhiberent. *Ædiles* enim dicti sunt, teste Varrone, qui ædes sacras & privatas curarent, ludos sacro & solennes instituerent, ac procurarent. Illos verò ludos quisque Ædilis sua impensa & sumptibus pro modo patrimonii ac dignitatis suæ celebrandos procurabat. 20 A Poëtâ. 21 Obtinuit, impetravit Luscius Lavinius, ut sibi facultas videndi fabulam daretur. 22 Ædiles, qui exhibebant ludos. 23 Theatro. 24 Comœdia Eunuchus. 25 Lavinius. 26 Terentium scilicet, quasi qui varia hinc inde ex aliis sumsisset atque surripuisset. 27 Edidisse. 28 Nihil fefellisse, quin furtum sit deprehensum. Nam *dare verba*, est decipere seu fallere: quia qui rem exspectat, & nihil præter verba invenit, deceptus est. Undè & alibi dicit: *Verba isthac sunt.* 29 Exclamat veterem fabulam esse, in quâ Nævius & Plautus, Comici Poëtæ laborârunt. Κόλαξ est assentator. 30 Gnathonis. 31 Ex Colace. 32 Thrasonis.

Si

1 Abstulisse personam parasiti & militis.
2 Vitium.
3 Ignorantia Terentii.
4 Ex aliis Poëtis.
5 Non esse furtum.
6 Spectatores.
7 Comœdia, dicta Colax, prius à Menandro, Græco Poëta, facta est.
8 Comœdiæ.
9 Qui omnia ad voluntatem ejus loquitur, in cujus contubernio est, assentando & laudando, nihil repugnando ventris gratia.

Si [1] *id est* [2] *peccatum, peccatum* [3] *imprudentiâ est*
Poëtæ, non qui [4] *furtum facere studuerit.*
[5] *Id ita esse,* [6] *vos jam judicare poteritis.*
[7] *Colax Menandri est: in* [8] *eâ est* [9] *parasitus Colax,*
Et miles [10] *gloriosus: eas se non* [11] *negat* 31
[12] *Personas transtulisse in* [13] *Eunuchum suam*
[14] *Ex Græcâ: sed* [15] *eas fabulas factas priùs*
Latinas scisse sese, id verò pernegat.
Quòd si personis [16] *iisdem uti* [17] *aliis non licet:* 35
[18] *Qui magis licet* [19] *currentes servos* [20] *scribere,*
[21] *Bonas matronas facere, meretrices* [22] *malas,*
[23] *Parasitum* [24] *edacem,* [25] *gloriosum militem,*
Puerum [26] *supponi, falli per servum* [27] *senem,*
[28] *Amare, odisse, suspicari? denique* 40
Nullum est jam dictum, quod non dictum sit [29] *priùs.*
Quare æquum est [30] *vos* [31] *cognoscere, atq;* [32] *ignoscere,*
Quæ veteres fecerunt, si faciunt [33] *novi.*
[34] *Date operam, & cum silentio animadvertite,*
Ut [35] *pernoscatis, quid sibi Eunuchus velit.* 45

10 Gloriæ affecta erat. 11 Terentius. 12 Ambas. 13 Ad *fabulam* seu *Comœdiam* retulit, non ad hominem. Synthesis. 14 Colace scilicet 15 Sed valdè seu planè negat id, se scivisse eas Græcas fabulas Menandri, Colacem & Eunuchum, ante eum scriptas esse Latino sermone, seu versas ex Græco in Latinum, id est, non negat ex Colace Menandri se personam militis & parasiti transtulisse in Eunuchum suam: sed accepisse se ex Nævio & Plauto pernegat. 16 Quibus alii sunt usi. 17 Sequentibus Poëtis: quod Lavinius reprehendit. 18 Quomodo, cur. 19 Dromones, ut in Heaut. Est periphrasis scribendi Comœdias. 20 Introducere in Comœdiis. 21 Honestas matres familias fingere, introducere, ut Nausistratam. 22 Improbas, ut Thaidem & Bacchidem. 23 Assentatorem, ut Gnathonem. 24 Cujus animus semper est in patinis 25 Gloriæ cupidum, ut Thrasonem. 26 Alterius loco clam positum, id est, suppositicium facere. *Supponere* enim significat loco veri puerum adulterum ponere & subjicere. 27 Ut Simonem & Demeam: hunc per Syrum; illum per Davum. 28 Introducere amores, odia, suspiciones. 29 A veteribus, id est, nos jam vetera tantùm renovamus. 30 Spectatores. 31 Morem sive materiam Comicorum. 32 Postea judicare. Paronomasia. 33 Comici Poëtæ. 34 Attendite, & aures æquas præbete, ne præcipitanter judicetis, priusquam penitùs cognoscatis. 35 Perfectè intelligatis, quid sit de Eunuchi compositione, quid significet, quam venusta sit hæc Comœdia.

ACTUS

ACTUS I. SCENA I.

PHÆDRIA, PARMENO.

PH. [1] *Quid igitur [2] faciam? non [3] eam? [4] ne nunc quidem,*
Cùm [5] accersor [6] ultrò? an potiùs ita me [7] comparem,
[8] Non perpeti meretricum contumelias?
[9] Excluſit, [10] revocat: redeam? [11] non, [12] ſi me obſecret,
PA. *Siquidem hercle [13] poſſis, nil priùs, neque fortius:*
Verùm ſi [14] incipies, neque [15] perficies naviter,
Atque [16] ubi pati non poteris, cùm nemo expetet,
[17] Infectâ pace, [18] ultrò ad [19] eam venies, indicans
Te amare, & [20] ferre non poſſe: [21] actum eſt, [22] ilicet,
Perîſti: [23] eludet, ubi te [24] victum ſenſerit.
[25] Proin tu, [26] dum eſt tempus, [27] etiam atque etiam cogita,

1 Phædria iratus, quod excluſus fuerit, cum ſervo Parmenone deliberat, an à Thaide nunc accerſitus ire ad eam debeat. Hunc Parmeno ſuadet, ut animo æquo amoris moleſtias ferat.

2 Poſtquam multa cogitavit Phædria, tandem in hæc verba erumpit. Expreſſit & interpretatus eſt nobili imitatione ſummam hujus ſcenæ Horatius Sat. 2, 3. Perſius Sat. 5. Cic. 4. Tuſc. 3 Ire debeam ad Thaidem? Prima pars deliberationis. 4 Altera pars deliberationis. 5 A Thaide. 6 Non rogatâ Thaide, vel ſinè meo rogatu. 7 Parem, animum inducam, conſtituam. 8 Non ferre meretricum injurias, illuſiones. Iratus uni, de omnibus queritur ſimul. 9 Me amatorem. Addit catalogum injuriarum & contumeliarum. 10 Me Thais poſt excluſionem. 11 Redibo ſcilicet, vel cupio ad illam redire. 12 Etiamſi me oret per omnia ſacra. 13 Scilicet facere ut non redeas, id eſt, obfirmare animum tuum, nihil eſſet præſtantius, melius, laudabilius, nec validius ac magis virile: magni ſiquidem animi eſt fortiſque non frangi cupiditate, voluptati non ſuccumbere. Nam *Fortior eſt qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit Mœnia.* 14 Eam contemnere, quod non velis eam obſecrare. 15 Perſeverabit ſtrenuè & fortiter. Al. *pertender.* 16 Quando non poteris te continere, tibi temperare, quin eam viſas. 17 Nondum confectâ concordiâ, id eſt, cùm nondum eritis reconciliati. 18 Non vocatus. 19 Thaidem. 20 Quin ſcilicet ad eam venias. 21 Scilicet *de te.* Hæc Phraſi utuntur Comici, dum rem in deſperatis habendam ſignificant: vel cùm cum rei finem volunt exprimere, ut nullum ſit reliquum remedium. 22 Ire licet. Hæc voce à præcone prolatâ, judices de conſilio dimittebantur: ponitur autem ea vox ſemper in fine tranſactæ rei. 23 Inſultabit tibi tanquam victo. 24 Te eſſe ita molli animo, ut non poſſis ab *ea* abeſſe. 25 Proinde. Apocope. 26 Dum adhuc integrum eſt. 27 Iterum ac ſæpiùs tecum volve, quo-nam modo hoc inſano amore te exſolvere poſſis.

Here: [1]*quæ res in se* [2]*neq; consilium neque* [3] *modum*
Habet ullum, eam [4] *consilio regere non potes.*
[5] In Amore *hæc omnia insunt* [6] *vitia:* [7] *injuriæ,*
[8] *Suspiciones, inimicitiæ,* [9] *induciæ,* 15
[10] *Bellum, pax rursum,* [11] *incerta hæc si tu* [12] *postules*
[13] *Ratione certa facere,* [14] *nihilo plus agas,*
Quàm si des operam, ut cum [15] *ratione insanias.*
[16] *Et quòd nunc tute tecum iratus cogitas:*
[17] *Ego-ne illam? quæ* [18] *illum? quæ me? quę* [19] *non?*
sine modò: 20
[21] *Mori me malim:* [22] *sentiet* [23] *qui vir siem.*
[24] *Hæc verba* [25] *me hercle unà* [26] *falsa lacrumula,*
[27] *Quam oculos terendo* [28] *miserè* [29] *vix vi* [30] *ex-*
presserit,
[31] *Restinguet: & te* [32] *ultrò accusabit, &* [33] *ei dabis*
Vltrò supplicium. PH. [34] *ô indignum facinus! nunc*
ego & 25
[35] *Illam scelestam esse, & me* [36] *miserum sentio:*
Et [37] *tædet: & amore ardeo: & prudens, sciens,*

1 Ordo est: Non potes regere consilio eam rem, quæ res non habet in se consilium, neque modum ullum. Plautus amoris incommoda exsequitur Mercat. 1, 1, 18.

2 In quâ bonum consilium dari non potest.

3 Ullam mensuram aut moderationem, qualis est insanus amor: cùm enim vitia in excessu defectuque consistant, ideo modo carent, & rectæ rationi adversantur. 4 Suasione & rationibus moderari. 5 Illicito, non naturali. Ovid. *Res est follici i plena timoris amor.* 6 Mala, incommoda. 7 Jurgia, contumeliæ. 8 De rivali. 9 Intermissione amoris. *Induciæ* enim sunt pax in paucos dies, vel quando ad tempus suspendun.ur illa, quæ fieri solent in bello. Amor autem est quasi militia. 10 Ut supra in Andr. *Amantium ira amoris integratio est.* 11 Mutabilia, fluxa hæc in amore. 12 Coneris, velis. 13 Moderatione & consilio facere stabilia ac firma, ut ista non accidant, quę sunt in amore. 14 Non plus efficias. 15 Usu rationis: quod est impossibile, cùm hæc inter se pugnent, *insanire* & *ratione uti.* 16 Occupatio, qua confutat illius iracundiam, & stultas cogitationes, quas poterat ille objicere. Amator enim, quando est iratus, egregiè se ipsum potest fallere. 17 Ego-ne Thaidem adeam, amarem? Sunt Ellipses patheticæ, in quibus μιμητικῶς recitat adolescentis ira i cogitationes. 18 Militem Thrasonem recepit. 19 Exclusit. 20 Admisit me. 21 Quàm redire cum Thaide in grátiam. 22 Thais. 23 Quàm fortis, quàm constans 24 Tua, id est, quę tu cogitas. 25 Jurantis est vel affirmantis. 26 Ficta. 27 Lacrumulam. 28 Valdè. 29 Difficulter. 30 Quasi premendo oculos emiserit. 31 Metaphora sumta est ab incendio. 32 Nullo cogente agnosces tuam culpam. 33 Te Thaidi puniendum offeres. *Dare* enim *supplicium* vel *pœnas*, est puniri: si enim ab aliquo supplicium sumatur, ipse est qui dat supplicium, à quo sumitur. 34 Exclamatio pathetica, quâ detestatur illum amorem meretricum. 35 Thaidem. 36 Amore. 37 Incepti amoris, eò quod sit illicitus.

Vivus,

Vivus, videnſque perco: nec, [1] quid agam, ſcio
PA. *Quid agas? niſi ut te redimas [2] captum [3] quàm queas*
Minimo: ſi nequeas [4] paululo, at quanti [5] queas:
Et ne te [6] afflictes. PH. *ita-ne ſuades?* PA. *[7] ſi ſapis:*
[8] Neque, præterquam quas ipſe amor moleſtias
Habet, addas; & illas, quas habet, [9] rectè feras.
Sed ecca [10] ipſa egreditur [11] noſtri fundi [12] calamitas:
Nam quod nos capere oportet, [13] hæc [14] intercipit. 36

1 In meo amore. 2 Amore Thaidis. 3 Quanto minimò poſſis pretio. 4 Te redimere. 5 Te redimere. 6 Exercies procures. 7 Si volueris conſultum tuis rebus. 8 Neque addas alias moleſtias tuis, præterquam quas ipſe amor ex ſe habet. 9 Patienter. 10 Thais. 11 Noſtræ poſſeſſionis, noſtrorum bonorum. 12 Pernicies, ſcilicet Thais, quæ eſt tanquam grando, quæ herum meum ſumptibus abſumit, atque ita calamos fundi noſtri concutit. *Calamitas* enim proprie dicitur grandinis tempeſtas, quæ calamos, id eſt, culmos frangit, & ſegetem ſternit. Illuſtris periphraſis meretricis, & eſt Metaphora proverbialis, quam Poëta ipſe explicat. 13 Thais. 14 Totum capit, auferendo ſcilicet ab hero meo, quæ in nos conferrentur. *Intercipere* enim eſt, cùm, quod alteri deſtinatum eſt, antequam ad eum perveniat, ab altero arripitur.

ACTUS I. SCENA II.

THAIS, PHÆDRIA[1], PARMENO,

TH. [1] *Miſeram me! vereor ne [2] illud [3] graviùs Phædria*
Tulerit, ne-ve [4] aliorsùm, [5] atque ego feci, [6] acceperit,
Quòd heri intromiſſus non eſt. PH. [7] *totus, Parmeno,*
[8] *Tremo horreoque, poſtquam aſpexi [9] hanc.* P. *[10] animo es:*
Accede ad [11] ignem hunc, jam caleſces plus [12] ſatis.
TH. *Quis hic loquitur? [13] hem, tun' eras [14] mi Phædria?*

1 Phædriæ purgat ſe Thais de excluſione; & per occaſionem narrat argumentum. Tandem ab ipſo impetrat, ut biduum rus concedat, ut militi Thraſoni interim locus ſit apud illam. 2 Illam excluſionem. 3 Moleſtiùs, quàm debeat. 4 In aliam partem. 5 Quàm. 6 Interpretatus ſit. 7 Toto corpore, per omnes partes. 8 Sanguine ad cor refugiente, *extremos tremor occupat artus.* 9 Thaidem. 10 Sis. 11 Thaidem, cujus amore te, ut ignis, adurit. Metaphora Ovid. *Urimur igne pari, ſed ſum tibi viribus impar.* Virg. Ecl. 3. *At mihi ſeſe offert ultrò meus* ignis *Amyntas.* 12 Quàm ſatis. 13 Interjectio rei ſubitò occurrentis. 14 Eſt blandientis vocativus.

Quid hic ſtabas? cur non [1] *rectâ* [2] *introibas?* PA. *cæterum*
De [3] *excluſione* [4] *verbum nullum.* TH. *quid taces?*
PH. [5] *Sanè quia verò hæ mihi* [6] *patent ſemper fores,*
Aut quia ſum apud te [7] *primus.* TH. [8] *miſſa iſta ac* [9] *face.*
PH. *Quid* [10] *miſſa?* [11] *ô Thais, Thais,* [12] *utinam eſſet mihi*
Pars [13] *æqua amoris tecum; ac* [14] *pariter fieret,*
Vt aut [15] *hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet;*
Aut ego [16] *iſtuc abs te factum* [17] *nihili penderem.*
TH. *Ne cruciate obſecro* [18] *anime mi, mi Phædria.*
Non pol, [19] *quò quemquam plus* [20] *amem, aut plus diligam,*
[21] *Eò feci:* [22] *ſed ita erat res: faciundum fuit.*
PA. *Credo, ut ſit, miſera* [23] *præ amore excluſiſti* [24] *hunc foras.*
TH. *Sic-cine ais, Parmeno?* [25] *age, ſed, hàc quâ* [26] *gratiâ*
[27] *Te* [28] *accerſi juſſi, auſculta.* PH. [29] *fiat.* TH. *dic mihi.*
Hoc [30] *primum,* [31] *potin' eſt* [32] *hic tacere?* PA. *egone?* [33] *optimè.*

1 Sc. *viâ.* 2 Ingrediebaris tanquam dominus harum ædium? Exquiſitioribus blanditiis meretrix apud Plautum: *Animule mi, mihi mira videntur, Hic te ſtare foris, fores cui pateant Magis, quàm domus tua, domus cùm hæc tua ſit.* 3 Phædriæ. 4 Sc. *fit*, aut *facit*, id eſt, nihil dicit de illâ causâ, ad quam maximè reſpondere deberet. 5 Id eſt, quæris, cur non rectâ introierim, & cur taceam? rectâ non introivi, quod fores tuæ mihi, ut anteà, non patent: & taceo præ dolore, cùm alium apud te potiorem videam, Ironia. 6 Erat enim excluſus. 7 Præcipuus, gratiâ plus cæteris apud te valens: vel quia plurimi apud te fio, & præ eę eris diligor. 8 Omitte iſta. Hæc autem dicit, quia nihil habet, quod reſpondeat. 9 Fac. Archaiſmus. Sc. *faciam.* 11 Exclamatio, quâ amorem ſuum fatetur. 12 Utinam æqualis eſſet noſter amor, ita ut tantùm te redamarem, quantum tu me, & rurſus ſi me non amares, nec ego quoque te. 13 Aut amandi, aut non amandi. 14 Æqualiter. 15 Quòd excluſus ſum. 16 Excluſionem mei. 17 Nihil æſtimarem, id eſt, contemnerem. 28 Ζωή καὶ ψυχή: vox blanda. Meritò ſecuti ſumus Donatum, cujus teſtimonio geminatur τὸ *mi*. 19 Quòd vel quia. 20 Amare plus eſt, quàm diligere. 21 Ideò te non excluſi. 22 Sed negotium id poſtulabat, ſic neceſſarium fuit. χρῆμα κωμικόν: ita expediunt & abſolvunt compendio ſimul ac diſſimulatione, quibus non eſt facile defendere, quod factum eſt. 23 Ironia. Q. d. non eſſe veriſimile, ut, ſi quis quempiam amet, eundem poſſit excludere. 24 Phædriam. 25 Perge. Corripientis eſt cum indignatione. Sic infrà: *Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.* PA. Age *inepte*, &c. id eſt, perge inepta effutire. 26 Causâ. 27 Phædriam. 28 Vocari. Hoc eſt, quod Phædria ſuprà dixit: *Non tam? ut nunc quidem, cùm accerſor ultrò?* 29 Aſſentientis. 30 Ante omnia. 31 Poteſt-ne. 32 Parmeno ſervus tuus. 33 Scilicet *poſſum tacere.*

Verùm

Verùm [1] *heus tu,* [2] *lege hâc tibi meam* 3 *adstringo fidem:*
Quæ vera audivi, taceo, [4] *& contineo optimè:*
Si falsum aut vanum, aut fictum est, continuò [5] *palam est.*
[6] *Plenus* [7] *rimarum sum, hac atque illac* [8] *perfluo.*
[9] *Proin tu,* [10] *taceri si vis, vera dicito.* 26
TH. [11] *Samia mihi mater fuit: ea habitabat* [12] *Rhodi.*
PA. *Potest taceri hoc.* TH. [13] *ibi tum matri parvulam*
[14] *Puellam dono quidam mercator dedit,*
Ex [15] *Atticâ hinc* [16] *abreptam.* PH. [17] *civem-ne?*
TH. [18] *arbitror:* 30
[19] *Certum non scimus: matris nomen & patris*
[20] *Dicebat* [21] *ipsa: patriam &* [22] *signa cætera*
Neque [23] *sciebat, neque* [24] *per ætatem etiam* [25] *potuerat.*
[26] *Mercator hoc* [27] *addebat, è prædonibus,*
[28] *Unde emerat, se audisse,* [29] *abreptam è* [30] *Sunio.*
Mater [31] *ubi* [32] *accepit, cœpit* [33] *studiosè* [34] *omnia* 36
Docere, [35] *educere, ita uti si esset* [36] *filia.*
Sororem [37] *plerique esse* [38] *credebant meam.*

1 Non vocantis est *heus* hoc loco, sed attentionem poscentis.
2 Conditione. Sic in Andr. *Eâ lege atque omine.*
3 Promitto, obligo tibi meam fidelitatem, scilicet me taciturum. Nam *astringit fidem*, qui promittit; *liberat fidem*, qui præstat promissum.
4 Retineo. Metaph. à vase.
5 Omnes ciunt. 6 Ex me non vera dicta effluunt, ut per rimas vasorum effluit liquor. 7 Fissurarum. 8 Commissa mihi revelo sinè consideratione ullâ committentis, si vera non sint. Metaph. à vasis fractis & perfluentibus, id est, per rimas liquorem emittentibus. 9 Proinde. Apocope. 10 Al. *tacere.* 11 Ex Samo insula Icarii maris, Ioniæ adjacenti. 12 Insulæ maris Carpathii. 13 In Rhodo. 14 Pamphilam. 15 Regione Græciæ, quæ *Attica* nominatur. 16 Ablatam à mercatore. 17 An dono dedit civem Atticam, id est, Athenienſem? 18 Fuisse civem. 19 Non possumus affirmare. 20 Interrogata scilicet. 21 Puella parvula. 22 Indicia, argumenta, quibus potuisset probare, se esse civem Atticam, ut domum patris, regionem & similia. 23 Sciebat puella. 24 Ætate permittente, quia erat parvula. 25 Scire. 26 Qui eam dono dederat. 27 Ad patris nomen & matris, quod puella dicebat. 28 A quibus. 29 Per vim abductam. 30 Promontorio Athenienſium: in quo rerum venalium forum est. 31 Postquam, cùm. 32 Puellam parvulam à mercatore. 33 Diligenter. 34 Quæ pertinet ad matrem familias. 35 Educare, nutrire puellam in bonis moribus, ut honestam ageret vitam. 36 Propria. 37 Plurimi homines. 38 Putabant.

Ego cum illo, quo-cum tum [1] *uno* [2] *rem habebam,* [3] *hospite,*
Abii hùc: [5] *qui mihi* [6] *reliquit* [7] *hæc, quæ habeo, omnia.*
PA. [8] *Vtrumque hoc falsum est:* [9] *efflluet.* TH. [10] *quò istuc?* PA. *quia*
Neque [11] *tu* [12] *uno eras contenta, neque* [13] *solus* [14] *dedit:*
Nam [15] *hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit.*
TH. *Ita est: sed* [16] *sine me pervenire,* [17] *quò volo.*
Interea [18] *miles, qui me amare occeperat,*
In [19] *Cariam est* [20] *profectus: te* [21] *interea* [22] *loci*
Cognovi: tute scis, [23] *post illa quàm* [24] *intimum*
Habeam te, & mea consilia [25] *ut tibi* [26] *credam omnia.*
PH. *Neque* [27] *hoc tacebit Parmeno.* PA. [28] *oh,* [29] *dubium ne id est?*
TH. [30] *Hoc agite* [31] *amabo: mater mea* [32] *illic mortua est*
Nuper: ejus [34] *frater aliquantùm* [35] *ad rem est avidior.*
[36] *Is ubi hancce* [37] *formâ videt* [37] *honestâ virginem,*

1 Solo.
2 Conversationem, consuetudinem.
3 Peregrino, scilicet milite.
4 Discessi, veni ex Rhodo Athenas.
5 Hospes.
6 Per testamentum.
7 Bona.
8 Hoc quod dicis, scilicet tibi omnia reliquisse, & rem cum eo solo habuisse.
9 Revelabitur, neque tacebitur: sed à pectore nostro exibit, quia est falsum. Repetit Metaphoram à vase pleno rimarum, quod hac atque illac perfluit, sumtam, quâ etiam antea est usus. 10 Scilicet dicis esse falsum? 11 Meretrix. 12 Amatore: admisisti enim militem. 13 Hospes ille: non enim omnia tua illius fuêre mortui. 14 Omnia, quæ habes. 15 Phædria. Δευτερωτικῶς hoc dicit. 16 Noli meum interturbare sermonem, sed permitte me eloqui, quod volebam. 17 Ad quod narrandum tendo. 18 Thraso. 19 Provinciam minoris Asiæ. 20 Militatum. 21 Dum ille est profectus. 22 Ponitur *loci* soni aptioris gratia tantùm: ut *nusquam gentium, nusquam locorum, terrarum:* sunt enim hi genitivi adjectiones nihil ad sensum facientes. 23 Posteà, post illa tempora, quibus miles in Cariam est profectus. 24 Charum. 25 Quomodo. 26 Committam. 27 Quia hoc quoque falsum est. 28 Interjectio monentis de certitudine. 29 Me taciturum. 30 Attendite ad hoc, quod dictura sum. Imperatæ attentionis formula. 31 Interjectio blandientis, Comicis valdè familiaris: q. d. rogo vos per amorem. 32 Rhodi. 33 Matris. 34 Chremes. 35 Pecuniæ congerendæ, & lucri nimis cupidus, paulò magis avarus. 36 Chremes. 37 Habentem pulchritudinem, honestatem præ se ferentem, venustam, pulchram.

Et fidibus scire, [2] *pretium sperans, illicò*
Producit, vendit: [4] *fortè fortuna adfuit*
Hic meus amicus: emit [6] *eam dono mihi,*
Imprudens harum rerum ignarusque omnium:
Is [9] *venit: postquam sensit me tecum quoque*
Rem habere, [11] *fingit causas, ne* [12] *det,* [13] *sedulò:*
Ait, [14] *si fidem habeat, se iri præpositum tibi*
Apud me, ac non id metuat, ne, ubi eam acceperim,
Sese relinquam, velle se illam mihi dare;
Verùm [15] *id vereri: sed, ego quantum* [16] *suspicor,*
[17] *Ad virginem animum adjecit.* PH. [18] *etiam-ne amplius?*
TH. [19] *Nil:* [20] *nam quasivi. Nunc ego* [21] *eam, mi Phædria,*
Multæ sunt causæ, quamobrem cupio [22] *abducere.*
Primùm, quòd soror est dicta: præterea, ut [23] *suis*
Restituam ac reddam: [24] *sola sum: habeo hîc neminem,*
Neque amicum, neq; cognatum: quamobrem, Phædria,
Cupio aliquos [25] *parare amicos* [26] *beneficio meo.*
[27] *Id* [28] *amabo adjuta me,* [29] *quò id fiat facilius.*
Sine [30] *illum* [31] *priores partes hosce aliquot dies*
Apud me habere: nihil respondes? PH. [32] *pessima,*

1 Et peritam esse fidei pulsandi, id est, citharæ chordas tangendi. *Fidei, ii,* ipsas citharæ chordas significat, ita dictas, quod tanquam inter se chordæ, quantum inter homines fides concordet. Ab hoc fit diminutivum *fidicula,* pro parvâ chordâ: sed in plurali *fidicula* significant tortorium.

2 Sc. magnum ex venditione illius puellæ. 3 Statim eam venalem exponit, venditque: proprie enim *producere* de venalibus dicuntur. Sic Heaut. 1. 1. 92. *Omnes* produxi *ac vendidi.* 4 Casu quodam bono. 5 Miles Thraso. 6 Puellam. 7 Non intelligens has res, scilicet quod fuisset antea apud matrem educata, tanquam soror, quòd fuisset matri meæ dono data. 8 Miles. 9 Ex Rhodo Athenas. 10 Consuetudinem habere, id est, amare. 11 Commisciuntur occasiones. 12 Puellam. 13 Diligenter, sinè dolo. 14 Si posset hoc credere, quod præferretur tibi apud me, ita ut magis sit amandus à me. 15 Ne relinquam se. 16 Ex conjecturis possum cognoscere. 17 Virginem amare cœpit, & ad ejus amorem animum applicuit. 18 Sc. *fecit,* quàm animum adjecit? id est, etiam ampliùs militi cum illâ virgine rei sunt? ut suprà plenius in Andriâ, 2. 1. 25. interrogabantur. 19 Fecit ampliùs. 20 Sedulò hoc sum percunctatus, investigavi. Optimè cavit Poëta, ut virgo integra & casta à milite servaretur, quam nuptiis adolescentis nobilis destinarat. 21 Puellam. 22 Abstrahere ab eo milite. 23 Propinquis. 24 Sinè familiaribus & sanguine junctis. 25 Comparare, acquirere. 26 Restitutione puellæ. 27 Propter id, in eo. 28 Interjectio blandientis. 29 Ut paratio amicorum facilius fiat. 30 Militem Thraslonem. 31 Præferri tibi, esse potiorem, esse apud me primum per aliquot dies & me frui, dum tu interea aberis. Translatio ab actionibus scenicis, quarum sunt primæ, secundæ aut tertiæ partes. 32 Læsa patientia excitavit dolorem; dolor iram.

1 Tibi-ne quidquam respondere debeam, talia cùm facis? q.d. non es merita, ut tibi respondeam.

1. *Ego quidquam cum istis factis tibi respondeam?*
PA. *En noster, laudo: tandem* 2 *perdoluit: 3 vir es.*
PH. 4 *Haud ego nesciebam, quorsum tu ires: 5 pàrvula*
Hinc est 6 *abrepta:* 7 *eduxit mater pro* 8 *suâ:*
Soror est dicta: cupio abducere, ut reddam suis.
Nempè omnia hæc nunc verba 9 *hùc redeunt denique:*
Excludor ego, 10 *ille recipitur:* 11 *quâ gratiâ?*
Nisi illum plus amas, quàm me, & 12 *istam nunc times,*
Quæ 13 *advecta est,* 14 *ne illum* 15 *talem prripiat tibi.*
TH. 16 *Egon' id timeo?* PH. *quid te ergo* 17 *sollicitat?*
18 *cedo.*
Num solus 19 *ille dona dat? nunc ubi meam*
20 *Benignitatem sensisti in te* 21 *claudier?*
Non-ne, ubi mihi dixti cupere te ex 22 *Æthiopiâ*
23 *Ancillulam, relictis rebus omnibus,*
Quæsivi? porrò 24 *Eunuchum dixti velle te,*
Quia solæ nituntur 25 *hic* 26 *reginæ:* 27 *repperi:*

2 Nimis doluit, persen si dolorem post multas contumelias.

Ad spectatores hoc dicit.

5 Constans, qui meretricem contemnis.

4 Ego probè sciebam, quò spectaret tua oratio, quid tu tibi velles hisce verbis. Metaph. ab iter agentibus. Sic Adelph. 5, 3. *isthùc ibam.* 5 Mimesis cum odiosâ repetitione verborum Thaidis. 6 Abducta & asportata. 7 Educavit. 8 Filiâ. 9 Eò diriguntur, spectant falsa tua verba. Metaphora. 10 Miles Thraso admittitur. 11 Q. d. nulla alia causa. 12 Virginem. 13 Ex Rhodo per militem. 14 Ne ejus amore implicatus te ampliùs non amet, id est, adeò amas militem, ut etiam invideas, si quam amaverit. 15 Judicio tantum virum, id est, quem tu tanti facis, quem tibi præ omnibus tenendum putas: quò possit pertinere Donati annotatio, qui εἰρωνείαν Stomachantis amatoris hîc agnoscit. 16 Q. d. minimè. 17 Sollicitam & anxiam reddit? 18 Dic. 19 Miles Thraso. Post locum amoris, aptè donorum tractatus utitur apud meretricem, cui omnia pretio metiri, disciplina est. 20 Liberalitatem benignè exercitatam. 21 Ergate claudi, id est, κλείεσθαι, claudicare? Paragoge. Sic Andr. *Nolo tibi ullum commodum in me* claudier. Metaphora. 22 Regione Africæ, ab *Æthiope*, Vulcani filio, sic dictâ, qui in hac regnasse fertur. Alii verius à *nigredine & exustione* dictam volunt: nam αἴθω *niger*, sive αἴθω *cremo*, & ὤψ *vultum* significat. 23 Parvam ancillam, id est, Æthiopissam. Æthiopissarum ministerio utebantur matronæ nobiles & divites. 24 Cubicularium, castratum, qui virilibus exsectus est. Apud veteres, præcipuè Persas & Indos, in deliciis habebantur Eunuchi, adhibebanturque ad lectorum matronalium custodiam: quòd nullum periculum esse videretur, ne ab iis matronæ corrumperentur. Unde dicti *Eunuchi* ab εὐνὴ, id est, *cubile*, & ἴχω, *custodio*. 25 Hujusmodi Eunuchis Donatus ad delicias refert, curiosiùs quàm par est. 26 Matronæ divites. *Rex* enim interdum pro divite sumitur. Sic Phor. 1, 2. Regem *me esse oportuit.* 27 Nactus sum utrumque magnâ studio.

Heri [1] *minas viginti pro* [2] *ambelus dedi:*
[3] *Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoriâ:*
Ob [4] *hæc facta abs te sperno.* TH. [5] *quid istuc Phædria?* 91
Quanquam [6] *illam cupio abducere, atque* [7] *hæc res arbitror*
[8] *Id fieri posse* [9] *maximè: verumtamen,*
Potiùs quàm te inimicum habeam, faciâ [10] *ut jusseris.*
PH. *Utinam* [11] *istuc verbum* [12] *ex animo ac verè diceres,* 95
Potiùs quam te inimicum habeam: si istuc crederem
[13] *Sincerè dici,* [14] *qui lubens possem perpeti*
PA. [15] *Labascit,* [16] *victus uno verbo: quàm citò?*
TH *Ego non ex animo misera dico? quàm* [17] *joco*
Rem volui sibi à me tandem, quin [18] *perficeret?* 100
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem ut [19] *concedas solum* PH. [20] *siquidem biduum.*
[21] *Verùm ne* [22] *fiant isti viginti dies.*
TH. *Profectò* [23] *non plus biduum, aut.* PH. *aut?* [24] *nihil moror.*
TH. [25] *Non fiet:* [26] *hoc modò fine te exorem.* PH. 105
[27] *scilicet*
Faciundum est, quod vis. TH *meritò amo te:* [28] *bene facis.*
PH. *Rus ibo: ibi hoc me* [29] *macerabo biduum:*

1 Singulæ *minæ* antehabebant drachmas centum, pretium aureorum Gallicorum decem: undè mina viginti, fuit quasi ducenti coronati.
2 Muneribus, Eunucho & Æthiopissâ.
3 Quamvis excluseris me, adeòque contemseris, non tamen abjeci curam de muneribus tibi destinatis, sed ut tuerentur ac adducerentur ad te ancillæ

cum Eunucho, accurandum mihi duxi. 4 Tanta beneficia. 5 Formulâ est ægrè & vix tandem concedendi, Comicis valde usitata. Q. d. Si ita vis, nolo tecum contendere. 6 Puellam, quæ dicta est soror. 7 Beatus concedendo. 8 Eam posse abduci. 9 Commodissimè. 10 Sicut. 11 Istam sententiam. *Sc. potiùs, quàm te inimicum habeam.* 12 Ex animi affectione, ac nō simulatè. 13 Sine fuco & simulatione, id est, serio, ex animo. 14 Omnia. 15 Cadit à proposito Phædria, animus cum deficit & dejicitur. Metaph. sumta ab ædificiis tenui tibicine fultis, adeòque ruinam minitantibus Ostendit itaque amentium fultitiam & inconstantiam, qui se uno verbo flecti patiuntur. Undè Propert. *Non ita Carpathia variant Aquilonibus undæ, Nec dubio nubes vertitur ante Notis, Quàm facile irati verbo mutantur amantes.* Hæc Pæmeno ad spectatores dicit. 16 A Thaide. 17 Non serio, sed jocando. 18 Impetraverit. 19 Præstes, vel cedas. i. locū des militi. 20 Si modo biduum petetes solum, concederē. 21 Sc. *verear.* 22 Ex biduo isto. i. ne decumpletur biduum. 23 Non peto plus quàm biduū. Sic Adelp. 2, 1. *Hominem misero* plus quingentos *colaphos infregit mihi* i. plus quàm quingentos. Liv. *Cùm* plus annū *eger fuisset.* i. plus quàm annū. 24 Nō curo, nō placet, nolo. 25 Ultra biduum. 26 Ut cōcedas biduum. 27 Certè. 28 Non judicantis aut approbantis, sed gratias agentis pro oblato beneficio formula 29 Exercuciabo: macrum fiet

Ita facere [1] *certum est:* [2] *mos gerundus est Thaidi.*
Tu [3] *hùc, Parmeno, fac* [4] *illi adducantur.* PA. [5] *maximè.*
PH. [6] *In hoc biduum Thais vale.* TH. *mi Phædria,*
Et tu: nunquid [7] *vis aliud?* PH. *ego-ne quid velim?*
Cum milite isto [8] *præsens,* [9] *absens ut sies:*
Dies, noctesque me ames: [10] *me desideres:*
[11] *Me somnies:* [12] *me exspectes: de me cogites:*
[13] *Me speres:* [14] *me te oblectes:* [15] *mecum tota sis:*
[16] *Meus fac sis postremò animus,* [17] *quando ego sum*
[18] *tuus.*
TH. [19] *Me miseram! forsitan* [20] *hic mihi parum habeat fidem,*
Atque ex [21] *aliarum ingeniis nunc me judicet.*
Ego pol, [22] *quæ mihi sum conscia, hoc certò scio,*
Neque me finxisse falsi quidquam, neque meo
Cordi esse quenquam cariorem hoc Phædriâ:
Et quidquid [23] *hujus feci, causâ virginis*
Feci: nam me [24] *ejus spero* [25] *fratrem propemodum*
Iam reperîsse, adolescentem [26] *adeò nobilem: &*
[27] *Is hodiè* [28] *venturum ad me* [29] *constituit domum.*
Concedam hinc intrò, atque exspectabo, [30] *dum*
venit.

1 Constitutum est, firmiter decrevi.
2 Oporret me obsequi Thaidi.
3 Ad Thaidem.
4 Enuchus & Æthiopissa.
5 Libentissimè. Vox consentientis.
6 Usque ad duos hosce dies.
7 Scilicet dicere.
8 Corpore.
9 Animo absens ab eo in me cogitando.
10 Requiras me, & mei desiderio tenearis.
11 Me per somnium videaris. 12 Meum reditum. 13 In me. Guyetus legit *spires*, id est, cupias, appetas. *Spirare tribunarum*, pro desiderare, appetere, dixit Livius. 14 De me cogitando, mei memoria. 15 Toto animo mecum sis per cogitationem. 16 Ea sit inter nos amantes animorum permutatio, ut vicissim unius in alterum animus quasi demigret. Verè enim dictum est: *Anima magis est, ubi amat, quàm ubi animat*: undè ὁ Φίλος ἄλλος αὐτὸς dicitur. 17 Quandoquidem. 18 Animus. 19 Thais jam, remotis omnibus, secum loquitur de Phædriâ. 20 Phædria parùm mihi credat. 21 Mulierum moribus & naturis. 22 Quę voluntatem meam nosco. 23 Scilicet *rei*, id est, in hac re, scilicet quod hieri non intromiserim Phædriam. 24 Virginis. 25 Chremetem. 26 Valdè. 27 Frater. 28 Se venturum. Sic Andr. 4, 1. *Instare, ac dicerem esse ductarum pati*, pro me ductarum. 29 Sic mecum convenit. 30 Donec veniat.

ACTUS II. SCENA I.

PHÆDRIA, PARMENO.

PH. [1] *Fac ita, ut jußi:* [2] *deducantur isti.* PA. *faciam.* PH. [3] *at diligenter.*
PA. *Fiet.* PH. *at* [4] *maturè.* PA. *fiet.* PA. *satin' hoc mandatum est tibi?*
PA. [5] *Ah!* [6] *rogitare? quasi* [7] *difficile siet: utinam*
Tam [8] *aliquid facilè* [9] *invenire poßis, Phœdria,*
[10] *Hoc quàm peribit.* PH. *ego quoque* [11] *unà pereo,*
[12] *quod mihi est carius.*
Ne [13] *istuc tam* [14] *iniquo patiare animo.* PA. [15] *minimè:* [16] *quin*
Effectum dabo. Sed nunquid aliud imperas?
PH. [17] *Munus nostrum ornato verbis,* [18] *quod poteris: &*
[19] *Istum æmulum, quod poteris,* [20] *ab eâ pellito.*
PA. *Memini, tametsi* [21] *nullus moneas.* PH. *ego rus ibo, atque* [22] *ibi manebo.*
PA. [23] *Censeo.* PH. *sed* [24] *heus tu.* PA. *quid vis?* PH. *censen' posse me* [25] *obfirmare &*
Perpeti, ne [26] *redeam intereà?* PA. [27] *te. ne? non herclè* [28] *arbitror:*
Nam aut [29] *jam* [30] *revertêre, aut mox* [31] *noctu te*
[32] *adiget horsum insomnia.*

1 Rus concessurus Phædria, mancipiorum deductionem ad Thaidem Parmenoni mandat. & multa ridicule loquitur; illudente interim Parmenone, qui heri sui mutationem ob nimium amorem admiratur.

2 Eunuchus & Æthiopissa ad Thaidem ducantur.

3 Fac deducantur, reliquis omnibus omissis. 4 Tempestivè. 5 Indignantis est, propter tam odiosam repetitionem. 6 Pergin' id rogitare, an satis mandatum sit? 7 Hoc officium, quod jubes. 8 Quo excuteres illum amorem ex animo. 9 Acquirere, parare. 10 Quam facilè hoc munus, quod dari jubes, nihil a Thaide æstimabitur, male & inutiliter collocabitur: nam quod meretrici datur, perit. 11 Simul cum eo quod dicis tam facilè periturum. 12 Quod damnum mihi gravius est & carius. Donatus sic exponit: *qui mihi sum carior.* 13 Munus perire, seu deducere munera ad Thaidem. 14 Impatienter feras. 15 Non patior iniquo animo. 16 Quinimò perficiam, quod jussisti. 17 Eunuchum & Æthiopissam commendato aliquo sermonis eloquio. 18 Quantum, quoad, quatenus. 19 Istum invidum & rivalem meum, id est, militem. 20 Thaide. 21 Non. 22 Ruri. 23 Ea est mea sententia ut id efficias. Ironia. 24 Adverbium vocandi est. 25 Confirmare, stabilire, scilicet *animum meum.* 26 Hoc triduum rure. 27 Censerem te posse obfirmare? 28 Te mansurum ruri. 29 Statim. 30 In urbem ad Thaidem. 31 Nocte. 32 Ducet, impellet versùs hanc urbem vigilia, animi inquietudo, cura.

PA. [1] *Opus faciam, ut defatiger* [2] *usque, 3 ingratiis ut dormiam.*

PA. *Vigilabis* [4] *lassus: 5 hoc plus facies.* PH. *ah,* [6] *nil dicis, Parmeno.*

[7] *Ejicienda herclè hæc* [8] *mollitiies animi: nimis* [9] *me indulgeo.*

Tandem ego non illâ [10] *carear, si sit opus,* [11] *vel tantum triduum?* PA. [12] *hui,*

Universum triduum? vide, quid agas. PH. [13] *stat sententia.*

PA. *Dii boni, quid hoc morbi est? adeo-n' homines immutarier*

[14] *Ex amore, ut non* [15] *cognoscas* [16] *eundem esse?*

[17] *Hoc nemo* [18] *fuit*

[19] *Minùs ineptus,* [20] *magis severus quisquam, nec magis* [21] *continens.*

Sed quis hic est, qui hùc pergit? [22] *at at! hic quidem est* [23] *parasitus Gnatho*

Militis: ducit secum unà virginem [24] *huic dono:* [25] *papæ!*

[26] *Facie honestâ:* [27] *Mirum, ni ego me turpiter hodiè hîc dabo*

Cum meo decrepito hoc Eunucho: [28] *hæc* [29] *superat ipsam Thaidem.*

1 Laboraho ruri sic ut defatigatus ex illis laboribus facilius dormiam.

2 Semper, assiduè.

3 Avarius, illibenter, invitus, coactus.

4 Existens sc. cùm opus feceris.

5 Ut non possis dormire, id est tantò plus tibi efficies ad miseriam, malum malo addes.

6 Nihil valent tua verba.

7 Expellenda est.

1 Effœminatio animi, ne cogitem redire ad Thaidem, nisi post biduum. *Mollis* enim dicitur, qui facilè vincitur à doloribus, & qui luxu diffluens talis homo *constanti* opponitur. 9 Archaicè, pro *mihi*. Donatus quoque sic legit. 10 Carere possim. 11 Etiam integros tres dies? 12 Interjectio irridentis, vel aliquid admirantis. 13 Certum est facere quod constitui: *stare* enim *sententiis* dicitur, quæ firma est & constans. 14 Propter amorem. 15 Cognoscat aliquis: secunda persona pro tertiâ. 16 Qui antea fuit. 17 Phædriâ. 18 Ante amorem. 19 Prudentior, sapientior: *minùs* enim uni positivo junctum reddit contrariam comparativi significationem: ut *minùs prudens*, id est, stultior; *minùs stultus*, id est, prudentior. 20 Gravior. 21 A lasciviâ sibi cavens. 22 Interjectio metuentis. 23 Qui adulatione victum quæritat. 24 Thaidi. 25 Interjectio admirantis. 26 Præditam, id est, habentem faciem pulchram & modestam. 27 Mirum erit, nisi ego obtulero me cum pudore, id est, nisi ludibrio & dedecori exponar cum meo senio jam admodùm confecto, Eunucho, id est, virilibus exsecto. *Decrepiti* dicuntur senes, siquidem longa senectute vix loqui possunt. 28 Puella, quam adducit Gnatho. 29 Pulchritudine vincit, Hyperbolica collatio.

ACTUS II. SCENA II.

GNATO, PARMENO.

GN. [1] *Dii immortales, [2] homini homo quid præstat! [3] stulto intelligens!*
[4] *Quid interest! [5] Hoc [6] adeò [7] ex hac re venit in mentem mihi:*
[8] *Conveni hodiè adveniens quendam [9] mei loci hinc atque ordinis,*
Hominem [10] haud impurum, [11] itidem [12] patria qui [13] abligurierat bona.
Video [14] sentum, [15] squalidum, [16] ægrum, [17] pannis annisque obsitum.
Quid istuc, inquam, [18] ornati est? [19] quoniam miser, quod habui, [20] perdidi
[21] *Hem, [22] quò redactus sum! omnes noti me atque amici [23] deserunt.*

1 Gna ho ex mandato militis Thrasonis ducens puellam ad Thaidem, factum adulandi instituit. Intereà fortè in Parmenonem incidit, in quem multâ dicacitate illudit, eumque morddacibus salibus lacessit. 2 Quantùm homo unus præferendus est alteri homini! 3 Sc. quid præstat! 4 Quanta differentia est inter eos! 5 Sc. sic exclamare, &, quod jam dixi, dicere. 6 Habet hic *adeò* peculiarem usum ad conciliandam attentionem & præparandos audientium animos ad excipiendum aliquid magnum & notatu dignum. 7 Inde, vel ex eo exemplo, quod jam recitabo. 8 Allocutus sum. 9 Mei status & conditionis, id est, pauperem & parasitum, ut ego sum. *Ordo* enim aliquando refertur ad fortunam & genus vitę; undè *ordinis inferioris* amici dicuntur, qui sunt infimæ conditionis & status. *Ordo* proprie est digestio & in suo loco cujusque rei collocatio: ut in acie sit, ubi pedites, ubi alæ equitum, ubi signa, cęteraque omnia suo quæque ordine collocantur. 10 Non iniquum. 11 Similiter, eodem modo ut ego. 12 Paterna, quæ à patre relicta sibi fuerant. 13 Suavibus cibis seu epulis consumserat. *Ligurire* propriè, est inter edendum cum fastidio quodam delicatissima quęque à cibis decerpere, quasi nihil sit, quod palato satisfaciat. Inde *abligurire rem familiarem*, est liguriendo consumere. 14 Horridum, asperum. *Sentus* dicitur à *sentibus*, id est, spinis: & est ille propriè, qui gestat vestem vilem multis frustis compositam: cujus frusta spinis colligantur. 15 Sordidum, incultum. 16 Animo mœstum, vel macilentum. 17 Annosis seu veteribus & laceris pannis, quos Græci ῥάκη vocant, indutum, circumdatum, id est, lacero vestitu, pannosum. Metaph. ab agris, qui frugibus obsiti ac pleni sunt. 18 Pro *ornatus*: est genitivus antiquus; ut *Senati*, pro Senatus; *tumulti* pro tumultus. 19 Respondet jam alter. Prosopopœja enim est, quia inducitur squalidus iste homo loqui. 20 Consumpsi. 21 Interjectio dolentis. 22 Ad quem statum deveni! 23 Non respiciunt, nolunt me agnoscere, quia sum pauper. Ovid. *Nullus ad amissas ibis amicus opes.*

1 Hoc audiens. Finis Prosopopœiæ: Gnatho enim respondet.

2 Hîc ego illum contempsi 2 præ me: quid homo, inquam, 3 ignaviſſime,

4 Ita-ne parâſti te, ut ſpes nulla 5 reliqua in te ſiet tibi?

Simul 6 conſilium 7 cum re 8 amiſiſti? viden' me ex eodem ortum 9 loco? 10

10 Qui color, 11 nitor, 12 veſtitus, quæ 13 habitudo eſt corporis?

15 Omnia habeo, neque quidquam habeo, 15 nil cùm eſt, nil 16 deſit tamen.

17 At ego infelix neque ridiculus eſſe, 18 neque plagas pati

Poſſum. 19 Quid? (tu 20 his rebus credis fieri? 21 totâ erras viâ.

Olim iſti fuit 22 generi quondam quæſtus 23 apud ſæculum prius. 15

24 Hoc novum eſt aucupium: ego adeò hanc primus inveni 25 viam.

2 Collatum ad me, in comparatione mei. Alioqui cauſam, denotat, accipiturque pro ob vel propter: ut ſuprà, 1, 2. *Credo, ut ſit, miſera præ amore excluſiſti hunc foras.*

3 Sinè animoſitate, qui non probè didiciſti hoc artificium. 4 Ita-ne diſpoſuiſti te, id eſt, inſtituiſti vitam tuam, ut perpetuò maneas inopicus & pauper? 5 Superſit contra egeſtatem. Suæ quiſque fortunæ faber eſt. 6 Recuperandi res perditas. Sic Ovid. 4. de Pont. El. 12. *Crede mihi, miſeros prudentia prima relinquit, Et ſenſus cum re conſiliumque fugit.* 7 Patrimonio. 8 Amiſiſti? Syncope. 9 Ex eâdem fortunâ, qua tu es. 10 Qualis forma corporis eſt mihi? Non enim, ut tu, ſentus, id eſt, horridus ſum. 11 Mundities. Non enim, ut tu, ſqualidus ſum. 12 Cultus. Non enim, ut tu, pannoſus ſum. 13 Aptitudo ſtatus corporis mei, id eſt, ſum vegeto corpore & benè habito. Non enim, ut tu, æger ſum. 14 Quia vivendi non deeſt mihi conſilium. 15 Etſi nihil habeo. 16 Deeſt. Sic Phor. 1, 3, 10. *Aliis, quia deſit, quod amant, ægrè eſt: tibi, quia ſuperiſt, dolet.* 17 Sed ego miſer non ſum ex numero paraſitorum illorum, qui ridiculis dicteriis cibum alienum captant, id eſt, non ſum γελοτοποιὸς, id eſt, riſum faciens, qui aliis ridendi materiam præbeam. Hîc fingitur iterum homo iſte ſqualidus loqui. 18 Neque ſum ex iis, qui verberibus ac colaphis tolerandis victum quæritant. Duplex enim paraſitorum genus fuit: Unum, quod ridiculis dicteriis cibum alienum captabat: Alterum, quod verbera ultrò patiendo victum quæritabat: qui eleganter à Plauto *Plagipatidæ* appellantur. 19 Reſpondet jam Gnatho. 20 Riſum aliis movendo, aut vapulando. 21 Prorſus te fallis, nihil intelligis de hac re. Metaph. eſt à deviantibus ſumpta. 22 Paraſitorum ridiculorum & vapulantium. 23 Cum tempora eſſent meliora. 24 Hæc nova ratio eſt quærendi victum. Metaphora ab avibus: ſicut enim aves eſcâ; ita philodoxi aſſentatione capiuntur. 25 Rationem, artem quærendi victum, paraſitandi.

Eſt

Est genus hominum, qui esse [1] *primos se omnium rerum volunt,*
[2] *Nec sunt: hos consector:* [3] *hisce ego non paro me ut rideant,*
Sed eis ultrò arrideo, & eorum [4] *ingenia admiror simul:*
[5] *Quicquid dicunt, laudo:* [6] *id rursum si* [7] *negant, laudo* [8] *id quoque:*
Negat [9] *quis, nego:* [10] *ait, ajo: postremò* [11] *imperavi egomet mihi,*
Omnia [12] *assentari:* [13] *is quæstus nunc est multò uberrimus.*
PA. [14] *Scitum herclè hominem:* [15] *hic homines prorsùs ex stultis* [16] *insanos facit.*
GN. *Dum hæc* [17] *loquimur, intereà loci ad* [18] *macellum ubi advenimus,*
Concurrunt læti mihi obviam [19] *cupedinarii omnes,*
[20] *Cetari* [21] *lanii,* [22] *coqui,* [23] *fartores,* [24] *piscatores,* [25] *aucupes,*
[26] *Quibus, &* [27] *re salvâ,* [28] *& perditâ, profueram & prosum sæpè:*

1 Præcipuos, id est, qui volunt esse sapientissimi, & de omnibus rebus judicare.
2 Nihil minus sunt, quam sapientes, sed sunt ipsa stultitia.
3 Non offero, non prębeo me talibus, ut derideant me, sed eis ultrò arridendo assentior.
4 Naturas & mores, id est, dico esse factum & dictum ex summa sapientia. 5 Cita hęc Cicero in Lælio, quem vide. 6 Quod laudârunt. 7 Non laudant. 8 Quod negarunt. 9 Aliquis. 10 Affirmat aliquis, ego etiam affirmo. 11 In animum meum induxi, legem mihi istam præscripsi. 12 Assentiendo & adulando approbare. 13 Illud lucrum parasiticum, scilicet omnia posse assentari, est nunc multò copiosissimum, quàm illud apud sæculum prius fuerat. 14 Audio scientem & argutum hominem. Ironia. 15 Parasitus Gnatho. 16 Suæ mentis non compotes; sed desipientes. 17 Inter nos. 18 Locum, ubi opsonia, id est, ea (quæ vescendi causâ in urbem essent allata, qualia sunt omnia, quæ adduntur pani & vino) vendebantur. 19 Lautiorum epularum venditores: sic dicti, quod alimenta rebus cupidinis prębeant. *Cupedia* autem appellantur cibi lautiores. 20 Qui majores pisces vendunt, ut cete. 21 Qui pecora laniant sive discerpunt: quorum officina dicitur *laniena*. 22 Qui opsoniorum coquendorum curam gerunt. 23 Qui farcimina farciunt & vendunt. *Facimen* intestinum est fartum, concisâ minutim carne, simili ve farturâ oppletum. Belg. *Beulingh of Worst*. 24 Illi, qui recentem piscem prębent. 25 Avium captores: ab *avibus capiendis* dicti, quibus insidias tendunt. 26 Cupeditariis. 27 Cùm adhùc haberem patrimonium. 28 Et postquam patrimonium meum consumpseram.

Salutant: *ad cœnam* [1] *vocant*: [2] *adventum gratulantur.*

Ille ubi miser [3] *famelicus videt me esse* [4] *in tantum honorem,*

Et tam facilè victum quærere: [5] *ibi* [6] *homo cœpit me obsecrare,*

Ut sibi liceret discere [7] *id* [8] *de me*: *sectari jussi*:

Si potis est, tanquam Philosophorum habent [9] *disciplinæ* [10] *ex ipsis*

[11] *Vocabula*, [12] *parasiti itidem ut* [13] *Gnathonici vocentur.*

PA. *Viden' otium, & cibus quid* [14] *facit alienus?*
GN. *sed ego cesso*

Ad Thaidem [15] *hanc deducere, &* [16] *rogitare ad* [17] *cœnam ut veniat.*

Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video,

[18] *Rivalis servum*: *salva est res*: [19] *nimirum* [20] *hic* [21] *homines* [22] *frigent.*

Nebulonem hunc [23] *certum est ludere.* PA. [24] *hice hoc* [25] *munere arbitrantur*

[26] *Suam Thaidem esse.* GN. *Plurimâ salute Parmenonem*

Summum [27] *suum impertit Gnatho*: *quid agitur?*
PA. *statur.* GN. *Video*:

1 Invitant me.
2 Ob adventum meum mecum gratulatione excipiunt.
3 Fame confectus.
4 In tanto honore, id est, ita salutari, & vocari ad cœnam. Archaismus. Sic Cicero dixit, *in potestatem esse*, pro in potestate.
5 Tunc.
6 Sc. ille miser.
7 Artem parasitandi.
8 A me.
9 Sectæ, scholæ.
10 Philosophis.

11 Appellationes: ut vocentur Pythagoræi, Platonici, Epicurei. 12 Qui discunt artem parasiticam. 13 Ut sicut ab Aristotele Aristotelici, à Platone Platonici, à Pythagora Pythagoræi, ab Epicuro Epicurei, ita à Parasito Parasitici, & à Gnathone Gnathonici appellentur. 14 Faciat. Enallage modi. 15 Puellam militis. 16 Thaidem. 17 Militis. 18 Æmuli Phædriæ, qui Thrasonis rivalis est. *Rivales* dicuntur, qui unam amant amicam, quòd quasi uno *rivo* amoris utantur. 19 Procul dubio. 20 Apud Thaidem. 21 Phædria cum suo servo. 22 Non placent, non valent gratiâ. Metaphora sumpta ab his, qui manibus, ex frigore stupidis, nihil operari possunt, vel lentè quippiam agunt. 23 Firmiter decrevi deridere hunc Parmenonem, hominem nihili. 24 Thraso & Gnatho. Secum autem loquitur servus. 25 Istius puellæ. 26 Quod neminem præter Thrasonem amare debeat. Ironia. 27 Scilicet *amicum*: vel *suum*, id est, porcorum: ludit enim in ambiguâ significatione vocis *suum*, quæ non tantùm accusativi, sed etiam genitivi casus esse potest. Nam dixerat Gnatho: *Nebulonem hunc certum est ludere*,

Nunquid-nam hîc, quod nolis, vides? PA. *te.* GN. *credo:* [1] *at nunquid aliud?*

PA. *Qui* [2] *dum?* GN. *quia tristis es.* PA. [3] *nihil equidem.* GN. [4] *ne sis: sed* [5] *quid videtur*

Hoc tibi mancipium? PA. [6] *non malum herclè.* GN. [7] *uro hominem.* PA. [8] *ut falsus* [9] *animi est!*

GN. *Quàm hoc* [10] *munus gratum Thaidi arbitrare esse?* PA. *hoc nunc* [11] *dicis,*

[12] *Ejectos hinc nos:* OMNIUM RERUM [13] *heus* [14] VICISSITUDO EST.

GN. *Sex ego te* [15] *totos, Parmeno, hos menses quietum* [16] *reddam;*

[17] *Ne sursum, deorsum cursites;* [18] *ne-ve usque ad lucem vigiles.*

Ecquid [19] *beo te?* PA. *men'?* [20] *papæ!* GN. *sic* [21] *soleo amicos.* PA. *laudo.*

GN. [22] *Detineo te fortasse: tu* [23] *profectus aliò fueras.*

PA. [24] *Nusquam.* GN. *tum tu igitur* [25] *paululùm da mihi operę: fac ut admittar*

Ad [26] *illam.* PA. [27] *age modò, nunc tibi patent* [28] *fores hæ, quia* [29] *istam ducis.*

2 Scilicet vides, quod nolis videre?
2 Est parelcon.
3 Tristis sum.
4 Tristis.
5 Quid dicis de hoc mancipio, id est, servâ puellâ? Servi enim vel servæ dicuntur *mancipia*, quasi *mano capta*: nam bello capti in servitutem incidebant.
6 Non est deforme.
7 Molestiam exhibeo Parmenoni.

Hoc aversus ad spectatores loquitur Gnatho, ut & Parmeno id, quod sequitur. 8 Quantum errat & deceptus est, quòd existimet, Thaidem hoc munere capi posse, ut rectè Donatus. 8 Animo. Antiptosis. Virg. *O præstans* animi *juvenis*. 10 Mancipium. 11 Dicere vis. 12 Me & herum ex domo Thaidis hoc munere expulsos sive exclusos esse. 13 Monentis vox. 14 Alterna mutatio, id est, varias vices obtinent res mortalium. Adhortatur autem, ne ante victoriam triumphet. 15 Integros hos menses hybernos, quibus militi, tanquam à militiâ otioso, Athenis versari licebat, id est, per dimidium annum. 16 Efficiam. 17 Ne hùc atque illùc causâ tui heri ad Thaidem ab hero, rursum ad herum à Thaide cursites. 18 Neque noctem insomnen ducas. 19 Beatum facio, id est, nunquid tibi facio rem gratam? 20 Valdè me beas. Ironia per admirationem. 21 Scilicet *beare*. 22 Impedio & remoror meo sermone. 23 Proficisci statueras in alium locum. Liv. l. 5. Decad. 4. *Quintius quò* profectus erat, *Demetriadem contendit*. Al. *profecturus*. 24 Eram profecturus. 25 Adjuva me parùm. Petitio per irrisionem. 26 Thaidem. 27 Concedentis particula cum quadam Ironiâ. 28 Thaidis. 29 Elegantem puellam.

GN. *Num* [1] *quem* [2] *evocari* [3] *hinc vis foras?* PA. [4] *sine, biduum hoc pratereat:*
Qui [5] *mihi nunc* [6] *uno digitulo fores aperis fortunatus,*
[7] *Næ tu istas* [8] *faxo* [9] *calcibus sæpe insultabis frustra.*
GN. [10] *Etiam nunc* [11] *hîc stas, Parmeno?* [12] *eho nunnam tu hîc* [13] *relictus custos,* 55
Ne quis fortè [14] *internuncius clam à* [15] *milite ad* [16] *istam curritet?*
PA. [17] *Facetè dictum:* [18] *mira verò, militi quæ placeant.*
Sed video [19] *herilem filium* [20] *minorem hùc advenire.*
Miror, qui ex [21] *Piræo abierit: nam* [22] *ibi custos publice est nunc.*
[23] *Non temerè est: & properans venit: nescio quid circumspectat.* 60

1 Aliquem.
2 Per me.
3 Ex hac domo.
4 Secum hæc Parmeno, & ad spectatores, Gnathone non exaudiente. Scit enim dominum affuturum; & ita eum meretrici absentiam promisisse.
5 Pleonasmus.
6 Facillimè
7 Certè.
8 Faciam.
9 Pedibus seu talis pedum sæpè frustra istas fores insultando pulsabis.
10 Nondum es intromissus? Hùc rediens dicit Gnatho; nam tacitè ingressus erat ad Thaidem, eique dona tradiderat.
11 Ante ædes.
12 Interjectio attentionem movens.
13 Relictus es à tuo domino Phædria speculator & probitor?
14 Amantium minister sive clancularius nuntius, qui nuntia mutua defert inter amantes. *Internuncius* enim est, qui ambarum partium mandata perfert, sive qui inter duos medius est ad aliquid tractandum, & modò huic, modò illi per vices nuntiat.
15 Thrasone.
16 Thaidem.
17 Ironia: q. d. infacetè & ineptè dictum est.
18 *Quid mirum est*, exponit Donatus; *facetè loqui eum, qui militi placeat?* Aliter Guyetus: *Mira verò*, scilicet sunt ista, quæ dicis, & quæ militi placeant.
19 Filium heri mei, scilicet Chæream, fratrem Phædriæ.
20 Scilicet *natu*, id est, juniorem.
21 Athenarum portu, ubi adolescentes Athenienses soliti sunt excubare, si quando Athenis impendebat periculum ab incursationibus hostium.
22 In Piræo ex publico constitutus est custos, id est, excubat adversus prædonum incursus.
23 Non sine causa, non de nihilo hùc venit.

ACTUS II. SCENA III.

CHÆREA, PARMENO, *

*CH. [1] *Occidi!*
Neque [2] virgo est usquam, [3] neque ego, qui illam è conspectu amisi meo.
[4] Vbi quæram? ubi [5] investigem? quem [6] perconter? quam [7] insistam viam?
Incertus sum: [8] una hæc spes est: [9] ubi ubi est, diu [10] celari non potest.
[11] O faciem pulchram! [12] deleo omnes [13] de hinc ex animo mulieres:
Tædet [14] quotidianarum harum [15] formarum PA. *ecce autem [16] alterum,*
[17] De amore nescio quid loquitur: [18] ô infortunatum senem!
[19] Hic verò est, qui si amare [20] occeperit, [21] ludum jocumque [22] dices

*Chærea, frater Phædriæ, virginem, quam, Gnathone deducente, secutus erat ex Pireo in urbem, ob singularem ipsius pulchritudinem, propter quam ipsius amore captus erat, è conspectu suo amissam, queritur. Deinde consilio Parmenonis sub Eunuchi habitu ad Thaidem deducitur. 1 Perii! Chærea inducitur hîc tanquam properans & circumspiciens, videret-ne puellam, quam amabat. Guyetus τὸ *Occidi* hîc addititium putat. 2 Puella Pamphila, ducta ad Thaidem, nusquam apparet, evanuit, periit. 3 Sum usquam, id est, nullus sum, periit: q. d. eam perdendo me quoque perdidi. 4 In quo angulo. 5 Per vestigia eam sequar? 6 Interrogem? 7 Teneam sequendo. 8 Unica. 9 Ubicunque. 10 Ob nimiam formæ gratiam. 11 Juven. *facies, non uxor, amatur.* 12 Obliviscor facile omnium mulierum. 13 Postquam vidi hanc puellam. 14 Communium & vulgarium harum facierum, quas quotidiè videmus. Est enim huic contrarium. Nova figura oris. 15 Puellarum formosarum. Metonymia adjuncti pro subjecto. 16 Filium, fratrem, vel adolescentem minorem natu, scilicet Chæream. Audit Chæreæ verba Parmeno, & seorsim loquitur. 17 Ut jam dudùm frater ejus Phædria loquebatur. 18 Donatus annotat: *Hoc dictum præstruxit ad exitum fabulæ ac Catastrophen: nam perturbatus ad Thaidem ingredietur hic senex per fallaciam Pythiæ & indicium Parmenonis: atque ita firmabuntur nuptiæ virginis, quam ducet Chærea.* Sed nimis Grammaticalis fuerit illa cogitatio, si quis opinetur, Parmenonem præsagiisse hîc Catastrophen fabulæ. Hoc vult Parmeno: ô infelicem herum meum Lachetem, cujus alter filius Phædria pridem amore meretricis deperit, alter Chærea nunc, quantum ex his sermonibus colligo, longè magis ex amore insanire incipiet. 19 Talis est Chærea. Quæ hîc Donato annotantur, undecunque potiùs, quàm ab ipso, profecta putare malim. 20 Inceperit. 21 Liv. l. 8. Decad. 3. *Ludus & jocus fuisse* Hispaniæ tuæ videbuntur. 22 Dicere aliquis.

Fuisse

Fuisse illum [1] *alternum,* [2] *præut hujus* [3] *rabies; quæ dabit.*

CH. [4] *Vt illum Dî Deæque* [5] *senium perdant, qui me hodiè* [6] *remoratus est,*

Meque adiò, [8] *qui restiterim: tum autem qui illum* [9] *flocci fecerim.*

Sed eccum Parmenonem: salve. PA. [10] *quid tu es tristis? quid-ve alacris?*

Vndè [11] *is?* CH. *ego-ne? nescio hercle, neque undè* [12] *eam, neque quorsum eam:*

Ita prorsum [13] *oblitus sum mei.*

PA. [14] *Qui quæso?* CH. [15] *amo.* PA. [16] *ehem!* CH. *nunc, Parmeno, te ostendes,* [17] *qui vir sies.*

Scis te mihi sæpè pollicitum esse: [18] *Chæreæ, aliquid* [19] *inveni*

Modò quod ames: [20] *in eâ re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam:*

Cùm in [21] *cellulam ad te patriæ* [22] *pennum omnem congerebam clanculùm.*

1 Phædriam, qui etiam est amator.

2 Præut illa erunt, quæ insania amoris hujus Chæreæ movebit, efficiet, id est, in comparatione eorum, quæ hujus ineptissimi hominis furor concitabit.

3 *Rabies* propriè canum est, quando scilicet in rabiem vertuntur. Indè *rabidus canis.* 4 Vtinam. 5 Senem. Synthesis est, nam constructio refertur ad intellectum. 6 Longa sua oratione detinuit, quò minùs sequerer virginem. 7 Scilicet *Dii Deaque perdant.* 8 Quòd vel quia cessaverim sequi virginem compellatus à sene. 9 Contempserim, nihili æstimaverim, *vel*, quod non statim ab eo discesserim. Nam *floccifacere* is dicitur, qui aliqua ex parte contemnit, & vilipendit. *Floccus* enim particula est lanæ, quæ inutilis à vellere divellitur, & evolat: qui ergo res nullius pretii aut momenti, & quas ne vitiosâ quidem nuce emeris, flocci facit, is planè parvi aut nihili pendit. 10 Donatus annotat, proverbium esse in hominem perturbatum & incerti vultus. Sententia ab argumento loci non aliena. Guyetus planè resecat. 11 Venis? 12 Veniam. 13 Ita plane sum captus mente. 14 Quomodo? 15 Amore sum correptus. 16 Interjectio commiserantis. 17 Qualis vir sis, id est, quantam potestatem & virtutem habeas. 18 Mimesis: nam non satis est ipsi dicere quod sit pollicitus, nisi eram dicat quomodo, & quibus verbis. 19 Excogita, Relige tantummodò: est enim *inveni* Imperativi modi. 20 Faciam ut scias quantoperè possim tibi esse utilis in eâ re, quam amabis. 21 Servi in cellis habitabant. Alioqui *cella* est locus domus reponendis claudendisque rebus apta. 22 Quicquid esculentum & poculentum pater habebat domi repositum.

PA. [1] *Age*

PA. [1] *Age inepte.* CH. [2] *hoc herclè factum est: fac* [3] *sis nunc* [4] *promissa appareant,*
Sive adeò digna res est, [5] *ubi tu nervos intendas tuos.*
[6] *Haud similis virgo est virginum* [7] *nostrarum: quas matres* [9] *student*
Demissis humeris esse, [10] *vincto pectore, ut graciles sient.*
Si [11] *qua est* [12] *habitior paulò,* [13] *pugilem esse ajunt:* [14] *deducunt cibum:*
Tametsi [15] *bona est natura,* [16] *reddunt curaturâ junceas:*
[17] *Itaque ergo amantur.* PA. [18] *quid tua istæc?* CH. [19] *nova figura oris.* PA. [20] *papæ!*
CH. *Color* [21] *verus, corpus* [22] *solidum, &* [23] *succi plenum.* PA. [24] *anni?* CH. *sedecim.*
PA. [25] *Flos ipse.* CH. [26] *hanc tu mihi vel* [27] *vi, vel* [28] *clam, vel* [29] *precariò*

1 Qui dubitas de promissis, vel jactas te multa largitum.
2 Tu promisisti, & omnem patris penum ad te attuli.
3 Si vis. Formula modestè imperantis.
4 Ut in eâ re utilitatem cognoscam tuam.
5 In quâ re conficienda vires tuas, omne studium & industriam tuam ponas. Metaphora. *Nervi* enim propriè sunt in corpore, in quibus vis & robur membrorum consistit. Sunt autem sub venis. *Nervus* etiam significat funem seu restim quo constringuntur fures.
6 Q. d. Nostrates virgines curâ & industriâ matrum fucatam & ascititiam habent pulchritudinem: hęc nativam & nulla arte comparatam.
7 Nostra patriæ, vel in hac civitate. 8 Virgines. 9 Laborant ut habeant demissos & non existantes humeros, ut longius collum, & rectior corporis status appareat. 10 Tenui, non permisso distendi: antiquitùs enim moris erat, zonâ seu fasciâ quadam mammillas cohibere, ut graciles essent. 11 Aliqua puellarum. 12 Corpulentior, pinguior quam deceat puellam. 13 Pugili similem, & certaminibus aptam.
14 Matres detrahunt, diminuunt illis cibum, minus cibi dant. 15 Pinguis est natura puellarum. 16 Faciunt matres eas tali studio ac diligentiâ cibos dandi ac instituendi graciles ac tenues instar junci, ut nulla per corpus pinguedo appareat. 17 Tali industria & curatura, non naturæ beneficio. 18 Qualis est ista puella tua? 19 Habet novam, non antea visam faciei ac corporis figuram, sive staturam, id est, reliquas puellas omnes vincit formâ. 20 Interjectio admirantis venustatem virginis. 21 Naturalis, non ex cura, non ex fuco. 22 Firmum, constans, quod propter vigorem, optimamque naturæ & virium constitutionem amatori placere posset. 23 Humoris naturalis, non corrupti, quo animalis corpus alitur ac sustentatur: nam humor in corpore animalis, qui corruptus est, dicitur *pus*. Dicit ergo *succi plenum*: quia nemo illi cibum deduxit. 24 Quot sunt anni illi? 25 Est optimæ ætatis, ἀκμὴ est in eâ, cum sit sedecim annos nata. 26 Formosissimam puellam. 27 Violentiâ: quia virgo est. 28 Aliis nescientibus: quia custoditur. 29 Precibus: quia Chæreæ pretium deest.

Fac tradas: [1] *mea nihil refert, dum potiar modò.*
PA. *Quid, virgo* [2] *cuja est?* CH. [3] *nescio herclè.*
PA. [4] *undè est?* CH. [5] *tantundem.* PA. [6] *ubi habitat?*
CH [7] *Ne id quidem.* PA. *ubi vidisti?* CH. *in* [8] *viâ.*
PA. [9] *quâ ratione amisisti?*
CH. [10] *Id equidem adveniens mecum stomachabar modò:*
Neque quemquam hominem esse ego arbitror, cui [11] *magis bonæ*
Felicitates omnes [12] *adversæ sient.*
Quid hoc est [13] *sceleris?* [14] *perii.* PA. *quid factum est?*
CH. *rogas?*
Patris cognatum atque [15] *æqualem Archidemidem*
Nostin'? PA. [16] *quidni?* CH. [17] *is, dum sequor*
[18] *hanc, fit mihi obviam.*
PA. [19] *Incommodè herclè.* CH. [20] *imò enimverò infeliciter:*
Nam incommodæ [21] *alia sunt dicenda, Parmeno.*
[22] *Illum, liquet mihi dejerare, his mensibus*

1 Non curo, quâ ratione mihi tradatur, dummodò ex voto meo eâ utar.
2 Ex quibus orta est parentibus?
3 Cuja sit.
4 Ex qua patria est?
5 Quantum scio, cuja sit, id est, etiam nescio.
6 In qua platea.
7 Nec etiam scio id, scilicet ubi habitet: & est venusta variatio responsionis, *nescio, tantundem, ne id quidem.* 8 Plateâ. 9 Quomodo amisisti eam è conspectu tuo? 10 Propter id inter eundem indignabar, irascebar: quia sic meâ culpâ amiseram. Undè & *stomachus* sæpiùs pro irâ sumitur. Indè eleganter dicimus, *stomachum movere, stomachum facere*, id est, irritare, & ad iracundiam provocare. 11 Quàm mihi. 12 Minùs secundæ, minùs faventes, eò quod virginem tantæ pulchritudinis amiserim. Nam vidisse eam, felicitatis judicat: sed amisisse, adversæ felicitatis. 13 Infortunii, infelicitatis. Martial. *Accidit infandum nostra scelus, Aule, puella. Amisit luxus, deliciasque suas*, &c. Donatus Chæreæ hæc verba meritò tribuit 14 Exclamatio dolentis & desperantis. 15 Æquævum, ejusdem ætatis, ætate parem. *Æquales* enim dicuntur qui, pares sunt ætate, & æquè multos numerant annos. 16 Scilicet *novissem.* 17 Cognatus patris. 18 Puellam. 19 Intempestivè hoc accidit. 20 Auxesis per correctionem. 21 Quæ sunt leviora. 22 Ordo est: *Liquet mihi dejerare*, id est, liquidò jurare possim, *me non vidisse illum*, scilicet Archidemidem, *proximis his sex vel septem mensibus proximis*, id est, superioribus aut præteritis.

Sex,

Sex, septem prorsum non vidisse proximis,
Nisi nunc, cum minimè [1] *vellem minimèque opus fuit.*
[2] *Ebo,* [3] *non-ne hoc monstri simile est? quid ais?* PA.
[4] *maximè.*
CH. [5] *Continùo accurrit ad me,* [6] *quàm longè quidem,*
Incurvus, tremulus, labiis [7] *demissis,* [8] *gemens:*
[9] *Heus, heus, tibi dico, Chærea, inquit:* [10] *restiti.*
[11] *Scin',* 45
quid egote volebam? [12] *dic: eras est mihi*
[13] *Judicium:* [14] *quid tum?* [15] *ut diligenter nuncies*
Patri, [16] *advocatus manè mihi esse ut meminerit.*
Dum hæc dicit, abiit hora: rogo [17] *numquid velit.*
[18] *Rectè,* [19] *inquit: abeo: cùm* [20] *hùc respicio ad virginem,* 50
Illa sese interea [21] *commodùm hùc* [22] *adverterat*
[23] *In hanc nostram plateam.* PA. [24] *mirum, ni* [25] *hanc dicit,* [26] *modò*
[27] *Huic quæ data est dono.* CH. *hùc cùm advenio,*
[28] *nulla erat.*
PA. [29] *Comites secuti scilicet sunt virginem?*

1 Videre.
2 Interjectio indignationem & animi passionem ostendens.
3 Nonne hoc est veluti portentum, i. a perdidisse eam adventu senis illius?
4 Admodùm monstri simile est.
5 Illicò, statim. Nota hîc figuras πραγματικὰς pro μίμησιν, & διατύπωσιν rem

accuratè exhibentes. Senis adventus, accessus, habitus, gestus, oratio, mandata, cum tædio & odio omnia referuntur. Vide Donatum. 6 Eminus, de longè, μακρόθεν. 7 Pendentibus. 8 Propter continuam tussim. 9 Vocantis adverbium est. Adverte tædium senis, Chæream festinantem remorantis. 10 Fixi gradum. 11 Verba senis sunt. 12 Scilicet *inquit illi*. Respondet enim Chærea. 13 Causa forensis dicenda, id est, eras mea causa agitur, in jus vocatus sum. Verba senis 14 Quid inde vis dicere, si eras sit tibi judicium? Respondet Chærea. 15 Scilicet *volo*. 16 Patronus, qui causam meam agat. 17 Formula abire cupientis. 18 Nihil aliud volo, tantum est. 19 Respondet senex. 20 In hanc partem, in qua Thais habitabat. 21 In ipso temporis articulo. 22 Divertere, deflexerat. 23 Ubi pater habitat. Nam vicina erat illis Thais, ad quam deducebatur. 24 Hæc secum loquitur. 25 Puellam, missam à milite. 26 Paulò antè. 27 Thaidi. 28 Non erat hîc puella: nam ingressa fuerat. 29 Hoc sic rogat, non quasi nesciat, sed ut confirmet, quod scit.

CH. 1 *Vi-*

1 Fuerunt comites, & secuti sunt virginem.

CH. [1] *Verùm*, [2] *parasitus cum ancillâ.* PA. 3 *ipsa est:* 4 *ilicet,* 55

5 *Desine: jam* 6 *conclamatum est.* CH. 7 *alias res agis.*

2 Gnatho & ancilla secuti sunt eam.

PA. *Istuc ago quidem.* CH. *nostin'* 8 *quæ sit? dic mihi: aut*

9 *Vidistin'?* PA. *vidi, novi: scio,* 10 *quo abducta sit.*

3 Ad spectatores hæc dicit.

CH. *Eho Parmeno mi: nostin'?* PA. *novi.* CH. *& scis, ubi siet?*

4 Ire licet. Quoties enim causa ab oratoribus finiebatur, & à judice sententia ferri debuerat, semper conclamabatur,

PA. 11 *Hùc deducta est ad* 12 *Thaidem:* 13 *ei dono data est.* 60

CH. *Quis is est tam* 14 *potens cum tanto munere hoc?* PA. 15 *miles Thraso,*

Phædriæ 16 *rivalis.* CH. 17 *duras fratris partes prædicas.*

PA. *Imò enim, si scias quod donum* 18 *huic dono* 19 *contrà comparet,*

ilicet, id est, ire licet. Finitę ergo rei & cognitionis plenæ vox est. 5 De illâ porrò interrogare. 6 Transactum & finitum est: ut conclamata corpora nihil reliqui jam habent ad vitæ officia: vel, *conclamatum est*, id est, satis dictum est, jam de eâ tacere potes, ut in funere post conclamationem fletur: scio enim, quæ sit illa puella, & ubi sit, nec pluribus opus est. Alii ita explicant: *conclamatum est*, id est, satis deploratum est, satisque vociferatum est: quia dixerat, *ô infortunatum senem*: tanquam dicat jam occisum patrem propter filii utriusque amorem. *Conclamare*, propriè est simul clamare. *Conclamare vasa* militaris est locutio, pro denuntiare inter milites, ut vasa colligant: quod fieret, cùm exercitus moturus erat castra. Hinc *conclamatum est*, id est, transactum & finitum est. Solebant enim cadavera recens defunctorum aqua frigida abluì primùm, quòd vitalis spiritus inclusus non rarò fallere soleat, deinde per intervalla ter *conclamare*. Quòd si ne tùm quidem spiritus se proderet, quasi rebus desperatis, rogo imponebantur. Hinc in proverbium abiit, *conclamatum est*, cùm significamus nihil spei superesse. Hinc *conclamatio*, id est, multorum clamor. Metaph. ergo est à funeribus. 7 Non attendis ad ea, quæ dico, occupatus in aliis rebus cogitandis. 8 Illa virgo. 9 Virginem. 10 Scilicet in ędes Thaidis. 11 Deducta. Διεκτικῶς. 12 In ędes Thaidis. 13 Thaidi. 14 Dives cum tam lepidâ puellâ. 15 Amator Thaidis est tam potens. 16 Qui amat eandem. 17 Aspernum onus seu provinciam fratris mei dicis, quia rivalem habet divitem, cum Phędria sit pauper. Metaph. petita ab actoribus scenicis, qui partes in recitandis fabulis, ad quas erant idonei, habebant. 18 Virgini à Thrasone missę. 19 Vicissim emat, apparet.

Tum magis [1] *id dicas.* CH. [2] *quod-nam quæso herclè?* PA. [3] *Eunuchum.* CH. *illum-ne obsecro*
[4] *Inhonestum hominem, quem mercatus est heri, senem,* [5] *mulierem?*
PA. [6] *Istum ipsum.* CH. [7] *homo* [8] *quatietur certè cum dono foras.*
[9] *Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam.* PA. [10] *haud diu est.*
CH. [11] *Perii! nunquam ne etiam me* [12] *illam vidisse?* [13] *ehodum dic mihi,*
[14] *Est ne, ut fertur, forma?* PA. [15] *sanè.* CH. [16] *at nihil ad nostram hanc.* PA. [17] *alia res est.*
CH *Obsecro te herclè, Parmeno, fac ut* [18] *potiar.* PA. *faciam* [19] *sedulò, ac*
[20] *Dabo operam, adjuvabo:* [21] *nunquid me aliud vis?* CH. *quò nunc is?* PA. *domum,*
Ut [22] *mancipia hæc, ita ut jussit* [23] *frater, deducam ad* [24] *Thaidem.*
CH. *O fortunatum istum Eunuchum,* [25] *qui quidem in hanc* [26] *detur* [27] *domum!*
PA. [28] *Quid ita?* CH. *rogitas?* [29] *summâ formâ semper* [30] *conservam domi*
[31] *Videbit, colloquetur, aderit unà* [32] *in unis ædibus,*
Cibum nonnunquam capiet cum eâ, interdum [33] *propter dormiet.*

1 Scilicet duras esse Phædriæ partes.
2 Donum.
3 Comparavit contrà.
4 Fœdum.
5 Effœminatum, glabrum, quia mollitiem habet membrorum ut mulier.
6 Comparavit huic dono.
7 Frater meus Phædria
8 Trudetur, fugabitur, ejicietur cum impetu quodam foras cum dono.
9 Virginis conspectę desiderium facit Chæream curiosum etiam circa domum Thaidis. 10 Haud diu fuit vicina. 11 Dolentis. 12 Thaidem. 13 Interjectio movens attentionem. 14 Haber-ne pulchritudinem tam insignem, & præstantem, ut est rumor? 15 Certe est, ut fertur, forma 16 Sed cum forma meæ puellæ, à me visæ, non potest conferri ejus forma. 17 De hac & de illa, id est, magna est inter illas differentia, concedo tuam excellere. 18 Illâ puellâ. 19 Diligenter. 20 Ut possis potiri. 21 Discedendi formula. 22 Hoc servos, scilicet Eunuchum & Æthiopissam. 23 Frater tuus Phædria. 24 Thaidis ędes. 25 Eunuchus. 26 Mittatur. 27 Thaidis, ubi est puella 28 Quare judicas fortunatum? 29 Excellenti, eximia pulchritudine. Nam, quę summa sunt, præ cæteris excellunt. 30 Puellam, quæ erit conserva illi, cùm ipse sit servus. 31 Alludit ad quinque amoris *lineas* seu *gradus*. Hi sunt visus, colloquium, osculum, tactus & concubitus. 32 In una eademque domo. *Unus, a, um* in plurali nominibus tantùm, singulari numero carentibus, quæ tamen pro singularibus intelliguntur, jungi solet: ut, *una mœnia, una ædes.* 33 Juxta, prope eam. Adverbialiter, ut in Adelph. Propter *hunc assiste.* Sal. in Cat. Propter *aquilam assistit.*

PA. [1] *Quid, si nunc* [2] *tute fortunatus fias?* CH. [3] *quâ re, Parmeno?*

Responde. PA. *capias tu illius vestem.* CH. [4] *vestem?* [5] *quid tum postea?*

PA. [6] *Pro illo te* [7] *deducam.* CH. [8] *audio.* PA. *te esse* [9] *illum* [10] *dicam.* CH. *intelligo.*

PA. *Tu illis* [11] *fruare* [12] *commodis, quibus tu* [13] *illum dicebas modò:*

Cibum unà capias, adsis, tangas, ludas, propter dormias:

[14] *Quandoquidem* [15] *illarum neque te* [16] *quisquam novit, neque scit, qui sies.*

Præterea [17] *forma,* [18] *ætas ipsa est, facilè ut te pro Eunucho* [19] *probes.*

CH. *Dixisti pulchrè: nunquam vidi melius consilium dari.*

[20] *Age eamus intrò: nunc jam* [21] *orna me,* [22] *abduc, duc, quantum potes.*

PA. *Quid agis?* [23] *jocabar equidem.* CH. [24] *garris.* PA. [25] *perii, quid ego egi miser!*

Quò [26] *trudis?* [27] *perculeris jam tu me: tibi equidem dico, mane.*

CH. *Eamus.* PA. *pergin'?* CH. [28] *certum est.* PA. *vide, ne nimiùm* [29] *calidum hoc sit modò.*

1 Ironia. Dicit enim hæc verba non seriò, sed joco.

2 Ut ille Eunuchus.

3 Quo pacto possum ipse fieri fortunatus?

4 Scilicet *caperim?*

5 Scilicet futurum est, indutâ illius veste.

6 Loco illius Eunuchi.

7 Ad Thaidem.

8 Assentientis, seu permittentis.

9 Eunuchum.

10 Thaidi.

11 In domo Thaidis.

12 Utilitatibus, voluptatibus. 13 Eunuchum fruiturum. 14 Confutatio objectionis à facili. 15 Ex illis mulierculis apud Thaidem. 16 *Quisquam* masculini generis est, sed Poëta conjunxit cum fœminina voce, id est, quæque illarum. Est autem Græcismus. Nam Græcis τίς, τινὸς, generis communis est. Infra 4, 4, 10. *Hunc oculus juis nostrarum nunquam* quisquam *vidit, Phædria.* 17 Pulchritudo tua. 18 Juvenilis talis est. 19 Probabiliter possis ostendere ac persuadere Thaidi, te esse Eunuchum, cùm sis adhùc imberbis, nec gravem habeas vocem. 20 Hortantis est. 21 Indue me veste Eunuchi. 22 Deduc pro Eunucho. 23 Joco, non seriò, dicebam suprà dicta. 24 Nugat agis. Q. d. non volo joco dictum tantùm, sed seriò accipere. 25 Quia dedi adolescenti ejusmodi consilium. 26 Impellis me? 27 Propè ad terram me dejecisses, evertisses, si perrexisses me sic trudere. Donatus judicat sumtum esse ab iis, qui onustos currus, ut exonerentur, percellebant, id est, evertebant. Plaut. Epidic. 4, 2. *Plaustrum perculi.* 28 Firmiter decrevi ire. 29 Audax, præceps, θερμὸν, & à consequenti periculosum facinus, ut Donatus exposuit. Qui *callidum* hîc legunt, parùm callidi videntur.

CH. [1] *Non*

CH. [1] *Non est profectò:* [2] *fine.* PA. [3] *at enim isthæc. in me cudetur faba.* [4] *ah!*

Flagitium facimus. CH. *an id flagitium est, si in* [5] *domum meretriciam*

Deducar, & illis [6] *crucibus, quæ nos, nostramque adolescentiam*

Habent [7] *despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis,*

Nunc [8] *referam gratiam, atque* [9] *eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?*

An potiùs [10] *hæc* [11] *pati? æquum est fieri, ut à me* [12] *ludatur dolis?*

Quod qui [13] *rescierint,* [14] *culpent?* [15] *illud meritò factum omnes putent.*

PA. [16] *Quid istuc?* [17] *si certum est facere, facias: verùm ne post* [18] *conferas*

Culpam in me. CH. *non faciam.* PA. [19] *jubes-ne?* CH. *jubeo, cogo, atque impero.*

[20] *Nunquam defugiam autoritatem.* PA. *sequere.* CH. *Dii vertant benè.*

1 Nihilum calidum, id est, periculosum.

2 Permitte me ire, ne impedias: properantem enim Chæream Parmeno retinere volebat, quod in se faba illa cuderetur, ut ipse ait.

3 At enim omne hoc malum in me recidet, mihi imputabitur hæc culpa, ego luam pœnas, sicut terræ, in quâ cudi-

entur, id est, quatitur fustibus faba, cùm siliquis exuitur, laborat: cùm enim fabæ fustibus tunduntur in aréâ, ipsa etiam area tunditur. 4 Interjectio dolentis. 5 Thaidis. 6 Meretricibus, quæ animos amatorum excruciant. Metaphora. 7 Contemtam. 8 Est verbum μετωνυμον seu medium. 9 Cruces, seu meretrices. 10 Istas meretricum injurias. 11 Scilicet convenit. Q. d. imo potiùs flagitium est, nos hæc ab illis pati. 12 Thais fallatur. 13 Cognoverint à me hoc esse factum. 14 Q. d. nulli reprehendent. 15 Delusam esse dolis meretricem Thaidem. 16 Formula est ægrè consentientis. Vide suprà. 17 Si constituisti. 18 Rejicias, transferas. 19 Me ornare te & deducere pro Eunucho in ædes Thaidis? 20 Nunquam deseram nomen autoris, neque culpam in te conferam, nunquam negabo me autorem fuisse, & pro meo in te imperio coëgisse ut faceres. *Defugere* enim *autoritatem* est, cùm rei alicujus faciendæ autor fueris, ejusque eventum in te receperis; id negare posteà & fateri nolle, eam te autore factam. Cic. pro Syllâ: *Attende jam, Torquate, quàm ego non* defugiam autoritatem *Consulatûs mei*, id est, quàm ego non inficiar, quæ à me Consule gesta sunt, ea omnia me autore gesta esse. Sic & Plaut. *Suffendo, vinci, verbera: amor sum, fino.* M. Si autoritatem posteà defugeris; *Ubi dissolutus eris, ego prendeam*, id est, si tu posteà negare *volueris*, te harum mihi rerum autorem fuisse.

ACTUS III. SCENA I.

THRASO, GNATHO, PARMENO.

1 Gnatho parasitico more militi, sibi stultè blandienti assentatur: assentanti credit Thraso, seque & facta sua immodicè jactat. Consulit item Gnatho, ne miles purget se Thaidi de amore

TH. [1] *Magnas verò* [2] *agere gratias Thais mihi?*
GN [3] *Ingentes.* TH. [4] *ain' tu,* [5] *læta est?* GN. [6] *non tam ipso quidem*
[7] *Dono, quàm* [8] *abs te datum esse:* [9] *id verò* [10] *seriò*
[11] *Triumphat.* PA. [12] *hùc* [13] *proviso, ut, ubi* [14] *tempus siet,*
[15] *Deducam: sed eccum militem.* TH. *est istuc* [16] *datum*
Profectò mihi, ut sint [17] *grata, quæ facio, omnia.*
GN. [18] *Adverti herclè animum.* TH. [19] *vel Rex semper* [20] *maximas*
Mihi agebat, [21] *quidquid feceram,* [22] *aliis non* [23] *item.*
GN. [24] *Labore* [25] *alieno magno* [26] *partam gloriam*

Pamphilę, imò potiùs augeat suspicionem, & sic par pari referat. 2 Agebat. 3 Maximas agebat gratias. Explicat Cic. in Lælio: *Satis erat respondere, magnas: ingentes, inquit: semper auges assentator id, quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum.* Assentatio sc parasitica, & stultitia gloriosi militis ἐντιςρέφονται. 4 Ais-ne, id est, affirmas hoc etiam? 5 Propter donum meum? 6 οὐχ ὅτω χαίρει τῷ δώρῳ, ἢ τῷ ὑπὸ σοῦ δεδόσθαι. 7 Læta erat. 8 Cujus amore lętatur. Nam multùm refert, à quo sit munus missum. 9 Propter id, sc. quòd abs te datum est. 10 Bono animo, non fictè. 11 More triumphantis ducis vehementer gaudet & exultat. Dicit autem *triumphat*, propter militem, quod ex victoriâ, militiæ parta, triumphatur. 12 Parmeno hæc separatim loquitur, & secum. 13 Prodeo, ut videam. 14 Occasio. 15 Mancipia, seu hunc Eunuchum cum Æthiopissâ ad Thaïdem. 16 A superis est concessum. Hîc incipit Thraso suum encomium de sua persona, factis & rebus gestis, 17 Ut me apud alios gratum faciant, vel gratiam mihi concilient. Sic Heaut. 2, 2. *Cum* gratum esse *mihi potuit, nolui*, id est, cùm ea res potuit mihi gratiam patris conciliare. 18 Animadverti & observavi id tibi datum esse. 19 Etiam Imperator & dux meus, ut nihil dicam de Thaide, & aliis. 20 Sc. *gratias.* 21 Etiamsi erat admodum exile officium. 22 Militibus suis. 23 Agebat tantas gratias. 24 Ordo est: *Is*, qui habet salem, qui est in te, sępè transmovet in se verbis gloriam partam magno labore alieno. Jocum ex ambiguo serit parasitus: dum enim videri vult dicere, nihil mirum esse, quod Rex ipsi maximas egerit gratias, aliis non item; eò quod viri sapientes, qualis Thraso esset, non tantum suorum factorum gloriam referrent, sed aliena etiam merita peritia fandi & dexteritate orationis aulicâ suum ad decus traherent: reverà hoc ait, gloriosos homines & ineptos alieni laboris gloriam magnificis verbis impudenter sibi vendicare. Satis poterat persentiscere sannam Gnathonis, ni fuisset lapis. 25 Aliorum. 26 Quæ acquisita est.

1 *Verbis*

1 *Verbis sæpè in se* 2 *transmovet, qui habet* 3 *salem,*
Qui in te est. TH. 4 *habes.* GN. *Rex* 5 *te ergo in oculis.* TH. 6 *scilicet.*
GN. *Gestare.* TH. 7 *verò :* 8 *credere omnem exercitum,*
9 *Consilia.* GN. 10 *mirum.* TH. 11 *tum sicubi eum satietas*
Hominum, aut 12 *negotî si quando odium ceperat,*
13 *Requiescere ubi volebat,* 14 *quasi : nostin'?* GN. *scio.*
15 *Quasi ubi illam* 16 *exspueret miseriam ex animo.* TH. 17 *tenes.*
18 *Tum me convivam solum* 19 *abducebat sibi.* GN. 20 *hui!*
Regem 21 *elegantem narras.* TH. *imò sic homo*
Est 22 *perpaucorum hominum.* GN. 23 *imò nullorum arbitror,*
Si tecum vivit. TH. 24 *invidere omnes mihi :*
25 *Mordere clanculùm:* 26 *ego flocci pendere :*
27 *Illi invidere* 28 *miserè : verùm* 29 *unus tamen*

1 Eloquentia sua.
2 Traducit, transfert, sibi adscribit.
3 Sapientiam, lepôrem, dicendi gratiam. Quemadmodum sat est condimentum cibi : ita faceriæ sunt condimenta in oratione. Hinc sales, id est, saltè dicta.
4 Intelligis, capis.
5 Regitur iste accusativus à sequenti verbo *gestare*, id est, Rex te ergò valdè diligebat. 6 Certè. 7 Imò verò. 8 Credebat, id est, committebat mihi. 9 Secreta credebat, id est, ego eram ei à consiliis. 10 Quòd hoc tibi fecerit Rex. 11 Præterea si quando tædio hominum erat affectus. 12 Rerum. 13 Vacuus esse à negotiis. 14 Facilè intelligere potes, quid dicere velim. Venustè exprimitur stulti militis infantia, qui intelligi vult ab aliis, quod ipse exprimere non valet. 15 Succurrit hic parasitus Gnatho infantiæ Thrasonis, &, quod deerat, supplet. 16 Cum fastidio ejiceret ac expelleret illam animi molestiam. Metaphora. *Exspuere* enim, est cum fastidio aliquid ejicere & expellere. 17 Intelligis. 18 Cum satietas eum hominum, aut negotii odium ceperat, ac requiescere volebat. 19 Utitur vocabulo quasi pompam significans. 20 Admiratio, quâ Gnatho occultè ridet arrogantiam Thrasonis. 21 Habentem delectum personarum. 22 Qui paucorum familiaritate utitur, suisque quibusdam est moribus, neque facilis ad cujusvis hominis convictum. Horatio Mæcenas est *paucorum hominum*, Sat. 1, 9 23 Imò si tecum vivit, sive te assiduum habet, nullis præterea hominibus utetur familiariter : fieri enim non potest, quin præ homine tam elegante & sapiente reliquos omnes contemnat. Latenter significat, eum non esse hominem. 24 Omnes commilitones invidebant mihi, quòd essem intimus consiliarius regis. 25 Non apertè, sed secretò (quia sibi à me metuebant) obtrectabant, & jaciebant dicteria, quibus obliquè me petebant. Metaphora. 26 Ego contemnebam ac nihili æstimabam eos, quod inviderent mihi ac morderent clanculùm. 27 Donatus hoc ad ἦθος militis refert: Guyeto intolerabilis visa est repetitio : itaq; resecat aliqua. 28 Vehementer cũ molestia sua: *Nam se, non alios, invidus igne coquit.* 29 Ex invidis.

1 Maximè, præcipuè invidebat mihi.

[1] *Impensè, elephantis quem* [2] *Indicis præfecerat.*
Is ubi [3] *molestus magis est, quæso, inquam, Strato,*
[4] *Eò.ne es ferox, quia habes imperium in* [5] *belluas?*
GN. [6] *Pulchrè me herclè dictum & sapienter:*
[7] *papæ!* 26

2 Ex India profectis.

3 Verbis.

4 Ideòne, an ob hanc causam es torvus?

[8] *Iugularas hominem: quid* [9] *ille?* TH. *mutus illicò.*
GN. *Quid ni* [10] *esset?* PA. *Dì vostram fidem,* [11] *hominem* [12] *perditum,*
Miserumque, & [13] *illum sacrilegum!* TH. *quid illud Gnatho,*

5 Elephantos. Elephantorum præstantissimi sunt Indici.

Quo pacto [14] *Rhodium* [15] *tetigerim in convivio,* 30
Nunquid tibi dixi? GN. *nunquam: sed narra obsecro.*
[16] *Plus millies jam* [17] *audivi.* TH. *unà in convivio*
Erat hic, quem dico, [18] *Rhodius adolescentulus.*

6 Festivè & lepidè.

Fortè [19] *habui scortum:* [20] *cœpit ad* [21] *id alludere,*

7 Interjectio admirantis tale dictum.

Et [22] *me irridere: quid agis, inquam, homo impudens?* 35

8 Attonitum ac mutum reddideras eum tali dicto, non secùs ac si jugulasses, id est, occidisses eum: nam omnem respondendi ac contradicendi materiam ipsi præcidebas. Metaph.

[23] LEPUS TUTE ES, ET PULPAMENTUM QUÆRIS.
GN. [24] *ha, ha, hæ.*
TH. *Quid est?* GN. [25] *facetè,* [26] *lepidè,* [27] *lautè,*
[28] *nihil suprà.*

9 Scilicet *respondis?* 10 Scilicet *mutus.* 11 O militem Thrasonem. 12 Qui cæco sui amore nec vera a falsis discernit, & hæc præ illis amat. 13 Gnathonem nefarium, impensè improbum, qui adulando ex stultis insanos facit homines. Hæc ad Spectatores dicit. 14 Adolescentem quendam è Rhodo. 15 Pupugerim, delusserim, dicteris lacessiverim: sic κνίζειν etiam à Græcis usurpatur. Metaphora. 16 Sæpiùs. Synecdoche numeri finiti pro infinito. Non ad militem, sed de milite ad spectatores aversus dicit Gnatho. 17 *Ex* aliis, vel ex ipso Thrasone. 18 De quo. 19 In convivio. 20 Adolescentulus. 21 Scortum, id est, jocari cum eo scorto. 22 Quem Rex solebat habere pro summo suo consiliario. 23 Donatus: *Quid in te habes, hoc quærit in altero*, id est, tu ipse satis effœminatus es & mollis, & queris mulierem. Qui hunc locum obscurum queruntur, de pudore & modestia Terentiana queri videntur. 24 Interjectio ridentis. 25 Festivè dictum est. *Facetus* enim dicitur, qui facit verbis quod vult. 26 Venustè. 27 Ornatè, splendidè. 28 Nihil melius & jucundius dici poterat. 29 A te inventum. 30 Proverbium. 31 Esse dictum.

TH. *Au-*

TH. *Audieras?* GN. *sapè;* [1] *& fertur in primis.* [1] Et dicitur inter prima & præcipua dicta, quæ facetiam habent.
TH. [2] *meum est.*
GN. [3] *Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libere.*
PA. *At* [4] *te Dii perdant.* GN. *quid* [5] *illi quæso?*
TH. [6] *perditus.* 41
[7] *Risu omnes, qui aderant, emoriri: denique*
[8] *Metuebant omnes jam me.* GN. *non injuriâ.*
TH. [9] *Sed heus tu,* [10] *purgo-n' ego me de istac Thaidi,*
[11] *Quòd eam me amare suspicata est?* GN. [12] *nihil* [2] Hoc dictum. [3] Dolet mihi: seu doleo illud, sc.
minùs, 45 [4] *Lepus tute es, & pulamentum quæris,* dictum esse Rhodio illi adolescenti ignaro, ac soluto & effœminato. Q. d. Mimum hoc dictum
Imò [13] *magis auge suspicionem.* TH. *cur?* GN *rogas?*
Scin'? si quando [14] *illa mentionem Phædriæ*
Facit, aut si laudat, te ut [15] *malè ut at.* TH. [16] *sentio.*
GN. [17] *Id ut ne fiat,* [18] *hæc res sola est remedio.*
[19] *Ubi* [20] *nominabit Phædriam,* [21] *tu Pamphilam*
[22] *Continuò: si quando* [23] *illa dicet, Phædriam* 51
[24] *Commessatum intromittamus:* [25] *tu, Pamphilam*
Cantatum [26] *provocemus: si laudabit* [27] *hæc*
[28] *Illius formam: tu* [29] *hujus* [30] *contrà: denique*
[31] *Tu PAR PARI REFERTO,* [32] *quod* [33] *eam remordeat.* fuisse aliis prudentibus. Donatus Gnathoni tribuit, & curiosius explicat. Alii Thraso nis narrationi contribuunt. Guyetus plane expungit. 4 Gnathonem assentatorem. Hoc Parmeno secum dicit. 5 Adolescens respondebat 6 Sc. *fuit*, id est perit, & totus stupefactus est, ne verbum quidem poterat loqui. Guyetus malle *perciens*, id est, insania, furore correptus est, : μανεὶς Nisi *præditus*, vehs accipere, in pudorem datus erat, nec quid responderet, habebat, ut diximus: ut supra, simili ἐκπλαγὴς: *immutatus hominem.* 7 Præ nimio risu moriebantur. id est, vehementer ridebant. 8 Ne quid simile illis dicerem. 9 Formula ad aliud vocantis colloquium, seu consilium: dignus enim hoc imperatore consilium sprætruncatur autem hæc ad rixam, de quâ infra 3, 4, 1. ut rectè Donatus notat. 10 Purgare ne debeo, id est, excusare me de ista puella Pamphila apud Thaidem? 11 Diverat enim Thais supra: *Sed ego, quantum suspicor, ad virginum animum adjecit.* 12 Sc. *faciat*, quàm te purges. 13 Hac ut magis suspicetur de virgine, 14 Thais sermonem derivali Phædriâ in convivio habet. 15 Valdè, vehementer istis verbis cruciet, aut Zelotypiâ accendat. 16 Intelligo. Metaph. ab ignibus. 17 Ne laudet Phædriam rivalem, & urat te istis sermonibus. 18 De quâ nunc dicam. 19 Cicero Epist. fam. 1. 9. hoc consilium repungendi lacessentes, ad forensia cum gratia translulit. 20 In convivio. 21 Nominato. 22 Illico, statim. 23 Thais. 24 Ad comedendum introducamus. 25 Dices. 26 Foras vocemus 27 Thais. 28 Phædriæ pulchritudinem. 29 Pamphilæ. 30 Vicissim. 31 Tu injuriam injuriæ accommodato. Quo proverbio monemur, ut tales simus in alios, quales in nos illos experimur. 32 Par pari referre. 33 Thaidem repungat, irritet, offendat, Metaphora.

1 Donatus arguitis quædam hîc differri; in quibus nec boni nihil, nec sana omnia. Non potuit autem non obvia Thrasoni esse, imò infixa hæc dubitatio: tum quia non sine rivali amabat (rivalis autem semper rivalem metuit, ne sibi præferatur; nam quia Thais ostendebat, se suspicari, militem promissæ virginis amore teneri: quæ suspiciones animum facilè alienare possunt. 2 Quod dicis & mones, scilicet par pari referre. 3 Quandoquidem, quia. 4 Thaidi. 5 Thais. 6 Eam utilitatem. 7 Ad aliam amicam convertas. 8 Consilii. 9 Donatus: *vel hominem, vel dictum significamus*: si hominem, tum aversus ad spectatores dixerit Gnatho: sin alter accipimus, tum ad figuras πρὸς ῥῆτορικὰς adulatorum pertinebit, & satis commodè explicabitur: posterius hoc omninò tenendum arbitror. 10 Adulatoriè. 11 De isto consilio. 12 Consilium, quod inveni. 13 Quàm ego. 14 Si cogitare voluisses.

TH. 1 *Si quidem me amaret, tum 2 istud prodesset, Gnatho* 56

GN. 3 *Quando illud, quod tu das, exspectat, atque amat:*
Iam dudùm amat te: jam dudùm 4 illi facilè fit,
Quod doleat: 5 metuet semper, quem ipsa nunc capit
6 Fructum, ne quando iratus tu 7 aliò conferas. 60

TH. *Benè dixti: at mihi 8 istuc non in mentem venerat.*

GN. 9 *Ridiculum: 10 non enim 11 cogitâras: cæterùm,*
12 Idem hoc tute 13 melius quantò 14 inveniſſes, Thraso?

ACTUS III. SCENA II.

THAIS, THRASO, PARMENO, GNATHO, PYTHIAS.

1 Ἐρώτημα blandimenti meretricii, ad congressum & colloquium. Parmeno Eunuchum & Æthiopissam, Phædriæ munera, tradit Thaidi, præsente milite rivali, qui ea contemnit, assentante interim Gnathone, & Parmenoni insultante, qui, ut justus erat, verbis ea ornat: tandem huc Thais cum milite ad cœnam proficiscitur. 2 Paulò ante. 3 Thrasonis. 4 Ecce eum. 5 Mea suavitas, meum corculum. 6 Propter istam puellam Pamphilam, quæ scit fidibus canere? 7 Quàm facetè orditur de eo, quod dedit, vel egit! Ironia: q. d. quàm invenuste beneficium Thaidi exprobratum venit! Et benè hoc reprehendit Parmeno: nam in beneficiis debet oblivisci qui dedit, & meminisse, qui accepit.

TH. 1 *Audire vocem visa sum 2 modò 3 militis:*
Atque 4 eccum: salve mi Thraso. THR. *ô Thais mea,*
5 Meum suavium, quid agitur? ecquid nos amas
6 De fidicinâ istac? PA. *7 quàm venustè! quod dedit*

Principium adveniens! TH. [1] *plurimùm merito tuo.*
GN. [2] *Eamus ergo ad cœnam: quid stas?* PA. [3] *hem*
[4] *alterum:*
[5] *Ex homine* [6] *hunc natum* [7] *dicas.* TH. [8] *ubi vis,*
[9] *non morer.*
PA. [10] *Adibo, atque adsimulabo, quasi nunc* [11] *exeam.*
Ituran' Thais quopiam es? TH. [12] *ehem Parmeno,*
[13] *Benè pol fecisti:* [14] *hodiè itura.* PA. [15] *quò?* TH.
ecquid [16] *hunc vides?*
PA. *Video, & me* [17] *tædet:* [18] *ubi vis. dona adsunt tibi*
A Phædriâ. THR. [19] *quid stamus? cur non imus*
hinc?
PA. [20] *Quæso herclè ut liceat,* [21] *pace quod fiat tuâ,*
Dare [22] *huic quæ volumus, convenire & colloqui.*
THR. [23] *Perpulchra credo dona, haud nostris similia.*
PA. *Res* [25] *indicabit:* [26] *heus! jubete* [27] *istos foras*
Exire, quos jussi: [28] *ocius procede tu hùc.*
[29] *Ex Æthiopiâ est* [30] *usque hæc.* THR. [31] *hîc sunt*
tres minæ.

1 Plurimùm beneficio tuo, mihi præstito, te amo.
2 Parasito attribuit Donatus.
3 Indignanti est particula.
4 Scilicet stultum, inepium, ex duobus sc. Thrasone & Gnathone.
5 Ex illo Thrasone: adeò sunt stultitia & vanitate pares. Significat enim Gnathonem ita militis moribus subservire, ut ex eo natus esse videatur. 6 Gnathonem. 7 Possis dicere. 8 Ad cœnam ire. Ad Thrasonem hæc dicit 9 Tecum ire. 10 Thaidem. 11 Ex ædibus, quippe qui procul steterit. 12 Donatus in his aliquot versibus nihil expedit. Thais ad Parmenonem accedentem quodammodo conversa propiùs, interroganti blandè respondet, id est, more meretricio, gratulata adventum conspectumque. 13 Quòd adveneris: (quæ aliàs gratias agentium formula, hîc blanditiis servit) si enim paululùm cessasses, non reperisses me domi. 14 Hoc die itura sum, egrediar domo. Quæ cùm dicit Thais, & comitate aperta erga servum rivalis animum militis cupidiorem voluit reddere; & clanculùm vocabulo *hodie* Parmenoni demonstrare, non diu se cum milite futuram, neque præter promissum aliquid facturam. 15 Sc. *itura es?* Parmeno, in dissimulationem compositus, iterum interrogat. 16 Militem Thrasonem, quem nutu oculorum demonstrat. Thais, non exaudiente milite (qui se tædio servi rivalis aliquantulum averterat) hoc dicit. 17 Videre eum. 18 Quando videbitur opportunum. Hoc clariùs loquitur, ut qui audiri à milite hoc vellet. 19 Rivalis servum conspicere non sustinet Thraso. 20 Parmeno non sinè occultâ εἰρωνεία deprecatur militem, ne pauxillam moram ægrè ferret, dum dona Phædriæ traderentur Thaidi. 21 Cum gratiâ & voluntate tuâ, & quasi priùs capiata veniâ. 22 Thaidi. 23 Credo te daturum valdè pulchra dona, missa à Phædriâ. Ironia. 24 Donis, muneribus. 25 Sint-ne pulchra, nec ne. 26 Adverbium vocandi. 27 Eunuchum & Æthiopissam. 28 Velociter, citò. 29 Quod Thais cupiebat: supra enim dixit Phædria 1, 2. *Non-ne ubi mihi dixit cupere te ex Æthiopiâ ancillulam.* 30 Notat hîc longinquitatem loci, id est, ex Æthiopiâ hùc usque hæc puella deducta est. 31 In hac Æthiopissâ emendâ triginta coronati sunt expensi.

GN. *Vix.* PA. *ubi tu es Dore? accede hùc:* [1] *hem Eunuchum tibi:*
Quàm [2] *liberali facie, quàm ætate* [3] *integrâ!*
TH. [4] *Ita me Dî ament,* [5] *honestus est.* PA. *quid tu Gnatho?*
Nunquid habes, quod [6] *contemnas?* [7] *quid tu autem Thraso?*
[8] *Tacent: satis* [9] *laudant:* [10] *fac periclum in* [11] *literis,*
Fac in [12] *palæstrâ, in* [13] *musicis: quæ* [14] *liberum*
Scire æquum est adolescentem, [15] *solertem dabo.*
THR. [16] *Ego illum Eunuchum, si sit opus, vel sobrius.*
PA. *Atque* [17] *hæc qui misit, non* [18] *sibi soli postulat*
Te vivere, & suâ causâ excludi [19] *cæteros:*
[20] *Neque pugnas narrat, neque* [21] *cicatrices suas*

1 Demonstrandi adverbium.
2 Ingenuâ, non servili, vel pulchra forma est.
3 Floridâ, juvenili, id est, in flore ætatis.
4 Jurantis est illud dictum, quasi imprecantis ita se amari à Diis, ut illud, quod sequitur, ex animo dictura.
5 Pulcher tùm forma, tum ætate est Eunuchus.
6 In Eunucho.
7 Potes contemnere?
8 Nihil respondent, aut reprehendunt in Eunucho.
9 Formam Eunuchi.
10 Experientiam, probationem, id est, experire, examina eum.
11 Doctrinis, disciplinis, linguis. *Litera* enim sæpius vocantur disciplinæ, quæ literarum monumentis continentur. Undè *dare operam literis* dicimus, id est, incumbere ingenuis artibus, quæ literis conscriptæ sunt. Hinc *literatus* is vocatur, qui in literarum studiis eruditus est. Servi autem, ut cariùs venderentur, liberorum artibus erudiebantur, sicut loco παραλλήλῳ perspicias licet apud Horat. Ep. 2, 2. De ipsis studiis Plautus Mostell. 1, 2. & Bacch. 3, 3.
12 Luctando, vel luctandi arte. *Palæstra* dicta est ἀπὸ τῆς πάλης, id est, *a luctâ*: à quâ hæc vox ad reliqua exercitia est translata: semper tamen propriè locum significat, in quo luctabantur.
13 Arte Musicæ, id est, arte canendi. Summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus.
14 Ingenuum.
15 Peritissimum & præditum exhibebo his, quæ liberum, &c. *Solers* dicitur quasi totus ex arte consistens, industrius, ingeniosus: à quo *solertia*, id est, ingenii acumen, & dexteritas ad rem aliquam agendam.
16 Hoc genus ἀλλοιώσεως pudori servit, ob mulieris præsentiam, ut volunt interpretes. Mihi nihil rectiùs videtur fieri posse, quàm si putemus, Thrasonem ad solum Gnathonem suum submissiùs, nec audientibus cæteris, inter orationem Parmenonis hoc dicere. Sic in Heaut. *Quenquam-ne animo tam esse, aut leni putas, Qui, se vidente, amicam patiatur suam?*
17 Tanta munera. Benè Eugraphius monstrat, servari ordinem mandatorum Phædriæ. Is enim præceperat: *Munus nostrum ornato verbis, quod poteris*: id factum est hactenùs à Parmenone: additum erat: *& istam amulum, Quod poteris, ab ea pellito.* Igitur nunc ad confiandam militi apud Thaidem invidiam accingitur.
18 Ut illum solum ames.
19 Amatores.
20 Neque est gloriosus miles.
21 Vulnerum vestigia & signa jactitat apud amicam.

Ostentat, [1] *neque tibi obstat, quod* [2] *quidam facit.* 30
Verùm, ubi [3] *molestum non erit, ubi tu velis,*
Vbi tempus tibi erit, sat habet, si tum [4] *recipitur.*
THR. *Apparet servum hunc esse domini pauperis,*
Miserique. GN. *nam herclè nemo posset, sat scio,*
Qui [5] *haberet, quì pararet alium,* [6] *hunc perpeti* 35
PA. *Tace* [7] *tu, quem ego esse* [8] *infra infimos omnes puto*
Homines: nam, qui [9] *huic animum assentari* [10] *induxeris,*
[11] E FLAMMA PETERE TE CIBUM *posse arbitror.*
THR. [12] *Iam-ne imus?* TH. [13] *hos priùs introducam, &, quæ volo,*
Simul [14] *imperabo:* [15] *post continuò* [16] *exeo.* 40
THR. *Ego hinc abeo:* [17] *tu istam opperire.* PA. [18] *haud convenit,*
Vnà cum [19] *amicâ ire* [20] *Imperatorem invidâ.*
THR. *Quid tibi ego multa dicam?* [21] *domini similis es.*
GN. [22] *Ha, ha, hæ.* THR. *quid rides?* GN. [23] *istud, quod* [24] *dixti modò,*
Et [25] *illud de Rhodio dictum in mentem* [26] *venit.* 45
Sed Thais exit. THR. *abi, præcurre, ut* [27] *sint domi*
Parata. GN. *fiat.* TH. *diligenter, Pythias,*
Fac cures, si [28] *Chremes hùc fortè advenerit,*

1 Et non impedit te, quo minùs alios admittas amatores.
2 Miles.
3 Aliis amatoribus.
4 Admittitur, scilicet Phædria.
5 Facultates scilicet, id est, scire modum, quo comparare ac emere posset sibi alium servum.
6 Parmenonem.
7 Gnatho.
8 Vilioris conditionis ipsis servis, id est, omnium contemtissimum.
9 Militi Thraseoni.
10 Tibi proposueris.
11 Ex medio igni deducere cibum, id est, quividis facturum passurumque cibi causa, dummodò gulæ tuæ inserviat. Epulas proinferis in regum conjicere solebant; extreme autem mendicitatis & impudentiæ habebatur, inde cibum petere. Catul. *Diues Arentati, sæpe quem in regali conspexi Vatinia ipse rogare coena, &c.* 12 Iterum urget Thaidem miles ad eundum. 13 Eunuchum & Æthiopissam. 14 Ancillis. 15 Postea, hoc effecto. 16 Præsens pro futuro propter certitudinem. 17 Tu Gnatho Thaidem expecta. 18 Minime decet. 19 Sarcastice meretricem. *amicam;* militem, *Imperatorem* agnominat. 20 Eum, qui milites sub se habet. 21 Similes domini habes mores. 22 Interiectio ridentis. 23 Propter facetum illud dictum. 24 Parmenoni. 25 *Lepus tute es & pulpamentum quæris.* 26 Mihi. 27 Omnia. 28 Frater Pamphilæ, quæ a milite Thaidi dono data est.

Vt ores, primùm ut maneat: si [1] *id non* [2] *commodum est,*
Vt redeat: si [3] *id non* [4] *poterit, ad me adducito.*
PY. *Ita faciam.* TH. [5] *quid? quid aliud volui dicere?*
[6] *Hem,* [7] *curate istam diligenter* [8] *virginem.*
Domi adsitis, facite. THR. [9] *eamus.* TH. [10] *vos me sequimini.*

1 Manere.
2 Opportunum Chremeti.
3 Ut redeat.
4 Fieri.
5 Meditantis sunt verba.
6 Hoc volui dicere, redit in memoriam: & quasi aliquid indignationis illa vocula indicat, quod indignetur Thais fere illud esse oblivioni traditum, nec imperatum.
7 Vos ancillæ. 8 Puellam Pamphilam. 9 Ad cœnam in domum meam. 10 Puellæ pedisequæ.

ACTUS III. SCENA III.

CHREMES, PYTHIAS.

CH. [1] *Profecto quantò magis magisque* [2] *cogito,*
[3] *Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum;*
Ita me video ab eâ astutè [4] *labefactarier.*
[5] *Iam tum, cùm primùm* [6] *jussit me ad se accersier,*
([7] *Roget quis,* [8] *quid tibi cùm* [9] *illâ?* [10] *ne nôram quidem)*
[11] *Vbi veni, causam, ut* [12] *ibi* [13] *manerem, reperit:*
[14] *Ait* [15] *rem divinam fecisse, & rem* [16] *seriam*
Velle agere mecum: [17] *jam tum erat suspicio,*

1 Chremes, surreptæ virginis frater, amari se à Thaide suspicatur, quem amorem effugere studet.
2 Apud me.
3 Procul dubio, certè; *vel*, mirum ni det, &c. 4 Tentari, corrumpi, à pristina constantia abduci. Metaphora. 5 Narratio. continens signa suspicionis. 6 Thais. 7 Aliquis rogare possit. Modus potentialis. 8 Scilicet *rei erat*. 9 Thaide. 10 Thaidem. Responsio. 11 Postquam. 12 Domi suæ. 13 Ad cœnam, quod ex sequentibus colligitur: infrà 4, 1. *Invitat tristis: mansit*, scilicet Chremes. 14 Thais. 15 Se sacrificium fecisse, sacrificasse. Veteres nihil aggrediebantur serium, quin Diis prius sacra fecissent. Ea sacra fiebant matutinis horis præsertim, quòd Deus tum assidere templis, & matutinis salutationibus adesse opinio foret. 16 Magni ponderis, gravem, non jocularem, id est, colloqui meum velle de re seriâ. 17 Etiam cùm hoc diceret mihi.

1 *Dolo malo hæc fieri omnia:* 2 *ipsa accumbere*
Mecum, mihi sese dare, 4 *sermonem quærere.*
5 *Ubi friget,* 6 *hùc evasit,* 7 *quàm pridem pater*
Mihi & mater mortui essent: dico, 8 *jam diu.*
9 *Rus* 10 *Sunii ecquod habeam, & quàm* 11 *longè a mari.*
Credo ei placere 12 *hoc: sperat se à me* 13 *avellere.*
14 *Postremò, ecqua inde parva perîsset soror:*
Ecquis cum eâ unâ: quid 15 *habuisset, cùm* 16 *periit:*
17 *Ecquis eam posset noscere: hæc cur quæritet?*
Nisi illa si fortè, quæ olim periit parvula
Soror, 18 *hanc se* 19 *intendit esse,* 20 *ut est audacia.*
Verùm 21 *ea si vivit* 22 *annos nata est sedecim,*
Non 23 *major. Thais, ego quàm sum,* 24 *majuscula est.*
25 *Misit porrò orare, ut venirem, feriò.*
Aut 26 *dicat quid* 27 *vult, aut molesta ne siet.*
Non herclè 28 *veniam tertiò:* 29 *heus! heus!* PH. *hîc quis est?*
CH. *Ego sum Chremes.* PY. *ô* 30 *capitulum lepidissimum.*

1 Malâ calliditate, insidiis. *Dolus* verò *malus* dicitur ad differentiam, quoniam Veteres etiam *bonum dolum* dicebant, & pro *solertia* hoc nomen accipiebant; maximè si adversus hostem latronemve quis machinaretur. Ita Virg. 2. *Dolus, an virtus,*

quis in hoste requirat? 2 Thais accumbebat, id est, ad epulas sumendas in eodem lecto discubitorio more epulantium juxta me sedebat. 3 Mihi sese offerebat, & sui ipsius potestatem faciebat, accommodabat se mihi, quantum in se erat. 4 Occasionem loquendi, id est, invitabat me ad respondendum, ut loquendi materiam inveniret. 5 Quando non suppetebant ei verba, cùm nihil haberet, quod diceret. Metaphora. Undè dicitur opus *frigere*, cùm intermittitur: *fervere*, cùm celeriter, & fit cum diligentiâ. Sic *calere* dicitur forum, judicia, rumores & similia. Suet. in Aug. *Forum aleatorium excaluisse simus*, id est, lusu nostro celebratum, frequentius reddidimus. 6 In hæc verba erumpit, hùc pervenit, eò tandem rediit oratio. 7 Quàm diu, quantum temporis esset, ex quo pater meus & mater mea essent mortui. 8 Respondeo, jam diu parentes meos esse mortuos. 9 Pergebat inquirere, rus, &c. 10 Promontorii Atticæ: suprà 1, 2. 11 Fistet. 12 Rus. 13 Extorquere, abstrahere blandis verbis. 14 Interrogabat. 15 Puella. 16 Periret. 17 An aliquis ex amicis. 18 Sororem. 19 Vult, nititur. 20 Prout est audax, vel qua est audacia. 21 Soror. 22 Habet sedecim annos. Tot antè nominaverat ex conjectura Chærea 2, 3, 26. 23 Natu, id est, majoris ætatis est. 24 Paulò major natu. 25 Servum iterum misit. 26 Thais. 27 Velit. 28 Ad Thaidem. 29 Hoc dicens pulsat fores. 30 Hominem jucundissimum, cujus adventus plurimum est optatus. Synecd. part.

CH. *Dico*

CH. *Dico ego mihi* [1] *insidias* [2] *fieri.* PY. *Thais* [3] *maximo*
Te orabat opere, ut cras redires. CH. *rus eo.*
PY. [4] *Fac amabo.* CH. [5] *non possum, inquam.* PY. *at apud nos hîc mane,*
[6] *Dum redeat ipsa.* CH. [7] *nihil minùs.* PY. *cur mi Chremes?*
CH. [8] *Malam rem! abis hinc?* PY. *si* [9] *istud ita certum est tibi,*
Amabo, ut [10] *illùc transeas, ubi* [11] *illa est.* CH. [12] *eo.*
PY. *Abi* [13] *Dorias, citò* [14] *hunc* [15] *deduce* [16] *ad militem.*

1 Fraudes. Blandimenta rustici insidias putat.
2 A Thaide.
3 Maximoperè. Tmesis.
4 Cras redi quæso. *Amabo* blandientis interjectio est, Comicis valdè familiaris: q. d. rogô te per amorem,
5 Redire. 6 Donec Thais revertatur. 7 Faciam. 8 Indignatur de affectatione Pythiæ. Hac proverbiali forma utuntur, qui quempiam diris devovent, & ad Orci satellitium ablegant. 9 Non redire. 10 In domum militis. 11 Thais. 12 Concedentis. 13 Nomen est ancillæ. 14 Chremetem. 15 Deduc. Archaismus. 16 In domum militis, ubi est Thais

ACTUS III. SCENA IV.

ANTIPHO.

[1] *FEri aliquot adolescentuli* [2] *coïimus* [3] *in Piræo,*
In hunc diem ut [4] *de symbolis essemus: Chæream*
[5] *ei rei*
[6] *Præfecimus: [7] dati annuli: [8] locus, tempus [9] constitutum est.*

1 Inducitur Antipho, ut per occasionem doceatur spectator, cur ex Piræo abierit Chærea.
2 Consensimus, convenimus. Hunc locum adducit Cicero Ep. ad Attic. 7, 3. laudans Terentium tanquam optimum Latinitatis auctorem, in quæstione Grammaticâ, quam Atticus moverat. 3 Cic. loco citato legit *in Piræum*. Erat autem *Pyræum* portus prope Athenas, ubi excubabat juventus Attica, ut esset tuta civitas contra insultus prædonum, ut diximus suprà. 4 De eo, quod quisque contulisset, ederemus, convivium agitaremus: ab antiquo verbo *edo, es, est. Symbola* est collatio ad convivium. Vide Andr. 1, 1, 61. 5 Convivio, id est, ut de symbolis essemus. 6 Præposuimus forte vel alio modo ejus convivii curatorem, Symposiarcham. 7 Arrhæ loco, quos in pignora commessationis dabant; ut adesse ad diem constitutum convivio, quod communi sumtu celebrabant, cogerentur. 8 Est constitutus: q. d. ad cujus ædes deberemus convenire, *vel*, ubi convivium esset. 9 Determinatum.

[1] *Præterii*

[1] *Præteriit tempus: quo in loco* [2] *dictum est,* [3] *parati nihil est.*
[4] *Homo ipse nusquam est: neque scio, quid dicam, aut quid* [5] *conjectem.*
Nunc mihi [6] *hoc negotii* [7] *cæteri dedêre, ut illum quæram:*
[8] *Idque adeò visam,* [9] *si domi est: quis nam hinc* [10] *Thaide exit?*
[11] *Is est, an non est?* [12] *ipse est:* [13] *quid hoc hominis?* [14] *qui hic ornatus est?*
Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neque conjicere.
[15] *Nisi quidquid est, procul hinc libet priùs, quid sit,* [16] *scisciari.*

1 Elapsum est. 2 Constitutum est convivium fore. 3 Nihil est apparatus. 4 Cherea nusquam apparet. 5 Conjiciam, cogitem. 6 Hoc negotium, id est, hoc mandatum, hanc provinciam. 7 Reliqui adolescentes. 8 Ideò. 9 An domi sit. 10 Thaidis domo. 11 Cherea. 12 Ipse Cherea est. 13 Quis homo est? 14 Quia Eunuchi veste indutus est. 15 Sed quicquid sit. 16 Inquirere.

ACTUS III. SCENA V.

CHÆREA, ANTIPHO.

CH. [1] *Num quis hic est? nemo est:* [2] *numquis* [3] *hinc me sequitur? nemo* [4] *homo est.*
Iam-ne [5] *erumpere hoc licet mihi* [6] *gaudium?* [7] *prò Iupiter?*
Nunc tempus profectò est, cùm perpeti me possum interfici:
Ne hoc gaudium [8] *contaminet* [9] *vita* [10] *ægritudine aliquâ.*
Sed neminem-ne [11] *curiosum* [12] *intervenire nunc mihi,*

1 Per occasionem Chæreæ à Thaide egredientis, exultat, quod virgine amatâ potius sit: quid intùs fecerit, Antiphoni fortè obvio narrat. 2 Iterum respicit. 3 Ex ædibus Thaidis. 4 Nullus sequitur me. Pleonasmus. 5 Exprimere, retentum ac diu tacitum proferre, & dicere. 6 Quod cepi in eâ suppositione, cùm sc. pro Eunucho fui suppositus. 7 Exclamatio de subito gaudio. 8 Inquinet, polluat, obscuret. Metaphora. 9 Mea, quæ mihi restat agenda. 10 Tristitiâ. Nam *medio de fonte leporum Surgit amari aliquid*, ut ait Lucretius. Suprà in Andr. dixit: *Mihi immortalitas parta est, si nulla huic ægritudo gaudio intercesserit.* 11 Minutissima quæque inquirentem: à *nimiâ* enim *curâ curiosus* dicitur, quoties plus diligentiæ, quàm oporteat impendimus rebus vel nostris vel alienis, 12 Videre:

Qui me sequatur, quoquo eam, rogitando [1] *obtundat, enecet,* 6

Quid [2] *gestiam, aut quid lætus sim, quò pergam,* [3] *unde emergam, ubi siem*

[4] *Vestitum hunc nactus,* [5] *quid mihi quæram,* [6] *sanus sim an-ne insanus?*

AN. *Adibo, atque* [7] *ab eo gratiam hanc,* [8] *quam* [9] *video velle, inibo.*

[10] *Charea, quid est quod sic gestis? quid sibi* [11] *hic vestitus* [12] *quærit?* 10

Quid est, quod lætus sis? quid tibi vis? satis-ne sanus? quid me

Adspectas? quid taces? CH. [13] *ô festus dies hominis! amice*

Salve: nemo est omnium, quem ego magis nunc [14] *cuperem, quàm te.*

AN. [15] *Narra istud quæso,* [16] *quid siet.* CH. [17] *imò ego te obsecro hercle ut* [18] *audias.*

Nostin' [19] *hanc, quam* [20] *frater amat?* AN. *novi: nempe opinor Thaidem.* 15

CH. *Istam ipsam.* AN. *sic commemineram.* CH. *quædam hodiè est* [21] *ei dono data*

Virgo: [22] *quid ego* [23] *ejus tibi nunc* [24] *faciem prædicem aut laudem, Antipho,*

Cùm ipsum me nôris, quàm elegans formarum [25] *spectator siem?*

1 Molestus sit. Metaph. à fabris.

2 Quare lætitiam motu corporis ostendam. *Gestire* enim proprie, est animi affectum gestu corporis indicare.

3 Ex quo loco exeam.

4 Talem cultum Eunuchi invenerim.

5 Quid mihi velim, quid postulem isto vestitu. Eadem phrasis repetitur inferiùs: *quid sibi hic vestitus quærit?*

6 Mentis compos sim, an insanus & mente captus. 7 Atque offeram me illi, & interrogabo illum, ut possit suum gaudium erumpere, quod habiturus est beneficii loco, id est, demerebor amicitiam ejus, hoc beneficium illi præstando. 8 Gratiam. 9 Aliquem inire. 10 Repetit Antipho facetè verba ejus interrogationis. 11 Talis. 12 Vult? 13 O homo sive amice mihi optatissime, æquè mihi jucunde ac festus dies, quo lætitiæ & hilaritati indulgetur! *Festum* enim *diem* appellat illum ipsum Antiphonem adolescentem, quem exoptat videre. Plaut Casin. 1, 1, 49. *Sine, amabo, te amavi, meus* festus dies. 14 Videre. 15 Mihi. 16 Quid gestias, & quid lætus sis. 17 Correctio. 18 Me. 19 Thaidem. Narratio, qua orditur à persona. 20 Phædria. 21 Thaidi. 22 Ad quid, in quem finem. 23 Virginis. 24 Formam narrem. 25 Explorator, probator, δοκιμαστὴς. Sumtum volunt à Triumviris monetalibus, ad quos nummi spectandi deferebantur.

[1] *In hac commotus sum.* AN. *ain' tu?* CH. [2] *primam dices scio, si videris.*
Quid multa verba? amare cœpi: [3] fortè fortunâ [4] domi
Erat quidam eunuchus, [5] quem [6] mercatus fuerat frater Thaidi:
Neque [7] is [8] deductus etiam tum ad [9] eam: [10] submonuit me Parmeno
Ibi servus, quod ego arripui. AN. *quid id est?* CH. *tace sis, citiùs audies.*
[11] *Vt vestem cum [12] illo mutem, & [13] pro illo jubeam me [14] illàc [15] ducier.*
AN. *Pro eunuchon'?* CH. *sic est.* AN. *quid tandem [16] ex eâre ut caperes [17] commodi?*
CH. *Rogas? [18] viderem, audirem, essem unà, quâcum cupiebam, Antipho.*
Num parva causa, aut parva [19] ratio est? [20] traditus sum [21] mulieri.
[22] *Illa illicò ubi me [23] accepit, lætaverò ad se abducit domum,*
[24] *Commendat virginem.* AN *cui? tibi-ne?* CH. *mihi.* AN. [25] *satis tutò tamen.*
CH. [26] *Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat, & mihi, ne [27] abscedam, imperat,*
In interiore [28] parte ut manè solus cum solâ: [29] annuo,
[30] *Terram intuens modestè.* AN. [31] *miser.* CH. *ego,* [32] *inquit, ad cœnam hinc eo.*

1 Propter hanc virginem affectus sum, & mutatus in alium quasi animi habitum, id est, in hanc exarsi, hanc amare cœpi. 2 Nulli secundam, id est, illam esse præcipuam, pulcherrimam omnium virginum, sive reliquas omnes virgines formâ vincentem suâ. 3 Casu quodam. 4 Meæ. 5 Eunuchum. 6 Emerat. 7 Eunuchus. 8 Sc. *erat.* 9 Thaidê.

10 Lenter, leviter monuit me aliquid, quod ego mihi vendicavi. 11 Sc. *submoneat me.* 12 Eunucho. 13 Loco illius eunuchi. 14 Ad Thaidem. 15 Deduci. Paragoge. 16 Ex ea deductione. 17 Utilitatis. 18 Ut viderem. Supra 3. 5. 19 Quare ego sim passus me deduci pro Eunucho ad Thaidem? 20 A Parmenone. 21 Thaidi. 22 Thais. 23 A Parmenone. 24 Tradit mea fidei, mihi servandam dat. Erat enim proprium officium Eunuchorum, ut asservarent virgines. 25 Satis sinè periculo committit eam, id est, periculosissimè, æquè ac *eum cupet* infrà, 5, 1. Ironia. 26 Mandat, jubet. Hinc *dicta* dicuntur publica mandata principum & magistratuum. 27 Discedam ab ea virgine. 28 Ædium scilicet, ubi locus est planè segregatus. 29 Nutu capitis ostendo me velle solum apud eam manere. *Annuo* dicit, non *loquor*: verebatur enim, ne loquendo se proderet. 30 Pudoris hoc signum & verecundiæ. 31 Simplex homo. Ironia. 32 Thais.

Abdu-

Abducit secum ancillas, pauc, quæ circum [1] *illam esſent, manent*

[2] *Novitiæ puellæ:* [3] *continuò* [4] *hæc adornant,* [5] *ut lavet.*

[6] *Adhortor,* [7] *properent: dum* [8] *apparatur, virgo in* [9] *conclavi ſedet,*

[10] *Suſpectans* [11] *tabulam quandam pictam,* [12] *ubi inerat pictura hæc; Iovem*

Quo pacto [13] *Danaæ* [14] *miſiſſe* [15] *ajunt quondam in gremium imbrem* [16] *aureum.*

Egomet quoque [17] *id ſpectare cœpi: & quia conſimilem* [18] *luſerat*

Iam olim [19] *ille ludum,* [20] *impendiò magis animus gaudebat mihi,*

[21] *Deum ſeſe in hominem convertiſſe, atque* [22] *per alienas tegulas*

1 Virginem ſervandam & curandam.
2 Adhùc novæ, iſtius rei familiaris non ſatis peritæ & quæ facilime falli poterant.
3 Statim, poſt diſceſſum Thaidis.
4 Hæ apparant: vel *adornant*, id eſt apparant balneum, ut hæc virgo lavet ſe. Plaut. Rudente 4, 6, 2. *Adorna, ut rem divinam faciam.* 5 Ut balnea ſubeat. Antiquorum mos erat, ſingulis diebus lavari: undè ditiores ferè in domibus ſuis privata balnea habebant. 6 Ancillas ſive puellas. 7 Ut feſtinent. 8 Fit ille apparatus ad lavandum. 9 Loco ſecretiori domus. Eſt enim *conclave* ſecretior locus in interioribus tectis. 10 Surſum aſpiciens. 11 Oſtendit Poëta, meretricio potiùs cubiculo, quam honeſtis palatiis aut ædibus dignas eſſe ejuſmodi picturas, moribus noxias. Lege Propert. l. 2. eleg. 6. 12 Cui tabulæ. 13 Acriſii filiæ, Regis Argivorum: qui cùm oraculo monitus eſſet, fore ut à nepote occideretur, filiam munitiſſimæ incluſit turri: cujus amore captus Jupiter, in imbrem aureum ſe convertit, & per tegulas in puellæ gremium ſeſe demiſit. Quo ex concubitu Danaë gravida facta, Perſeum peperit. Vide Ovid. Met. 6 ubi recenſet ſtupra & adulteria Jovis: & Horat. Od. 16. l. 3. 14 Al. *ninxiſſe*. Non placet: *ninxiſſe* enim vera & genuina lectio eſt: *mittere* autem & *mitti* de imbribus, nivibus, grandinibus & tempeſtatibus dicitur. Horat. Od. 2. l. 1. *Jam ſatis terris nivis atque diræ Grandinis miſit pater*, &c. Plaut. Rud. 1, 1. *Prò Dii immortales tempeſtatis cujusmodi Neptunus nobis noctè hac miſit proximâ.* 15 Poëtæ. 16 Habentem aureas guttas. 17 Quod erat pictum de Jove & Dianaë. 18 Qualem ego ludere conabar, ſcilicet fucum facere mulieri. 19 Jupiter. 20 Multò. 21 Cogitans, Jovem mutaſſe ſe ipſum in humanos ſenſus, affectus: in imbrem enim aureum ſe convertit, non in hominis formam. 22 Per aliena tecta.

Veniſſe

Veniſſe clanculàm per [1] *impluvium*, [2] *fucum factum* [3] *mulieri.*
At quem Deum? qui [5] *templa cœli ſumma* [6] *ſonitu concutit,*
Ego [7] *homuncio hoc non facerem? ego verò illud feci, ac* [8] *lubens.*
Hæc dum mecum reputo, [9] *accerſitur lavatum intereà virgo.*
[10] *It,* [11] *lavit, redit: deinde illam* [12] *in lectò* [13] *illæ collocârunt.*
Sto exſpectans, ſi quid mihi [14] *imperent: venit* [15] *una,* [16] *heus tu, inquit,* [17] *Dore,*
Cape hoc [18] *flabellum,* [19] *ventulum huic ſic facito, dum lavamus.*
Vbi nos laverimus, ſi voles, lavato: [20] *accipio* [21] *triſtis.*
AN. [22] *Tum equidem iſtud os tuum impudens videre nimiùm vellem,*
[23] *Qui eſſet ſtatus, flabellulã tenere te aſinum tantum.*
CH. *Vix* [24] *elocuta eſt hoc,* [25] *foràs ſimul omnes prorunnt ſe:*
Abeunt [26] *lavatum,* [27] *perſtrepunt, ita ut ſit, domini ubi* [28] *abſunt,*

1 Locum ſinè tecto in ædibus, quo impluere imber in domum poſſit.
2 Ut deciperet virginem falſa ſpecie, ut vitiaret eam converſus in hominem. Metaph. Indè *fucata ſermo*, id eſt, ſimulatus, cùm aliud dicitur, aliud cogitatur. Eſt autem *fucus* herbæ genus tingendi lanis mire: unde pro factitio & adulterino colore uſurpatur, quo mulieres vitia formæ diſſimulant, ſuperinducto medicamine.
3 Damæ Voluerunt hac fabula ſignificare, nihil eſſe tam ſanctum, tam munitum, quod pecunia expugnari non poſſit.
4 Scilicet *cogitans mecum ſe converſiſſe.*
5 Sublimia atria cœli.
6 Tonitruum.
7 Qui non ſum homo in comparatione Jovis.
8 Cum magnâ libidine & appetitu.
9 Advocatur ab ancillis.
10 Virgo.
11 Lavit ſe in balneo.
12 Veteres balneis egredientes, ad jam contractam aut futuram laſſitudinem virandam, poſt modicum temporis intervallum in lectum ſe recipiebant, atque ibi menſas ibi ipſis apportari jubebant. Al. *in lectum.*
13 Novitiæ puellæ.
14 Ancillæ.
15 Ancilla.
16 Vocantis.
17 Nomen Eunuchi.
18 Inſtrumentum aptum ad ventilandum, id eſt, ventum faciendum, aut ad abigendas muſcas ac culices.
19 Parvum ventum puellæ hoc pacto facito.
20 Flabellum.
21 Vultu ſevero, & quaſi mœſto.
22 Eo tempore certe iſtam tuam inverecundam faciem valdè videre voluiſſem.
23 Quæ forma & quis habitus in te eſſet te, qui es tam magnus aſinus, facere miniſterium parvorum ſervorum.
24 Ancilla.
25 Omnes reliquæ ancillæ cum impetu ſe conferunt foras, ſtrepitu quodam excurrunt: ubi verbo neutro activè uſus eſt. Sic Adelph. 3, 2. *Cæteri ruerunt.*
26 Lotum.
27 Magnum ſtrepitum faciunt pedibus, manibus, vocibus confuſis.
28 Non ſunt præſentes.

[1] *Interea ſomnus* [2] *virginem opprimit : ego* [3] *limis ſpecto*

[4] *Sic per flabellum clanculùm, & ſimul alia circumſpecto,*

[5] *Satin' explorata ſint : video eſſe :* [6] *peſſulum oſtio obdo.*

AN. [7] *Quid tum ?* CH. *quid ?* [8] *quid tum fatue ?* AN. [9] *fateor.* CH. *egon'* [10] *occaſionem*

Mihi oſtentatam, tam brevem, tam optatam, tam [11] *inſperatam,*

Amitterem ? cum pol ego is eſſem vere, [12] *qui ſimulabar.*

AN. [13] *Sanè herclè, ut dicis : ſed interim* [14] *de ſymbolis quid actum eſt ?*

CH. [15] *Paratum eſt.* AN. [16] *frugi es :* [17] *ubi ? domi-n' ?* CH. [18] *imò apud libertum Diſcum.*

AN. [19] *Perlongè eſt.* CH. *ſed tantò* [20] *ociùs properemus.* AN. [21] *muta veſtem.*

CH. *Vbi mutem ? perii : nam domo* [22] *exſulo nunc : metuo* [23] *fratrem,*

Ne intus ſit : [24] *porrò autem,* [25] *pater ne rure* [26] *rediit jam.*

1 Dum faciebam ventulum.

2 Virginem occupat, utpote oblectatam flabello, atq; ab Eunucho nihil metuentem.

3 Sc. *oculis*, id eſt, tranſverſè, ex obliquo intuentibus, paululùm tortis. *Limis* enim dicuntur *aſpicere*, qui diſſimulant ſe videre quod vident, & non rectâ facie, ſed tranſverſâ intuentur.

4 Hoc modo, ut oſtendo. 5 An ſatis certa & tuta ſint. 6 Obicem, repagulum illud ligneum vel ferreum, quo ex interiori domo claudituꝛ oſtium, oppono, & quaſi contra do januæ, ne redeuntes ancillæ me opprimere poſſent. 7 Quid præterea feciſti ? 8 Quid tum fecerim, rogas fatue ? Corripientis. 9 Me fatuum eſſe, qui hoc rogem te. 10 Opportunitatem mihi oblatam. 11 Tam præter ſpem mihi allatam amittere, id eſt, deſerere, & quaſi à me mittere deberem ? 12 Qui fingebar per veſtem, id eſt, tum ego eſſem verè Eunuchus, qui videbar eſſe, cùm non eſſem. 13 Scilicet *eſt*. 14 De convivio, ſeu de pecuniâ vel annulis ad convivium parandum collatis. 15 Convivium eſt paratum, vel omnia ſunt parata : & tum perſonale eſt, ut ſuprà : *Dum apparatur, virgo in conclavi ſedet.* 16 Utilis & neceſſarius, ut fruges ſunt humano generi. *Fruꝛi* eſt ergo, in quo eſt aliquid, quo fruamur. 17 Paratum eſt ? 18 Non, ſed apud manumiſſum Diſcum. 19 Valdè longè eſt, quòd nobis eundum eſt ad libertum Diſcum. 20 Citiùs, quia perlonge eſt. 21 Exue Eunuchi tunicam, & indue tuam. 22 Propè jam ejectus ſum. 23 Phædriam. Nam ad fratris injuriam pertinebat hoc facinus, quaſi is pro Eunucho adoleſcentem ſubornare, eâque re illudere muneris ſpecie Thaidi voluiſſet. 24 Metuo. 25 Laches. Patrem enim indicium variæ veſtis ad veſtigia ſceleris inquirendi deducturum erat. 26 Domum.

AN. *Eamus*

AN. *Eamus* [1] *ad me: ibi* [2] *proximum est, ubi* [3] *mutes.* CH. *rectè dicis.*
Eamus: & de [4] *istac simul, quo pacto porrò possim* [5] *Petiri,* [6] *consilium volo capere unà tecum.* AN. [7] *fiat.*

1 Ad meas ædes. 2 Commodissimum domicilium. 3 Mutare possis vestem. 4 Puellâ. Natura expellas furcâ, tamen usque recurret. 5 Puellâ. 6 Deliberare. 7 Polliceris.

ACTUS IV. SCENA I.

DORIAS.

[1] *Tame Dii benè ament,* [2] *quantum ego* [3] *illum vidi,* [4] *nonnihil* [5] *timeo*
Misera, ne [6] *quam* [7] *ille hodiè* [8] *insanus* [9] *turbam faciat, aut rim Thaidi.*
Nam postquam ille [10] *advenit Chremes, adolescens frater virginis,*
[11] *Rogat,* [12] *illum* [13] *admitti* [14] *ut jubeat:* [15] *ille continuò* [16] *irasci, neque*
[17] *Negare* [18] *audere: Thais porrò* [19] *instare, ut* [20] *homínem* [21] *invitet:* [22] *id*
Faciebat [23] *retinendi illius causâ: quia, illa quæ cupiebat*
De sorore [24] *ejus* [25] *indicare, ad eam rem* [26] *tempus non erat.*
[27] *Invitat* [28] *tristis:* [29] *mansit ibi:* [30] *illacum* [31] *illo sermonem occipit.*

1 Formula jurandi Ancilla ab herâ rediens, ut aurum ipsius domum referat, doceat quid in convivio militis actum sit: 5 nempe initum jurgium inter Thaidem & Thrasonem ob interventum Chremetis.

2 In quantum. 3 Militem Thrasonem. 4 Aliquantulum. 5 A milite. 6 Aliquam. 7 Thraso. 8 Miles importunus, furiosus propter Chremetem, quem ibi rivalem adductum credebat. 9 Turbationem, tumultum. 10 Ad ædes, sive domum militis. 11 Thais rogat militem. 12 Chremetem. 13 Introduci in domum & recipi ad convivium. 14 Per servum. 15 Thraso. 16 Irascebatur aut cœpit irasci, ut rivali. 17 Quod Chremes introduceretur, præsertim potente amicâ. 18 Audebat. 19 Instabat, id est, urgebat illum rogando. 20 Adolescentem Chremetem. 21 Thraso ad convivium. 22 Thais precabatur, ut invitaret miles Chremetem. 23 Ut illum retineret. 24 Chremetis. 25 Adolescenti. 26 Opportunitas nec locus rei indicandæ aptus erat. 27 Miles Thraso Chremetem. 28 Invitus, non libens. 29 Chremes mansit ad cœnandum. Suprà 3, 3 *Ubi erat, causam, ut ibi manerem, reperit*, id est, ut ibi manerem ad cœnandum. 30 Thais. 31 Chremete.

Miles

Miles verò sibi [1] *putare adductum ante oculos* [2] *amulum:*
Voluit facere [3] *contrà* [4] *huic* [5] *ægrè: heus heus,* [6] *inquit, puer, hùc* [7] *Pamphilam*
Accerse, ut [8] *delectet hîc nos:* [9] *illa exclamat,* [10] *minimè gentium.*
[11] *Tun' in convivium* [12] *illam? miles* [13] *tendere:* [14] *inde ad jurgium.*
[15] *Interea* [16] *aurum sibi clàm* [17] *mulier* [18] *demit, dat mihi ut auferam.*
[19] *Hoc est signi, ubi primùm poterit, sese* [20] *illinc subducet, scio.*

1 Putabat. 2 Ejusdem sec. Audiosum, id est, rivalem, adversarium. Suspicaces enim sunt, qui amant, & rivalem ferre non possunt. Tibul. *Possem rivalem mea ego ferre Jovem.* 3 Vicissim. 4 Thaidi. 5 Quod esset. 6 Miles Thraso. 7 Virginem, quam Thaidi dederat dono miles. 8 Fidibus canendo, quod Thais non facit. 9 Thais. 10 Nequaquam accersatur huic Pamphila. 11 Sc. *accersas?* 12 Puellam. Græci olim prudenter mulieres à conviviis amoverunt: fieri enim vix potest, quin vacuo & soluto animo jocantibus nonnunquam parùm verecundum aliquid excidat. Cic. in Ver. *Quæso, inquit Rubrius, Philedame, cur ad nos filiam tuam non intrò vocari jubes? tam ille negavit morum esse severorum, ut in convivio virorum necumberent mulieres.* 13 Tendebat, id est, pertinaciter contendebat, ut puer eam accerseret. 14 Deinde ad rixam ventum est. *Jurgium* est contentio inter benevolos & propinquos: *lis* verò inter inimicos. 15 Dum rixarentur. 16 Aurea ornamenta, annulos, quibus in convivio & domi utebatur, non tamen ausa in publicum prodire auro ornata: lege quippe Athenis cautum. 17 Thais. 18 Ut esset ad fugam vel ad rixam expeditior. 19 Quis dedit mihi aurum. 20 Ex domo militis clàm subtrahet.

ACTUS IV. SCENA II.

PHÆDRIA.

Dum rus eo, cœpi egomet mecum [2] *inter vias,*
Ita ut [3] *fit, ubi quid* [4] *in animo est molestiæ,*
[5] *Aliam rem ex aliâ cogitare, &* [6] *ea omnia in*

1 Abiturus per biduum, discedens à Thaide, & volens ejicere istam molestiam ex animo laboribus. Secum cogitans Phædria, quæ sit intercepti amoris passurus incommoda, si totum biduum ruri manserit, vincente amore in urbem redit. 2 Inter eundum, vel in viâ. 3 Cum aliis hominibus. 4 Quando aliquis est perturbatus, quando aliquid evenit, quod cruciat animum. 5 Nunc unam rem, nunc aliam, id est, infinitas habui cogitationes. 6 Cœpi cogitare.

[1] *Pejorem partem : quod opus est verbis? dum hæc* [1] *puto,*
[3] *Præterii imprudens* [4] *villam : longè jam* [1] *aberam,*
Cùm [6] *sensi: redeo sursum,* [7] *malè verò me habens.*
Ubi ad ipsum veni [6] *diverticulum.* [9] *constiti:*
Occepi mecum cogitare, [10] *hem biduum* [11] *hîc*
Manendum est [12] *soli sinè* [13] *illâ? quid tum posteà?*
[14] *Nihil est? quid? nihil? si non* [15] *tangendi* [16] *copia est,*
Eho, ne [17] *videndi quidem erit? si* [18] *illud non licet,*
Saltem [19] *hoc licebit: certè* [20] *extremâ lineâ*
Amare, haud nihil est: villam prætereo [21] *sciens.*
Sed quid hoc, quòd [22] *timida subitò egreditur Pythias?*

1 Deteriorem.
2 Reputo, cogito.
5 Aphæresis. Virg. *Malta putans, sortemque animis miserantur iniquam.*
3 Prætergressus sum per imprudentiam, non considerans viam, quam pertransibam.

4 Domum rusticam, quò jam ibam. 5 A villâ. 6 Me præterisse villam. 7 Quòd ita præterissem villam. 8 Ad ipsam semitam, qua de via divertitur ac deflectitur: nam diverticulum est, ubi iter à viâ flectitur: & proprie *diverticula* sunt in via domicilia, ad quæ de itinere divertendum sit. 9 Restiti. 10 Interjectio laborantis animi. 11 Ruri, in hac villa. 12 Mihi. 13 Thaide? 14 Manere ibi biduum. 15 Thaidem. 16 Potestas, facultas. 17 Copia. 18 Illam tangere. 19 Illam videre. 20 Visu, id est, profectò est aliquid amanti eam videre, quam non potest tangere, amores suos de longinquo tamen videre, nec propiùs accedendi copiam habere. *Extremâ* ergo *lineâ amare* dicitur, qui de longinquo amat, id est, qui amicam tantùm suam videt, cui non datur eam propiùs adire, tangere ac potiri. Metaphora ducta ab extrema linea stadii, quæ longinqua est ac longè remota. Donatus: *Quinque lineæ perfecta sunt ad amorem; prima, visus; secunda, loqui; tertia, tactus; quarta, osculari; quinta, coitus.* 21 Non imprudens. 22 Commota ac turbata.

ACTUS IV. SCENA III.

PYTHIAS, PHÆDRIA, DORIAS.

PH. [1] *Ubi* [2] *illum ego* [3] *sceleratum miseram, atque* [4] *impium inveniam? aut ubi*
Quæram? hoccine tam audax facinus [5] *facere esse ausum?* PH. *perii!* [7] *hoc quid sit, vereor.*

1 Pamphilam ab Eunucho vitiatam magnoperè queritur Pythias.

Superveniens Phædria, factum non credit. 2 Eunuchum, scilicet Chæream. 3 Scelestum, sceleribus plenum, qui commisit tale flagitium: quia Thaidem, quæ ei credebat, decepit. 4 Improbum in virginem, cui vim attulit. 5 Perpetrare. 6 Particula est hominis subitò perterrefacti. 7 Quòd usque adeò timida sit Pythias.

PY.

PY. [1] *Quin insuper etiam* [2] *scelus postquam* [3] *ludificatus est virginem,*

[4] *Vestem omnem miseræ* [5] *discidit: tum ipsam capillo* [6] *conscidit.*

PH. [7] *Hem!* PY. [8] *qui nunc si* [9] *detur mihi,*

[10] *Vt ego unguibus facilè illi in oculos* [11] *involem* [12] *venefico!*

PH. *Profectò nescio quid* [13] *absente nobis* [14] *turbatum est domi.*

[15] *Adibo:* [16] *quid istuc? quid* [17] *festinas? aut quem quæris, Pythias?*

PY. [18] *Hem Phædria,* [19] *egon' quem quæram? abi hinc* [20] *quò dignus es cum* [21] *donis tuis*

Tam [22] *lepidis.* PH [23] *quid istuc est rei?*

PY. *Rogas me?* [24] *Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?*

Virginem, quam [25] *heræ dederat dono* [26] *miles,* [27] *vitiavit.* PH. *quid ais?*

PY. *Perii!* PH. [28] *temulenta es.* PY. *utinam* [29] *sic sient, mihi qui malè volunt.*

1 Atque præterea. Exaggerat rem à consequentibus, & dicit signa non esse amoris, sed indignationis.

2 Scelestus.

3 Decepit, contumeliâ affecit, vit avit puellam dono datam.

4 Quâ reluctata est virgo

5 Dilaceravit.

6 Traxit, laceravit.

7 Interjectio admirantis cum indignatione. 8 Eunuchus. Continuat suum sermonem Pythias. 9 Obviam veniret. 10 Quam. 11 In modum avis volantis celeriter irruam, insiliam: à *volatu* enim dictum est. Et fœminæ, & ancillæ, & iratæ moribus convenit hic sermo gestusque. 12 Donatus: *Mutanti homines, & ex virginibus mulieres facienti.* Rectiùs Eugraphius, venefico, id est, scelerato, malo, qui se sub falsâ Eunuchi specie latrui'it. *Venefici* proriè dicuntur, qui venena miscet, & per illa alienæ vitæ insidiatur. 13 Sc. licet me: ut est Archaïsmus, seu Enallage numeri, pro *absentibus nobis.* Plaut. Amphitr. 2, 2, 194. *nec nobis præsente aliquis nisi servus Sosia adjuit.* Hujus ἀρχαϊσμοῦ exempla Donatus congerit. 14 Quæ turbæ sint excitatæ. 15 Pythiam. 16 Quod ita ardes iracundiâ. 17 Properas, turbaris? 18 Interjectio indignantis. 19 Sc. *rogas?* 20 In malam rem. 21 Eunucho. 22 Illepidis, invereundis. Ironia. 23 Quod tam duriter mecum expostulas? 24 Eunuchus, quem Eunuchum dedisti nobis, quas turbationes excitavit? Antiptosis. Sic Virg. 1. Æn. *Vobis quam stetimus, vestra est.* 25 Dominæ Thaidi. 26 Thraso. 27 Stupravit, violavit Eunuchus. 28 Ebria, vinolenta: *temetum* enim dictum est vinum merum eò quod *tentaret*, id est, labefactaret, sive perturbaret *mentem*. 29 Ebrii, temulenti, ut ego nunc sum, quæ pejus affecta sum, quam si ebria essem. Quibus verbis significat Pythias se non ebriam esse, sed in summâ ægritudine versari. Itaque illud hostibus imprecatur. Sic Heaut 5, 3. *Isthæc inimicis fiat.* Sic Ovid. l. 3. Eleg. *Eveniat nostris, hostibus ille pudor.*

DO. [1] *An,*

DO. [1] *Au, obsecro mea Pythias, quid istuc nam* [2] *monstrifuit?*

PH. *Insanis?* [3] *quî* [4] *istud facere Eunuchus potuit?*

PY. *ego illum nescio*

[5] *Qui fuerit: hoc, quod fecit,* [6] *res ipsa indicat.*

Virgo ipsa [7] *lacrymat, neque, cùm rogites quid sit, audet dicere:*

Ille autem [8] *bonus vir nusquam* [9] *apparet: etiam* [10] *etiam hoc misera suspicor,*

Aliquid [11] *domo* [12] *abeuntem abstulisse.* PH. *nequeo mirari satis,*

Quò abire [13] *ignavus ille possit longiùs, nisi domum*

Fortè ad nos rediit. PY. *vise* [14] *amabo. num* [15] *sit.*

PH. *jam faxo* [16] *scias.*

DO. [17] *Peris! obsecro: tam* [18] *infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem.*

PY. *At pol ego amatores mulierum esse audieram* [19] *eos maximos,*

Sed nihil [20] *posse: sed* [21] *verùm misera non in mentem venerat:*

Non illum [22] *aliquò conclusissem,* [23] *neque illi commisissem* [24] *virginem.*

1 Interjectio dolorem ostendens, quia videbat alteram ancillam sic dolentem.

2 Inopinatum & contra naturam factum, quod Eunuchus vitiavit virginem. Quippe omne *monstrum* est, quod est contra naturam: nunc autem contra naturam factum est, si Eunuchus stupravorit virginem.

3 Quomodo. 4 Virginem vitiare. 5 qualis, qui stupraverit virginem, id est, sit-ne Eunuchus, nec ne. 6 Actus seu eventus rei; scilicet quod vitiata sit puella. Confer Adelph. 3, 4, 32. &c. 7 Lacrymatur præ dolore. Ostendit enumeratione signorum, vitiatam esse virginem. 8 Scelestus Eunuchus. Ironia. 9 Aufugit, aut non potest inveniri. 10 Insuper. 11 Ex domo Thaidis. 12 Eunuchum. Adhuc tanquam de servo fugitivo loquitur, qui fugam plerumque cum furto conjungebant, sicut expressit Phor. 1, 4, 13 & 14. 13 Invalidus, qui ad omnia non est idoneus. 14 Blandimentum muliebre, quasi rogo te per amorem, eas ad videndum. 15 Scilicet *domi tuæ*. 16 An sit domi meæ, nec-ne. 17 Condolentis est. 18 Detestandum, abominandum. 19 Eunuchos. 20 Posse, esse inutiles, utpote castratos. 21 Sed ego misera non cogitaveram eos esse amatores mulierum maximos. 22 In aliquem locum incluſissem, ut sævam feram. 23 Neque credidissem seu tradidissem, si scivissem eum esse amatorem. 24 Custodiendam.

ACTUS IV. SCENA IV.

PHÆDRIA, DORUS, PYTHIAS, DORIAS.

1 Phædria credit Eunuchum quæri, quem dono dederat Thaidi, & hunc iratus adoritur ut virginis stupratorem: signis tandem & argumentis comperit, à Chærea fratre perpetratum esse scelus.

PH. [1] *Exi foras scelestè: at etiam* [2] *restitas* [3] *Fugitive?* [4] *prodi,* [5] *male conciliate.*
DO. [6] *obsecro.* PH. [7] *oh, Illud vide, os ut sibi* [8] *distorsit* [9] *carnifex.*
Quid hùc reditio est? quid vestis [11] *mutatio est?*
Quid [12] *narras?* [13] *paululùm si cessassem, Pythia,*
Domi non [14] *offendissem: ita jam* [15] *ornabat fugam.*
PY. *Habes-ne* [16] *hominem* [17] *amabo?* PH. [18] *quid ni?*
PY. *ô factum benè!*
DO. *Istuc pol verò benè.* PY. *ubi est?* PH. *rogitas?* [19] *non vides?*
PY. *Videam obsecro, quem?* PH. *hunc scilicet.* PY. *quis hic est homo?*
PH. *Qui* [20] *ad vos deductus hodiè est.* PY. [21] *hunc oculis suis*
[22] *Nostrarum nunquam* [23] *quisquam vidit, Phædria.*
PH. *Non vidit?* PY. *an tu* [24] *hunc credidisti esse, obsecro,*

2 Moraris, resistis, neque vis prodire foras.

3 Nebulo est epitheton servorum heros suos deserentium & aufugientium. 4 Exi foras. 5 Infeliciter ac maximo meo dispendio empte. Imitatio est Plautina ex Pseudol. 1, 2, 1. *Exite hinc, agite, ite ignavi, malè habiti,* malè conciliati. *Conciliare*, est generaliter quovis modo parare, comparare: hoc loco, pretio acquirere, id est, emere. 6 Per sacra te rogo, noli me ita innocentem trahere. 7 Interjectio dolentis. 8 Torquendo detorpavit, deformavit. 9 Ille tortor, qui me, dominum suum, istis curis & molestiis excarnificat, id est, valdè cruciat: *vel*, qui dignus est carnifice, id est, ut caro fiat, & lanietur. 10 Quid sibi vult tuus ad me reditus? quare redisti in domum meam ex domo Thaidis? ἀρχαϊσμὸς exempla Donatus adfert. 11 Habebat enim Chærea liberi vestem, & Eunuchi deposuerat. 12 Respondes? 13 Si non citò iviſſem. Nunc convertit se ad Pythiam. 14 Inveniſſem eum. 15 Moliebatur, parabat discessum celerem: quia scilicet vestem suam deposuit, & liberi vestem sumpsit. 16 Eunuchum, qui malè tractavit puellam. 17 Particula blandientis est, quasi rogo te per amorem. 18 Cur non habeam? 19 Aspiciebat enim Dorum Eunuchum; sed sciebat non esse eum, quem quærebat. 20 Ad vestras ædes. 21 Qui jam nobis adest. 22 Nostræ familiæ. 23 Quæquam. 24 Eunuchum.

Ad

Ad nos deductum ? PY. [1] *namque alium* [2] *habui* [3] *neminem.* PY. [4] *au !*
Ne comparandus [5] *hic quidem ad* [6] *illum est :* [7] *ille erat*
[8] *Honestâ facie, & liberali.* PH. [9] *ita visus est*
[10] *Dudum, quia* [11] *variâ veste exornatus fuit :*
Nunc tibi videtur [12] *fœdus, quia* [13] *illam non habet.*
PY. [14] *Tace obsecro,* [15] *quasi verò paulùm intersiet.*
Ad nos [16] *deductus hodiè est adolescentulus,*
Quem tu [17] *videre verò velles, Phędria.*
[18] *Hic est vetus,* [19] *vietus,* [20] *veternosus, senex,*
Colore [21] *mustellino.* PH. [22] *hem, quæ hęc est fabula ?*
[23] *Eò redigis me, ut,* [24] *quid egerim, egomet nesciam.*
[25] *Eho tu, emi-n' ego te ?* DO. *emisti.* PY. *jube mihi* [26] *denuò*
Respondeat. PH. [27] *roga.* PY. *venisti-n' hodiè ad nos ?* [28] *negat.*

1 Scilicet *credidi.*
2 Quem enim, vel ad vos deducendum.
3 Eunuchum.
4 Interjectio perturbatæ, fœminæ, nec constantis sibi.
5 Quem tu adduxisti.
6 Alterũ, sc. Eunuchum, id est, Chæream Eunuchi simulatorem, qui deductus est ad nos, & qui virginem vitiavit. 7 Chærea habebat faciem pulchram & benignam. 8 Suprà 3, 2. *Ita me Dii ament*, honestus *est.* 9 Talis, scilicet honestâ facie & liberali. 10 Paulò antè, Plaut. *Non dudum ante lucem.* Sic infra: *Ah! quantò nunc formosior videre, quam* dudum? 11 Variegata, variis coloribus picta. Eugraphius: *Eunuchi veste utebantur versicolore, ut multis coloribus texta fulgerent.* Propriè ergo locutus est Poëta: nam *varietas quidem propriè in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia*, inquit Cic. 2. de Fin. 12 Deformis. 13 Variam vestem, quam prius habebat. 14 Desine, παύου, scilicet mecum de hac re contendere. 15 Quasi parva sit differentia, cum tamen sit maxima: *vel*, quasi non posset nosci hic Eunuchus ab altero. 16 A Parmenone. 17 Adeò sc. facie est honesta & liberali. 18 Dorus, qui astat. Hypotyposis personæ. 19 Languidus, sinè vi & naturalibus privatus viribus. 20 Segnis, somnolentus, senio tardus, νωθρὸς, veterno laborans. *Veternus*, morbus est ex nimio otio perpetuum somnum inducens: quem Græci λήθαργον vocant. Ac sæpè pro otio & oblivione Metaphoricè sumitur. 21 Flavo, fusco instar mustelæ, & aspectu fœdo, quales sunt Æthiopes sole adusti, non plane nigri: sic fortasse dicto, quòd lentigines, id est, maculæ faciei, quibus Eunuchi ferè faciem aspersam habent, ad mustelæ colorem quàm proxime accedant. Eugraphius itidem τὸ *mustellino* de mustellarum colore accipit: quapropter Terentius, si diversum à Menandro sentit, idque volens sciensque, male à Donato reprehenditur. Menandrum enim imitatus, non κατὰ πόδα secutus est. 22 Indignantis est. 23 In eum errorem me inducis, vis mihi hoc persuadere. 24 Quem emerim, vel miserim. 25 Interjectio est attentionem movens & responsionem. 26 Secundo, quia semel respondit tibi, id est, jube ut iterum respondeat mihi. 27 Permittentis est. 28 Taciturnitate, vel nutu. Hoc dicit Pythias de Eunucho, quem interrogat.

At ille [1] *alter venit, annos natus sedecim,*
Quem secum adduxit [2] *Parmeno.* PH. [3] *agedum, hoc mihi* [4] *expedi:*
Primùm undè habes [5] *istam, quam habes, vestem? taces?*
[6] *Monstrum hominis,* [7] *non dictuus?* DO. [8] *venit Charea.*
PH. *Frater-ne?* DO. *ita est.* PH. [9] *quando?* DO. *hodiè.* PH. *quam dudùm?* DO. [10] *modò*
PH. [11] *Qui cum?* DO. *cum Parmenone.* PH. *nosti-ne eum priùs?*
DO. [12] *Non: nec, quis esset, unquam audieram dicier.*
PH. *Vnde igitur, meum fratrem esse, sciebas?* DO. *Parmeno*
Dicebat [13] *eum esse: is dedit mihi* [14] *hanc.* PH. [15] *occidi!*
DO. [16] *Meam* [17] *ipse induit: post* [18] *unà* [19] *ambo abierunt foras.*
PY. *Iam satis credis* [20] *sobriam esse me, & nihil mentitam tibi?*
[21] *Iam satis certum est virginem* [22] *vitiatam esse?* PH. [23] *age nunc* [24] *bellua,*
Credis [25] *huic quod dicat?* PY. *quid* [26] *isti credam?* [27] *res ipsa indicat.*
PH. [28] *Concede istùc paululùm: audin? etiam paululùm: sat est.*
Dic dum [29] *hoc rursum, quæso* [30] *Charea-n' tuam vestem detraxit tibi?*

1 Non hic Eunuchus.
2 Tuus servus, ne dicas me mentiri.
3 Hortantis est.
4 Explica, declara.
5 Novam & Eunucho inusitatam vestem, quâ es indutus.
6 Deformitas hominis, & prætergrediens naturæ hominis modum, cùm nec sis nec mas, nec fœmina.
7 Scilicet es?
8 Timidè rem profert.
9 Scilicet venit.
10 Paulò antè, non ita dudum.
11 Cum quo. Anastrophe. 12 Sc. novi. 13 Chæream, tuum fratrem. 14 Vestem. 15 Perii! Desperantis vox est. Hoc secum Phædria, ne Pythias audiret; quam celari vult, quod ipse jam animadvertebat, 16 Vestem. 17 Frater tuus Chærea. 18 Posteà. 19 Chærea & Parmeno. 20 Non temulentàm. Suprà enim dixerat Phædria: *temulenta es.* 21 Num dubitas? 22 Stupratam. 23 Vox reprehendentis cum quadam adhortatione. 24 Stolida mulier, & non satis considerata. 25 Eunucho, servo & fugitivo. 26 Eunucho. 27 Quod vitiata est puella. 28 Confer te paululùm in istam partem ad me versùs. Ut remotior esset à Pythiâ, seorsùm hoc dicit Eunucho: ita melius suggerere poterat, quæ posteà suggessit. 29 Quod anteà interrogavi. 30 Meus frater.

DO. *Fa-*

DO. *Factum.* PH. *&* [1] *eâ est indutus?* DOR. *factum.* PH. *&* [2] *pro te* [3] *hùc* [4] *deductus est?* DO. *ita.*

PH. [5] *Iupiter magne, ô scelestum, atque audacem hominem!* PY. *væ mihi!*

Etiam nunc nō credis, [6] *indignis nos esse irrisas modis?*

PH. *Mirum ni tu credis quod* [7] *iste dicat:* [8] *quid agam, nescio.*

[9] *(Heus tu negato* [10] *rursum:)* [11] *possum ne ego hodiè* [12] *ex te exsculpere*

Verum? vidisti-n' fratrem Chæream? DO. *non.* PH. *non potest fierì*

[13] *Malo* [14] *fateri,* [15] *video:* [16] *sequere me hac:* [17] *modò ait, modò* [18] *negat.*

[19] *Ora me.* DO. *obsecro te* [20] *verò Phædria.* PH. *in* [21] *intrò nunc jam?* DO. [22] *hoi, hei!*

PH. [23] *Alio pacto* [24] *honestè quo modo hinc nunc abeam nescio:*

[25] *Actum est* [26] *siquidem:* [27] *tu me* [28] *hìc* [29] *etiam nebulo* [30] *Indificabere?*

PY. [31] *Parmenonis tam scio esse hanc* [32] *technam,* [33] *quàm* [34] *me vivere.*

DOR. *Sic est.* PY. [35] *inveniam pol hodiè* [36] *parem ubi referam gratiam.*

[37] *Sed nunc quid faciendum censes, Dorias?* DO. *de istac me rogas.*

1 Tuâ vestè.
2 Loco tuo.
3 Ad Thaidem, sive âd Thaidis domum.
4 Per Parmenonem.
5 Hanc exclamationem fecit de Chærea: sed sic pronuntiat, ut puer ancilla Pythias de Doro Eunucho dici.
6 Inhonestis & turpibus rationibus esse illusas.
7 Eunuchus.
8 Nescio, quid agere debeam, ut fratris honorem tuear. Submissâ voce hæc iterum dicit, ne exaudiat Pythias.
9 Adverbium excitantis eum ad negandum. In aurem dicit.
10 E contrario negato, quod prius dixisti.
11 Admonito Eunucho quid respondere debeat, clarâ voce, ut audiat ancilla, interrogat.
12 Extorquere confessione, sculpendo educere veritatem? Simulat se extorquere velle, quod tamen nolit proferri.
13 Supplicio & tormentis.
14 Veram.
15 Intelligo.
16 Ad tormenta subeunda: & hæc omnia simulantur ad excusationem inveniendam.
17 Aliquando fatetur vidisse se fratrem.
18 Se vidisse.
19 Finge te orare me, ne te supplicio afficiam. Hoc in aurem dicit.
20 Tanquam admonitus.
21 In meam domum.
22 Interjectiones ejulantis.
23 Nisi per hanc fallaciam.
24 Salvo honore meo, & fratris.
25 De me. Dicitur semper de malo, cui vix medela adhiberi potest.
26 Hæc ita sint. Apotiopesis.
27 Sermonem ad Dorum convertit, quem introire quasi ad supplicium & tormenta jussum sequitur Phædria.
28 In præsentiâ ancillæ.
29 Insuper.
30 Illudes, irridebis?
31 A Parmenone ortam esse.
32 Artem, fraudem.
33 Scilicet *scio.*
34 Jurantis formula.
35 Aliquid. Comminantis.
36 Ubi par pari referam Parmenoni.
37 Id est, jam scimus veritatem.

[1] *Virgine?*

1 Quæ ita fuit vitiata?

[1] *Virgine?* PY. *ita: utrum* [2] *taceam-ne, an* [3] *prædicem.* DOR. *tu pol, si sapis,*

2 Quòd sit vitiata.

4 *Quod scis nescis, neque de* [5] *Eunucho, neque de* [6] *vitio virginis:*

3 Apertè dicam, & detegam facinus.

[7] *Hac re* [8] *& te omni turba* [9] *evolves, &* [10] *illi* [11] *gratum feceris.*

Id modò [12] *dic, abîsse* [13] *Dorum.* PY. *ita faciam.* DOR. *sed videon'* [14] *Chremem?*

4 Quod scis, debes nescire, id est, dissimulate scire. Hoc enim proverbio ceream in tacendo fidem significamus, dum quis, quod scit, perinde continet: atque dissimulat, quasi nesciat. Sic Heaut. 4,4. *Tu nescis id quod scis.*

Thais jam [15] *aderit.* PY. [16] *quid ita?* DOR. *quia, cùm* [17] *inde abeo, jam tunc cœperat*

[18] *Turba inter* [19] *eos.* PY. [20] *tu aufer* [21] *aurum hoc:*

ego [22] *scibo ex* [23] *hoc,* [24] *quid fiet.*

5 Quòd Chærea non sit Eunuchus. 6 Stupro, id est, quòd jam mulier facta sit. 7 Tua taciturnitate. 8 Simul. 9 Expedies, exsolves, liberabis ab omni turbatione, tumultu & jurgio. Metaphora. 10 Phædriæ, vel vitiatæ puellæ. 11 Cùm silentio texeris amissam virginitatem, quæ reparari non potest. 12 Interrogata à Thaide. 13 Eunuchum. 14 Rusticum adolescentem. 15 Statim sequetur. 16 Quare putas Thaidem jam ad futuram? 17 Ex domo militis. 18 Jurgium, rixa. 19 Militem & Thaidem. 20 Dorias. 21 Aurea hæc Thaidis ornamenta: vide suprà, 4, 1. 22 Sciam. Antiquè. 23 Adolescente Chremete. 24 Quid sit de turba incepta, & quomodo res sese habeant.

ACTUS IV. SCENA V.

CHREMES, PYTHIAS.

1 Interjectio est paulatim percepti atque intellecti mali. A cœnâ militis semipotus revertitur Chremes adolescens: priorum memor, titubans in præsentibus.

CH. [1] *Atat, data herclè verba mihi sunt: vicit vinum, quod* [3] *bibi.*

Ac dum [4] *accubabam, quàm videbar* [5] *mihi esse pulcrè sobrius:*

Postquam [6] *surrexi, neque* [7] *pes, neque* [8] *mens satis suum* [9] *officium facit.*

2 Deceptus sum. 3 Apud militem. 4 Accumbebam, ad edendum sedebam in convivio. Veteres enim epulantes cubabant, ac cubito innitebantur. 5 Qui anteà fui sobrius. 6 A mensâ, è convivio. In ipsa enim sessione non est tantus motus, quo fumosi spiritus ex vino in caput exhalent. 7 Refertur ad incessum. Plaut. Pseud. 5,1. *Magnum hoc vitium vino est, pedes captat primùm, luctator dolosus est.* Lucret. l. 3. *Consequitur gravitas membrorum: prapediuntur Crura vacillanti: tardescit lingua: madet mens: Nam oculi.* 8 Refertur ad linguam. οἶνος ἔχει φρένας. Hom. Odyss. 6. 9 Id quod efficere debet vel solet, cùm sobrius sum.

PY. [1] *Chre-*

PY. [1] *Chreme.* CH. [2] *quis est?* [3] *ehem Pythia:* [4] *vah! quantò nunc* [5] *formosior*
Videre, quàm [6] *dudùm?* PY. *certè quidem* [7] *tu pol multò* [8] *alacrior.*
CH. [9] *Verbum herclè* [10] *verum hoc est:* [11] SINE CERERE ET [12] LIBERO [13] FRIGET VENUS.
Sed Thais multò antè venit? PY. *an* [14] *abiit jam à milite?*
CH. [15] *Iam dudùm, ætatem: lites* [16] *factæ sunt inter* [17] *eos maximæ.*
PY. [18] *Nil* [19] *dixit tum, ut sequerere sese?* CH. [20] *nihil, nisi abiens* [21] *mihi innuit.*
PY. [22] *Eho, non-ne id* [23] *sat erat?* CH. *at nesciebam id* [24] *dicere illam, nisi quia*
[25] *Correxit miles, quod* [26] *intellexi* [27] *minùs: nam me* [28] *extrusit foras.*
Sed [29] *eccam* [30] *ipsam video: minor,* [31] *ubi huic ego antevorterim.*

1 Compellantis. 2 Respicientis. 3 Q. d. non videram te. 4 Interjectio admirantis. 5 Pulchior. Ebriis enim & amatoribus τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται. 6 Paulò antè. 7 Videris mihi. 8 Hilarior, quam priùs. 9 Proverbium. 10 Atque ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. 11 Sinè cibo & potu seu vino amor languet. Et est Allegoria è tribus Metonymiis causarum efficientium pro effectis: ponitur enim inventor vel inventrix pro re inventâ: ut *Bacchus* pro vino, *Ceres* pro cibo, *Venus* pro amore. 12 *Liber* est Deus vini, qui & *Bacchus* dicitur: qui ex Semele & Jove genitus fertur. *Liber* dictus, vel quod vinum curas solvat, & mentem ab illis *liberet*: (undè Ovid. l. 1. de Arte: *Cura fugit, multo diluiturq; mero. Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit: Tunc dolor, & cura, rugaque frontis abit*) seu quod vino usi libere loquantur. 13 Languet, inutilis est. Metaphora. 14 Thais. 15 Jam longo tempore, ut est ætas, longe ante. Nomina autem temporalia vel tendentia ad tempus vel distantiam, possunt poni cum verbis omnibus in accusativo & ablativo, sed elegantius in accusativo. 16 Exortę. 17 Thaidem & militem. 18 Non. 19 Tibi. 20 Dixit. 21 Signum dedit mihi vel oculis, vel digito, vel alio quovis modo, ut sequerer sese. 22 Reprehendit tarditatem ejus. 23 Nutu significare abitum. 24 Thaidem id velle, vel significare, ut discederem, ac sequerer sese. Sic alibi: *Quasi tu dicas id factum consilio meo.* 25 Corrigendo ostendit meam inscitiam, exposuit mihi illum nutum. 26 Nutu Thaidis. 27 Non benè. 28 Exturbavit, expulit. 29 Ecce eam. 30 Thaidem. 31 In quâ parte viæ ego hanc præcesserim.

ACTUS IV. SCENA VI.

THAIS, CHREMES, PYTHIAS.

1 Thais à milite rediens, adeò commota est, ut etiamnùm in absentem invehatur. Adversùs militem Thais & Chremes se muniunt, quem venturum putant, ut virginem eripiat. Chremes verò timidus abit, quæsiturus advocatos sibi.

TH. [1] *Credo equidem* [2] *illum jam* [3] *affuturum esse,* [4] *illam ut eripiat:* [5] *sine Veniat: atque si illam digito attigerit uno, oculi illicò* [6] *Effodientur:* [7] *usque adeò ego illius* [8] *ferre possum* [9] *ineptias,* *Et* [10] *magnifica verba,* [11] *verba dum sint: verùm enim* [12] *si ad rem Conferentur,* [13] *vapulabit.* 5

CH. *Thais, ego jam dudùm hîc adsum.* TH. *ô mi Chreme, te ipsum exspectabam:* *Sci-n' tu* [14] *turbam hanc propter te esse factam? & ad te attinere hanc* [15] *Omnem rem?* CH. [16] *ad me?* [17] *qui?* [18] *quasi istuc.* TH. [19] *quia dum tibi sororem* [20] *studeo* [21] *Reddere, & restituere,* [22] *hæc atque hujusmodi sum multa* [23] *passa.*

2 Militem Thrasonem. 3 Adventurum. 4 Virginem Pamphilam dono datam. 5 Comminantis dictum. 6 Extrahen ur, eruentur. 7 In tantum. 8 Pati ac tolerare. 9 Stultas vivendi rationes. 10 Superba ac tumida, quibus se jactitare solet. 11 Dummodò verbis non addantur verbera. 12 Si ad effectum convertentur, id est, si discesserit à verbis, & rem experiri cœperit. 13 Cædetur, verberabitur. 14 Turbationem, rixam. 15 Totum hoc negotium, totam hanc contentionem. 16 Scilicet *attinet?* 17 Quomodo? Mirè expressit Poeta perturbationem adolescentis parùm assueti turbis, & timidioris. 18 Scilicet *ejusmodi verim hoc jurgium*, vel *credendum sit mihi*. Aposiopesis: Thais enim, antequam absolvat orationem, respondet. 19 *Quæ* enim *Thais cupiebat de sorore* Chremeti *indicare, ad eam rem tempus non erat* in domo militis: & cœptos cum adolescente sermones jurgium interrupit: suprà, 4, 1. itaque nunc, urgentibus, quæ imminebant, litibus, Chremeti sororem indicat & restituit, ut adversùs militem jam suum negotium ille gerere posset: commendat tamen suum beneficium Thais in hac ipsâ festinatione, multisque sibi laboribus stetisse hanc rem ostendit. 20 Laboro, conor. 21 Major emphasis in posteriore verbo est: *redduntur* enim deteriora plerumque quàm accepimus: *restituuntur* integra. *Reddi* potuit soror corrupta: non autem *restitui*, nisi virginitate integra, & qualis à prædonibus capta est. 22 Jurgia, atque aliaid genus. 23 A milite.

CH. *Ubi*

CH. *Vbi* [1] *ea est?* TH. *domi apud me.* CH. [2] *them!* TH. [3] *quid est?*
[4] *Educta ita, uti teque illâque dignum est* CH. [5] *quid ais?* TH. [6] *id quod res est.*
[7] *Hanc tibi dono do, neque* [8] *repeto pro illâ abs te quidquam pretii.*
CH. *Et* [9] *habetur, &* [10] *referetur à me, Thais, tibi, ita uti merita es,*
[11] *Gratia.* TH. *at enim cave, ne priùs, quàm* [12] *hanc à me accipias, amittas,*
Chreme: nam [13] *hæc ea est, quam miles à me vi nunc venit* [14] *ereptum.*
[15] *Abi tu,* [16] *cistellam, Pythias, domo effer cum* [17] *monumentis.*
CH. *Viden' tu* [18] *illum Thais?* PY. [19] *ubi sita est?* TH. *in* [20] *risco:* [21] *odiosa cessas?*
CH. *Militem secum ad te* [22] *quantas copias* [23] *adducere?*
[24] *At ai!* TH. *num* [25] *formidolosus obsecro es mi homo?* CH. [26] *apagesis.*
[27] *Ego-n' formidolosus? nemo est hominum, qui vivat,* [28] *minùs.*
TH. *Atque ita* [29] *opus est.* CH. [30] *ah! metuo, qualem tu me esse hominem existimes.*

1 Soror mea. Chremes ad mentionem sororis exspectatione suspensus, hæc rogat.
2 Indignantis sive metuentis est, quia audivit sororem esse in domo meretricia: ideoque ostendit se sollicitum esse de sororis pudicitia.
3 Quid perturbaris, quid indignaris & eximescis.
4 Soror tua est nutrita sive educata

ita, ut te & sororem tuam nutriri decet. Confutat, quod ipse metuebat. 5 Admiratur & dubitat adhuc. 6 Ita est. Amplius confirmat, quod duxerat. 7 Sororem tuam. 8 Reposco. 9 Refertur ad animum & voluntatem. 10 Refertur ad facultatem & recompensationem. 11 Memoria accepti beneficii. 12 Sororem tuam. 13 Puella, soror tua. 14 Ut eripiat. 15 Apostrophe ad ancillam. 16 Scrinium: à *cistâ*. 17 Literis, signis, ac reliquis testimoniis, quibus probetur libera virgo, & quibus agnosci posset Pamphila. 18 Militem Thrasonem. Trepidare incipit rusticus, viso Thrasone cum comitatu. 19 Ubi cistella est posita & recondita? 20 Cistâ de vimine factâ, & corio contectâ. 21 Molesta. 22 Quantum exercitum. Convenit autem rustico sex homines *copias* dicere, Militem scilicet, Parasitum Gnathonem, Donacem, Syriscum, Simalionem & Sangam. *Copia* in plurali numero significat multitudinem exercitus: ut, *Copia Pompeji*, *Copia Cæsaris*. 23 Scilicet *videre*. 24 Interjectio metuentis. 25 Formidans, timidus. Activè hîc sumitur. 26 Apage, id est, recede, vel abi. 27 Scilicet *esse*. 28 Formidolosus, quam ego. 29 Ut non sis formidolosus seu meticulosus, sed animosus. 30 Interjectio dolentis seu metuentis.

TH. *Imò hoc cogitato:* [1] *qui-cum* [2] *res tibi est,* [3] *peregrinus est,*
Minùs potens quàm tu, minùs [5] *notus,* [6] *amicorum hìc habens minùs.*
CH. [7] *Scio istuc: sed tu* QUOD [8] CAVERE POSSIS, STULTUM [9] ADMITTERE EST.
Malo ego nos [10] *prospicere, quàm* [11] *hunc* [12] *ulcisci,* [13] *acceptâ injuriâ.*
Abi tu, atque ostium [14] *obsera intùs, ego dum hinc transcurro ad* [15] *forum:*
Volo ego adesse hìc [16] *advocatos nobis in* [17] *turbâ hac.*
TH. [18] *mane.*
CH. [19] *Melius est.* TH. [20] *mane.* CH. [21] *omitte,*
jam adero. TH. *nil opus est* [23] *istis, Chreme:*
Hoc dic [24] *modò, sororem illam tuam esse, & te* [25] *parvam virginem*
Amisisse, nunc [26] *cognôsse:* [27] *signa* [28] *ostende.* PY. [29] *adsunt.* TH. [30] *cape.*
Si vim [31] *faciet.* [32] *in jus ducito hominem:* [33] *intellexti-n'?* CH. *probè.*

1 Cum quo. Anastrophe. 2 Negotium habes. 3 Q. d. non est tantus hostis, ut eum timeas. Ratio sumta est à conditione. 4 Quod ad divitias attinet. 5 In civitate. 6 Non tot amicos hìc habens, quot tu habes. Locus de facultate & difficultate litigandi, etiam alibi apud nostrum tractatur: Andr. 4, 5, 15. &c. Adelph. 2, 2. & 4, 4. Phorm. 4, 3. 7 Ita esse. 8 Vitare & impedire, ne fiat. 9 Pati id fieri, exponere se periculis. 10 Providere & cavere, ne fiat. Vide Andr. 3, 5, 18. & adde Sallustii illud: *Res monet, cavere ab illis magis, quàm, quid in illos statuas, consultare.* Catil. 25. Laudat autem suam hanc cautionem, *consilium* vocans, Chremes scena sequente v. 14. 11 Militem Thrasonem. 12 Punire. 13 Postquam accepimus injuriam. 14 Obdita sera claude. Contrarium est *reserare*, id est, aperire. *Sera* est januæ claustrum. 15 Causarum, scilicet ut illinc deducam adjutores. In foro enim causidici ambulabant, exspectantes cui patrocinarentur. 16 Patronos, homines paratos defendere nos. 17 Turbatione, rixâ. 18 Revocantis est. 19 Ut adsint advocati. 20 Iterum revocantis. 21 Dimitte me, sine me ire: quo verbo innuit Chremes se à Thaide manu comprehensum fuisse. 22 Statim. 23 Advocatis. 24 Tantùm. 25 Cùm adhùc parva esset. 26 Cognovisse esse sororem tuam. Syncope. 27 Monumenta cum cistellâ. 28 Si noluerit miles credere. 29 Monumenta cum cistellâ. Pythias jam rediit. 30 Cistellam. Dum hoc dicit Thais, tradit Chremeti cistellam cum monumentis. 31 Miles. 32 Deduc eum ad judices. 33 Quid ego dixerim?

TH. *Fac animo* [1] *hæc* [2] *præsenti dicas.* CH. *faciam.* TH. [3] *attolle pallium.*
[4] *Perii!* [5] *huic ipsi opus* [6] *patrono est, quam defensorem paro.*

1 Quæ dixi de sorore 2 Magno & forti. Sic Phorm. 5, 7. *Animo virili* præsentique *ut sis, para.* 3 Erige pallium humeris delapsum. Nam satis sobrius: nec urbanæ elegantię studiosior adolescens rusticus, pallium trahit, quod attolli & subduci jubet Thais: vel fortè pallium abeunti ceciderat, nec præ metu animadverterat. Nam sæpè metu percussis solet accidere, ut quippiam amittant, nec sentiant se amisisse. *Pallium* autem erat extima vestis Græcorum; ut *toga* extima vestis Romanorum. 4 Eniphonema. 5 Adolescenti Chremeti. 6 Defensore: nam *patronus* est, qui accusati causam agit seu defendit.

ACTUS IV. SCENA VII.

THRASO, GNATHO, SANGA, CHREMES, THAIS.

THR. [1] *Hanc-cine ego ut* [2] *contumeliam tam* [3] *insignē* [4] *in me* [5] *accipiā, Gnatho?*
Mori me [6] *satiùs est.* [7] *Simalio, Donax,* [8] *Syrisce,* [9] *sequimini.*
Primùm [10] *ædes* [11] *expugnabo.* GN. [12] *rectè.* THR. [13] *virginem eripiam.* GN. [12] *probè.*
THR. [14] *Malè mulctabo ipsam.* GN. [12] *pulchrè.* THR. [15] *in medium hùc* [16] *agmen cum* [17] *vecti, Donax,*
Tu Simalio [18] *in sinistrū cornu, tu Syrisce,* [19] *in dexterū.*

1 Furens miles accedit ad Thaidis domum oppugnandam: & ridicule Imperatorem agit in instruenda acie, quem tamen interim Gnatho falsè irridet. Tandem pertimidus, re infecta, relinquit Thaidem. 2 Thaidis. 3 Magnam, sive gravem. 4 Contra. 5 Patiar. 6 Melius est, quàm pati talem contumeliam meretricis. 7 Miles incitato animo suos servos vel milites vocat facturus insultationes Thaidi. 8 *Syriscus* diminutivum est à *Syro.* 9 Me i. ego ero dux vester. *Projicit ampullas, & sesquipedalia verba,* ut ait Horatius. 10 Domū Thaidis. 11 Pugnando capiam, solo ęquabo, ut sit area tantùm. 12 Sc. *facies.* Ex decoro personæ & instituto parasiti, qui imperaverat sibi omnia assentiri. 13 Abducā à Thaide virginē, quā ei dono dedi. 14 Valdè & in malū ejus puniā Thaidē, ego eā tractabo, ut digna est. *Mulctare aliquem,* significat pœnā pecuniariā irrogare seu exigere. Indè *mulcta* propriè est pœna pecuniaria. i illa pecunia, quā reus condemnatus numerat judicibus. 15 Sc *procede, veni.* 16 Exercitū ordinarū sive incedentem. *Agmen* dicitur quasi *agimen,* quod propriè significat agentē sese. i. ambulantē multitudinē. Aliquando pro coarctante se multitudine, ut majorē impetū faciat. Virg. 2. Æn. *illi,* agmine *facto, Laocoonta petunt.* 17 Instrumento ferreo parietibus ędituū perfodiendis apto. Cùm enim Thraso vellet expugnare ędes Thaidis, vectibus erat opus, ad parietes quatiēdos & frangendos. 16 In partē acieï sinistrā prominentē, sive in sinistrū aciei angulū procedas. *Cornua* enim per Metaph. in prelio dicuntur aciei partes, ab utroq; latere prominentes. In exercitu enim est *dextrum & sinistrum cornu.* i. latus dextrū & sinistrū: &, quod inter utrumq; est, dicitur *media acies.* 19 Cornui. i. in latus dextrū aciei sive exercitus.

1 Dic, ecquibi reliquos servos. Respicientis & gloriantis est, quòd ita instruxerit exercitum.

[1] *Cedo alios: ubi* [2] *Centurio est Sanga, &* [3] *manipulus furum?* SA. *eccum* [4] *adest.*

THR. *Quid* [5] *ignave?* [6] *periculo-n' pugnare,* [7] *qui* [8] *istum* [9] *hùc portes, cogitas?*

SA. [10] *Ego ne?* [11] *Imperatoris virtutem noveram, &* [12] *vim* [13] *militum,*
Sinè sanguine [14] *hoc fieri non posse,* [15] *quî abstergerem vulnera.*

2 Qui centum peditibus præest. Nam *centurio* est peditum: *Decurio* verò equitum. In exercitu miles Centurioni parebat. Centurio Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli; sed seorsùm Magister equitum solùm Dictatori parebat. 3 Reliqua servorum culinariorum sub Archimagiro Sanga cohors sive caterva. Virg. *Quid domini facient, audent cùm talia* fures, id est, servi? *Manipulus* à *manu* fit, & propriè significat manuælem herbarum fasciculum: quem manu quis apprehendit metendo. Ponitur hîc pro exigua militum manu, quæ unum signum sequitur. Erat autem pars Centuriæ ita dicta, quod sub Romulo pauper adhùc Romanus exercitus, *manipulos* fœni ac herbarum hastis alligatos pro signis gerebat. Hinc *Manipulares* milites dicti. In Legione Centuriæ erant 60. Manipuli 30. Cohortes decem. Agel. l. 16. c. 4. Manipulus igitur habet 200. milites. Cohors 600. Centuria 100 militibus constat. Plena igitur Legio habet 6000. hominum. 4 Centurio cum manipulo furum. Dicit de se & de servis suis. 5 Sanga. Corripientis est. 6 Spongia longa, cujus ad vulnera sive abstergenda, sive obliganda, usus esse solet. 7 Quod, quia. 8 Periculum. 9 In medium agmen adferas. 10 Cogitarem pugnare cum periculo? 11 Vires tuas: qui es Imperator hujus certaminis. Ironicè hæc dicit, irridens ipsum Thrasonem. 12 Audaciam, animositatem. 13 Tuorum adversùs hostes. 14 Bellum, certamen. 15 Ut desiccarem vulnera, ideò hùc portavi periculum. 16 Interjectio iracscentis. 17 De quibus tu interrogas. 18 Manet domi, ut observet eam: *vel*, custodit res, quæ sunt domi. Plaut. Amphit. 1, 1. *Quia nos eramus peregrè*, tutatus est domi. Donatus *domum* legit. 19 Gnatho. 20 Ordina, dispone atque ad pugnam præpara Sangam & alios milites qui venerant, scilicet manipulum furum. 21 Post primas legiones firmæ armaturæ, id est, in eo loco, qui est in acie tutissimus. Sumtum à bellis, in quibus tutissimus locus post principia: siquidem in prima acie stabant Hastati: in secunda Principes: hos sequebantur Scutati: hos æriarii, id est, milites veterani, spectatæ virtutis. Inter quos sibi cavit Thraso. *Principia* ergo dicuntur acies & frons prima exercitus. 22 Militibus. 23 Ineundi prælii, aut sonitu tubæ, vexilli vibratione vel erectione, aliisque id genus. 24 Ubi ego fuero in tuto citraque omne periculum.

GN. 1 *Illud*

GN. [1] *Illud est sapere!* [2] *ut* [3] *hosce instruxit*, [4] *ipsus sibi cavit loco.*

THR. *Idem hocce* [5] *Pyrrhus factitavit.* CH. *vide-n' tu Thais, quam* [6] *hic rem agit?*

[7] *Nimirum consilium illud* [8] *rectum est de* [9] *occludendis* [10] *ædibus.*

TH. *Sanè, quòd tibi nunc* [11] *vir videatur esse, hic* [12] *nebulo magnus est:*

Ne metuas. THR. [13] *quid videtur?* GN. [14] *fundam tibi nunc nimis vellem dari,*

Vt tu [15] *illos* [16] *procul hinc* [17] *ex occulto cæderes:* [18] *facerent fugam.*

THR. [19] *Sed eccam Thaïdem ipsam video.* GN. [20] *quàm mox irruimus?* THR. *mane.*

OMNIA PRIUS [21] EXPERIRI VERBIS, QUAM [22] ARMIS, [23] SAPIENTEM DECET.

Quî scis, an, quæ [24] *jubeam,* [25] *sinè vi* [26] *faciat?* GN. [27] *Dii vostram fidem!*

1 Ita sibi cavere est esse sapientem. Epiphonema, in quo irridet Thrasonem ad spectatores, indicans nullum esse animum in Thrasone.

2 Postquam.

3 Milites, servos ad pugnam disposuit.

4 Ipse sibi loco tuto, vel opportunè prospexit, consuluit. Exponit quod Thraso dixit, *hic ego ero post principia.* 5 Epirotarum Rex, peritissimus aciei ordinandæ ducendiq; exercitus sæpè sibi loco tuto cavit ac consuluit. Excusat suam turpitudinem ab exemplo Pyrrhi: atq; ita homo nihili, & nebulo magnus, ut infrà dicitur, clarissimorum hominum exempla suis ineptiis prætexit: hîc Pyrrhum, infrà Herculem. Hunc autem Pyrrhum Antigonus ducem optimum pronunciavit, siquidem consenuit, superstes variis bellis. Hannibal verò primas Alexandro dedit, quòd parva manu innumerabiles exercitus fudisset, quod ultimas oras supra spem humanam peragrasset: Pyrrho secundas, quod castrametari primus docuisset, stratagematum in urbibus capiendis, & præsidiis disponendis, esset peritissimus, artem conciliandi homines optimè calluisset: sibi denique tertias, &c. Liv. l. 5. Decad. 4. 6 Miles Thraso. In domo hæc loquitur. 7 Sinè dubio. 8 Rectè suasum & inceptum est. 9 Obserandis. 10 Priusquàm veniret miles. 11 Forti ac virili animo præditus. Donatus explet ἔλλειψιν: *Deest*, inquit, *non est: ut sit: non est quod tibi nunc vir videatur esse:* comparat que alterum locum infrà 5, 9, 34. 12 Homo nullius animi, vanus ac mollis ut nebula. 13 Gnatho, quid judicas de ineundo prælio? 14 Instrumentum è funiculo factum, quo funduntur, id est, jactantur lapides. Ab hac *funditores* vocitati, qui fundis magnis dimicant. 15 Thaidem & Chremetem. 16 Longè. 17 Ex loco, ubi non videris, verberares ac oppugnares. 18 Cogerentur dare terga, sive fugere. Est modus potentialis: Gnatho tantùm ridet militem. 19 Miles vultu gestuque, tanquam ad certamen composito, cum strepitu hoc infert. 20 Quando impetum faciemus in ædes Thaidis? Nam *irruere* est cum furore prælium inire. 21 Tentare. 22 Bello. 23 Qualis ego sum. 24 Velim. 25 Suâ sponte, non coacta. 26 Thais. 27 O Di, imploro vestrum auxilium. Admirantis est.

[1] *Quanti est sapere! nunquam accedo ad te,* [2] *quin abs te abeam doctior.*

THR. [3] *Thais, primùm hoc mihi responde: cùm tibi* [4] *do istam virginem,*
Dixti-n' hos mihi dies [5] *soli dare te?* TH. [6] *quid tum postea?* THR. [7] *rogitas,*
Quæ mihi ante oculos coram [8] *amatorem adduxisti tuum?*

TH. *Quid cum* [9] *illo ut agas?* THR. *& cum* [10] *eo* [11] *clam subduxisti mihi?*

TH. [6] *Libuit.* THR. [12] *Pamphilam* [13] *ergo* [14] *hùc redde, nisi* [15] *vi mavis* [16] *eripi.*

CH. *Tibi illam reddat? aut tu eam tangas?* [17] *omnium.* GN. [18] *ah, quid agis? tace.*

THR. *Quid tu tibi vis? ego non tangam* [19] *meam?* CH. [20] *tuam autem* [21] *furcifer?*

GN. [22] *Cave sis: nescis, cui* [23] *maledicas nunc* [24] *viro.* CH. [25] *non tu hinc abis?*

[26] *Sci-n' tu ut tibi res se habeat? si quidquam hodiè* [27] *hîc turbæ cæperis,*
[28] *Faciam, hujus loci, dicique, meique semper memineris.*

1 Quanti valet, quam pretiosa res est sapientia, quàm nulle est esse sapientem! 2 Quin redeam ex consortio tuo doctior, tantâ es sapientiâ. Est autem adulatio parasitica. 3 Non minùs nunc inepti litigatoris, quam hactenùs, inepti militis specimen dabit Thraso. 4 Darem. 5 Non Chremeti daturum, id est, neminem alium admissurum? 6 Insolenter respondet Thais, & ut meretricem sapit. 7 Quid tum posteà fuerit? 8 Chremetem: quem miles putabat esse suum rivalem. Probandum erat, Thaidem pactum violasse: adducit miles probationem infirmam, præpropera suspicione mixam: neque enim Thais Chremetem, ut amatorem, invitari voluerat apud militem, sed alia causa. 9 Thrasone. Donatus hæc verba contemtu militis dicta exponit. Thais enim indignum hactenùs denotat, cum quo litiget. 10 Amatore. 11 Furtim subtraxisti. Virg. *& fidum capiti subduxerat ensem.* 12 Dono à me datam. 13 Quia hoc non servas, quod es pollicitus. 14 Nobis in manus nostras restitue. 15 Violentia Al. *fi.* 16 Pamphilam. 17 Scilicet *pessime, scelestissime.* Aposiopesis. 18 Reprehendentis. 19 Virginem a me emptam ære meo? 20 Scilicet *audes dicere?* 21 Verbero, & qui dignus es illâ contumeliâ affici, ut furcam, id est, patibulum feras circum vicinos more improbi servi. Donatus: *inconvenienter ut imperitus adolescens liberum servilibus convitiis exagitat.* Intempestivum acumen Grammatici. An non Ciceto liberos homines hoc vocabulo incessit? 22 Consulo, ut taceas. 23 Contumeliam inferas. 24 Tam animoso. 25 Hoc parasito dictum. 26 Hoc militi dicit. 27 Ante ædes Thaidis aliquam turbationem seu tumultum excitaveris in virgine eripienda. 28 De Plauto sumtum, Captiv. 3, 2, 20.

GN. [1] *Mi-*

GN. [1] *Miseret me tui, qui* [2] *hunc* [3] *tantum homi-*
nem facias inimicum tibi.
CH. [4] *Diminuam ego caput tuum hodiè, nisi* [5] *abis.*
GN. *ain' verò* [6] *canis?*
Sic-cine agis? THR. [7] *Quis tu es homo?* [8] *quid tibi*
vis? quid cum [9] *illâ rei tibi est?*
CH. [10] *Scibis: principio eam esse dico* [11] *liberam.*
THR. [12] *hem!* CH. [13] *civem Atticam.*
THR. [14] *hui!*
CH. *Meam sororem.* THR. [15] *os durum!* CH. [16] *mi-*
les. nunc [17] *adeò* [18] *edico tibi,*
Ne vim facias ullam in illam. Thais, ego ad Sophro-
nam eo
[19] *Nutricem, ut eam adducam, &* [20] *signa ostendam*
hæc. THR. *tu-n' me prohibeas,*
Meam-ne tangam? CH. *prohibeo, inquam.* GN. *au-*
di-n' tu? [21] *hic furti* [22] *se alligat.*

1 Ridet militem & rusticum adolescentem.
2 Militem.
3 Tantæ auctoritatis virum.
4 Mutilabo. Minantur, qui capitis diminutionem de prioris status mutatione accipiunt: qui erat: 1. Cùm aliquis simul & civitatem & libertatem amittebat. 2. Cùm civitas amittebatur, libertas retinebatur. 3. Cùm civitas retinebatur & libertas, sed status hominis commutabatur. 5 In tempore. 6 Impudens, acerbus ut canis. Hoc verbo *canis* impudentibus inimicis convitium fieri solet. 7 Chremeti dicit. 8 Quid cupis? 9 Puellâ. 10 Scies, aut dices. 11 Ingenuam, non servilis conditionis. Tria officia agnoscit hîc Donatus: *assertoris, cognitoris, fratris.* Benè & illud notavit: *civem Atticam: quo etiam negotium potest ei fieri, qui se pro domino gerit in civem.* Ordinem etiam meritò commendat: *liberam, civem, sororem.* Tria enim sunt quæ habemus, libertatem, civitatem, familiam. 12 Interjectio illudentis propter dictum illud Chremetis. 13 Dico eam esse. 14 Interjectio admirantis illius audaciam. 15 O hominem impudentem & perfrictæ frontis, qui talia effutit mendacia: sicut contrà *mollis frontis* dicuntur, qui sunt reverentes. 16 Invidiosè dictum, & subjicit interminationem. 17 Certè. 18 Præcipio, impero tibi tanquam Prætor vel Imperator militi. Dicuntur enim edicere Prætores & Consules, cùm publicè aliquid prædicandum ac proclamandum curant, quid sint observaturi, vel quid fieri velint. 19 Puellæ. 20 Monumenta, quibus probari possit, hanc meam esse sororem. Loquitur autem de monumentis, quæ in cistâ erant. 21 Chremes. 22 Engraphius legit *se*. Apud Donatum duplex interpretatio ponitur: quarum altera *se alligat*, altera, *te alligat*, explicare contendit. Optima est lectio quam retinuimus hoc sensu: nascitur tibi adversùs Chremetem titulus novæ actionis: furti enim adversus ipsum agere potes, quod rem tuam sib vindicat: *vel*, astringit se, reum facit, professus se dolo malo rem à proprio domino auferre & retinere.

1 *Ad repetendam virginem, sumendamque injuriæ vindictam*, ut Donatus supplet.

1 *Sati-n' hoc est tibi ?* THR. 2 *hoc idem* 3 *tu ais ?*
TH. 4 *quære, qui respondeat.* 40
THR. 5 *Quid nunc agimus?* GN. 6 *quin* 7 *redeamus.*
jam 8 *hæc tibi aderit* 9 *supplicans*
Vltrò. THR. *credi-n'?* GN. 10 *Imò certè: novi* 11 *ingenium mulierum.*
NOLUNT, UBI VELIS: UBI NOLIS, CUPIUNT ULTRO. THR. 12 *benè putas.*
GN. *Iam* 13 *dimitto exercitum ?* THR. 14 *ubi vis.*
GN. *Sanga, ita uti fortes decet*
Milites, domi 15 *focique fac* 16 *vicissim ut memineris.* 45
SA. *Iam dudùm* 17 *animus est in patinis.* GN. *frugi es.* THR. 18 *vos me hac sequimini.*

2 Quod Chremes nit, illam virginem esse sororem istius adolescentis.

3 Thais. 4 Alium, ego non respondebo tibi: indignus enim es, cui ego debeam respondere. 5 Nova consultatio & ridicula. 6 Imò. 7 Ad nostras ædes. 8 Thais. 9 Tibi abeunti supplicabit. 10 Credo futurum. 11 Naturam mulierum, quippe quæ instar arundinis levi momento huc & illuc agitari se & impelli sinunt: *sunt fermè, ut pueri, levi sententiâ.* Hecyr. 3, 1. 12 Rectè judicas. 13 Facio exercitui copiam sive facultatem abeundi, qui mihi est mandatus? 14 Receptui canit turpiter. 15 Coquinæ, aut cibi, qui in foco paratur. *Focus* enim priè dicitur locus, ubi ignis est. Gnatho non belli, non contentionis, sed ciborum potiùs memorem se præbet; *domique & foci meminisse* festivè milites, non tam ad pugnandum pro aris ac focis idoneos, quàm ad consumendas fruges natos, jubet. Posset ingenium ejus explicari Martialis illo versu 2, 40 *Novi hominis mores: esurit atque sitit*: quod enim potiùs paratiti negotium studiumque? 16 E contrario, post bellum, bello confecto. 17 Incepi habere appetitum, & cogitare de patinis, id est, vasis, in quibus edulia ponuntur, id est, jamdudùm esurio. 18 Milites.

ACTUS V. SCENA I.

THAIS, PYTHIAS.

1 Ex Pythia ancilla Thais à Chærea vitiatam agnoscit Pamphilam.

TH. 1 PErgin' 2 *sceleste mecum* 3 *perplexè loqui?*
4 *Scio*, 5 *nescio*: 6 *abiit*: 7 *audivi*: *ego non* 8 *affui.*

2 O scelerata Pythias. 3 Obscurè, intricatè: statuerat enim crimen virginis celare. Contrarium est apertè, extricate. Fingitur, quòd sit præmissa aliqua longa excusatio ancillæ. 4 Flere puellam. Exponit Mimêsi, quæ sit illa perplexa oratio. 5 Vitiatam esse ab Eunucho. 6 Eunuchus. 7 Domi esse factum aut admissum aliquid. 8 Interfuisse illi vis illata.

Non

Non tu istuc mihi dictura [1] *apertè es*, [2] *quidquid est?*

Virgo [3] *conscissâ veste lacrymans* [4] *obticet:*

Eunuchus abiit: quamobrem? quid factum est? taces?

PY. *Quid tibi ego dicam misera? illum* [6] *Eunuchum negant*

Fuisse. TH. *quis fuit igitur?* PY. *iste Charea.*

TH. *Qui Charea?* PY. *iste* [7] *ephebus frater* [8] *Phædriæ.*

TH. *Quid ais venefica?* PY. [9] *atqui certò* [10] *comperi.*

TH. *Quid* [11] *is obsecro* [12] *ad nos? quamobrem adductus est?* PY. [13] *nescio,*

Nisi [14] *amâsse credo Pamphilam.* TH. [15] *hem misera* [16] *occidi,*

[17] *Infelix, siquidem tu istæc vera* [18] *prædicas.*

Num [19] *id lacrumat virgo?* PY. [20] *id opinor.* TH. *quid ais* [21] *sacrilega?*

[22] *Istuc cine interminata sum hinc abiens tibi?*

PY. *Quid facerem, ita ut* [23] *jussi,* [24] *soli credita est.*

TH. *Scelestæ*, [25] OVEM LUPO COMMISISTI, [26] *dispudet,*

1 Manifestè loquendo, non perplexè & obscurè.

2 Scilicet *factum.*

3 Habens vestem fractam.

4 Pudet eam fateri. *Tacemus* consilia: *Reticemus* dolores: *Obticemus*, quorum nos pudet.

5 Qui adfuit; qui adductus est.

6 Missum à Thaide.

7 Imberbis, impuber, cui prima lanugo in barbâ

incipit crescere. 8 Amatoris tui. 9 Attamen. 10 Fratrem fuisse Phædriæ. 11 Chærea. 12 Venit? 13 Admodum meticulosè respondet. 14 Chæream. 15 Interjectio dolentis. 16 Perii. 17 Scilicet *sum.* 18 Narras. 19 Propter id. Sic supra 3, 1. Id *verò soli triumphas.* 20 Suspicor virginem ob id lachrymare. 21 Impia & scelerata, quasi quæ sacra violaveris. 22 Num istud, discedens hinc, cum interminatione mandavi, injunxi, ne quisquam ad eam accederet? Supra 3, 2. *Quid aliud voluí dicere? Hem, curate istam diligenter virginem.* 23 Jussisti. Syncope. 24 Eunucho soli commendata, commissa est puella. Dixit enim supra 3, 5. Chærea: *Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat, & mihi, ne abscedam, imperat, In interiore parte ut maneam solus cum sola.* 25 Prædam prædatori dedisti, virginem violatori commisisti, sicut si ovis lupo devoranda committatur. Proverbialiter dicitur in eum, cui servandum aliquid committitur, cujus gratia custodem magis oporteat adhiberi: lupus enim & ovis genuino quodam odio dissident. Plaut. Pseudol. 1, 2. *Ut mavelis lupos apud oves relinquere, quàm hos domi custodes.* Antonius in concione dixerat, futurum se custodem urbis, usque ad Kalendas Majas. *O præclarum*, inquit Cicero, *custodem ovium, ut ajunt, lupum.* 26 Prorsus pudet.

1 *Sic*

1 Sic me deceptam esse.

PY 1 *Sic mihi data esse verba:* 2 *quid illic hominis est?* 3 *Hera mea tace; tace obsecro, salvæ sumus:* 4 *hominem*

2 Quis est ille homo? Videt enim Thais Chæream, sed non continuo agnoscit, quia adhùc Eunuchi veste indutus erat.

Habemus ipsum. TH. *ubi is est?* PY. 5 *hem ad sinistram, non vides?*

En. TH. *video.* PY. 6 *comprehendi jube,* 7 *quantum potest.*

TH. *Quid* 8 *illo facias stulta?* PY. *quid faciam rogas?*

Vide 9 *amabo: si non, cùm aspicias,* 10 *impudens*

3 Domina mea, sis

Videtur. TH. 11 *non.* PY. 12 *tum, quæ ejus confidentia est.*

secura quæso. Nam illud *tace* non est silentium indicentis, sed securam facientis: ut Adelph. 2,2. Tace, *egomet conveniam jam ipsum.* 4 Chæream tanquam reum. 5 Admonentis. 6 Eum capi. 7 Quamprimùm & celerrimè fieri potest. ὡς δυνατὸν. 8 Illi comprehenso. 9 Interjectio blandientis, id est, rogo te per amorem. 10 Homo inverecundus. Synecdoche. 11 Non videtur impudens. 12 Præterea aspicere potes, qualis ejus nimia securitas & audacia est.

ACTUS V. SCENA II.

CHÆREA, THAIS, PYTHIAS.

1 In ædibus sive domo Antiphonis. Dicit causam, quare ipse non mutaverit vestem, & inter eundum hæc loquitur.

CH. 1 *Apud Antiphonem uterque,* 2 *mater & pater,*

Quasi 3 *deditâ operâ, domi erant, ut nullo modo*

Introïre 4 *possem,* 5 *quin viderint me: interim*

Dum ante 6 *ostium* 7 *sto, notus mihi quidam obviam*

Venit: ubi 8 *vidi, ego me* 9 *in pedes, quantum queo,* 5

In 10 *angiportum quoddam desertum,* 11 *inde* 12 *item*

Chærea domum redire cogitans, in Thaidem incidit, & sic nulla ei fuit facinoris negandi facultas. Cum eo Thais contendit: ob vitiatam Pamphilam: deinde condonat noxam, petenti uxorem, quam vitiaverat. 2 Antiphonis parentes. 3 Consultò, studio, de industria, ex composito, id est, quasi anteà sciviſſent me venturum. 4 Quia stabant in januâ. 5 Quo minùs ut non. 6 Antiphonis. 7 Cogitans mecum, quid facerem. 8 Illum. 9 Sc. *dedi* aut *conjeci*, id est, fugi, fugæ me dedi. Sic Phorm. 1,2. *Aliquid convasassem, atque hinc me* conjicerem *prorsus* in pedes. 10 Vicum quendam angustum, non frequentatum. *Angiportum* vel *angiportus* (utrumque enim dicitur) *est iter compendiarium* (ut ait Pompejus) *in oppido*, eò quòd sit *angustus portus*, id est, aditus ad portam: vel *ab angendo*, quòd propter *angustiam* nihil per eum agi possit in portus. 11 Ex eo angiporto. 12 Itidem.

In

In aliud, [1] *inde in aliud : ita miserrimus*
Fui [2] *fugitando, ne quis me cognosceret.*
Sed est-ne hac Thais, quam video? [3] *ipsa est,* [4] *hæreo.*
Quid faciam? quid [5] *meâ autem? quid faciet mihi?*
TH. [6] *Adeamus :* [7] *bone vir Dore, salve : dic mihi,*
[8] *Aufugisti-n'?* CH. *hera,* [9] *factum.* TH. *satin' id tibi placet?*
CH. [10] *Non.* TH. *credin'* [11] *te impunè habiturum?*
CH. [12] *unam hanc noxiam*
Mitte: si [13] *aliam unquam* [14] *admisero ullam, occidito.*
TH. *Num meam sævitiam* [15] *veritus es?* CH. [16] *non.*
TH. *quid igitur?*
CH. [17] *Hanc metui, ne me* [18] *criminaretur tibi.*
TH. *Quid feceras?* CH. [19] *paululùm quiddam.*
PY. [20] *eho,* [21] *paululum impudens?*
An [22] *paululum esse hoc tibi videtur, virginem*
Vitiare civem? CH. [23] *conservam esse credidi.*
PY. *Conservam? vix me contineo, quin* [24] *involem in*
Capillum : [25] *monstrum, etiam ultrò* [26] *derisum advenit.*
TH. *Abin' hinc insana?* PY. [27] *quid ita verò?* [28] *debeam,*
Credo, isti quidquam, [29] *furcifero, si* [30] *id fecerim;*
Præsertim cùm se [31] *servum fateatur tuum.*

1 Ex eo angiporto secundo. 2 Dum fugio. 3 Subjectio. 4 Incertus remaneo, dubito, in dubio sum. Est autem *hærere*, propriè rei alicui insidere : & quoniam qui in aliqua re dubitant, non moventur, ideòque hærere ac suspensi esse videntur : factum est, ut *hærere* aliquando ponatur pro dubitare. 5 Refert? 6 Eamus ad Eunuchum illum Chæream, indutum adhùc Eunuchi veste. 7 Ironiâ irascentibus familiari orditur. 8 Ex ædibus. 9 Sc. *est*, id est, aufugi. 10 Mihi istud placet. 11 Te evasurum sine punitione, quòd aufugeris? 12 Hanc solam culpam sive peccatum, sc. quod aufugerim, dimitte, remitte. Precatur veniam. 13 Noxiam. 14 Commisero. 15 Quòd aufugeris. 16 Veritus sum. 17 Pythiam ancillam. 18 Accusaret, deferret apud te. 19 Feci. 20 Interjectio indignantis. 21 Fecisti? 22 Parvi criminis. 23 Putavi eam esse servã cum Pythiâ & aliis, non civem. 24 Insiliam velociter, more volantis avis, in capillum tuum. 25 Qui vitiat virgines, cùm tamen se simulet Eunuchum: contra naturam enim est, ut Eunuchus stuprum committat. 26 Ad deridendum. 27 Cur abeam hinc, *vel*, cur me insanam nominas? 28 Facio illi injuriam, ego dem pœnas. Ironia. Qui alteri injuriam facit, ille quasi contractu se obligat, & eo nomine ejus debitor evadit. Hùc spectat illud Orationis Dominicæ; *Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris*, id est, iis, qui nos injuria affecerunt, & inde pœnas nobis debent. 29 Improbo servo, digno qui furcam circa vicinos ferat in collo ignominiæ causa. Vide Donatum. 30 Si involaverim in capillum ejus. 31 Cum non sit liber.

TH.

TH. [1] *Missa hæc faciamus* : [2] *non te dignum, Charea,*
Feciſti : nam 3 *ſi* 4 *ego digna hac contumeliâ*
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen.
Neque ædepol, quid nunc conſilii capiam, ſcio,
De virgine iſtac: ita 5 *conturbaſti mihi*
Rationes omnes, ut 6 *eam non poſſim* 7 *ſuis,*
Ita ut 8 *æquum fuerat, atque ut ſtudui, tradere: ut*
9 *Solidum* 10 *parerem hoc mihi* 11 *beneficium, Charea.*
CH. *At nunc* 12 *dehinc ſpero æternam inter nos* 13 *gratiam*
Fore Thaïs: ſæpè ex 14 *hujuſmodi re quapiam, &*
Malo ex principio magna 15 *familiaritas*
Conflata eſt. Quid ſi hoc quiſpiam voluit 16 *Deus?*
TH. *Equidem pol in* 17 *eam partem* 18 *accipioque &* 19 *volo.*
CH. *Imò ita* 20 *quæſo: unum hoc* 21 *ſcito, contumeliæ*
Non me feciſſe causâ, ſed amoris. TH. 22 *ſcio,*
Et pol 23 *propterea magis nunc ignoſco tibi.*
24 *Non adeò inhumano ingenio ſum, Charea,*
Neque tam imperita, ut quid amor 25 *valeat, neſciam.*
CH. *Te quoque jam, Thais,* 26 *ita me Dii benè ament,*
27 *amo.*

1 Omittamus hæc ridicula vel futilia.
2 Non feciſti quod te decet, aut tibi honeſtum eſt.
3 Etſi.
4 Exiſtens meretrix.
5 Perturbaſti, impediviſti mihi omnes vias reddendæ ejus.
6 Puellam.
7 Propinquis.
8 Honeſtum, ſcilicet integrâ & incontaminatam.
9 Conſtans, plenum, perfectum ac firmum,
10 Acquirerem, comparerem, id eſt, ut ſolidam inirem gratiam à Chremete.
11 Reſtituendo ſuis.
12 Deinceps, in poſterum.
13 Benevolentiam, amicitiam.
14 Turbulentâ.
15 Societas, amicitia contracta & conciliata eſt. Idem facinus, raptum ſcilicet Sabinarum, eâdem ſententiâ excuſat Romulus apud Livium : *Sæpe ex injuriâ p ſtmodum gratiam ortam.*
16 Cupido, Deus amoris. Plaut. *Deus mihi impulſor fuit, is me ad illam illexit.*
17 Ut ſcil cet æterna inter nos ſit gratia, & malo ex principio magna familiaritas conflctur, *vel*, quòd hoc quiſpiam voluerit Deus.
18 Intelligo.
19 Opto ut illa eveniant.
20 Ut accipias.
21 Crede.
22 Credo.
23 Quòd culpa non ſit tua, ſed amoris.
24 Non ſum natura adeò immiti & fera, & ab omni humanitate alienâ. Tale eſt illud Didonis apud Virg. 1. Æn. *Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.*
25 Poſſit, id eſt, quanta ſit amoris vis, qui ad multa nefanda hominem impellit.
26 Sicut ſcilicet eſt verum te à me amari.
27 Quia comprobaſti hanc meam excuſationem.

PY. [1] *Tum*

PY. [1] *Tum pol* [2] *ab istoc tibi, hera, cavendum intelligo.*

CH. [3] *Non ausim.* PY. *nihil tibi quidquam credo.*
TH. *desinas.*

CH. *Nunc ego te* [4] *in hac re mihi ero ut adjutrix fies:*
Ego me tuæ [5] *commendo & committo fidei.*
Te mihi [6] *patronam cupio, Thais:* [7] *te obsecro:*
[8] *Emoriar, si non* [9] *hanc uxorem duxero.*
TH. *Tamen si* [10] *pater.* CH. [11] *quid?* [12] *ah volet, cerò scio,*
Civis modò hæc sit. TH. *paululùm* [13] *opperiri*
Si vis, jam [14] *frater ipse hîc aderit virginis.*
[15] *Nutricem accersitum iit, quæ illam* [16] *alnit* [17] *parvulam:*
In [18] *cognoscendo tute ipse hic aderis, Chærea.*
CH. *Ego verò manео.* TH. *vis-ne interea,* [19] *dum*
is [20] *venit,*
Domi [21] *opperiamur potiùs, quàm hîc* [22] *ante ostium?*
CH. *Imò* [23] *percupio.* PY. [24] *quam* [25] *in rem actum hæc obsecro est?*

1 Siquidem vult te amare.
2 Adolescentem Chæream, ne tibi quoque vim intulerat.
3 Non auderem aliquid mali admittere contra Thaidem, scilicet propter fratrem Phædriam.
4 Ut ducam Pamphilam.
5 Trado & credo.
6 Advocatam & mediatricem in hac causa, tanquam è servo tuo.

jam libertus, ut & me commendes, & adversùs obsistentes me defendas, ut possim potiri illa, quam amo. *Patronus* est, qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Moris autem fuit apud Romanos, ut provinciales & socii populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non modò publicè, sed etiam privatim: itique *clientes* eorum dicerentur. Clientes autem perpetuo patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuebantur, & patronos suos omni observantiâ atque absequio colebant & venerabantur. Hûc autem Chærea respexisse videtur. 7 Ut mihi adjutrix sis in hoc negotio. 8 Ne vivam. 9 Pamphilam. 10 Scilicet *voluerit, assenserit.* 11 Dicis de patre? 12 Interjectio gestientis in spem. 13 Operiri, id est, exspectare. Parasceve. 14 Chremes. 15 Sophronam adductum ivit. Suprà enim dixerat Chremes 4, 7. *Thais, ego ad Sophronam eo nutricem, ut eam adducam, & signa ostendam hæc.* 16 Nutrivit. 17 Cùm adhùc parvula esset. 18 Scilicet *eam*: q. d. interea ac magis eam cognosces: vel passivè potest capi, id est, dum cognoscetur à nutrice. 19 Donec. 20 Chremes, frater virginis. 21 Ut exspectemus. 22 Opperiamur? 23 Valdè cupio. 24 Quæ fic in domum Chæream velis deducere. 25 Hera.

TH.

TH. [1] *Nam quid ita?* PY. *rogitas?* [2] *hunc tu in ædes cogitas*
Recipere posthac? TH. [3] *cur non?* PY. [4] *crede hoc meæ fidei,*
[5] *Dabit hic aliquam pugnam denuò.* TH. [6] *ah, tace obsecro.*
PY. [7] *Parùm perspexisse* [8] *ejus* [9] *videre* [10] *audaciam.*
CH. [11] *Non faciam, Pythia.* PY. *non pol credo, Chærea,*
[12] *Nisi si commissum non erit.* CH. *quin, Pythias,*
Tu me [13] *servato.* PY. *neque pol servandum tibi*
Quidquam [14] *dare ausim, neque te servare:* [15] *apage te.*
TH. [16] *Optimè, adest ipse* [17] *frater.* CH. *perii herclè! obsecro*
Abeamus intrò, Thais: nolo me in viâ
Cum [18] *hac veste* [19] *videat.* TH. *quamobrem tandem? an quia* [20] *pudet?*
CH. [21] *Id ipsum.* PY. [22] *id ipsum?* [23] *virgo verò.*
TH. [24] *i præ, sequar.*
Tu istic mane, ut Chremem [25] *introducas, Pythias.*

1 Cur ita petis, quid sim actura?
2 Chæream.
3 Recipeream?
4 Habeas mihi hanc fidem.
5 Hic Chærea facinus aliquod audax de novo patrabit, & ludos nobis faciet, ut anteà. Plaut. Captiv. 3, 4, 53. *Hegio, vide sis, ne quid tu huic temerè infistas credere. Atque, ut perspicio, profectò jam aliquid pugnæ edidit.* 6 Interjectio est perturbatæ mulieris. 7 Non satis clarè cognovisse. 8 Adolescentis Chæreæ. 9 Videris. 10 Temeritatem. 11 Nihil mali faciam in tuis ædibus. 12 Si tibi nihil creditum erit: q.d. facies quod dico, præsertim si tibi fuerit commissa puella. 13 Observato, an quidquam facturus sim. Plaut. Bacchid. 4, 9, 142. *Nolo inquam, aurum concredi mihi, Vel da aliquem, qui me servet.* 14 Committere audeam. 15 Auser te, discede. 16 Cessit, factum est. 17 Scilicet *virginis*, nempe Chremes. 18 Eunuchi. 19 Frater puellæ. 20 Quòd ita sis vestitus? 21 Scilicet *est*, propter quod nolo ut me videat, quia scilicet me pudet. 22 Dicis id ipsum esse, quia te pudet? Odiosè Pythias hoc verbum Chereæ repetit. 23 Quam vitiasti? *pudet-ne* te ejus? Q. d. de virgine nihil dicis, de veste tantùm conquereris. 24 Præcede Chærea. 25 Intromittas.

ACTUS V. SCENA III.

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

PY. [1] Quid? [2] quid venire in mentem nunc possit mihi?
Qui-nam? [3] qui referam sacrilego illi gratiam,
Qui [4] hunc [5] supposuit nobis? CH. [6] *move verò ociùs*
Te, nutrix. SO. [7] *moveo.* CH. [8] *video, sed nihil [9] promoves.*
PY. *Iam-ne ostendisti [10] signa nutrici?* CH [11] *omnia.*
PY. [12] *Amabo, quid [13] ait, [14] cognovit-ne?* CH. *ac [15] memoriter.*
PY. *Benè ædepol narras: nam illi faveo [16] virgini.*
Ire intrò: [17] jamdudum [18] hera vos exspectat domi.
Virum [19] bonum eccum Parmenonem [20] incedere
Video: vide [21] ut otiosus it, [22] si Diis placet!
Spero me [23] habere, [24] qui hunc meo excruciem modo.
Ibo [25] intrò, [26] de cognitione ut certum sciam:
[27] *Pòst exibo, atque [28] hunc perterrebo [29] sacrilegum.*

1 Pythias secum cogitat, quo dolo Parmenonem ulciscì possit.
2 Gemina est interrogatio, quam incipità dubitatione.
3 Quo, vel ut impio illi ac scelesto Parmenoni vices rependam.
4 Chæream falsum Eunuchum.
5 Pro vero

Iatenter nobis adduxit ac subornavit? 6 Festina citiùs. Nutricis gradum segnem increpat Pythias. 7 Satis festino. 8 Quod moveas te. 9 Proficis. 10 Agnitionis virginis. 11 Ostendi signa. 12 Blandientis est particula, id est, rogo te per amorem. 13 Nutrix. 14 An cognovit ea signa? 15 Memoria adhùc tenet. 16 Puellæ vitiatæ. 17 Jam ex multo antè tempore. 18 Domina Thais. 19 Ironia. 20 Hùc venire. 21 Quàm securus, tanquam nihil malitimens, sine sollicitudine & curâ. Securitas enim otium parit. Invidet autem Pythias Parmenoni securitatem, quem sollicitum redditura est. 22 Est proverbialis locutio, quâ utimur, indignitatem vel temeritatem cujuspiam cum stomacho coarguentes. 23 Invenisse aliquid. 24 Quo modo, qua ratione Parmenonem meo arbitratu & voluntate affligam. 25 In domum Thaidis. 26 De agnitione puellæ Pamphilę à nutrice. 27 Postea, hoc cognito. 28 Parmenonem. 29 Impium, scelestum.

ACTUS V. SCENA IV.

PARMENO, PYTHIAS.

1 Redeo ad videndum. Hîc gloriatur Parmeno, quòd Chæream pro Eunucho ad Thaidem deduxerit, atque virgine præter sumptum & dispendium potitus sit. Deinde meretricum ingenia & sordes commemorat: quare Pythiam, quam non adesse percipit, priùs satis commotam, magis irritat.

PA. [1] REviso, quid-nam Chærea hîc rerum gerat:
Quòd si [3] astutem tractavit, [4] Dî vestram fidem!
Quantam & quam [5] veram laudem capiet [6] Parmeno!
Nam ut [7] mittam, quòd ei [8] amorem [9] difficillimum, &
[10] Carissimum [11] ab meretrice avarâ: virginem
Quam amabat, eam [12] confeci sinè [13] molestiâ,
Sinè [14] sumtu, sinè [15] dispendio: [16] tum hoc alterum,
Id verò est, quod ego mihi puto [17] palmarium,
Me reperisse, quo modo adolescentulus
Meretricum [18] ingenia & [19] mores posset noscere:
[20] Maturè cùm [21] cognôrit, [22] perpetuò oderit.
[23] Quæ dum [24] foris sunt, nihil videtur [25] mundius,

2 In ædibus Thaidis. 3 Astutè, prudenter. 4 Hic non invocantis est, sed admirantis. 5 Non sinè causâ. 6 Id est, ego capiam. 7 Omittam: excepto eo. 8 Hoc est (quod mox ipse se explicans dicit) *virginem quam amabat.* 9 In quo multum mali erat. Ordo est: *Virginem quam amabat*, existentem *amorem difficillimum, & carissimum ab meretrici avarâ, eam confeci sinè molestiâ*, &c. 10 Quo si voluisset potiri, maximum meretrici erat pretium dandum: vel *carissimum*, id est, qui ipsi valdè cordi erat. 11 Sc. *emendum.* 12 Magno labore atque artibus meis effeci, ut Chæreæ potiretur eâ. 13 Difficultate. 14 Impensâ. 15 Damno ac detrimento rerum suarum. 16 Deinde hæc altera res à me certè inventa est. 17 Insigne facinus, palma ac triumpho dignum, ἀξιόνικον. Palmæ coronabantur victores & triumphantes, quod furori hostium non concesserant, sed pertinacissimè restiterant. Hinc *palma* sæpiùs sumitur pro victoriâ: quoniam natura hujus ligni est, ut urgentibus prementibusque non cedat. Namque (ut scribit Aristoteles) si super palmæ arborem lignum magna pondera imponantur, & adeò oneretur ligno, ut magnitudo oneris sustineri non possit, non deorsum palma cedit, ut cæteræ arbores: sed adversùs pondus surgit, & sursum nititur recurvaturque, ut pondus rejiciat. Vide Agel. l. 3. c. 6. Hinc *palmata* sive *palmaris toga* dicta est, quâ triumphantes, & qui palmam meruerant, utebantur. 18 Ingenia. 19 Modos facieq; li. 20 In tempore, ut ipse non cogatur experiri. 21 Cognoverit ingenia earum & mores. 22 Omni tempore ingenia earum & mores odio prosequatur. 23 Meretrices. 24 Dum cœnant apud suos amatores. 25 Lautius illis meretricibus, cùm tamen non sint. *Nam munditia illecebra est animo amantium.* Plaut. Menæchm. 2, 3, 4.

Nec magis [1] *compositum quidquam, nec magis* [2] *elegans:*
Quæ, cum amatore suo cum cænant, 3 liguriunt.
4 Harum videre 5 ingluviem, 6 sordes, inopiam: 15
Quàm 7 inhonestæ solæ sint domi, atque 8 avidæ cibi,
Quo pacto ex jure hesterno panem 9 atrum vorent:
Nosse [10] *omnia hæc, 11 salus est adolescentulis.*
PY. *Ego pol te* [12] *pro istis dictis & factis,* [13] *scelus,*
[14] *Ulciscar; ut ne* [15] *impunè in nos* [16] *illuseris.* 20

1 Ornatum. 2 Venustum, quam meretrices. 3 Bellissimum. quodque elegan er & cum delectu carpunt. Sic Horat. Sat. 3.

I. 1. *tepidumque* ligurrierit *jus.* Vide quæ nos ibidem. Exemplum probe descriptum vide in Heaut. 3, 1, 48, &c. 4 Meretricum. 5 Voracitatem, edacitatem. 6 Squalorem, immunditiem, quæ sunt oblitæ. 7 Turpes. 8 Voraces. 9 Vetustate mucidum, vel furfuraceum, qui cæteris magis nigricat, maceratum ac mollitum ex succo pulpamentarii pridiano seu præcedentis diei deglutiant. 10 De moribus meretricum, ut discant istas devitare. 11 Salutare & utile, sive utilitas est. 12 Propter ista tua dicta, quæ protulisti de moribus meretricum, & propter facta, quæ exercuisti in virginem. 13 Sceleste. 14 Puniam. 15 Sine pœna. 16 Illudificatus fueris, in nos invectus fueris. Dicimus autem, *illudo tibi*, cum dativo: *illudo te*, cum accusativo: & *illudo in te*, quasi invehor in te.

ACTUS V. SCENA V.

PYTHIAS, PARMENO.

PY. [1] *Prô* [2] *Deûm fidem, facinus* [3] *fœdum! Ô* [4] *infelicem adolescentulum!*
O [5] *scelestum Parmenonem, qui* [6] *istum* [7] *hùc* [8] *adduxit!* PA. [9] *quid est?*
PY. [10] *Miseret me: itaque, ut ne* [11] *viderem, misera hùc effugi foras.*

1 Parmenonem terret Pythias, conspicatas intùs colligatum a Chremete Chæream, propter oblatum Pamphilæ vitium. 2 Tralcentis exclamatio est & invocantis, id est, Deorum auxilium imploro, invoco. 3 Crudele, scilicet quòd vitiata sit puella. 4 Miserum Chæream: fingit enim eum graviter apud Thaidem puniri. 5 Hoc dicit, quia videt astantem Parmenonem. 6 Adolescentem. 7 Ut tam graviter puniretur. 8 Loco Eunuchi. 9 Quid significat ille clamor Pythiæ? 10 Adolescentis. Hæc Pythias secum loquitur, fingens, se nescire, quòd Parmeno assistat. 11 Tale supplicium Chæreæ.

1 Quas pœnas, quæ aliis exemplo & documento sint, ne quid tale attentent, crudeles & horrendas dicunt faciendas esse in Chæream! Exemplum enim aliquando sumitur pro gravi pœnâ, quę potest cæteris documento esse, ne peccent. *Exemplum* propriè est res, quæ nobis imitanda vel fugienda

Quæ futura [1] *exempla* [2] *dicunt in eum indigna!*
PA. [3] *ô Iupiter,*
Quæ illæc [4] *turba est? num-nam ego* [5] *perii?* [6] *adibo: quid istuc, Pythias?*
Quid ais? [7] in quem exempla fient? PY. *rogitas audaciſsime?*
Perdidisti istum, quem adduxti [8] *pro Eunucho,* [9] *adolescentulum,*
[10] *Dum studes dare verba nobis.* PA. *quid ita? aut quid* [11] *factum est?* [12] *cedo.*
PY. *Dicam: virginem istam, Thaidi hodiè quæ dono data est,*
Scin' eam [13] *hinc civem esse? &* [14] *ejus* [15] *fratrem* [16] *apprimè nobilem?*
PA. [17] *Nescio.* PY. [18] *atqui sic inventa est: eam* [19] *iste vitiavit miser.*
Ille ubi [20] *rescivit* [21] *factum* [22] *frater* [23] *violentissimus.*
PA. *Quid-nam* [24] *fecit?* PY. *colligavit primùm eum miseris modis.*
PA. *Colligavit?* [25] *hem!* PY. *atque equidem* [26] *orante,* [27] *ut ne id faceret, Thaide.*
PA. *Quid ais?* PY. *nunc minitatur porrò* [28] *sese id, quod* [29] *mœchis* [30] *solet:*

proponitur. Ille autem, in quo est aliquid imitandum, vel fugiendum, dicitur *exemplar*, id est, à quo sumitur: undè illud contentum est; hoc verò continens. *Exemplum* etiam dicitur, quod in oratione adhibetur rei aut probandę, aut ordinandæ gratiâ. 2 Thais, Chremes & ancillæ. 3 Exclamatio, & initium metuentis servi. 4 Illa turbatio & tumultus. 5 Perditus sum, qui illius rei fuerim autor. 6 Eam. 7 De quo ita sumetur supplicium, ut sit aliis exemplo? 8 Loco Eunuchi. 9 Chæream. 10 Dum conaris nos decipere. 11 De Chæreâ. 12 Dic mihi. 13 Ex Athenis. 14 Virginis. 15 Chremetem. Hæc ad terrorem omnia. 16 Valdè ingenuum, qui ortus est ex bonis parentibus. 17 Eam esse civem. 18 Sed certè comperta est civis esse hinc. 19 Chærea. 20 Cognovit. 21 Vitiatam esse suam sororem. 22 Puellæ, sc. Chremes. 23 Qui est vehementissimus, inexorabilis. 24 Frater puellæ. 25 Interjectio timentis. 26 Quamvis Thais oraret. 27 Ut non colligaret eum. 28 Facturum esse. 29 Adulteris. Ideò *violentissimum* dixit anteà fratrem virginis, ne mirum esset, si pro adultero punire cuperet, qui innuptam violaverat. Pœna adulterorum alia atque alia variis nationibus fuit. Apud Locrenses alter oculus eruebatur. Frequentissima autem & usitatissima pœna fuit: deprehensos in adulterio mœchos quadrupedes constringebant, & eis nates depilabant cinere calido. Vide Plaut. Mil. glor. 5, 27. Juvenal. Sat. 10. 30 Scilicet *fieri*.

1 *Quod ego nunquam vidi fieri, neq́* 2 *velim.* PA. *quæ audaciâ*

Tantum facinus 3 *audet?* PY. *quid ita tantum?* PA. *an non hoc* 4 *maximum est?*

Quis homo 5 *pro mœcho unquam vidit in domo meretricis?*

6 *Deprendi quenquam?* PY. *nescio.* PA. *at ne hoc nesciatis, Pythiæ,*

7 *Dico,* 8 *edico vobis, nostrum esse* 9 *illum herilem filium.* PY. 10 *hem,*

Obsecro an is est? PA. *ne quam in illum Thais vim fieri sinat.*

Atque adeò autem cur non egomet 11 *intrò eo?* PY. *vide,* 12 *Parmeno,*

Quid agas, ne neque 13 *illi prosis, & tu pereas: nam hoc* 14 *putant,*

Quidquid 15 *factum est,* 16 *ex te esse ortum.* PA. 17 *quid igitur* 18 *faciam miser?*

Quid ve incipiam? ecce autem video 19 *rure redeuntem* 20 *senem.*

Dicam 21 *huic, an non?* 22 *dicam hercle, etsi mihi magnum malum*

Scio 23 *paratum: sed* 24 *necesse est,* 25 *huic ut subveniat.* PY. 26 *sapis:*

Ego abeo 27 *intrò: tu* 28 *isti narrato omnem rem ordine,* 29 *ut factum fiet.*

1 Scilicet illud quod fieri solet mœchis.
2 Optem videre.
3 Committere Chremes, quod mœchis solet fieri.
4 Inauditum facinus.
5 Pro adultero, id est, ut daret pœnas, quas solet mœchis.
6 Deprehendi, comprehendi.
7 Affero.
8 E loco edito dico, id est, ex tribunali dico. id est, palam omnibus dico, significo.

Donatus: *Dico tibi Pythia; edico omnibus tuis.* 9 Chæream esse filium herili, id est, domin. nostri, nempe senis Lachetis. 10 Ridentis. 11 Defensurus eum. 12 Revocantis. 13 Chæreæ adolescenti. 14 Chremes, Thais, & alii. 15 A Chærea. 16 A tua techna & arte prodiisse seu profectum esse. Supra: *Parmeno vix scio esse hanc techinam, tam quam me vivere.* 17 Aporia sive addubitatio. 18 Si hoc verum est, quemadmodum tu prædicas. 19 Ex agro. 20 Lachetem, Chæreæ patrem. 21 Seni Lacheti. 22 De Chærea. 23 Impendere. 26 Scilicet *dicere.* 25 Ut filio suo Chæreæ succurrat, opem ferat. 26 Sapienter facis, aut loqueris. Ironia. 27 In domum Thaidis. 28 Seni Lacheti. 29 Quomodo.

ACTUS V. SCENA. VI.

LACHES, PARMENO.

1 Parmeno dolo ancillæ Pythiæ impulsus, incantè se, Phædriam & Chæream prodit, & seni, in urbem redeunti, rem totam, ut gesta erat, aperit.

LA. [1] EX meo [2] propinquo rure hoc capio [3] commodi:
Neque agri, neq; urbis [4] odium me unquam percipit.
Ubi [5] satias cœpit [6] fieri, [7] commuto locum.
Sed est-ne ille noster Parmeno? & certè [8] ipsus est.
Quem [9] præstolare, Parmeno, hîc ante [10] ostium?
PA. [11] Quis homo est? [12] hem! [13] salvum te advenire, here, gaudeo.
LA. Quem præstolare? PA. [14] perii! lingua [15] hæret metu. LA. [16] hem,
Quid est? quid [17] trepidas? [18] satis-ne salvæ? dic mihi.
PA. Here, [19] primùm te arbitrari id, quod [20] res est, velim:
Quidquid [21] hujus factum est, [22] culpâ non factum est meâ.
LA. [23] Quid? PA. rectè sanè interrogasti, oportuit
Rem [24] prænarrasse me. [25] Emit quendam Phædria Eunuchum, quem dono [26] huic daret. LA. cui? PA. Thaidi.
LA. [27] Emit! perii hercle! [28] quanti? PA. [29] viginti minis

2 Urbi. 3 Hanc percipio commoditatem sive utilitatem. 4 Tædium seu fastidium. 5 Satietas, id est, ubi cœpero fastidire. Syncope.

6 Capere me. 7 Discedo ab uno loco ad alium. 8 Ipse. Archaïsmus. 9 Præstolaris, id est, exspectas. Dicitur *præstolor tibi*, & *præstolor te*. Cic. *Qui* tibi *ad forum Aurelium* præstolarentur. 10 Januam Thaidis. 11 Qui me alloquitur. Quasi de improviso respicit ad herum, quem antè viderat. 12 Interjectio percipientis, quem priùs non videramus. 13 Incolumem. 14 Hoc secum loquitur ad spectatores. 15 Infixa manet palato & immobilis, ut loqui non possim præ timore, id est, non possum ullum verbum facere. Virg. *& vox faucibus hæsit*. Id accidit, quia in formidine calore ad præcordia recurrente, lingua refrigerascit, ac stupens & attonita redditur. 16 Interjectio metuentis est, ne quid mali sit. 17 Times? 18 Satis-ne salvæ sunt res nostræ? 19 Præmunitio & excusatio præpostera male conscii animi se purgantis, antequam accusaretur. 20 Veritas. 21 Hujus rei, id est, in hac re. 22 Per me, me suasore vel impulsore. 23 Factum est? 24 Antè exposuisse. 25 Narratio facti. 26 Thaidi. 27 Filius meus Eunuchum! 28 Eunuchum emit? 29 Ducentis coronatis. Tantum dederat Phædria pro Eunucho & ancillâ Æthiopicâ, ut ex Act. 1. Sc. 2. v. 89. constat.

LA. [1] Actum

LA. [1] *Actum est!* PA. *tum quandam* [2] *fidicinam amat* [3] *hîc Chæreа.*

LA. [4] *Hem!* [5] *quid?* [6] *amat? an scit jam ille* [7] *quid meretrix siet?*

An [8] *in astu venit?* [9] *aliud ex alio malum.*

PA. [10] *Here, ne me spectes: me* [11] *impulsore* [12] *hæc non facit.*

LA. *Omitte de te dicere: ego* [13] *te, furcifer, Si vivo: sed* [14] *istuc, quidquid est, primùm* [15] *expedi.*

PA. [16] *Is pro illo* [17] *Eunucho ad Thaidem deductus est.*

LA. *Pro Eunucho-n'?* PH. *sic est,* [18] *hunc* [19] *pro mœcho postea*

[20] *Comprehendêre* [21] *intùs &* [22] *constrinxêre.* LA. [23] *occidi!*

PA. *Audaciam meretricum* [24] *spectа.* LA. *nunquid est*

Aliud [25] *mali* [26] *damni-ve, quod non dixeris,*

[27] *Reliquum?* PA. [28] *tantum est.* LA. *cesso-n' hùc* [29] *introrumpere?*

PA. [30] *Non dubium est, quin mihi magnum* [31] *ex hac re sit malum,*

Nisi quia [32] *necesse fuit hoc facere,* [33] *id gaudeo,*

1 Actum est de Phædria perditus est, cùm sit meretricis irretitus blanditiis. Hoc est desperantis dictum.

2 Canentem citharâ, &c.

3 In hac urbe, *vel*, in ædibus Thaidis.

4 Dolentis vel indignantis.

5 Tu dicis?

6 Chærea.

7 Quid sit lectari meretrices?

8 In urbem Athenas ex Piræo. Est enim hîc *astu* nomen indeclinabile, significatque urbem. *Astu* enim Græcè *urbi* dicitur. Indè *astu* dicitur pro astutia & calliditate: nam qui in urbibus versantur, ut plurimùm astutiores, sunt. Invenitur & *astus, astus, astui*, masculini generis, & *astu* indeclinabile neutrius generis pro astutiâ. Inde *astutus*, id est, callidus. 9 Scilicet *oritur, nascitur*: id est, nulla calamitas sola: malum enim malo ingenti natum est: ex adventu enim Chæreæ in astu, fididin & illius amor natus est. Aliud enim malum computat Eunuchum: aliud, quod minor filius cœperit amare meretricem. 10 Here, ne me aspicias fixis oculis. Conscientiâ trepidus Parmeno vultum terrore & iracundiâ plenum non sustinet: & purgationem priorem repetit. 11 Suasore, meo consilio. 12 Non amat Chærea. 13 Scilicet *puniam*, *male tractabo*. Apofonesis. 14 De Chæreâ. 15 Explica, narra. 16 Chærea. 17 Quem emerat frater. 18 Filium tuum. 19 Tanquam esset mœchus seu adulter. 20 Ceperunt. 21 In ædibus Thaidis. 22 Vinculis alligarunt. 23 Periit Ejulantis. 24 Considera. 25 Ob comprehensum & constrictum filium Chæream. 26 Ob emptionem Eunuchi factam viginti minis. 27 Restat? 28 Nihil præterea restat. Sic Hecyr. 5, 3. *Tantum-ne est? Tantum.* 29 Violenter ingredi domum Thaidis? 30 Secum hoc loquitur. 31 Propter hanc deductionem, & comprehensionem, vel manifestationem facti. 32 Oportuit indicare rem patri, ut succurreret filio suo Chæreæ comprehenso. 33 Propter id.

1 Per me, mea opera. Sic Andr. 1, 5, 35. *Ego propter me illum decipi miserum sinam?*

[1] *Propter me* [2] *hisce aliquid esse eventurum mali:*
Nam jam diu aliquam [3] *causam quærebat* [4] *senex,*
[5] *Quamobrem* [6] *insigne aliquid faceret iis:* [7] *nunc*
repperit. 31

2 Meretricibus. 3 Occasionem. 4 Laches. 5 Propter quam. 6 Aliquod magnum & egregium facinus. 7 Senex nunc causam insignis facinoris faciendi.

ACTUS V. SCENA VII.

PYTHIAS, PARMENO.

1 Pythias egrediens Parmenonem irridet plus satis credulum, & quod propterea se ipsum prodiderit, & decipiendum præbuerit: simul dicit, quid intùs egerit senex.

PY. [1] *Nunquam ædepol quidquam jam diu, quod magis vellem evenire,*
Mihi eveniat, quàm quòd [2] *modò* [3] *senex intrò* [4] *ad nos venit* [5] *errans.*
Mihi [6] *solæ* [7] *ridiculo fuit, quæ, quid* [8] *timeret, sciebam.*
PA. [9] *Quid hoc autem est?* PY. *nunc* [10] *id prodeo, ut*
[11] *conveniam Parmenonem.*
Sed ubi obsecro [12] *est?* PA. *me quærit* [13] *hæc.* PY. *atqui*
eccum video: adibo. 5
PA. *Quid est* [14] *inepta? quid tibi vis? quid rides?*
pergin'? PY. *perii!*
Defessa jam sum [15] *misera te* [16] *ridendo.* PA. [17] *quid*
ita? PY. *regitas?*
Nunquam pol hominem [18] *stultiorem vidi, nec videbo:* [19] *ah!*
Non potest satis narrari, [20] *quos ludos præbueris intùs.*

2 Paulò antè. 3 Laches. 4 In ædes Thaidis. 5 Inductus in errorem, falsò existimans filium esse colligatum. 6 Soli. Archaïsmus: nam veteres dicebant in genitivo, *soli, sôlæ, soli*; & in dativo, *solo, sôlæ, solo.* 7 Joco, pro re ridenda, ridicula. *Ridiculum* enim dicitur sermo risum movens. 8 Senex. 9 Quod Pythias tantopere ridet? 10 Propter id. Pergit ancilla ridere. 11 Alloquar. 12 Parmeno Omnia sunt verba ridentis. 13 Pythias. 14 Fatua, quæ tanto cachinno rides, quasi fatua. 15 Guyetus legit *misèrè*, id est, valdè. 16 Deridendo. 17 Quare sic risisti? 18 Quàm tu es. 19 Interjectio irridentis: nam identidem Pythias loquendo in tantum risum resolvitur, ut loqui non possit. 20 Quos jocos, quam ridendi materiam in domo Thaidis præbueris, scilicet ex errore & metu nimio senis, credentis constrictum filium se offensurum in domo Thaidis.

At etiam [1] *primò* [2] *callidum & [3] disertum credidi hominem.*

PA. *Quid?* PY. *illico-nè credere ea, quæ* [4] *dixi, oportuit te?*

An [5] *pœnitebat flagitii, te* [6] *autore quod fecisset*

[7] *Adolescens,* [8] *ni miserum* [9] *insuper etiam* [10] *patri* [11] *indicares?*

Nam [12] *quid* [13] *illi credis animi tum fuisse, ubi* [14] *vestem vidit*

Illam esse eum indutum pater? quid? jam scis te periisse?

PA. [15] *Ehem! quid dixti pessima? an mentita es? etiam rides?*

[16] *Ita-n'* [17] *lepidum tibi visum est,* [18] *scelus, nos* [19] *irridere?* PY. [20] *nimiùm.*

PA. [21] *Siquidem istuc impunè habueris.* PY. [22] *verum.* PA. [23] *reddam, herclè.* PY. [24] *credo:*

Sed [25] *in diem istuc, Parmeno, est fortasse, quod* [26] *minitare:*

1 Principio, cum te cœpi cognoscere, existimavi te esse, &c. 2 Astutum: sed video te stolidum esse, qui temerè credideris; & futilem, qui falsa pro veris narraveris. 3 Doctum, peritum, & optimè de re aliqua differere posse. *Disertus* propriè est eloquens Orator, & à consequenti doctus, rerum peritus, quod diserti tales esse soleant. Ita apud Plaut. *doctus & callidus* Epid. 3, 3, 47. Cic. in Orat. Disertos *vidi plurimos, eloquentem verò neminem.* 4 Ego Pythias mulier. 5 Scilicet te, id est, an non satis videbatur, id flagitium adolescenti præmonstrasse? an non satis visus es tibi peccasse, quod flagitii auctorem adolescenti te prębuisti, nisi insuper proderes eum? Donatus: *an parvum videbatur?* Cic. *Tam diu te Cratippum audire oportet, donec* pœniteat, *quantum proficias.* 6 Suadente & consulente. 7 Chęrea. 8 Nisi. 9 Prætereà. 10 Lacheti. 11 Proderes? 12 Quem animum credis illum tunc habuisse? 13 Chęreæ. 14 Eunuchi. Dicitur autem rectè: *Indutus sum hanc vestem,* vel *hac veste.* 15 Indignantis & dolentis. 16 Ordo est: *Scelus, ne,* id est, an *irridere nos visum est tibi ita lepidum?* 17 Festivum, jucundum, subulitate placens. 18 Scelesta. 19 Illudere. 20 Valde vel plurimùm visum est mihi lepidum te irridere. Cum risu profert. 21 Si certè impunè feras, nec propter istud puniaris, quod ita me fefelleris. Donatus hæc ad superius, *Nimiùm,* refert Guyetus *nò peream* subintelligit, citatque locum ex Andr. 4, 4. M. *Ne me attingas, sceleste, si pol Glycerio non omnia hæc,* id est, peream, si hęc omnia Glycerio non omnia dixero. Alii subaudiunt, *tum mirum fuerit* vel, *tum istud dicas.* 22 Ironia. Donatus vult esse interrogationem irridentis: q. d. credam-ne istuc tibi? ita-ne verò ais? ita-ne credam futurum? Vultus supplet verba in talibus. 23 Rependam vices, seu gratiam referam: & hoc in malam partem. 24 Te aliquid facturum. 25 In longum tempus, in longam dilationem differetur. 26 Minando polliceris. Q. d. aliquando fortasse istud accidet, quod nobis minitaris, sed supplicium tuum jam paratum est.

Tu [1] *jam* [2] *pendebis, qui stultum* [3] *adolescentulum* [4] *nobilitas* 20
Flagitiis, & eundem [5] *indicas:* [6] *uterque in te exempla edet.*
PA. [7] *Nullus sum.* PY. [8] *hic* [9] *pro illo munere tibi honos est* [10] *habitus:* [11] *abeo.*
PA. *Egomet* [12] *meo indicio miser,* [13] *quasi sorex, hodiè perii.*

1 Sinè dilatione. Emphasis est in vocabulo *jam*: nam opponitur *tuis diu.* 2 E trabe pendens vapulabis.

Mos enim erat Romanis servos suos, malè meritos, ad trabem suspensos, virgis cædere. 3 Chæream. 4 Notum, celebrem & conspicuum facis. *Nobilitas* autem in utramque partem accipitur. Cic. 2. Offic. *Testis & Phalaris, cujus præter cæteros* nobilitata est *crudelitas.* 5 Prodis patri. 6 Pater & filius te sic punient, ut cæteris servis exemplo sive documento esse possis. Suprà 5. 5. *Quæ futura* exempla *dicunt in eum indigna?* 7 Perii, occidi. 8 Talis honor, qualem vides, id est, maximæ pœnæ. Sarcasmus. 9 Pro deductione ejus ad Thaidem loco Eunuchi. 10 Impensus à Chæreâ, vel à nobis. Alludit Pythias ad Parmenonis dictum, qui palmariam doli inventionem sibi fore dixerat. 11 Discedo hinc, jam compos voti; & te jam delusum relinquam cruci paratæ, in qua jam pendebis. 12 Meâ manifestatione, quam feci de Chærea patri suo. 13 Suâ scilicet arrosione. Proverbium in eos, qui propria culpa se produnt. Sorices enim strepitu, aut stridore vocis vel arrosionis se produnt; unde etiam noctu & per tenebras ab iis, qui attendunt, transfiguntur. *Sed tacitè pasci si posset corvus, haberet Plus dapis, & rixæ multò minùs invidiaque.* Horat. Ep. 17. l. 1.

ACTUS V. SCENA VIII.

GNATHO, THRASO.

GN. [1] *Quid nunc? quâ spe, aut* [2] *quo consilio huc imus? quid* [3] *inceptas, Thraso?*
TH. [4] *Ego-ne? ut* [5] *Thaidi me dedam, & faciam quod* [6] *jubeat.* GN. [7] *quid est?*

1 Scilicet *erit*, vel *facimus?* Redit ad Thaidem Thraso, non animo bellandi, ut prius; sed ut deditionem faciat, seque illi tradat in servitutem: idque Herculis exemplo, qui Omphalæ servivit in lanificio. 2 Quo proposito imus ad Thaidem? Q. d. omnia expertus es, nec muneribus gratus, nec terroribus metuendus. 3 Faciendum suscipis? 4 An rogas, quid ego inceptem? 5 Hoc incepto, ut tradam me in Thaidis potestatem. Propriè dictum est, quod antea dixit de militiâ. 6 Quia est victrix. 7 Quare hoc inceptas? Hoc interrogat, quasi non possit credere, militem, qui se fortem jactitat, in eam posse induci sententiam.

TH. [1] *Qui*

TH. 1 *Qui minùs huic, quàm* 2 *Herculi servivit* 3 *Omphalæ?* GN. 4 *exemplum placet*
Vtinam tibi 5 *commitigari videam* 6 *sandalio caput.*
Sed quid? fores crepuêre ab eâ? 7 *quid autem hoc est mali?*
Nunc ego nunquam videram etiam: quid-nam 10 *properans* 11 *hinc* 12 *prosilit?*

1 Thaidi ne dedam serviamque? Probat ab exemplo Herculis, ut suprà ob exemplo Pyrrhi, & argumentatur à

Majore ad Minus. 2 Jovis & Alemenæ filius, vir fortissimus. 3 Lydæ reginæ, quam Hercules ita amasse dicitur, ut indutus muliebri habitu, inter virgines neret, eâque jubente sagittas & clavam, leonisque pellem deponeret. Vid. Ovid. 2. Fast. & Propert l. 3. 4 Exemplum tuum probo, quod tibi imitandum proposueris. Ridet Thrasonem Gnatho 5 Demulceri, contundi, percuti. Hoc submissa voce ad spectatores dicit. 6 Calceo, crepidâ. 7 Thaide, velab ipsius Thaidis domo. 8 Eunuchi habitu Chæream videt, à quo terretur, tanquam a novo rivali. 9 Chæream. 10 Festinans. 11 Ex domo Thaidis. 12 Prodit? Properabat enim præ gaudio, quærens Parmenonem, cui suum gaudium narraret.

ACTUS V. SCENA IX.

CHÆREA, PARMENO, PHÆDRIA, GNATHO, THRASO.

CH. O 1 *Populares! ecquis me vivit hodiè* 2 *fortunatior?*
Nemo hercle quisquam: nam 4 *in me planè Dii potestatem suam*
Omnem ostendêre, cui tam subitò tot 5 *congruerint* 6 *commoda.*
PA. 7 *Quid* 8 *hic lætus est?* CH. 9 *ô Parmeno mi, ô mearum* 10 *voluptatum omnium*

1 Cives, qui estis de populo. Qui alias à se vitiatam Pamphilam gaudebat Chærea, eandem quod permissu sit parentis

habiturus uxorem, nunc exultat. Compara Phorm. 5, 6. Tum etiam miles Thraso Gnathonis parasiti precibus in partem amoris à Thaide recipitur. 2 Felicior? Quia scilicet ducturus sum Pamphilam uxorem. 3 Inter omnes populares est me fortunatior. Subject o sive respon o. 4 Erga. 5 Confluxerint, contigerint, in unum collata sint. 6 Prospera. 7 Propter quid, cur. 8 Chærea. 9 Communicat cum Parmenone suam lætitiam, refertque illi acceptam suam fortunam. 10 Deliciarum.

[1] *Inventor,* [2] *inceptor,* [3] *perfecto, sci-n'* [4] *me in quibus sim gaudiis?* 5

Scis Pamphilam meam [5] *inventam* [6] *civem?* PA. *audivi.* CH. *scis* [7] *sponsam mihi?*

PA. [8] *Benè,* [9] *ita me Dî ament, factum,* GN. *audin' tu* [10] *illum quid ait?* CH. [11] *tum autem Phædriæ, Meo fratri, gaudeo amorem esse omnem* [12] *in tranquillo: una est* [13] *domus:*

[14] *Thais patri se commendavit* [15] *in clientelam & fidem:*

[16] *Nobis dedit se.* PA. [17] *fratris igitur Thais tota est.* CH. [18] *scilicet.* 10

PA. *Iam hoc* [19] *aliud est,* [20] *quod gaudeamus: miles* [21] *pellitur foras.*

CH. *Tum tu* [22] *frater,* [23] *ubi ubi est, fac quàm primùm* [24] *hæc audiat.* PA. [25] *visam domi.*

TH. *Nunquid, Gnatho, dubitas, quin ego nunc* [26] *perpetuò perierim?* GN. [27] *sinè*

Dubio opinor. CH. *quid* [28] *commemorem primùm, aut quem laudem maximè?*

[29] *Illum-ne qui mihi dedit consilium ut* [30] *facerem?* *an* [31] *me, qui id ausus sim.* 15

1 Quia alicujus sapientiæ fuit hoc consilium invenire.

2 Tanquam audax.

3 Tanquam constans.

4 Archaïsmus seu Pleonasmus.

5 Cognitam.

6 Atticam.

7 Desponsatam, promissam.

8 Gratulationis formula.

9 Sicut sc. ex animo dico hoc benè factum esse, quod tibi Pamphila promissa est. 10 Cherecam. Hoc vultu mutato & turbato ait. 11 Præterea. 12 Securum, in tuto, sine perturbatione ulla aut contentione, quod primas habet apud Thaidem. Metaph. à navigantibus: hîc enim imyi & tempestatibus omnis amicæ mobilitas & instabilitas comparatur. Sic Andr. 4,2, *Omnis res jam est in vado*: & Act. 3,1. *Ego in portu navigo.* 13 Familia, id est, summa est concordia inter fratrem Phædriam & Thaidem post Pamphilę nuptias. 14 Thais patrem nostrum Lachetem patronum seu defensorem elegit, cepit. 15 In defensionem seu patrocinium & tutelam. *Cliens* enim is dicitur, qui in tutela alicujus est, & patronum seu advocatum habet. *Patronus* enim est, qui agit causam, sed accusati, non accusantis, dictus quasi pater, ut suprà diximus: *Cliens* defentione indigens, id est, litigator, qui patronum colit & sequitur, ut ab eo defendatur. A *Cliens* fit *clientela*, quod significat fidem, tutelam: undè *committere se in clientelam alicujus*, est sese alterius clientem profiteri, & ejus patrocinio ac fidei se committere. 16 Familiæ nostræ. 17 Phædriæ. 18 Certè illa est tota ejus: hîc enim *scilicet* affirmativè sumitur. 19 Alterum. 20 Propter quod. 21 Exturbatur. 22 Phædria. 23 Ubicunque est. 24 Et amorem suum esse in tranquillo, & militem pelli foras. 25 Visam an sit domi. 26 Sinè remedio. 27 Omninò ita esse opinor, quòd perpetuò perieris. 28 Dicam, referam. 29 An Parmenonem laudem? 30 Deducerer pro Eunucho ad Thaidem. 31 Scilicet *laudem*?

[1] *Incipe-*

1 *Incipere? an* 2 *fortunam collaudem, quæ* 3 *gubernatrix fuit.*
4 *Quæ tot res, tantas, tam opportunè in unum conclusit diem? an*
Mei patris 5 *festivitatem &* 6 *facilitatem?* 7 *ô Jupiter!*
Serva obsecro 8 *hæc nobis bona.* PH. 9 *Dii vostram fidem!* 10 *incredibilia*
Parmeno modò quæ narravit: sed ubi est 11 *frater?*
CH. 12 *præsto est.* PH. 13 *gaudeo.*
CH. *Satis* 14 *credo: nihil est Thaide hac, frater, tuâ dignius,*
Quod ametur: ità nostræ est omni 15 *fautrix familiæ.*
PH. 16 *hui! mihi*
17 *Illam laudas?* TH. *perii! quantò spei est* 18 *minus, tantò magis amo.*
19 *Obsecro, Gnatho, in te spes est.* GN. *quid vis faciam?*
TH. *perfice hoc*
Precibus, 20 *pretio,* 21 *ut hæream aliquâ in parte tamen apud Thaidem.*
GN. 22 *Difficile est.* PA. 23 *si quid collibuit, novi te:*
24 *hoc si effeceris,*
25 *Quodvis donum & præmium à me optato,* 26 *id optatum feres.*

1 Quod pro Eunucho sim introductus.
2 Quæ rerum humanarum domina, &c. Cic. pro Marcello.
3 Directrix in eo facto.
4 Quæ res tam prosperas, & tanti ponderis, tam tempestivè & aptè in unum contulit diem?
5 Comitatem.
6 Benignitatem, scilicet collaudem?
7 Has proferentes, ne

contaminentur aliqua ægritudine, id est, hæc ut aliquandiu istæc prosperitates sint duraturæ. 8 Hîc introducitur Phædria è domo suâ veniens, ut cum fratre gaudeat: audierat enim, quæ gesta essent apud Thaidem ex Parmenonis relatione. 9 Sunt. 10 Chærea. 11 Prædens est. Loquitur autem de se in tertia persona. 12 Et te adesse, & te res tuas ex animi tui sententia gessisse. 13 Te gaudere. 14 Favet. 15 Interjectio ridentis & amatoriè dicta. 16 Qui illam optimè norim, & amator ejus sim! Eadem forma sententiæ in Adelp. 3. 4. 35. *Vigilantiam tuam in mihi narras?* 17 Thaidem. 18 Ovid. 2. Fast. *Quòdque minor spes est, hoc magis ille cupit.* 19 Te, ut me in hac re adjuves. 20 Pecuniâ, donis. 21 Ut maneam, id est, ut mihi sit aliquid loci apud Thaidem, aliquo numero habear. 22 Hoc perficere, quod vis. 23 Si quid capessis aut suscipis faciendum, facilè id potes perficere: tuam enim novi industriam & solertiam. Ellipsis. 24 Ut hæream aliquâ in parte apud Thaidem. 25 Εὔξαι τί βούλει, πάντα σοι γενήσεται. Menander. Copiosè Donatus. 26 Quod à me optaveris, auferes, habebis.

GN. [1] *Ita ne?* TH. [2] *sic erit.* GN. [3] *hoc si efficio, postulo ut tua mihi domus*
Te præsente, absente, [4] *pateat,* [5] *invocato ut sit locus*
Semper. TH. [6] *do fidem ita* [7] *futurum.* GN. [8] *accingar.* TH. *quem hîc ego* [9] *audio?*
O Thraso! TH. [10] *salvete* PH. *tu fortasse, quæ facta* [11] *hîc sient,*
Nescis. TH. *scio.* PH. *cur te ergo in his ego* [12] *conspicor* [13] *regionibus?*
TH. [14] *Vobis fretus.* PH. *scis quàm fretus? miles* [15] *edico tibi,*
Si in [16] *plateâ hac te* [17] *offendero* [18] *pòst unquam, quòd dicas mihi,*
Alium [19] *quærebam,* [20] *iter hac habui: periisti.* GN. [21] *eja haud sic* [22] *decet.*
PH. [23] *Dictum est.* GN. *non cognosco* [24] *vestrum tam* [25] *superbum.* PH. *sic erit.*
GN. *Priùs audite paucis: quod cùm dixero, si placuerit,*
Facitote. PH. *audiamus.* GN. *tu* [26] *concede paulùm istùc, Thraso.*

1 Itane scriam a te donum & præmium quodvis, si effecero quod vis? 2 Tu feres id optatum 3 Ut sis in aliqua parte apud Thaidem. 4 Aperta sit. 5 Non vocato, quamvis non sim invitatus ad convivium, sed meâ sponte venerim. Parasitica optatio, quam signat ejusdem loci atque ordinis homo apud Plautum Captiv. 1, 1, 1. & 2. *Juventus nomen indidit scorto mihi, Eo quia* invocatus *soleo esse in convivio.* 6 Spondeo. 7 Quòd hoc optatum feres. 8 Me parabo ad id, ac viribus utar. Sic parturiunt montes, & nascitur ridiculus mus. *Accingi* est idem quod παρασκευάζεσθαι, à veterum Romanorum more, qui veste longâ, id est, togâ impediti, opus aggredientes accingebantur. Virg. Accingunt *omnes operi*, id est, expediunt se ad opus. Ab eodem more est *procinctus*, id est, ad pugnam præparatio. *Procinctus* autem dictus est, quòd in primis ordinibus ante pugnam fieret. 9 Loquentem. 10 Tu Phædria & Chærea. 11 In ædibus Thaidis. 12 Conspicio, video. 13 Partibus locis urbis, in quibus moratur amica. 14 Confisus sum vestra amborum clementia, tua & fratris. 15 Præcipio tibi, ut dux edicit militibus suis. 16 Ante ædes Thaidis. 17 Invenero. 18 Posthac. 19 In hac plateâ. 20 Hac mihi eundum seu transeundum fuit. 21 Lenientis & dehortantis. 22 Fieri. 23 Non muto consilium, sic stat sententia, certum est. 24 Donatus subintelligit *animum, ingenium, morem.* Tò *morem* magis placet. 25 Insolentem, id est, tantam vestram superbiam. Sic in Andr. 4, 5. *Optime hospes pol Critò* antiquum *obtines.* 26 Abi, confer te paululùm in istum locum, quem tibi ostendo.

1 *Principio ego vos ambos* 2 *credere hoc mihi vehementer velim,*
Me, 3 *hujus quidquid faciam, id facere* 4 *maximè causâ meâ:*
Verùm 5 *idem si vobis prodest, vos non facere* 6 *insciti est.*
PH. *Quid id est?* GN. *militem* 7 *ego* 8 *rivalem* 9 *recipiendum* 10 *censeo.* PH. 11 *hem!*
12 *Recipiendum?* GN. *cogita* 13 *modò: tu herclè cum* 14 *illa, Phædria,*
Et libenter 15 *vivis,* 16 *etenim benè libenter vicitas,*
17 *Et quod des paulùm, & necesse est* 18 *multum accipere Thaidem.*
Ut tuo amori 19 *suppeditare possit sinè sumptu tuo; ad*
20 *Omnia hæc magis* 21 *opportunus, nec magis ex* 22 *usu tuo*
Nemo est: principio & 23 *habet quod det, & dat nemo* 24 *largiùs.*
25 *Fatuus est,* 26 *insulsus,* 27 *tardus, stertit noctesque & dies.*
Neque tu 28 *istum metuas ne amet* 29 *mulier:* 30 *pellas facilè, ubi velis.*

1 Imprimis.
2 Hanc habere mihi idem.
3 Scilicet *rei*, vel in hac re.
4 Præcipue propter meam utilitatem.
5 Quod faciam & dicam nunc.
6 Stoliditas, ignorantia est.
7 Qui mihi & vobis benè cupio.
8 Æmulum, ejusdem meretricis amatorem.
9 Admittendum ad Thaidem.

10 Judico. 11 Indignantis est. 12 Suades rivalem? 13 Tantummodò. 14 Thaide. 15 Apud illam versaris. 16 Atque tum quidem genio indulgere, epulari & lautè convivari juvat. Meretricium enim hęc consuetudo, quam Philotis tangit. Hecyr. 1,2, 17. & 18. *antiquâ ut consuetudine Agitarem inter vos liberè convivium.* 17 Et paululum tibi est, quod illi dare possis. 18 Donorum. Tibul. El. 4. l. 1. *Nec prosunt Elegi, nec carminis auctor Apollo: Illa cavâ pretium flagitat usque manu.* 19 Se, suntus. Alii exponunt, sufficere, suppetere. 20 Quæ necessaria sunt in amore illo. 21 Congruus, id est, aptior. 22 Utilitate tuâ, id est, utilior tibi nemo est ad hęc omnia, quàm Thraso, scilicet ut sinè sumtu tuo & victûs cum Thaide, & Thais multum accipiat. 23 Thraso. 24 Copiosiùs. 25 Insipidus, & sine aliquo condimento civilitatis inepta loquens: à sapore ciborum sumtum. 26 Sinè sale, id est, gratia, movensque fastidium suis ineptiis. Id enim *sal* significat: nam *salsi* sunt facetiæ seu urbanitates. Inde *salsus homo* dicitur, id est, facetus, lepidè loquens. Inde *insulsus*, a mutato in *u*, quasi non salsus, id est, non urbanus, non facetus, sed illepidus: ut *insulsus homo*, qui moribus est illepidis & inelegantibus: sic *insulsa oratio*, quæ nihil lepôris habet. 27 Ingenio & sensu obtusus & hebes. 28 Talem, scilicet militem. 29 Thais. 30 Repellas eum ab eâ uno atque altero verbo.

PH. 1 *Quid*

PH. [1] *Quid agimus?* GN *praterea* [2] *hoc etiam, quod ego vel* [3] *primum puto,*

[4] *Accipit hominem nemo* [5] *melius prorsus, neque* [6] *prolixius,*

PH. *Mirum, ni* [7] *illo homine* [8] *quoquo pacto opus est.*

CH. [9] *idem arbitror.*

GN. *Rectè facitis: unum etiam hoc vos oro, ut me in* [10] *vestrum gregem*

Recipiatis: [11] *satis diu hoc jam* SAXUM VOLVO.

PH. [12] *recipimus.* 55

CH. [13] *Ac libenter.* GN. *at ego* [14] *pro istoc, Phædria, & tu Charea,*

[15] *Hunc* [16] *comedendum &* [17] *deridendum vobis* [18] *præbeo.* CH. *placet.*

PH. [19] *Dignus est.* GN. *Thraso,* [20] *ubi vis,* [21] *accede.*

TH. *obsecro te, quid* [22] *agimus?*

GN. *Quid?* [23] *isti te ignorabant: postquam eis* [24] *mores ostendi tuos,*

Et collaudavi secundùm [25] *facta &* [26] *virtutes tuas,* 60

1 Quid agemus? Præsens pro futuro. Sic infrà: *Dignus est.* GN. *Thraso ubi vis, accede.* TH. *obsecro te, quid agimus?*

2 Est, vel considera.

3 Præcipuum.

4 Cõvivio excipit, tractat, invitat. Virg. Æn. 3. *Illos porticibus Rex* accipiebat *in amplis.*

5 Lautiùs, quàm Thraso. Refertur hæc vox ad apparatum. 6 Largiùs, liberaliùs: nam *prolixus* interdum significat largum. Hæc vox refertur ad copiam. 7 Mitte Thrasone. 8 Quocunque modo sit opus, indigemus. 9 Sc. opus esse illo homine. 10 Vestram societatem & consortium admittatis, ut ego sim unus ex numero vestro. Cic. *At vellem te in veterem* gregem *retulisses.* 11 Jam satis longo temporis spatio servivi militi, satis diu id ago, ut habeatis militem, cujus sumtibus meretricem foveatis, & me in vestram recipiatis fidem & societatem. Igitur cupio liberari ista molestia, quam hactenùs passus sum à Thrasone. *Saxum* enim *volvere* dicuntur, qui inextricabili labore, cujus exitum videre non possunt, atque inutili fatigantur. Proverbium sumtum est a fabulâ Sisyphi, qui ob latrocinia à Theseo occisus, hac pœnâ apud inferos plecti dicitur, ut grande saxum supra montem volvere cogatur, nec quicquam proficiat. Quia cùm ad apicem reduxit, continuò relabitur, atque ita miser inexhausto & inutili labore fatigatur. Vide Ovid. Met. 3. Aptè stolidum militem *saxum* vocat, se ipsum *Sisyphum.* Plaut. Mil. 4, 2. de milite Pyrgopolynice: *Nullum hoc stolidius saxum.* 12 Admittimus te in gregem nostrum. 13 Te recipimus. 14 Pro istâ re, pro illo beneficio, quòd me admittitis in vestrum gregem. 15 Factum Thrasonem. 16 Bonis evacuandum: quantum ad rem familiarem consumendum. 17 Illudendum. 18 Offero. Al. *propino*, eodem sensu, quo usurpatur ab iis, qui se invicem ad pocula invitant. 19 Qui comedatur ac derideatur. 20 Quando. 21 Ad nos. 22 Agemus? 23 Phædria & Charea te non noverant. Ironia, sed quam non intelligit miles. 24 Ambiguum est: nam sunt boni mores & mali. 25 Gesta militaria. 26 Ironia.

1 *Impe-*

1 *Impetravi.* TH. *benè feciſti: gratiam habeo maximam.*

Nunquam etiam fui 2 *uſquam, quin me omnes amarent plurimùm.*

GN. 3 *Dixin' ego vobis, in* 4 *hoc eſſe* 5 *Atticam elegantiam?*

PH. *Nil* 6 *præter promiſſum eſt:* 7 *ite hac:* 8 *vos valete, &* 9 *plaudite.*

1 Obtinti quod volui, ſcilicet ut te reciperent.

2 In aliquo loco.

3 Alloquitur Gnatho Phædriam & Chæream.

4 Milite Thraſone reſidere. 5 Facundiam ſive venuſtatem veram, germanam, ſummam. Ironia. Et benè *Atticam* dicit: nam inter reliquos Græciæ populos, lepos quidam & feſtivitas quaſi vernacula ac peculiaris adeſt Atticis, adeò ut Romani ſcriptores, quoties aliquid egregiè laudare voluerint, quo nihil ſplendidius aut elegantius dici poſſit, *Attice ſalve, Attice lepôre, Atticam elegantiam* appellare conſueverint. 6 In deſcriptione militis, id eſt, omnia promiſſo tuo reſpondent, & nihil extra illud eſt, id eſt, promiſiſti Thraſonem ſtultum & ineptum eſſe, & ecce, quæ videmus, hoc præſtitum eſſe non dubitamus. 7 Commeſſatum ad meretrem, vel ad Thaidem. 8 Spectatores. 9 Congratulamini Poëtæ. Quando placuerat fabula, tunc ſolebant edere plauſum.

HEAU-

HEAUTONTI-MORUMENOS PUBLII TERENTII

Carthaginiensis Afri.

1 ACTA 2 LUDIS MEGALENSIBUS, L. CORNELIO LENTULO ET L. VALERIO FLACCO ÆDILIBUS CURULIBUS. 3 EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO, ET L. ATTILIUS PRÆNESTINUS. 4 MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII. GRÆCA EST MENANDRU. ACTA PRIMUM TIBIIS IMPARIBUS. DEINDE DUABUS DEXTRIS. ACTA ETIAM III. M. JUVENTIO ET TI. SEMPRONIO CONSULIBUS. ANNO AB URBE CONDITA DXCI. ANTE CHRISTUM NATUM CLXI.

1 Exhibita, recitata.
2 Qui sunt instituti in honorem magn Deæ Cybeles.
3 Actores fuerunt, actioni præfuerunt. Poëtis, sed Musicis
4 Musicus fuit. *Modi* fuerunt harmoniæ, quæ non à artis perito temperabantur.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

ANTIPHILA, *meretrix.*
BACCHIS, *meretrix.*
CHREMES, *senex.*
CLINIA, *adolescens.*
CLITIPHO, *adolescens.*
DROMO, *servus.*
MENEDEMUS, *senex.*
NUTRIX,
PHRYGIA, *ancilla.*
SOSTRATA, *matrona.*
SYRUS, *servus.*

PERSONÆ MUTÆ.

ARCHONIDES, *senex.*
CRITO, *senex.*
PHANIA, *senex.*
PHANOCRATES, *senex.*
PHILTERA, *anus.*
SIMUS, *senex.*

IDIO-

IDIOMATA PERSONARUM PRÆCIPUARUM.

Menedemus, *non magni judicii, ac parvanimi in regendâ familiâ, rebusque in quam inclinat, parum, in filium primum durior, mox benignior.*

Chremes, *udicio & consilio major, in aliorum rebus prudentior, quàm suis, commissa tamen per imprudentiam posse restituere.*

Clinia, *patrem timens, & in amore fidelis.*

Clitipho, *audentissimus, & sui in amando impotens.*

Bacchis, *avidum meretricarum perdolæ & superbæ.*

Syrus, *Vafer servus, callidus & audax in fraudis dolis.*

Sostrata, *mariti reverens, sed benignior in liberos.*

Dromo, *tardus ac lentus.*

RATIO NOMINUM.

Antiphila, *ab ἀντὶ & φίλος q. d. redamans.*

Bacchis, *à βάκχος, quod significat vel furore percitum, vel Liberum Patrem, quasi dicas, vel furibundam, vel æmulentam.*

Chremes, *vide Andriam.*

Clinia, *à κλίνω, vel quòd fugiendo declinaret morositatem patris, vel quòd parum se fecit in se inclinare.*

Clitipho, *à κλειτὸς, inclytus, ex κλείω, celebro, & φῆμις, fama. q. d. inclytum famæ.*

Dromo, *vide Andriam.*

Menedemus, *à μένος, animus, vel robur, & δῆμος, populus. q. d. robur populi, quòd potens famulorum tur bam aleret.*

Phrygia, *gentile nomen.*

Sostrata, *à σώζειν servare : quia servavit filiam, ex mariti consilio interficiendam.*

Syrus, *gentile nomen.*

HEAU-

HEAUTONTIMORUMENI

ARGUMENTUM,

C. SULPITIO APOLLINARI

AUCTORE.

IN [1] *militiam proficiſci* [2] *gnatum Cliniam,*
[3] *Amantem* [4] *Antiphilam,* [5] *compulit* [6] *durus*
[7] *pater:*
[8] *Animique ſeſe angebat,* [9] *facti pœnitens.*
Mox [10] *ut reverſus eſt,* [11] *clam patrem* [12] *divertitur*
Ad [13] *Clitiphonem:* [14] *is amabat* [15] *ſcortum Bacchidem.*
Cùm arceſſeret [16] *cupitam Antiphilam Clinia,*
[17] *Vt* [18] *ejus Bacchis venit amica, ac* [19] *ſervulæ*
Habitum gerens [20] *Antiphila,* [21] *factum id,* [22] *quo*
[23] *patrem*
Suum celaret Clitipho: [24] *hic* [25] *technis Syri*
[26] *Decem minas* [27] *meretriculæ* [28] *aufert à* [29] *ſene:*
Antiphila Clitiphonis reperitur [30] *ſoror.*
[31] *Hanc Clinia,* [32] *aliam Clitipho uxorem accipit.*

1 Bellum. 2 Filium ſuum unicum. 3 Qui amabat. 4 Puellam. 5 Pluribus objurgationibus. 6 Acerbus. 7 Menedemus. 8 Et excruciabat ſe ipſum Menedemus in animo propter abſentiam filii. 9 Talis duritiei pœnitentiâ ductus: quia jam abierat filius. 10 Poſtquam redit Clinia ex militia domum. 11 Neſciente patre. 12 Divertit ſe, deflectitur. 13 Chremetis filium. 14 Clitipho. 15 Meretricem. 16 Amatam. 17 Tanquam. 18 Cliniæ. 19 Tanquam ancillæ Bacchidis. 20 Scilicet venit. 21 Id factum eſt, ut ita veniret Antiphila paupercula. 22 Ut. 23 Chremetem. 24 Clitipho. 25 Dolis, artibus. 26 Centum coronatos. 27 Bacchidi, cui promiſerat. 28 Extorquet. 29 Chremete. 30 Quod eſſet filia Chremetis. 31 Antiphilam uxorem. 32 Dimiſſâ Bacchide. Nam ſi intelligeret Bacchidem, dixiſſet *alteram*.

ALIUD M. ANT. MURETI.

CHremes Soſtratæ uxori gravidæ imperat, ſi puellam pareret, ut eam ſtatim interficeret. Fuit hæc immanitas in veterum moribus, ut, cum fera nulla ſit, quæ fœtus ſuos non diligat, ipſi quos alere nollent liberos, eos recens natos aut interficere, aut exponere fas putarent. Soſtrata puellam enixa (ut eſt maternus ſemper animus clementior) vitam ei adimere non feſtinuit, ſed paupercuiæ cuidam anui Corinthiæ, Philteræ nomine,

ne, exponendum dedit: etiamque muliebri quadam superstitione, annulum de digito detracti in suo, jussit, ut una cum puella exponeret. Id, quod tum stulte factum videri poterat, postea puellæ saluti fuit: ejus enim annuli ope tandem agnita est à suis. Anus acceptam puellam, Antiphilam nominat, educatque ut suam. Eam, cum adolevisset, anusque illius filia putaretur, Menedemi filius Clinia perdite amare cœpit, prope jam ut pro uxore haberet: quod ubi rescivit pater, ita violenter tulit, ut filium, assiduitate jurgandi, clam militatum in Asiam abire coegerit: tum vero qui filii amorem iniquo animo tulerat, multo iniquiore ejusdem absentiam ferre cœpit. Itaque ut de se supplicium absenti filio daret, qui eum sævitia sua exegisset ex ædibus, ædes, supellectilem, familiam vendit, præter, qui servi ad opus ruri faciundum, utiles erant; ingentemque sibi agrum comparat, ubi à prima luce ad noctem non servos modo exerceret, verum etiam homo sexagenarius servitutem miseris modis excruciaret suam. Profecto Clinia, Philtera, quæ ut dixi, Antiphilæ putabatur mater, extremum vitæ diem morte confecit. Clinia, cum jam menses tres abfuisset, amicæ desiderio reversus, non ausus est patri se in conspectum dare, antiquam illius asperitatem veritus, sed ad Clitiphonem, Chremetis filium, divertit, quicum magna ipsi à puero familiaritas intercesserat. Clitipho, sodalis reditu lætus, Syrum & Dromonem servos (jam autem advesperascebat) in urbem, ad accersendam Antiphilam, mittit. Exposuerat eo ipso die Menedemus Chremeti, quanto sibi desiderio esset filius: parum ut abfuerit, quin Chremes, cum primum de reditu Cliniæ accepit, mitteret qui ei nunciaret: continuit tamen se in diem posterum; quod ita magis è re illius fore censeret Syrus, summa servus & audacia, & astutia: qui cum Antiphilam tantum accersere jussus esset, etiam Bacchidem adduxit. Erat hæc meretrix, procax, potens, sumptuosa, nobilis, cujus se amore haud ita pridem irretierat Clitipho: quo autem res Chremetem lateret, hoc consilium capiunt, ut Bacchidem quidem amicam Cliniæ, Antiphilam vero unam de illius ancillis esse simularent: postridie mane Chremes ad Menedemum diluculo proficiscitur, & rediisse Cliniam nuntiat. Ille gaudio amens, filium jamjam videre, jamjam amplecti, jamjam ei se suaque omnia permittere cupiebat. At Chremes, cave, inquit, faxis: istoc enim modo & te & eum, & rem una perdideris tuam: simul ei ostendit, quot incommoda capturus sit, si tam molli esse se, tamque infracto animo ostenderit. Cliniæ amicam (eam enim Bacchidem existimabat) non jam pauperculam esse, aut parvo contentam, ut antea; sed sumptuosam, gemmis atque auro collucentem, cum familia numerosissima. Una, inquit: mihi nox tantum non paupertatem attulit, nedum tu te censeas oneri ferundo fore, si te illi perpetuo sumptibus suppeditare oporteat. Quin tu ita potius agito. Humane quidem & comiter excipito filium: istud tamen tam impotens illius desiderium occultum habeto: tum si ille, quod amicæ det, ut habeat, machinam adversum te aliquam struet: falli te sinito: ita & eum commodius retinebis apud te, & sumptum

ptum facies minus. Hæc Chremes, nescius (ut sunt humana) oculatum foris esse se, cæcum domi. Interea enim meditabatur Syrus, decem minas, quas Bacchidi pollicitus erat dare, eas quomodo illi à Chremete ipso conficeret: jamque mihi erat, cùm eum Chremes arreptum blandè compellat, hortaturque, aliquam ad Menedemum fallaciam moliatur. Injecit in sermone Syrus mendacium à se pro tempore confictum: anum Corinthiam, Antiphilæ (ita enim putabatur) matrem, mille drachmas mutuo accepisse à Bacchide: ea mortua, puellam pro pecunia illa arrhaboni relictam. Dum hæc aguntur, annulum suum agnovit Sostrata, ejusque indicio, Antiphilam filiam suam esse cognovit. Gaudio exsiliens, omnem rem defert ad virum, qui, ea leviter objurgata, ob repertam tamen filiam ipse quoque gavisus est. Jam omnia in tranquillo erant; absque Bacchide fuisset. Sed & illi quomodo decem excudendæ erant argenti minæ, & periculum erat, ne aliquâ eam Chremes filii amicam esse resciscceret. Ibi Syrus audax consilium init, quomodo & utrique senirem, ut erat, patefaceret, & commodè se è tam impedito negotio expediret. Primum igitur Chremeti, Reperi, inquit, quomodo argentum à Menedemo eripiam. Dicemus ei, Bacchidem hanc tui Clitiphonis amicam esse: orabimusque, ut eam domi suæ dies aliquot esse patiatur; teque id celatum velit. Porro Clinia filiæ tuæ, quæ modo reperta est, formam sibi complacitam esse dicet; eamque petet uxorem. Quid tum? pecuniam, inquit, petet à patre suo, qui novæ nuptæ ornamenta comat: eam pecuniam numeraturus est Bacchidi. Jam autem ad Menedemum, Syri hortatu, transierat Bacchis, & eò pompam omnem suam transduxerat. Chremes primò non satis consilium illud probare: at illum certe, inquit Syrus, pecuniam, pro qua filia tua opposita erat pignori, quin dissolvas, facere honeste non potes. Ego verò, inquit Chremes, & libenter quidem. Immo vero, infit Syrus, dato eam Clitiphoni, qui ad Bacchidem deferat: ita enim facilius credet Menedemus, eam illius esse. Sit ita sane. Numeratur à patre Clitiphoni pecunia, quam ad meretricem perferret. Interea tota res detegitur: indignari Chremes, & fremere, & minitari se omnia atrocissima exempla editurum. Tandem, cum prius Antiphilam Miniæ collocasset, partim Menedemi, partim uxoris precibus delinitus, ignoscit. Clitipho se, relictis meretriciis amoribus, uxorem ducturum pollicetur. Cum autem cæterarum fabularum argumentum uno die contineri soleat, hujus non nisi biduo explicari potest.

PRO-

PROLOGUS.

[1] NE cui sit vestrum mirum, cur [2] partes [3] seni [4] Poëta [5] dederit, [6] quæ [7] sunt adolescentium:
[8] Id primum dicam: deinde, [9] quod veni, eloquar.
[10] Ex integrâ [11] Græcâ [12] integram Comœdiam
Hodiè sum [13] acturus [14] Heautontimorumenon:
[15] Duplex [16] quæ ex [17] argumento facta est simplici.
[18] Novam esse [19] ostendi, & [20] quæ esset: nunc, [21] qui scripserit,
Et [22] cujus Græca sit, ni partem maximam
Existimarem scire vestrum, id dicerem.
Nunc, quam ob rem [23] has partes didicerim, [24] paucis dabo:

1 Ne quis vestrum miretur. Hæc Actor loquitur, id est, ille, qui Comœdiam est acturus.

2 Officium Prologi. *Partes* in plurali numero significant sæpè officium, munus. 3 Mihi qui sum senex. 4 Terentius. 5 Commiserit, commendaverit. 6 Quæ spectant ad homines floridæ ætatis. 7 Propriæ. 8 *Id* non accedens huc respicit, nempe *eas partes seni Poëta dederit*, sed quod continuò subjungitur, *Ex integrâ Græcâ*, &c. Guyetus transponit voces: *Id deinde dicam, primùm, quod veni, eloquar.* 9 Propter quod; quare in medium prodierim. 10 Scilicet *translatam*. 11 Menandri. Nam ex Menandro omnes transtulit; præter Phormionem & Hecyram, quas ex Apollodoro traduxit. 12 Integram Latinam, id est, integri dramatis, unius autoris, non mistam è duabus fabulis: uti Andriam calumniabatur Lavinius ex Andriâ & Perinthiâ contaminatam. 13 Recitaturus. 14 Se ipsum excruciantem, se ipsum punientem: eò quòd senex Menedemus, cui primas in fabulâ partes Poëta dedit, suâ se ægritudine, ac filii desiderio, pænè conficit. Nam *Heautontimorumenos* (Græcè ἑαυτὸν τιμωρούμενος) Latinè est Ciceroni, *se ipse puniens*, *se ipsum exercitans* ex ἑαυτὸν τιμωρῶ, *se ipsum*, & τιμωρῶ, *crucio*. 15 *Vel*, quia nunc etiam Latina est facta, cùm simplex fuerit, quamdiu tantùm exstabat Græca. Quæ unica antea, Græca tantum: nunc duplex, Græca Menandri & Latina Terentii. *Vel*, quia in eâ omnes personæ aut pleræque geminantur, ut sint duo adolescentes, duæ amicæ, duo senes, &c. Unius enim adolescentis amores plenam ex se Comœdiam absolvere possunt; ut in Hecyra, quæ excepta, reliquæ Terentianæ duplices sunt. 16 Comœdia. 17 Materiâ uniformi. 18 Erui non visam, vel novo modo tractam ex Græco. 19 Probavi. 20 Quo nomine vocaretur hæc Comœdia, nempe Heautontimorumenos. 21 Quis composuerit. 22 Cujus Græci autoris, scilicet Menandri. 23 Hanc provinciam recitandæ Comœdiæ discendo susceperim. 24 Brevi sermone dicam, indicabo. Sic Virg. Ecl. 1. *Sed tamen ille Deus qui sit, da, Tityre, nobis.*

1 Poëta voluit, ut apud vos agerem causam potiùs, ac sese defenderem, non officio fungerer Prologorum. Prologi enim aut argumentum narrant, aut Poëtæ personam commendant, aut audientium.

1 *Oratorem voluit esse me, non* 2 PROLOGUM:
3 *Vestrum judicium fecit: me* 4 *actorem* 5 *dedit.*
Sed 6 *hic actor tantum poterit à facundiâ,*
Quantum 7 *ille potuit* 8 *cogitare commodè,*
Qui 9 *orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.* 15
10 *Nam quòd rumores distulerunt malevoli,*
Multas 11 *contaminasse* 12 *Græcas, dum facit*
Paucas Latinas: factum 13 *hic esse* 14 *id non negat,*
15 *Neque se id pigere, &* 16 *deinde* 17 *acturum* 18 *autumat.*
19 *Habet bonorum exemplum:* 20 *quo exemplo sibi* 20
Licere id facere, quod illi 21 *fecerunt, putat.*
22 *Tum quod* 23 *malevolus* 24 *vetus Poëta dictitat,*
Repentè ad 25 *studium* 26 *hunc* 27 *se applicasse Musicum,*

postulant: nunc autem ego apud vos acturus sum causam, & defendam, si quid fortè fuerit in Terentium ab adversario loco criminis intentatum. Sic in Prolog. Hecyr. *Orator ad vos venio ornatu Prologi.* 2 Facientem præfationem sive narrationem totius Comœdiæ. 3 Poëta voluit ut vos judicaretis, permisit vobis judicium, fecit vobis potestatem judicandi de ipso: ideòque vestro judicio stabit cadetque. 4 Imposuit mihi provinciam agendi Comœdiam. 5 Destinavit. 6 Δυνατικῶς, id est, ego, qui hujus orationis actionem suscepi, tantum efficiam dicendo sive facundia mea. Sic Catul. *Ferox à robore Thesei*, id est, ferox roboreo. 7 Poëta. 8 Invenire apte, id est, quantum Poëta inventione commodâ. 9 Prologum hunc. 10 Nam quod invidi & æmuli divulgarunt, sparserunt ac disseminarunt sermones in populo seu famam. Vide Prologos Andriæ & Hecyræ. 11 Poëtam miscuisse, commaculasse, ex multis unam faciendo. 12 Comœdias. 13 Poëta. 14 Ingenuè fatetur, ex multis Græcis paucas esse factas Latinas. 15 Neque ob id dolere. 16 Posthac, deinceps. 17 Paucas Latinas ex multis Græcis. 18 Opinatur. 19 Terentius se præstantissimorum ac doctissimorum Poëtarum Comicorum, scilicet Nævii, Plauti, Ennii, & cæterorum, quos hic noster autores habet, exemplo defendit, qui idem factitarunt. 20 Qua imitatione. 21 In vertendis Græcis Comœdiis. 22 Ordo est: *Tum*, id est, deinde, *arbitrium vestrum, vestra existimatio valebit* in eo, *quod Poëtas malevolus vetus Poëta dictitat, hunc applicasse se repentè ad studium Musicum.* 23 Malignus suis maledictis. 24 Cujus jam apud populum gratia defloruit, quantum novus Poëta Terentius inclaruit. 25 Exercitium scribendi Comœdias. Veteres enim ἀμούσους, non tantùm eos, qui à musicâ, verùm qui ab omni Musarum commercio alieni essent, hoc nomine, tanquam probro, notabant. Ita infrà in Prol. Phorm. *Qui artem tractant Musicam.* 26 Poëtam Terentium. 27 Appulisse, adjunxisse animum suum, dedisse se. Cic. 1. Offic. *Alii se ad eloquentiam* applicant.

1 *Amicûm ingenio fretum, haud* 2 *naturâ suâ:*
Arbitrium vestrum, 3 *vestra existimatio*
4 *Valebit. Quam ob rem omnes vos oratos volo,*
Ne plus 5 *iniquûm* 6 *possit, quàm* 7 *æquùm, oratio.*
8 *Facite, æqui sitis,* 9 *date crescendi copiam,*
10 *Novarum qui spectandi faciunt copiam*
11 *Sinè vitiis:* 12 *ne ille pro se dictum existimet,*
13 *Qui nuper* 14 *fecit servo currenti in viâ*
15 *Decesse populum:* 16 *cur insano serviat?*
De 17 *illius peccatis plura* 18 *dicet, cùm dabit*
19 *Alias novas, nisi finem* 20 *maledictis* 21 *facit.*
22 *Adeste æquo animo: date potestatem mihi,*
23 *Statariam agere ut liceat* 24 *per silentium:*
25 *Ne semper servus* 26 *currens,* 27 *iratus senex,*

1 Amicorum, scilicet Lælii, Scipionis, & nobilium, quorum amicitia Terentius familiarissimè usus est. 2 Suopte ingenio. 3 Vestrum judicium. 4 Vincet, obtinebit, ἰσχύσει, κρατήσει. 5 Iniquorum, id est, malevolorum, improborum. 6 Majorem habeat autoritatem. 7 Æquorum, id est, proborum & bonorum sermo. 8 Laborate, ut sitis æqui judices. 9 Date facultatem crescendi in gratiâ & honore apud vos iis Poëtis, qui vobis suis fabulas spectandas exhibent. 10 Spectandi novas Comœdias. Genitivus pro accusativo: *vel* spectandarum novarum Comœdiarum Plaut. *Nominandi istorum* erit magis, quam edundi copia. 11 In quibus nihil sit absurdi, nihil à moribus abhorrens, sed omnia verisimilia appareant. 12 Ne hęc in suam defensionem dicta putet L. Lavinius. 13 Lavinius. 14 Finxit, introduxit in suo poëmate. 15 Decessisse, id est, locum dedisse. Notatur in hoc vitium, quod admisit L. Lavinius, qui decorum personę non servaverit. Quid enim magis præter decorum, quam ut servo populus in viâ decedat, & insano serviat? 16 Eugraphius multa hîc movet, sed nihil promovet. Calphurnius, quem plerique sequuntur, de populo dictum accipit, id est, cur populus servo fatuo & desipienti serviret? Guvetus emendat, *serviam*. 17 L. Lavinii erroribus. 18 Poëta Terentius. 19 Comœdias. 20 Convitiis. 21 Desinet lacessere adversarius noster. 22 Hactenus pro Poëtâ dixit Histrio habitu Prologi, nunc suum negotium agens, sibi sui laboris partem minui postulat silentio & æquitate spectatorum. Dicit ergo, *adeste*, id est, auxilium ferte, more advocati, qui clienti adest, id est, præsidio illi est, bono animo & justè judicandi. 23 Recte Eugraphius: *ut perpetuè & stabiliter agatur hæc Comœdia, neq; populi adversis suffragiis foras pellatur.* Alii sic exponunt: quietam hanc Comœdiam, quę non habet magnos motus, ubi multum est consiliorum, parùm pugnarum: Menedemus enim se cruciat ob absentiam filii: & opponi volunt *motoriæ*, cujusmodi mox designat, cùm dicit, *Ne semper servus currens, iratus senex*, &c. Alioqui *stare* etiam dicitur Comœdia, cùm silentibus & faventibus spectatoribus tota peragitur: *agi*, cùm recitatur. 24 Sine aliquo impedimento. 25 Exprimit varias personas, quæ in Comediis introducuntur. 26 Fugitivus. 27 Morosus.

1 Vorax, multi cibi, cui semper est animus in patinis.
2 Calumniator. Vide Andr. 4, 6.
3 Puellarum venditor.
4 Sinè intermissione.
5 Qui senio confectus sum. Justum enim est seni in re laboriosa favorem præstare.

[1] *Edax parasitus,* [2] *sycophanta autem impudens,*
Avarus 3 *leno,* [4] *assiduè agendi sint mihi*
Clamore summo, cum labore maximo.
[5] *Meâ causâ,* [6] *causam hanc justam esse,* [7] *animum inducite,*
Ut aliqua pars laboris [8] *minuatur mihi.*
Nam nunc [9] *novas qui scribunt, nihil parcunt* [10] *seni:*
[11] *Si qua laboriosa est, ad me curritur:*
Sin [12] *levis est, ad alium mox defertur* [13] *gregem.*
In [14] *hac est* [15] *pura oratio:* [16] *experimini,*
In utramque partem ingenium quid possit meum:
Si nunquam avarè pretium [17] *statui* [18] *arti meæ,*
Et eum esse quæstum in animum induxi maximum,
Quam maximè [19] *servire vestris commodis;*
[20] *Exemplum statuite in me, ut* [21] *adolescentuli*
Vobis placere studeant potiùs, quàm sibi.

6 Scilicet me esse senem. 7 Vos spectatores persuadete vobis. 8 Ut actio sit aliquantò facilior. 9 Comœdias Latinas. 10 Mihi actori senio confecto. 11 Si qua Comœdia gravis sit argumenti, ut quæ laboris multum desideret, ad me senem itur, ut eam agam. 12 Facilis actu. 13 Scenicorum turbam, id est, ad alios Comœdiarum actores. Metaph. à pecoribus. Calphurnius *hic gregem* per contemtum aliorum actorum dici autumat. 14 Comœdiâ. 15 Sermo elegans & venustus, & facilè auditorum assensum iniens. 16 Judicate vim ingenii mei in utraque Comœdia, tam stataria, quàm motoria, tam levi, quàm laboriosâ. 17 Constitui, præscripsi. 18 Histrionicæ. 19 Obsequi, inservire vestris utilitatibus. 20 Præstate mihi benevolentiam. 21 Ut actores, quorum opera in hac & in aliis fabulis agendis utar, meo exemplo, vestris potiùs commodis, quàm suis, servire studeant, id est, placere magis vobis, quàm quæstui operam dare cupiant, judicium vestrum ante lucrum suum ponant.

ACTUS I. SCENA I.

CHREMES, MENEDEMUS, *Senes.*

1 Menedemum excruciantem se in agro laboribus, Chremes alloquitur, sedulò causam inquirens, cur præter ætatem ille suam id faciat. 2 Respondens Menedemus, sui mœroris causam dicit esse filii abitionem, quem jurgiis & contumeliis domo ejectum, impotentiùs desiderat. 2 Nova, recens. 3 Intercedit.

CH. [1] *QVanquam hæc inter nos* [2] *nupera notitia admodum* [3] *est,*

Indè

Indè adeò quòd agrum in [1] *proximo hîc mercatus es.*
Nec refert sanè amplius quidquam [2] *fuit ;*
Tamen vel [3] *virtute tua* [4] *me, vel* [5] *vicinitas*
([6] *Quod ego in propinquâ parte amicitiæ* [7] *puto)*
[8] *Facit, ut te* [9] *audactèr moneam, & familiariter.*
[10] *Quòd mihi videre* [11] *præter ætatem tuam*
Facere, & præter quàm [12] *res te adhortatur tua.*
[13] *Nam prò Deûm atque hominum fidem ! quid vis tibi ?*
Quid quæris ? annos sexaginta [14] *natus es,*
Aut plus [15] *eo, ,* [16] *ut conjicio : agrum in his regionibus*
[17] *Meliorem, neque* [18] *pretii majoris nemo habet :*
[19] *Servos complures. Proinde quasi* [20] *nemo siet,*
Ita tute [21] *attentè* [22] *illorum* [23] *officia fungere.*
Nunquam tam manè egredior, neque tam [24] *vesperi*
Domum revertor, [25] *quin te in* [26] *fundo* [27] *conspicer*
Fodere, aut [28] *arare, aut aliquid ferre : denique*
Nullum [29] *remittis tempus,* [30] *neque te respicis.*
Hæc non voluptati tibi esse, satis certò scio.

1 Scilicet loco, id est in hac] vicinia emulti.
2 Mihi tecum.
3 Probitas.
4 Accusativus iste, *me*, non regitur hîc à face, sed à sequenti, *ut meneam*, quod equipollet huic infinitivæ orationi, facit me monere. Sic mox in eâdem hac scenâ *facme ut : sciam*, id est,

me scire. 5 Propinquitas : nam *vicinia* significat homines, qui prope domum nostram habitant : sed *vicinitas* est ipsa domorum propinquitas. 6 Scilicet vicinum esse & virtute prædirum. 7 Reputo esse. 8 Inducit. 9 Libere sinè dilatatione. 10 Quia. 11 Contra senectutem tuam, id est, aliter, quàm tua ætas postulat, suprà quàm conveniat ætati tuæ, quam vires tuę ferre possint. 12 Utilitas tua, vel facultates tuæ admonent, suadent ac postulant ut fiat. Satis enim dives es. 13 Exclamatio vehemens est in eum, qui & senex & dives, continuo labore se defatiget. 14 Habes. 15 Scilicet *numero*, id est, ultra eum numerum, scilicet quàm sexaginta. 16 Quantum conjecturâ possum assequi. 17 Fertiliorem. 18 Pluris valentem. 19 Habes ad colendum agros. 20 Servum in domo tuâ. 21 Tam diligenter, tam sedulò. 22 Servorum. 23 Officiis fungeris. Archaismus. 24 Serò. 25 Ut non. 26 Parte agri tui. 27 Videam. 28 Perpetuo laborare. Humanitati hanc dehortationem meritò tribuit Cic. 1. de Fin. *Terentianus Chremes non inhumanus, qui novum vicinum non vult fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique : non ut illum ab industriâ, sed ab illiberali labore deterreat.* 29 Relaxas, nullum das tibi tempus vacuum labore, id est, per labores. 30 Neque tui rationem habes, neque parcis tibi, non cogitas quid ætas & valetudo tua postulet. Ita in Phorm. 2, 3, 87. *respice ætatem tuam.*

1 At enim (dicet) piget me videre, quantulum hîc promoveant opus meum servi pigri & cessatores, nisi ego ipse manum operi admoveam. Occupatio: cui mox sequenti versu responsio subjicitur.

1 *At enim me, quantum* 2 *hîc operis* 3 *fiat,* 4 *pœnitet.*
5 Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis, plus agas.
ME. *Chreme, tantum-ne* 6 *ab re tuâ est otii tibi,*
7 Aliena ut cures, eaque, nihil quæ ad te attinent?
CH. 8 HOMO SUM: 9 HUMANI NIHIL A ME 10 ALIENUM PUTO.
11 Vel me monere 12 *hoc, vel percontari puta;*
13 Rectum est, ego ut faciam: 14 *non, ut deterream.*
ME. 15 *Mihi sic est usus: tibi ut opus est* 16 *facto,* 17 *face.*
CH. *An cuiquam est usus homini, se ut* 18 *cruciet?*
ME. 19 *mihi.*
CH. *Si quid* 20 *laboris est,* 21 *nollem: sed istud* 22 *quid mali est?*

2 Ruri, in agro meo. 3 A servis. 4 Parùm videtur. Sic Eun. 5,7. *An* pœnitebat *flagitii, te auctore quod fecisses adolescens, ni miserum etiam insuper patri indicares?* Undè *labor non pœnitendus*, qui nemini levis & exiguus facilè videatur. 5 Responsio ad objectionem. Ordo est: *Si sumas in servis exercendis*, id est, intentandis ad opus faciendum, illud *operæ tuæ*, id est, id laboris, *quod consumis*, id est, conteris, perdis, *in opere faciundo*, id est, in operando in agro, sive in agro fodiendo, arando, colendo, *plus agas*, id est, plus efficeres tua industria, magis tuę utilitati consuleres. 6 A negotiis tuis domesticis, familiaribus. 7 Negotia seu res aliorum. 8 Ergo sociabilis propter naturam, & non solùm ad me, sed ad alium juvandum natus. Argumentum à Conjugatis, estque Enthymema. Cicero hanc sententiam, ut quandam quasi naturæ vocem, ad societatem civilem colendam accommodat 1. Offic. dicens: *Est enim difficilis cura rerum alienarum: quanquam Terentianus ille Chremes humani nihil à se alienum putet.* 9 Spectans ad hominem. 10 Abhorrens, & ad me non spectare. Q. d. Humanitatis est, curare aliena. 11 Sic existima me hæc tecum loqui, vel animo docendi, vel ex te discendi aliquid. 12 Ne te ita excrucies & labore conficias. 13 Si rectum est, quod facis, ego ut idem tecum faciam. 14 Si non rectum est, ut avertam, abducam te à proposito monitione meâ. 15 Mihi est utile sic facere. Hæc explicantur ab ipso Poëta v. 40. 83. 95. 96. & ampliùs à Cicerone, qui ostendit, quomodo hic Terentianus senex decreverit se cruciare, & malo dignum se deputarit, nisi miser esset. 3. Tusc. idque ab affectus magnitudine proficiscì, cùm nemo sibi inimicus ipse sit, declarat 5. de fin. 16 Facere. 17 Fac. Archaïsmus. 18 Maceret se curis & laboribus? 19 Scilicet est usus, ut perpetuò laborem, & excruciem me. 20 Ægritudinis in animo. Sic Andr. 5,2. *Tantum* laborem *capere ob talem filium?* 21 Vellem non esse, doleo vicem tuam, si quid tibi ægrè est. Hęc enim vox est pœnitentis & quocunque modo dolentis. Sic Adelph. 2, 1. *Nollem factum*, id est, vellem non factum. 22 Quòd te tantopere crucias.

Quæso,

Quæso, [1] *quid de te tantum meruisti?* ME. [2] *hen, hoi!* [1] Quare tam male me tractas?

CH. *Ne lacryma, atque i. c, quicquid est*, [3] *fac me ut sciam.* Mereor de te, est aliquid conceto in te vel bonum vel malum.

[4] *Ne vetice: ne verere*, [5] *crede, inquam, mihi: Aut consolando, aut consilio, aut* [6] *re juvero.*

ME. *Scire hoc* [7] *vis?* CH. [8] *hac causâ equidem*, [9] *quâ dixi tibi.*

ME. [10] *Dicetur.* CH. *at istos* [11] *rastros* [12] *interea tamen*

Depone, ne labora. ME. [13] *minimè.* CH. [14] *quam rem agis?*

ME. [15] *Sine me, vacuum tempus ne quod dem mihi*

Laboris. CH. [16] *non sinam, inquam.* ME. [17] *non æquum* [18] *facis.*

CH. [19] *Hui, tam graves hos, quæso?* ME. [21] *sic meritum est meum*

CH. *Nunc* [22] *loquere.* ME. [23] *Filium unicum adolescentulum*

Habeo. [24] *ah! quid dixi habere me?* [25] *imò habui, Chreme:*

[2] Interjectio dolentis effusæ.

[3] Fac me scire.

[4] Noli celare.

[5] Committe mihi istuc, quidquid est Virg. 4. Æn. *Solam nam perfidus ille Te colere?*

[6] Iplo effectu te adjuvabo. Mutuatur nobilem, & quæ humanitatis officiolæ numeros explet, sententiam. Cic. fam. Epist. 7. l. 10. *Quare omnibus de rebus fac ut quamprimùm sciam, aut consolando, aut consilio, aut re juvet.*

[7] Jamdudùm velle se Chremes ostenderat: sed *id* illud emphasin habet.

[8] Q. d. Menedemus: Ita-ne obstinate operam das, ut hoc, quod ego celarum cupio, ex me cognoscas? [9] Scire cupio. Non curiose se interrogare, ut ab initio suspicatus erat Menedemus, sed officiose & amanter, iterum homini morose misero inculcandum duxit.

[10] Scilicet ut te levem labore, & te consoler. [11] Tibi à me. [12] Ferramenta ista rustica. *Rastrum* est instrumentum dentatum glebis confringendis idoneum: à *radendo* dictum, quòd terram *radat*. Dicitur *rastrum* in singulari, & *rastri* plurali.

[13] Inter narrandum. [14] Non deponam rastros meos.

[14] Quid agis te ita cruciando? [15] Patere me laborare, ut nullo tempore sim sine labore. [16] Ut labores & loquaris simul. [17] Depositi rastros, estque dolentis. [18] Quod liberas me isto onere. [19] Admirantis est. [20] Portas vel tractas hos rastros tam ponderosos? Apostopesis est. Hos enim Menedemo ereptos ponderabat Chremes. [21] Id, quod meruì, sic postulat, ut tales gestem rastros. [22] Explica causam. [23] Narratio hæc plane consentit argumento. [24] Revocatio sive Correctio. [25] Sed habui. *Miserum istuc verbum & pessimum est, habuisse, & nihil habere*, Plaut. Rudens. 5, 2.

Nunc [1] *habeam, nec ne, incertum est.* CH. [2] *Quid ita istuc?* ME. *scies.*
Est è [3] *Corintho* [4] *hîc* [5] *advena anus paupercula:*
[6] *Ejus* [7] *filiam* [8] *ille amare cœpit* [9] *perditè.*
Prope jam ut [10] *pro uxore haberet: hæc* [11] *clam me omnia.*
Ubi [12] *rem rescivi, cœpi non* [13] *humaniter,*
Neque ut [14] *ægrotum animum decuit adolescentuli,*
Tractare: sed vi & [15] *viâ pervulgata patrum,*
Quotidiè [16] *accusabam:* [17] *hem! tibi.ne* [18] *hæc diutiùs*
Licere speras facere me [19] *vivo patre,*
Amicam ut habeas propè jam in uxoris loco?
[20] *Erras, si* [21] *id credis, &* [22] *me ignoras, Clinia.*
Ego te [23] *meum esse dicis* [24] *tantisper volo,*
[25] *Dum, quod te dignum est, facies: sed si* [26] *id non facis,*
Ego, quod me [27] *in te sit facere* [28] *dignum,* [29] *invenero.*
Nullâ [30] *adeò ex* [31] *re* [32] *istuc fit, nisi ex* [33] *nimio otio.*

1 Filium. Q. d. an pariet in bello, nec ne.
2 Dicis, aut dubitas te habere filium.
3 Peloponnesi, ad Isthmũ inter Jonium & Ægæum mare, urbe celeberrimâ.
4 Athenis.
5 Peregrina vetula, Philtera nomine, non hinc oriunda. *Advena* enim est, qui non est civis aut inquilinus, sed externus, & ex alieno loco advenies.
6 Anus Philtere. 7 Antiphilam, quæ credebatur esse ejus filia, cùm revera esset filia Chremetis. 8 Filius meus Clinia. 9 Miserè & nimis vehementer. 10 Tanquam si esset uxor. 11 Me nescio, scilicet *fecit*. 12 Amorem filii. 13 Benignè, more seu ritu humano, id est, ut ratio humanitatis postulabat: non ut hominem vel patrem decebat, sed justo inclementiùs & duriùs. 14 Ægrum: nam animus *æger* est, sed corpus *ægrotum*. 15 More usitato & communi parentum, qui plerumque, ut & patrui & senes, sunt *Laudatores temporis acti. Se puero, censores castigatoresque minorum.* Horat. de Arte. 16 Propter amorem. 17 Scilicet *dicens*, vel *inquam*. Indignantis interjectio. 18 Amare alienam. 19 Vivente. 20 Falleris opinione tuâ. 21 Scilicet tibi hæc diutiùs licere facere. 22 Meam non nostiram. 23 Filium. 24 Tam diu. 25 Donec, quamdiu fungêris tuo officio, aut facies quod debes, quod te decet. 26 Quod te dignum est facere. 27 Contra. 28 Honestum & æquum. 29 Inveniam, excogitabo. Enallage modi. 30 Certè habetque insignem usum ad conciliandam attentionem. 31 Causâ. 32 Ut adolescens in amorem incidat illicitum. 33 Nimiâ cessatione & requie ab operibus. *Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat*, ut ait Cato. Undè & Ovid. l. 1. de Remedio amoris: *Ego ubi visus eris nostrâ medicabilis arte, Fac moniti fugias otia prima mea. Hæc, ut ames, faciunt: hæc, qua fecêre, tuentur. Hæc sunt jucundi causa cibusque mali.* Argumentum à causâ amoris.

Ego istuc ætatis non amori operam dabam,
Sed in [2] Asiam [3] abii [4] hinc propter pauperiem, atque [5] ibi
Simul [6] rem & gloriam armis belli repperi,
[7] Postremò adeò [8] res rediit: [9] adolescentulus
Sæpè eadem, & graviter audiendo, victus est:
[10] Ætate me [11] putavit & sapientiâ
Plus scire, & providere, quàm se ipsum sibi.
In Asiam ad [12] regem [13] militatum [14] abiit, [15] Chreme.
CH. *Quid ais?* ME. *[16] clam me profectus, menses tres abest.*
CH. *[17] Ambo accusandi: [18] etsi illud [19] inceptum tamen*
Animi est [20] pudentis signum, & [21] non instrenui.
ME. *Vbi [22] comperi ex [23] iis, qui [24] ei fuere [25] conscii,*
Domum revertor mœstus, atque animo [26] ferè
[27] Perturbato, atque [28] incerto præ ægritudine:

2 Cùm essem eâ ætate, scilicet in adolescentia, qua tu es, non indulgebam amori.

Argumentum à suo exemplo.

Benè senex, juxta Horatii præceptum, *laudator temporis acti Se puero*, inducitur.

2 In eam partem orbis, ubi sunt continua.

bella: nam *Asia* est tertia pars orbis. 3 Militatum. 4 Athenis. 5 In Asia. 6 Divitias è prædâ & muneribus (nam stipendium non erat amplum) & laudem & honorem per præclara gesta, quæ gessi in bello, inveni & acquisivi mihi. 7 Tandem. 8 Negotium de filio meo eò pervenit, ad eum statum deductum est. 9 Filius meus audiendo sæpè eadem convitia & probra, & cum magna molestia, vel gravi tono à me pronuntiata audiendo ea, à proposito amoris malo abductus est, ἐβιάσθη. 10 Propter ætatem, id est, senectutem, quia senex eram. 11 Filius. 12 Asiæ, vel Persarum, quem Græci κατ' ἐξοχὴν βασιλέα, & μέγαν βασιλέα dixerunt. 13 Ut militaretur sub eo. 14 Discessit filius meus. 15 Hæc appellatio, *Chreme*, affectum sive πάθος loquentis, ei, ad quem loquitur, demonstrat. 16 Me nesciente: quia non ausus fuit prodire ad me. 17 Uterque accusandi estis. Tu, quòd eum durius objurgasti: ille, quòd non libenter accepit. 18 Concedentis. 19 Propositum ejus, scilicet filii tui. 20 Verecundi ac honesti ingenii atque animi, quem paterna correptio ab otio ad laborem reduxerat. 21 Strenui & fortis, de quo magna spes est. 22 Abusse in Asiam. 23 Sociis. 24 Filio. 25 Consentientes. 26 Guyetus τῷ ferè substituit *benè*, id est, valdè, vehementer. Sic *benè & gnaviter impudens*, apud Ciceronem in Epist. legitur. Suprà Andr. 1, 1. 104. *ibi tum exanimatus Pamphilus. Bene dissimulatum amorem & celatum indicat.* 27 Commoto. 28 Ut planè nescirem, quid facere deberem propter dolorem animi.

1 Celeriter ad me veniunt.
2 Caligas vel calceos deducunt à pedibus, seu dissolvunt.
Soccus est calcei genus: dictus (ut aliqui volunt) quasi *saccus*; eò quòd calceationi sit facilis. Eo autem calceamento, nempe *soccos*,

Adsido: [1] *accurrunt servi*: [2] *soccos detrahunt*:
Video [3] *alios festinare*, [4] *lectos sternere*,
Cœnam apparare: [5] *pro se quisque sedulò*
Faciebant, [6] *quò illam mihi* [7] *lenirent miseriam*. 75
Ubi video [8] *hæc, cœpi cogitare*: [9] *hem*! [10] *tot mei*
[11] *Solius sollicitî sunt causâ*, [12] *ut me unum ex-*
pleant?
Ancillæ tot me [13] *vestiant*? [14] *sumptus domi*
Tantos ego [15] *solus faciam*? [16] *sed gnatum unicum*,
[17] *Quem* [18] *pariter uti* [19] *his decuit, aut etiam* [20] *am-*
plius, 80
[21] *Quòd illa* [22] *ætas magis* [23] *ad hæc utenda* [24] *ido-*
nea est,
Ego eum hinc ejeci miserum [25] *injustitiâ meâ*,
Malo [26] *quidem me dignum quovis deputem*,
[27] *Si id faciam*: *nam* [28] *usque dum* [29] *ille vitam il-*
lam [30] *colet*

Comœdiarum actores utebantur: quemadmodum & *cothurno* Tragœdi; usque adeò, ut pro stilo Comico poni possit: quemadmodum cothurnus pro stilo Tragico. 3 Servos meos. 4 Parare lectulos discubitorios. Veteres enim lectulis stratis cubantes cœnabant. Sic infrà Adelph. 2, 4. *Et lectulos jube sterni nobis, & parari cætera: Ego jam, transactâ re, conveniam me domum cum opsonio.* Et 4, 2. Lectulos *in Sole ilignis pedibus faciundos dedit: ubi potestis vos.* In cœnaculo enim mensa collocabatur rotunda, humilis: Inferiorum quidem hominum tripes, & ex simplici ligno: lautiorum citrea, aut lamina argentea intecta: quem pes eburneus fabrefactus sustinebat. Circum mensam tres ut plurimùm lecti erant, undè *Triclinium* dictum: cæterùm aut terni, aut quaterni unum occupant. Horat. *Sæpè tribus lectis videas cœnare quaternos.* Cæterùm de discumbendi more, de lectis & triclinîis, videndus inter cætera Rosinus Antiquit. Rom. l. 5. c. 28. & Dempsterus. 5 Pro virili suâ. 6 Ut. 7 Mitigarent. 8 Quæ faciebant servi. 9 Ingemiscentis est vox. 10 Servi. 11 Propter me solum. 12 Ut suis ministeriis mihi uni satisfaciant. 13 Nendo & tenendo. 14 Ego sustentabo tantam familiam? 15 Sinè filio meo. 16 Ordo est: *Sed ego ejeci hinc meâ injustitiâ eum gnatum unicum miserum, quem decuit uti pariter his, aut quem decuit uti etiam amplius*, &c. 17 Gnatum. 18 Æqualiter ut ego. 19 Sumtibus, vel bonis. 20 Correctio. 21 Quia. 22 Juvenilis. 23 Ad utendum his, vel utoratur his prædictis: ubi *utenda* est nomen Gerundivum. 24 Quàm senilis. 25 Importunitate mea, nimia severitate. 26 Equidem, certè. 27 Si patiar, ut tot servi mei solius sollicîti sint causâ, ancillæ tot me vestiant, sumptusque domi tantos ego solus faciam. 28 Quousque, quamdiu. 29 Filius. 30 In militiâ ducet, aget, deget.

Inopem,

[1] *Inopem, carens patriâ, ob meas injurias,*
Interea [2] *usque illi de me* [3] *supplicium dabo,*
[4] *Laborans,* [5] *quærens,* [6] *parcens, illi serviens.*
Ita facio prorsus, nihil relinquo [7] *in ędibus,*
Nec [8] *vas, nec* [9] *vestimentum :* [10] *corrasi omnia.*
Ancillas, servos, [11] *nisi eos, qui opere rustico*
Faciundo facilè [12] *victum* [13] *exercerent suum,*
Omnes [14] *produxi ac vendidi :* [15] *inscripsi* [16] *illicò*
Ædes : [17] *mercedem* [18] *quasi talenta ad quindecim*
Coëgi : agrum hunc [19] *mercatus sum : hîc me* [20] *exerceo.*
[21] *Decrevi,* [22] *tantisper me minus injuriæ,*
Chreme, meo gnato facere, [23] *dum fiam miser ;*
[24] *Nec mihi fas esse ullâ me voluptate* [25] *hîc frui,*
Nisi ubi ille hùc salvus redierit meus [26] *particeps.*
CH. [27] *Ingenio te esse in liberos leni puto, &*

1 Miseram. 2 Tam diu, assiduè. 3 Puniam, excruciabo me illius causâ, ἐμαυτὸν τιμωρούμενος. 4 Laborando, quęrendo, &c. Participia pro Gerundiis. 5 Rem, bona. Exponit, quodnam sit supplicium, quo velit filio satisfacere. 6 In victu. 7 Domi meæ. 8 Suppellectilem. 9 Vestimenta intellige, quæ ad stratum pertinent : ut infrà 5,1,30. 10 Undique collegi. 11 Præter. 12 Al. *sumtum*, denotatque sumendi actionem seu modum. 13 Pararent. *Exerceo* compositum est ab *ex* & *arceo*, quasi *ex* me *arceo* ignaviam. Cæterum verbum *exercere* varios habet usus. Nam & *servos exercere* dicimur, & *tauros*, & *agros*, & *odia*, & *pacem*, in quibus omnibus est eadem hujus vocabuli vis, quæ non videtur commodiùs exprimi, quàm vernaculè, *in actie houden*, ofte *gaende houden*. *Exercere* ergo sumtum, est hoc agere, ut sumendi actio duret, id est, quotidiano labore præstare, quantum in victum cultumque corporis consumas. 14 Venales exposui : nam *producere* significat foras ducere. Indè *productores*, dicuntur, qui virgines abducunt, easque ad quæstum exponunt. 15 Venales proposui, proscripsi, apponens inscriptionem ad fores talem : *Hæc domus est venalis*, vel alia id genus. Plaut. *Ædes hasce venales inscribit literis.* 16 Vendita familia. 17 Intellige non laboris aut operæ (ut ferè) pretium, sed rerum à Menedemo venditarum, id est, vasorum, vestimentorum, servorum, ancillarum, ędium : ita Cicero *prædiorum mercedem* dixit. 18 Prope coronatorum Gallicorum novem millia collegi, congressi. *Cogo* enim (dictum quasi *coago*) propriè est, in unum congrego. Virg. *Tityre* coge pecus. Cic. *Cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique* coguntur. 19 Emi. 20 Fatigo. 21 Constitui. Vide Cic. Tusc. Quæst. 3. & l. 5. de finibus. 22 Tam diu. 23 Quamdiu miseram hanc vitam ducam. 24 Et decrevi non licere mihi hîc aliquam capere voluptatem. 25 In agro. 26 Filius meus, ad quem præcipua pars harum voluptatum spectat, *vel*, quem pariter uti his decuit, ut antea dixit. 27 Natura te esse erga filium miti & benigna existimo : ubi *liberos* dixit in numero plurali, cùm Menedemus unicum tantum haberet filium. Vide Gell. l. 2. c. 13.

1 Filium morigerum seu obsequiosum.

[1] *Illum obsequentem, si quis* [2] *rectè aut* [3] *commodè*
Tractaret. Verùm neque tu [4] *illum satis noveras,*
Nec [5] *te ille:* [6] *hoc ubi fit, ibi non* [7] *verè vivitur,*
Tu illum, nunquam ostendisti, quanti [8] *penderes,*
Nec tibi [9] *ille est* [10] *credere* [11] *ausus,* [12] *quæ est æquum*
patri:
[13] *Quod si esset* [14] *factum,* [15] *hæc nunquam evenissent*
tibi.

2 Bene, cum quadam mediocritate, ita ut neque sit nimis blandus, nec nimis severus. Nam severitas parentum animos filiorum dejicit & prosternit, indulgentia corrumpit. *Inter utrumque*, (monet Seneca) *regendus est animus institutione liberorum, ut modò frenis utamur, modò stimulis.*

ME. [16] *Ita res est, fateor: peccatum à me* [17] *maximum est.*

CH. *Menedeme, at porro* [18] *rectè spero, &* [19] *illum*
tibi
Salvum affuturum esse hîc confido [20] *propediem.*

ME. *Vtinam ita Dii faxint.* CH. *facient: nunc,* [21] *si*
commodum est,
[22] *Dionysia hîc sunt: hodiè apud me* [23] *sis, volo.*

ME. [24] *Non possum.* CH. *cur non? quæso tandem ali-*
quantulùm

3 Opportunè ac tempestivè regeret eum. 4 Mores ejus. 5 Tuos mores satis noverat, quod esses ingenio leni. 6 Ubi mores ignorentur. 7 Recte, ut decet, id est, ibi non servatur vera educandi ratio. 8 Æstimares, faceres, id est, quàm charum eum haberes. Tractum ab antiquis, qui ante signatam pecuniam æs & argentum pendebant, id est, ponderabant. *Pendo* enim proprie significat pondero, quoniam ea, quæ ponderamus, ex libra pendent. Inde *pendere pœnas* dicimus, id est, dare seu luere pœnas: nam antiquorum pœnæ erant pecuniariæ. 9 Filius tuus. 10 Committere, scilicet ea, vel secreta sua consilia. 11 Quia durus fuisti. 12 Quæ decet filios committere patri. Itaque pater ille Plautinus tantopere probat filii ingenium, *cùm is dignum, cui crederet, habuisset.* 13 Ut & tu illi ostendisses, quanti eum penderes; & ille sua tibi consilia credidisset. 14 A te & filio. 15 Nunquam ad hoc calamitatis genus perveniſſes, scilicet ut tu ita doleres, & filii præsentia privatus esses. 16 Ut dixisti. Concessio. 17 Maximè, quia nimiùm fui durus. 18 Bona mihi spes est. 19 Filium tuum. 20 Brevi: cùm scilicet jam propè est dies. 21 Si opportunum & non molestum tibi est. Invitat ad cœnam. 22 Bacchanalia. Liberi patris festa, Liberalia: quia Bacchus unâ suarum appellationum dicitur *Dionysius* ἀπὸ τῦ Διός, id est, *à Jove patre*, & Nymphis *Nisæis*, à quibus fuit educatus. Erant autem ludi annui in honorem Bacchi, victoriam ex India deportantis, instituti. Ritum, qui Liberalibus observabantur, causas diligenter explicat Ovidius Fast. 3. Bacchi autem sacra à plerisque Græciæ urbibus triennio quoque celebrantur. 23 Scilicet *ut*. 24 Esse conviva apud te.

Tibi parce : [1] idem absens facere te [2] hoc vult filius.
ME. *Non convenit, qui illum ad laborem [3] impulerim,*
Nunc me [4] ipsum fugere. CH. *sic-cine est sententia?*
ME. *Sic.* CH. *benè vale.* ME. *& tu.* CH. *[5] lachrymas excussit mihi,*
Miseretque me [6] ejus : sed, [7] ut diei tempus est,
[8] Monere oportet me hunc vicinum [9] Phaniam,
Ad cœnam ut veniat : ibo, visam [10] si domi est.
Nil opus fuit [11] monitore : jamdudùm domi
[12] Præstò apud me esse [13] ajunt : [14] egomet convivas moror.
Ibo adeò hinc [15] intrò : sed quid [16] crepuerunt fores?
Hinc à me quis-nam egreditur? hùc [17] concessero.

1 Tuos remitte ac in errum pelabores. 2 Ut parcas tibi. 3 Incitaverim. 4 Laborē. 5 Lacrymari me fecit. 6 Menedemi. 7 Prout. Sic Scena seq. *Tu, ut diei tempus est, vide sis, ne quò hinc abeas longius.* 8 Admonere, certiorem facere. 9 Jam ante invitatum. 10 An domi sit. 11 Vocatore ad cœnam, servo qui moneret convivas. Nam *vocatores* propriè dicebantur, qui ad cœnas vocabant: *δεῖπνοκλήτορες* à Græcis appellati. Hęc loquitur Chremes reversus ex ædibus Phaniæ. 12 Adesse. 13 Servi ejus domestici. 14 Ego ipse eos, qui ad convivium mecum venerunt, detineo : cùm enim eos deberem exspectare, me exspectant. 15 In domum meam. 16 Apertæ sunt. 17 Concedam, conferam me, intrabo domum meam.

ACTUS I. SCENA II.

CLITIPHO, CHREMES.

CL. [1] *Nihil adhùc est, [2] quod vereare, Clinia : haudquaquam etiam [3] cessant :*
Et [4] illam simul cum [5] nuntio tibi hîc affuturam

1 Intùs relictum Cliniam alloquitur Clitipho, in proscenium egrediens. Clinia autem domum ex Asia revertens, mirum in modum sollicitus est de amica, quam abiens Athenis reliquerat. De Cliniæ in patriam reditu magna cum animi voluptate Clitipho nunciat patri suo Chremeti : Chremes filio ex Cliniæ vita & moribus vivendi modum præscribit, capiendumque ex aliis docet exemplum, quod ex usu nostro sit. 2 Propter quod timeas non venturam Antiphilam, id est, nondum habes timendi causam : miserat enim Clinia accersitum Antiphilam : discruciatur, quòd non redirent. 3 Syrus & Dromo, servi, in urbem ad accersendam Antiphilam, Cliniæ amicam, missi : vel mulieres. 4 Antiphilam. 5 Qui ivit accersitum eam.

Hodiè, scio: [1] *proin tu sollicitudinem istam* [2] *falsam quæ* [3] *te*
Excruciat, [4] *mittas.* CH. [5] *quicum loquitur* [6] *filius?*
CL. *Pater adest,*
Quem [7] *volui: adibo Pater,* [8] *opportunè advenis.*
CH. [9] *Quid id est?* CL. *hunc Menedemum nosti-ne nostrum vicinum?* CH [10] *probè.*
CL. [11] *Huic filium scis esse?* CH. *audivi esse in Asiâ.*
CL. [12] *non est, pater:* [13] *apud*
Nos est. CH. [14] *quid ais?* CL. *advenientem, è* [15] *navi egredientem* [16] *adduxi illico*
Ad cœnam: [17] *nam mihi magna cum eo jam inde* [18] *usque à puerità*
Semper fuit familiaritas. CH. [19] *voluptatem magnam nuntias.*
Quàm vellem [20] *Menedemum* [21] *invitatum, ut nobiscum hodiè esset,* [22] *ampliùs,*
Ut hanc [23] *lætitiam* [24] *nec opinanti primus* [25] *objicerem domi!*
[26] *Atque etiam nunc tempus est.* CL. [27] *Cave faxis:* [28] *non opus est, pater.*
CH. *Quapropter?* CL. *quia enim* [29] *incertum est etiam, quid* [30] *se faciat:* [31] *modò venit:*

1 Proinde, ideò. Apocope.
2 Nullo fundamento nitentem. Ovid. *Res est sollicitis plena timoris amor.*
3 Animum tuum.
4 Dimittas, id est, læto & bono sis animo.
5 Cum quo. Anastrophe.
6 Clitipho
7 Adesse, alloqui.
8 Tempestivè, in ipso tempore.
9 Quare opportunè advenio? 10 Scilicet *novi.* 11 Scis eum habere filium? 12 In Asiâ. 13 Domi nostræ. 14 Admiratur tanquam de re incredibili. 15 Quâ redibat ex Asiâ. 16 Amicis peregrè redeuntibus cœna dari solebat à propinquis apud veteres, quæ *adventitia* dicebatur. 17 Ratio est, cur eum adduxerit ad cœnam. 18 Assiduè, semper. 19 Lætitiam. 20 Patrem ejus. 21 Vocatum esse ad cœnam. 22 Referendum est ad *invitatum.* Neque enim neglexerat Chremes invitare Menedemum, sed nunc, reverso filio, ampliùs invitatum vellet. 23 De adventu filii. 24 Non speranti, non suspicanti. Insperatum enim gaudium semper majus esse solet: sicut & dolor, si non opinanti objicitur, est acerbior. 25 Offerrem ei. 26 Et adhuc satis maturum est eum invitare. 27 Vide ne facias. Volebat Chremes nunciare Menedemo rediisse filium: sed Clitipho prohibuit, quòd Cliniæ nondum patris voluptas esset perspecta. 28 Non est utile ut invitetur. 29 Non est constitutum. 30 De se, ἐλλειπτικῶς, id est, quid facturus sit Clinia, an scilicet amicam retineat, an dimittat, an patrem visurus sit, an non. 31 Paulò ante appulsus est ex Asiâ.

Timet omnia : patris iram, & [1] *animum amicæ ſe erga ut ſit ſuæ.*

[1] Affectum, Antiphilæ.

[2] *Eam* [3] *miſerè* [4] *amat : propter eam hęc* [5] *turba atque* [6] *abitio evenit.* CH. *ſcio.*

Sic infrà 2, 3.

CL. *Nunc* [7] *ſervulum ad* [8] *eam in urbem miſit, & ego* [9] *noſtrum unà Syrum.*

Nam & vita eſt eadem, & animus erga eam idem ac fuit.

CH. *Quid* [10] *narrat?* CL. [11] *quid ille? ſemiſerum eſſe.* CH. *miſerum?* [12] *quem minùs credere eſt?*

Antiptoſis.

[13] *Quid reliqui eſt, quin* [14] *habeat, quæ* [15] *quidem in homine* [16] *dicuntur bona,*

Accuſativus pro Nominativo.

[17] *Parentes, patriam* [18] *incolumem, amicos,* [19] *genus, cognatos, divitias?*

2 Antiphilam.

Atque hæc [20] *perinde ſunt, ut illius* [21] *animus, qui* [22] *ea poſſidet:*

3 Vehementer, perditè.

Qui [23] *uti ſcit, ei bona; illi, qui non utitur rectè, mala.*

4 Clinia.

5 Turbatio & diſcordia inter eum & patrem.

CL. [24] *Imo* [25] *ille ſenex fuit* [26] *importunus ſemper: & nunc nihil magis*

6 Diſceſſio.

Vereor, quàm ne quid in [27] *illum iratus* [28] *plus ſatis faxit* [29] *pater.*

7 Dromonem.

CH. [30] *Ille-ne?* [31] *ſed* [32] *reprimam me: nam, in metu eſſe* [33] *hunc,* [34] *illi eſt utile.*

8 Antiphilam accerſendam. 9 Sc. *ſervum miſ.* 10 Clinia. 11 Sc. *narraret rogas?* 12 Quem minùs eſt credere eſſe miſerum, quàm enim? Quippe qui talem habeat patrem. 13 Quid deeſt illi, quid relictum, quid omiſſum eſt in illo orando & beando? Q. d. Illis omnibus abundat, quæ ad vitam beatam requiruntur. 14 Omnia illa. 15 Certè. 16 Cenſentur à vulgo eſſe bona. 17 Enumeratio bonorum fortunæ. 18 Salvam; non quaſſatam. 19 Familiam bonæ conditionis & ſortis. 20 Sunt bona ἀδιάφορα, id eſt, indifferentia ſeu media, quæ nec per ſe ſunt bona, neque mala: bona, benè utentibus; male autem utentibus, mala. Divitię enim ut impedimenta improbis, ita bonis ſunt adjumenta virtutum. 21 Eſt. 22 Quæ dicuntur bona à vulgo. 23 Illis bonis. 24 Correctio & tranſlatio culpæ in ipſum ſenem. 25 Menedemus, pater Cliniæ. 26 Auſterus, moleſtus, quaſi portu, id eſt, quiete carens. 27 Cliniam filium ſuum. 28 Plus æquo, ſeu plus quàm decet. 29 Senex faciat aliquid illi. 30 Scilicet *iratus aliquid ſibi faceret?* 31 Aposiopeſis. 32 Cohibebo me, neque oſtendam Clitiphoni luctum & dolorem Menedemi ſuper diſceſſu filii. Hæc ſecum tacitè loquitur Chremes, ne audiret filius. 33 Cliniam. 34 Clitiphoni.

CL. *Quid* [1] *tute tecum?* CH. *dicam* : [2] *ut ut erat, mansum tamen oportuit.*

Fortasse aliquanto [3] *iniquior* [4] *erat* [5] *præter ejus lubidinem.*

[6] *Pateretur* : *nam* [7] *quem ferret, si parentem non ferret suum!*

[8] *Hunc-cine erat æquum ex illius more, an illum ex hujus vivere? &*

[9] *Quòd illum insimulat durum, id non est* : *nam parentum* [10] *injuriæ*

Vniusmodi sunt fermè ([11] *paulo quî est homo tolerabilis*)

[12] *Scortari crebrò nolunt, nolunt* [13] *crebrò convivarier* :

[14] *Præbent* [15] *exiguè* [16] *sumptum* : *&* [17] *ea sunt tamen* [18] *ad virtutem omnia.*

Verùm ubi [19] *animus semel se* [20] *cupiditate* [21] *devinxit malâ,*

Necesse est, Clitipho, consilia consequi consimilia : [22] *hoc*

1 Sc. *loqueris?* Dixerat enim Chremes, *sed reprimam me*; ideò hoc interrogat Clitipho. 2 Qualitercunque se res habebat, tamen debuisset filius domi manssisse. 3 Severior. 4 Pater. 5 Quam placeret Cliniæ. 6 Patienter tulisset hoc filius. 7 Cujus mores toleraret? 8 An filium decebat vivere ex arbitrio patris, an decebat patrem vivere ex arbitrio filii? 9 Quod Clinia accusat patrem suum esse difficilem & nimis severum, id non est, ut dicit, vel id non est verum. 10 Querelæ filiorum de patrum iniquitate ferme sunt similes & unius rationis. 11 Quemadmodum homo se paulo potest tolerare, ita parentes nolunt filios suos crebrò convivari, &c. sed modico voluptatum usu esse contentos. Alii sic exponunt : nam parentum injuriæ unius modi sunt fermè, eorum saltem, qui homines sunt paulùm tolerabiles, id est, non contemnendi, qui norunt tractare liberos : & hoc dictum volunt κατὰ λιτότητα, pro boni, probi. Cic. *Vix singulis oratoribus singuli* tolerabiles *oratores inventi sunt.* Et sic erit Enallage numeri. 12 Filios suos. 13 Frequenter convivari, id est, celebrare convivium. Nam *convivor, aris*, aut significat celebrare convivium, aut ad convivium invitare : aut etiam frequentare convivia. 14 Filiis suis. 15 Parce. 16 Impensas in celebrandis conviviis & meretricibus fovendis. 17 Quæ faciunt parentes. 18 Sc. acquirendam, & omittendas tales immunditias. 19 Filii. 20 Aut libidinis, aut honoris, aut opum. 21 Irretivit, illigavit. 22 Proposita mala simul sequi & nasci, scilicet ut profugiant a parentibus, ut peregrè abeant. 23 Hoc præclarum est, sumere experimentum ex aliis, quod sit ex utilitate tuâ, id est, tibi utile. Nam *felix, quem faciunt aliena pericula cautum* : & *felix, quicunque dolore Alterius discit posse carere suo.* Tib. l. 3. El. 6. Sic Adelph. 3, 4. jubet Demea *inspicere tanquam in speculum in vitas omnium, inde sumere exemplum sibi.*

Scitum

Scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu 1 *fiet.*

CL. 1 *Ita credo.* CH. *ego ibo hinc* 2 *intrò, ut videam, nobis* 3 *quid cœnæ fiet.*

4 *Tu,* 5 *ut tempus est dici,* 6 *vide sis, ne quò hinc abeas longiùs.*

1 Ægre fert patris admonitionem. Frigidissime enim concedit, & vult aliquo modo

significare, se approbare. 2 In meas ædes. 3 Quæ cœna, id est, quæ sint parata ad cœnam. 4 Clitipho. 5 Prout dici tempus est, scilicet vespertinum. 6 Cave si vis.

ACTUS II. SCENA I.

CLITIPHO.

1 *QUàm iniqui sunt patres in omnes adolescentes judices:*
Qui aquum esse censent, nos jam 3 *à pueris illicò nasci* 4 *senes,*
Neque illarum 5 *affines rerum esse, quas* 6 *fert adolescentia.*
7 *Ex suâ libidine moderantur,* 8 *nunc quæ est, non quæ* 9 *olim fuit.*
Mihi si unquam filius erit, 10 *næ ille facili me utetur patre:*
Nam & 11 *cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati* 12 *locus.*

1 Ordo est: *Quam iniqui*, id est, severi, acerbi, *judices*, id est, censores, *sunt patres in*, id est, contra, *omnes adolescentes.* Digresso patre, Clitipho filius queritur de patris iniquitate, qui paulò severiùs ipsum admonuerat sui officii. Atque ita suos ipse mores prædicat, qui parentis præcepta pro nihilo ducat. Deinde suam amicam depingit, eamque confert cum Cliniæ amica, ut appareat Cliniam meliore ingenio fuisse, & multò honestiùs amasse. 2 Parentes. 3 A puerilitâ, ab ineunte ætate, cùm primùm pueri evadimus. 4 Habemus mores seniles, sapientia prudentiaque præditos, graves, severos. 5 Participes. Metaphora. Cic. *Hunc affinem esse culpæ judicato.* 6 Affert secum, inducit. 7 Patres regunt nos juxta suum arbitrium & voluntatem, sive recta sit, sive non. *Libido* proprie est, quicquid libet. Unde non modò turpium, sed etiam honestarum rerum voluntas *libido* appellatur. Peculiariter tamen *libidinis* nomen translatum est ad immoderatum appetitum. 8 In senectute. 9 Cùm juvenes essent, & quales nos jam sumus. 10 Certe ille habebit me benignissimum patrem, id est, commodum, & plurimùm illi indulgentem. 11 Ubi aliquid peccatum fuerit. 12 Facultas, occasio.

1 Non faciam filio meo, sicut meus pater mihi facit.

1 *Non ut meus, qui mihi* 2 *per alium* 3 *ostendit suam sententiam.*

Perii! 4 *is mihi, ubi adbibit* 5 *plus paulo, sua* 6 *qua narrat* 7 *facinora!*

2 Per exemplum alterius, sc. Clitiæ.

8 *Nunc ait,* 9 *periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu fiet.*

3 Proponit.

10 *Astutus!* 11 *næ ille haud scit,* 12 *quam mihi nunc* surdo narret fabulam.

4 Pater.

13 *Magis nunc me* 14 *amicæ dicta* 15 *stimulant:* 16 *da mihi, atque affer mihi.*

5 Largiùs æquo.

17 *Cui quid respondeam, nihil habeo: neque me quisquam est miserior.*

6 Quàm nefanda.

Nam Clinia hic, etsi is quoque 18 *suarum rerum satagit, attamen*

7 Quæ adolescens fecit.

19 *Habet benè ac pudicè eductam,* 20 *ignaram artis meretriciæ.*

8 Dum senex & sobrius est.

21 *Mea est* 22 *potens,* 23 *procax,* 24 *magnifica,* 25 *sumptuosa,* 26 *nobilis.*

9 Μίμησις Clitiphonis, recitantis cum stomacho sententiam patris sui.

Tum, quod dem ei, 27 *rectè est: nam nihil esse mihi,* 28 *religio est dicere.*

10 Astutus est pater meus. Ironia, id est, stultus κατ' ἀντίφρασιν. 11 Affirmandi particula. 12 Quas nugas (nam fabulæ loco habeo ejus sermonem) narrat mihi nunc attendenti, quam frustrà suadeat pater. 13 Quàm patris mei præcepta. 14 Bacchidis. 15 Sollicitant, urgent, pungunt. *Stimulare* enim est pungere, incitare. Fit autem à nomine *stimulus*, quod propriè est instrumentum, quo punguntur boves. 16 Mimesis. Sunt enim verba amicæ petentis: da mihi munus hoc vel illud. 17 Cui amicæ, ita petenti, nec negare, nec affirmare possum me daturum. 18 Laboris & curarum ex suo amore, perinde atque ego ex meo, habet satis, distorquetur. *Satago* enim propriè significat anxius sum, & satis habeo, quod agam, πολυπραγμονῶ. 19 habet amicam caste & honestè educatam. 20 Nesciam astutiæ meretricum. 21 Amica Bacchis. Depingi enim Bacchidem, conferendo cum Antiphila. 22 Opulenta, magna domina. Bel. *prachtigh, een groote Madame.* 23 Assidue petens seu petax. *Procare* enim est poscere: inde *procaces* meretrices dictæ sunt ab assiduè *poscendo*: & *proci*, uxorem in matrimonium poscentes. 24 Magnificè instructa supellectili seu vestibus. 25 Multos sumptus faciens in cibo & potu. 26 Insignis, in malam partem, id est, multis nota: quia multos habes amatores. *Nobilis* dicitur quasi *noscibilis*, id est, dignus, cujus nomen omnibus cognitum sit. 27 Placet ei, & probat, quòd dem ei munera. Alii sic exponunt: Quoties Bacchis sibi dari aliquid postulat nihil aliud invenio quod respondeam, nisi unum illud recte: quo dicto uti plane nihil promittebat, ita nec denegabat quidquam. 28 Cautio, meus, id est, caveo unice, non audeo dicere, me nihil habere, quod dem ei.

1 *Hoc ego mali non pridem inveni: 2 neq; etiam dum scit pater.*

1 In insano ejus procacis meretricis amore non multo tempore irretitus fui. 2 Et adhuc pater meus nescit, me isto malo laborare, id est, me habere amicam.

ACTUS II. SCENA II.

CLINIA, CLITIPHO.

CL. 1 *Si mihi 2 secundæ res 3 de amore meo essent, jam dudum scio 4 Veniissent: sed vereor, ne 5 mulier, 6 me absente, hîc 7 corrupta sit. 8 Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi 9 animum exangeant; 10 Occasio, 11 locus, 12 ætas, 13 mater, cujus sub imperio est, mala: 14 Cui nihil præter 15 pretium jam 16 dulce est.* CLI. *17 Clinia.* CL. *18 hei misero mihi!*

CLI. *Etiam caves, ne videat fortè hinc te 19 à patre 20 aliquis exiens?*

1 Si mihi succederet benè in amore, Clinia cessatione & morâ Antiphilæ amicæ nimium torqueturq; cui exspectanti hora, dies, annus videtur. Solet enim amantis animus omnis moræ, quantumvis brevis, impatientior esse. 2 Properæ, succedentes. Sal. *Quippe* secundæ res *sapientium animos fatigant. Secundus* enim sæpiùs idem significat, quod prosper: ut, *secunda fortuna*, id est, prospera: sic *res secundæ*, quę pro nostro desiderio sequuntur. Hinc *secundo flumine navigare* is dicitur, qui aquâ sequente navigat, id est, in eam partem fluente, ad quam tendimus: sicut *adverso flumine navigat*, qui contra aquam nititur. Proprie autem *secundus* est, qui immediatè sequitur primum, id est, quod secundo loco est; & tam numeri, quàm dignitatis ordinem denotat. Virg. *Turnus ego haud ulli veterum virtute* secundus. 3 Quantum ad amorem meum spectat. 4 Antiphila & servi, qui eam accersiverunt. 5 Antiphila. 6 Quamdiu fui absens. 7 Pecuniarum largitione ad alium diverterit. 8 Simul in mentem veniunt variæ cogitationes. Conjecturæ a circumstantiis. 9 Dolorem, aut animi perturbationem. 10 Opportunitas ut corrumpatur: quia ipse absens fuit, atque illa formosa est. 11 Athenę, ubi magna hominum multitudo est & civium, variis moribus viventium. 12 Quia juvenilis, quæ plerumque lubrica est. 13 Corinthia, quæ putabatur mater, sed non erat. 14 Matri, sub cujus imperio est. 15 Pecunias sive mercedem. 16 Charum ac suave. 17 Vocat eum, ut attendat, quid dicere cupiat. 18 Dolentis exclamatio. 19 Ex ædibus tui patris. 20 Servorum.

CL.

CL. [1] *Faciam: sed nescio quid profectò mihi animus* [2] *præsagit mali.*

CLI. *Pergin' istuc priùs* [3] *dijudicare, quàm scis, quid veri siet?*

CL. *Si nihil mali esset: jam hîc* [4] *adessent.* CLI. *jam aderunt.* CL. *quando istuc erit?*

CLI. *Non cogitas* [5] *hinc* [6] *longulè esse? & nosti mores mulierum?*

Dum [7] moliuntur, dum [8] comuntur, [9] annus est.

CL. *ô Clitipho,*

Timeo. CLI. [10] *respira: eccum* [11] *Dromonem cum Syro: unà adsunt tibi.*

1 Cavebo.

2 Prænuntiat, prædicit, præsentit. *Sagire* est acutè sentire; unde *saga anus*, quæ multa scire volunt: & *sagaces* dicti canes. Is igitur, qui ante sagit, quàm oblata res est, dicitur *præsagire*, id est, futura antè sentire. 3 Scilicet aliquod malum interveniſſe. 4 Servus cum amica. 5 A nostris ædibus. 6 Longiùs abesse? 7 Se præparant multiplici cultu, ædificant formam variis rebus. Al. *poliuntur*: alii, *comuntur*. 8 Ordinantur, sive ornant se. 9 Integrum annum consument. Plaut. *Mulier profectò nata est ex ipsâ morâ; Nam quævis alia, quæ mora est, æquè mora est. Minor ea videatur, quàm quæ propter mulierem est.* 10 Resume vires, ad te redi, atque animum recipe. Metaphora à cursoribus seu viatoribus translata ad animum. 11 Servum. Δεικτικῶς pronuntiandum est.

ACTUS II. SCENA III.

SYRUS, DROMO, CLINIA. CLITIPHO.

SY. [1] *Ain' tu?* DR. *sic est.* SY. *verùm interea, dum* [2] *sermones cædimus,*

[3] *Illæ sunt relictæ.* CLI. [4] *mulier tibi adest, audin' Clinia?*

CL. *Ego verò audio nunc demum, & video, &* [5] *valeo, Clitipho.*

1 Affirmas-ne hoc, Dromo, illas in propinquo esse? aut quid simile. Principium est interruptum: servi enim sermones ultrò citròque habuerunt: sub initium verò hujus Scenæ eosdem nunc pertexunt. Clinia ex Syro intelligit, se absente, pudice admodum vixisse Antiphilam; quâ ex re ingenti gaudio perfunditur. Bacchis, Clitiphonis amica, ad cœnam adducitur: quæ tamen interim fingitur esse amica Cliniæ. 2 Colloquia commiscemus, unà colloquimur. *Cadere sermones* dicitur, qui frequenter & plurimùm loquitur: quod Græci dicunt κόπτειν λόγους, aut κόπτειν ῥήματα, id est, διαλέγεσθαι. 3 Mulieres. Quia facundus comes in viâ pro vehiculo est. 4 Antiphila, amica tua. 5 Melius habeo, sanus sum, cùm prius languerem præ timore.

DR. Mi-

DR. [1] *Minimè mirum : adeò* [2] *impeditæ sunt :* [3] *ancillarum gregem*
Ducunt secum. CL. *perii, unde* [4] *illi sunt ancillæ ?*
CLI. [5] *men' rogas ?*
SY. *Non oportuit* [6] *relictas :* [7] *portant quid rerum ?*
CL. [8] *hei mihi !*
SY. [9] *Aurum, vestem : &* [10] *vesperascit, &* [11] *non noverunt viam.*
[12] *Factum à nobis stultè est : abi tu Dromo* [13] *illis obviàm.*
Propera : quid stas ? CL. [14] *væ misero mihi ! quantâ de spe* [15] *decidi !*
CLI. *Quid istuc ? quæ res te* [16] *sollicitat autem ?*
CL. *rogitas quid fiet ?*
[17] *Viden' tu ancillas, aurum, vestem ?* [18] *quam ego cum unâ ancillulâ*
Hîc reliqui : [19] *unde esse censes ?* CLI. [20] *vah ! nunc demum intelligo.*

1 Quòd scilicet relictæ sint mulieres, quod tardiùs consequantur nos. Servi non videntes adolescentes, scilicet Clitiphonem & Cliniam, pergunt in sermone incepto. Respondet enim jam Dromo ad illa verba Syri : *Dum sermones cædimus, illæ sunt relictæ.* 2 Impedimentis onustæ : quia mulieres adferebant secum vestes & ornatum muliebrem. Sic Livius dicit, *Exercitum impeditum.* 3 Famularum catervam magnam copiam. Indecorum enim olim visum matronis & inhonestum, sine comitatu ancillarum in publicum prodire. 4 Amicæ meæ Antiphilæ, id est, unde habet illas ancillas? 5 Ex me quidem nihil horum sciri potest 6 Relinquere mulieres. Participio utitur pro Infinitivo. Supra, *Mansum oportuit.* 7 Quàm multas res & magnas portant secum ? Ita sæpè loquèbantur Veteres, cum magnam rei alicujus vim aut copiam indicare vellent Sic Andr. 1, 2, 1. *Di boni ! boni quid porto ?* 8 Dolentis : quia cogitat omnia ista dici de sua amica. 9 Pergit Syrus in sermone, quia dixerat, *portant quid rerum?* scilicet *aurum*, id est : aurea ornamenta, monilia, & vestes pretiosas : erat enim Bacchis meretrix, ut ante dictum est, *magnifica, sumptuosa.* 10 Hùc accedit, quòd vespera fiat, & propterea non erant relinquendæ. Argumentatur à tempore. 11 Sunt ignaræ viæ. 12 Quòd relinquimus eas 13 Mulieribus. 14 Sum infelix. Incipit desperare de sua amica. 15 Dejectus sum, id est, quantopere me spes fefellit! 16 Angit, sollicitum reddit? *Sollicitare* enim sæpiùs est inquietare, cura & molestia afficere : ut suprà in Andr. *Cur meam senectam hujus* sollicito *amentia ?* Aliquando significat allicere & conari labefactare: ut. *sollicitare pudicitiam mulieris.* 17 Audin' tu, intelligis, ancillas, aurum, vestes memorari à servis ? unde ea esse censes, cùm ego hîc reliquerim eam cum una ancillula ? unde ea esse censes, nisi quia interim inhoneste potiùs divitias parare hîc optavit, quàm reditum meum exspectando pauper vivere ? 18 Amicam meam. 19 Unde judices eas, scilicet tot ancillas, aurum, vestes, esse illi, nisi à rivalibus ? 20 Irridentis Interjectio.

Dii boni, [1] *quid turbæ est? ades nostræ vix* [2] *capient, scio,*
[3] *Quid comedent? quid ebibent?* [4] *quid sene erit nostro miserius?*
Sed video, [5] *eccos, quos volebam.* CL. *ô Iupiter!*
[6] *ubi-nam est fides?*
Dum ego [7] *propter te* [8] *errans patriâ careo demens,*
tu [9] *interea loci*
[10] *Conlocupletasti te, Antiphila, & me in his deseruisti* [11] *malis,*
[12] *Propter quam in summâ infamiâ sum, &* [13] *meo patri* [14] *minùs obsequens:*
[15] *Cujus nunc pudet me, & miseret, qui* [16] *harum mores* [17] *cantabat mihi,*
[18] *Monuisse* [19] *frustrà: neque potuisse eum unquam me*
[20] *ab hac expellere.*

1 Quanta mulierum caterva? 2 Recipient, continebunt eas, id est, vix poterunt recipi in nostram domum, sive domus nostra erit angustior, non sufficiet ad tantam turbam capiendam.

Capere enim aliquando est continere. A quo *capax* dicitur, quod continet aliquid. 3 Quantum cibi comedent? quantum vini bibent? 4 Quid miserius erit Chremete supra modum parco, cùm tot sumptus fieri videbit? Al. *seni.* 5 Ecce ambos adolescentes, Clitiphonem & Cliniam. 6 Quo-nam abiit fidelitas & constantia mihi ab Antiphilâ promissa? Suspicatur autem Clinia amicam suam corruptam esse, quod videret tantum auri, ancillarum gregem, & vestes suppetere illi, quam ; auperem abiens reliquerat. Virg. *Nusquam tuta fides.* 7 Quia tua causa è patria mea expulsus sum. Alloquitur eam, tanquam præsentem. 8 Peregrinabundus, eundo in militiam. 9 Interea. *Loci* abundat per Pleonasmum. 10 Ditasti, divitem fecisti. 11 Miseriis. 12 Propter te Antiphilam. 13 Menedemo. 14 Non tam obediens, ut pat erat. 15 Patris, id est, αἰδοῦμαι τὸν πατέρα, pudore afficior, & misericordia, si parentem meum cogito: pudore quidem, quod inobediens illi factus sum, & admisi, quorum me pœnitet: misericordia autem, quòd multum laboris in me corrigendo & monendo frustrà sumpsit. Tali loquendi genere, *pudor patris, & misericordia hujus,* in Andria dicuntur. Ἀμφιβολία eleganter usus est: ut in Hecyra 5,2,27. *pudet Philumenæ:* ita loquitur Bacchis meretrix, *pudet* scilicet *conscientiâ communis vitii & pellicatus,* quod Donatus annotat. *Pudet* enim, ut ampliùs ibi notatur, *duo significat: sive ille peccavit, quem pudet; sive ille, cujus pudet.* 16 Meretricum. 17 Sæpè dicebat, inculcabat, depingebat: ut cantatores repetere cantica solent. Plaut. *Hæc dies noctesque tibi canto ut caveas.* 18 Hęc suspendunt aliqui ab illo, quod præcessit, *pudet & miseret me patris, monuisse frustrà:* ut trajectio verborum admitteretur. Guyetus hîc novam ordiuur sententiam: *monuisse frustrà,* scilicet oportuit ne eum me? nonne indignum est, frustrà monuisse? 19 Sinè fructu. 20 Ab hujus Antiphilæ meretricis amore abstrahere.

1 *Quod*

1 *Quod nunc faciam tamen: cùm* 2 *gratum mihi esse potuit,* 3 *nolui.*
Nemo est miserior me. SY. 4 *hic de nostris verbis errat videlicet.*
Quæ hîc sumus locuti. 5 *Clinia,* 6 *aliter tuum amorem,* 7 *atque est, accipis.*
Nam & 8 *vita est eadem, &* 9 *animus* 10 *te erga idem ac fuit,*
Quantum 11 *ex ipsâ re* 12 *conjecturam* 13 *cepimus.*
CL. 14 *Quid est obsecro?* 15 *mihi nunc nihil rerum omnium est,*
Quod 16 *malim, quàm me* 17 *hoc* 18 *falsò* 19 *suspicarier.*
SY. *Hoc* 20 *primum, ut ne quid* 21 *hujus ignores:* 22 *anus*
Quæ est dicta mater esse 23 *ei antehac, non* 24 *fuit.*
Ea 25 *obiit mortem:* 26 *hæc* 27 *ipsa* 28 *in itinere* 29 *alteræ*
Dum narrat, fortè 30 *audivi.* CLI. *quæ-nam est* 31 *altera?*
SY. 32 *Mane, hoc, quod* 33 *cœpi, primùm enarrem, Clitipho:*

1 Ut expellar ab eâ, sive, ut patiar me expelli ab ea.
2 Gratiam mihi patris conciliasse poterat: quia tunc fuissem patri obsecutus.
3 Sc. *facere*, id est, abstrahere me ab ea.
4 Clinia propter verba nostra in errorem certe delabitur, id est, non intelligit, quid locuti simus. Dixerat enim Syrus: *Portant quid rerum, aurum & vestem?* Hæc Dromoni dicit. 5 Alloquitur Cliniam. 6 Tu malè suspicaris Antiphilam esse a te alieno animo: aliter judicas de tuo amore, quàm e quum est. 7 Quàm. 8 Modus vivendi Antiphilę tuæ talis est, qualis fuit, sc. constans & sincerus. Duo suspicabatur Clinia: *ne conlocupletasset se interim Antiphila*, & commutata parcę pudicęq; vitæ consuetudine, quæstũ occepisset, tum adeò, *ne deseruisses* amores pristinos, aliòq; animũ contulisset: utriq; errori respondetur. 9 Affectus, amor. 10 Erga te. Anastrophe. 11 Ex ipsâ ratione se habendi, quam præ se fert. 12 Cliniæ conjectura ita tractabatur, ut concurrerent multæ opiniones (2,2,3) ei opponitur conjectura, non ex opinionibus collecta, sed ex ipsâ re capta. 13 Al. *fecimus*. 14 Dic mihi, obsecro te, quid est illud, quo mihi fidem facias, vitam animumque Antiphilæ manere, qualis fuit? Cupit enim Clinia audire, quam ex ipsâ re conjecturam ceperint. 15 Mihi sunt nullæ res, quas malim, quàm meam suspicionẽ esse falsam. 16 Evenire. 17 Eam me deseruisse. 18 Immeritò. 19 Suspicari. Paragoge. 20 Sc. *dicam*, aut *scito*, quod sequitur, priusquam incipiam de moribus Antiphilæ dicere. 25 Hujus rei, id est, ut omnes res habeas cognitas. 22 Corinthia, cui Antiphilam mater exponendam dederat. 23 Puellæ Antiphilæ. 24 Mater. 25 Mortua est. 26 De anu mortuâ. 27 Antiphila. 28 In via, inter veniendum. 29 Alteri. sc. mulieri Bacchidi. Archaismus. Sic Eun. 5,6. *Mihi solæ ridiculo fuit.* 30 Eam obiisse. 31 Cui dicis eam narrare id? Nam nondum intellexerat Clitipho amicam suam Bacchidem adventare cum Antiphilâ. 32 Desine interrogare. 33 Enarrare de amica Cliniæ.

1 Post

1 Postea de illa altera dicam.
2 A me & Dromone.
3 Domum Antiphilæ.
4 Percutit ostium domus. Frequentativum à Pello. Primum est signum, fores fuerunt clausæ. Ergo verisimile est, eam honeste vivere.
5 Anus.
6 Statim Dromo cum impetu ingressus est domum.

1 *Pòst isthùc veniam.* CLI. *propera.* SY. *jam primùm omnium,*
Ubi 2 *ventum ad* 3 *ædes est, Dromo* 4 *pulsat fores:*
Anus quædam prodit. 5 *Hæc ubi aperuit ostium,*
6 *Continuò hic se conjecit intrò: ego* 7 *consequor:*
Anus 8 *foribus obdit pessulum,* 9 *ad lanam redit.*
10 *Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi, Clinia,*
11 *Quo studio vitam suam, te absente,* 12 *exegerit;*
Ubi de improviso est 13 *interventum mulieri*
(*Nam* 14 *ea res dedit tum* 15 *existimandi copiam*
16 *Quotidianæ vitæ consuetudinem,*
17 *Quæ,* 18 *cujusque ingenium ut sit, declarat maximè)*
19 *Texentem telam* 20 *studiosè* 21 *ipsam offendimus,*
Mediocriter 22 *vestitam veste* 23 *lugubri,*
Ejus 24 *anuis causâ, opinor, quæ erat mortua,*
25 *Sinè auro tum ornatam, ita uti quæ* 26 *ornantur sibi,*
27 *Nullâ malâre esse expolitam muliebri:*
28 *Capillus passus,* 29 *prolixus, circum caput*
Rejectus negligenter: 30 *pax!* CL. *Syre mi, obsecro.*

1 Scilicet *eum*, id est, etiam ingredior. 2 Ostio sive januæ objicit, opponit repagulum seu obicem. 3 Ad lanificium exercendum revertitur. Hoc ipsum est etiam signum pudicitiæ. 4 Ex hac re, ex improviso interventu. 5 Qua industria, qua ratione vixerit Antiphila. 6 Traduxerit, transegerit. 7 Inter tempus non exspectatum ventum ad Antiphilam, virginem nubilem. 8 Talis scilicet interventus inexspectatus. 9 Judicandi facultatem. 10 Quæ conversatione exegerit vitam suam. 11 Consuetudo quotidianæ vitæ. 12 Qualis natura cujusque sit. 13 Ordientem telam, & filum filo jungentem in telam. 14 Diligenter & accuratè. 15 Antiphilam invenimus. 16 Antiphilam. 17 Funebri, luctuosâ, quâ lugebat anum defunctam. 18 Anus, id est, vetulæ. 19 Sinè aureis ornamentis aut monilibus. Hoc dicit, ut statim intelligeret Clinia, illud aurum, quod portaretur, ad Antiphilam non pertinere. 20 Ut sibi placeant, non ut placeant amatoribus. Vide, quid sit non sibi, sed amatori ornari, apud Plaut. Mostellar. 1, 3, 10. & 11. 21 Nullo fuco aut unguento, quo mulieres molles utuntur ad expurgandam cutem, ne in rugas solvatur, fucatam. Al. *malam*, id est, maxillam. 22 Crinis ejus erat sparsus, solutus per collum: à *pendo, pandi, pansum* & *passum*, id est, extendo, explico. 29 Longus erat capillus ejus. 30 Tantummodo, nihil mali. *Pax* a πάξ Græco est, id est, παῦε, desine sc. *loqui*. Τὸ πάξ interjectio est cohibentis loquelam, & silentium sibi, aut alteri indicentis. Sic infrà 4, 3, 39. *Onus est dicere, dum argentum eripies: pax: nihil amplius*, id est, silentium, hoc satis est, hoc sufficit.

Neme in lætitiam [1] *frustra conjicias.* SI. *anus*
[2] *Subtemen nebat: præterea una ancillula*
Erat: ea [3] *texebat unà* [4] *pannis obsita,*
[5] *Neglecta,* [6] *immunda illuvie.* CLI. *si* [7] *hæc sunt, Clinia,*
Vera, ita ut credo, quis te est fortunatior?
Scin' tu [8] *hanc, quam dicit* [9] *sordidatam &* [10] *sordidam?*
Magnum hoc [11] *quoque signum est, dominam esse extra noxiam,*
Cùm ejus tam [12] *negliguntur* [13] *internuntii:*
[14] *Nam disciplina est* [15] *eisdem,* [16] *muneravier*
[17] *Ancillas primùm,* [18] *ad dominas qui affectant viam.*
CL. [19] *Perge obsecro te, & cave ne* [20] *falsam gratiam*
Studeas inire: quid [21] *ait, ubi* [22] *me nominas?*
SY. *Vbi dicimus* [23] *rediisse te, & rogare uti*
Veniret ad te, [24] *militer* [25] *telam* [26] *desinit*

1 Sinè causa immittas.
2 Filum, quod in tela texenda stamen intercurrit, filabat.
3 Filum filo jungebat cum Antiphila.
4 Pannosa, vilibus vestibus circumdata. Sic Eun. 2, 2. *Video sentum, squalidum, pannis annisque obsitum.* Metaphora sumpta est ab agris. 5 Sordida, inculta. 6 Fœda sordibus, immunditia. 7 Quæ narrat Syrus. 8 Ancillulam. 9 Pannis obsitam, immundam. 10 Calphurnius *sordidatam* refert ad illud, *pannis obsita: sordidam*, ad illud, *immunda illuvie.* 11 Id est, ô Clinia, præter superiora illa Antiphilæ tuæ probitatis & castitatis argumenta, eam scilicet a servis tuis inventam esse cum ancillis suis telam texentem, mediocriter vestitam, & negligenter cultam, magnum hoc quoque signum est extra omnem culpam Antiphilam esse, quod ancillæ illæ pannis obsitæ, & illuvie immundæ erant. 12 Parùm curantur. 13 Qui nuncia ferunt ad amatores, & referunt ad amatas, id est, ministri & ministræ, conciliatores & conciliatrices. 14 Moris enim est, ut ii, qui ad dominas adspirant, primùm ancillas muneribus demereantur, & largitate viam ad eas sibi patefaciant; cujus rei nullum vestigium hîc apparet. 15 Amatoribus. 16 Muneribus seu donis affici. 17 Amasiatum. Ovid. de Arte l. 1. *Sed priùs ancillam captata nosse puella Cura sit, accessus molliet illa tuos. Hanc tu pollicitis, hanc tu cerrumpe rogando: Quod cupit, ex facili, si volet illa, feres.* 18 Qui accessum ad amasias suas præparant. 19 Dicere. 20 Mendacio benevolentiam mea coneris captare. 21 Antiphila. Hactenus demonstratum est, quòd vita Antiphilæ sive consuetudo vitæ à priori nihil immutata sit: nunc, quòd animus erga Cliniam idem, qui fuit, maneat, declarandum est. 22 Meum nomen. 25 Ex militiâ domum. 24 Antiphila. 25 Quam texebat. 26 Intermittit. Al. *deserit.*

1 *Continuò,*

1 Statim.
2 Replet totam faciem.
Pars pro toto per Synecdochen.
3 Scire potuisses.
4 Amore & cupiditate tui videndi.
5 Quòd lachrymas effundebat.
6 Affirmantis id dictum est.
7 Quorsum evaderes, vel ne alia via esset, & alius animus.
8 Mali, quod timere deberes.
9 Contrà, alternatim, id est, postquam id, quod cœperas enarrare, enarrasti.

1 *Continuò, & lachrymis* 2 *oppletos totum sibi, ut* 65
Facilè 3 *scires* 4 *desiderio* 5 *id fieri tuo.*
CL. *Præ gaudio (* 6 *ita me Dii ament) ubi sim, nescio.*
7 *Ita timui.* CLI. *At ego* 8 *nihil esse sciebam, Clinia.*
Agedum 9 *vicissim, Syre, dic, quæ illa est* 10 *altera?*
SY. *Adduximus* 11 *tuam Bacchidem.* CLI. 12 *hem! quid!* 13 *Bacchidem!* 70
14 *Eho, scelestè,* 15 *quò illam abducis?* SY. *quò* 16 *illam ego?* 17 *ad nos scilicet.*
CLI. 18 *Ad patrem-ne?* SY. 19 *ad eum ipsum.* CLI. *ô hominis impudentem audaciam!* SY. 20 *heus Tu,* Non fit sinè periculo facinus magnum & 21 memorabile.
CLI. *Hoc* 22 *vide:* 23 *in meâ vitâ tu tibi laudem is quæsitum, scelus:*
24 *Vbi si paululùm modò quid te* 25 *fugerit, ego perierim.* 75
Quid 26 *illo facias?* SY. 27 *at enim.* CLI. 28 *quid enim?* SY. *si sinas, dicam.* CL. 29 *sine.*
CLI. *Sino.* SY. 30 *itares est hæc nunc,* 31 *quasi cum.*
CLI. *quas,* 32 *malum,* 33 *ambages mihi*

10 Cum quâ locuta est Antiphila. Interrogat memor verborum Syri: *O Clitipho, pòst istuc veniam.* 11 Amicam, quæ sc. illa est altera, de quâ quærebas. 12 Interjectio indignantis. 13 Sc. adducis! 14 Interjectio hortantis ad attentionem. 15 Timet ne pater illius amicam agnoscat. 16 Bacchidem abducam, rogas? 17 Ad ædes nostras, scilicet Chremetis. 18 Ad patris ædes adducere vis? 19 In ædes patris. 20 Adverbium excitandi ad attendendum. 21 Dignum memoratu. 22 Considera hoc factum, en facinus. 23 Astutiæ & dexteritatis laudem cum vitæ meæ periculo acquirere conaris. 24 In qua faciendi ratione. 25 Fefellerit, non ex sententia successerit, id est, si tantummodo paululùm erraveris in ea techna exercenda, quam paras, actum de me erit. 26 Cum tali servo. Hoc ad Clitiam conversus dicit Clitipho. 27 Sed certè nihil me fugiet, nihil periculi erit in eâ re. 28 Quid vis dicere cum tuo enim? Clitipho moræ impatiens Syri sermonem interrumpit. 29 Permitte ut dicat. 30 Ita habet se totum hoc negotium. 31 Aposiopesis, oratio imperfecta, utpote à Clitiphone, qui impatiens audiendi est, interrupta, quam quidam sic supplendam censent: quasi cum Clitiâ, & non cum Clitiphone, amorem sit communicatura Bacchis; sed hoc gratis divinare est. 32 Interjectio indignantis. 33 Circuitiones & involucra verborum.

Narrare

Narrare occipit? CL. *Syre,* [1] *verum* [2] *hic dicit:* [3] *mitte:* [4] *ad rem redi.*

SY. [5] *Enim verò* [6] *reticere nequeo: multimodis* [7] *injurius,*

Clitipho, es, neque [8] *ferri potis es.* CL. [9] *audiendum herclè est:* [10] *tace.*

SY. *Vis* [11] *amare: vis* [12] *potiri:* [13] *vis, quod des* [14] *illi,* [15] *effici:*

Tuum esse in [16] *potiundo periclum non vis:* [17] *haud stultè sapis:*

[18] *Siquidem id sapere est, velle te id, quod non potest,* [19] *contingere.*

[20] *Aut hæc cum illis sunt habenda,* [21] *aut illa cum his amittenda sunt.*

Harum duarum [22] *conditionum nunc utram malis,* [23] *vide:*

Etsi consilium, quod [24] *cepi,* [25] *rectum esse &* [26] *tutum scio:*

Nam tua apud patrem [27] *amica tecum sinè metu ut sit,* [28] *copia est:*

[29] *Tum,* [30] *illi argentum, quod pollicitus es, eâdem hac inveniam* [31] *viâ:*

[32] *Quod ut efficerem, orando* [33] *surdas jam aures reddideras mihi.*

1 ec. te narrare ambages. 2 Clitipho. 3 Omitte tales ambages, noli dicere, quę nihil ad rem pertinent. 4 Ad institutum propositum. 5 Certe, profectò. 6 Sc. diutiùs. 7 Iniquus. 8 Tolerari potes, id est, intolerabilis es. 9 Hic iterum obturbaturus erat Clitipho, quod gestu præ se ferebat, nisi hoc dicto Clinia repressisset. 10 Tu Clitipho. 11 Bacchidem. Adolescentem πρωτόπειρον & ad audendum adhuc rudem, per gradus pręparat veterator; periculis voluptates emi; quæ subterfugere, vel stulti, vel segnis amatoris sit. 12 Amatâ. 13 O Clitipho. 14 Bacchidi. 15 A me argentum inveniri. 16 Amicâ. 17 Ironia. Id enim velle sinè periculo, quod fieri non potest, insipientis est. 18 Correctiuncula. 19 Evenire sine periculo. 20 Aut hęc pericula sunt subeunda & excipienda cum & pro illis successibus sive emolumentis, sc. *amare, potiri, inveniri quod detur illi.* 21 Aut successus illi sive emolumenta amoris, sc. *amare, potiri, habere quod des illi*, cum hisce periculis simul dimittenda sunt. 22 Optionum, electionum, scilicet aut velle pericula cum amica, aut amittere amicam unâ cum periculis. Sic in Andr. 1, 1. *Accepit conditionem.* Et Cic. *Hanc* conditionem *misero ferunt.* 23 Elige. 24 Suscepi, inivi in tua causa. 25 Bonum, honestum. 26 Sine periculo. 27 Bacchis. 28 Facultas, id est, facile factu est. 29 Deinde. 30 Amicę Bacchidi. 31 Occasione, vel eodem hoc modo. 32 Quod argentum ut invenirem. 33 Obtusas, stupidas, id est, nullum orandi finem feceras, improbis precibus me obtundere, aures meas obtundere non destiteras.

1 Quid aliud tibi possum magis præstare?

2 Si modò hoc accidit, id est, si amicæ copia erit, & argentum invenietur, ut dicis.

3 Hic Syrus verbum Clitiphonis cum stomacho repetit, eò quòd per illud dubitare videatur: & respondens addit, experiundo

1 *Quid aliud tibi vis?* CLI. 2 *siquidem hoc fit.* SY. 3 *siquidem experiundo scies.* 90

CLI. 4 *Age age,* 5 *cedo istuc tuum consilium, quod id est?* SY. 6 *assimulabimus,*

Tuam amicam hujus esse. CLI. 7 *pulchrè: cedo quid* 8 *hic faciet* 9 *suâ?*

An 10 *ea quoque* 11 *hujus dicetur, si hæc* 12 *una* 13 *dedecori est parùm?*

SY. *Imò ad tuam* 14 *matrem* 15 *abducetur.* CL. 16 *quid eo?* SY. *longum* 17 *est, Clitipho,*

Tibi si narrem, quam obrem 18 *id faciam:* 19 *vera causa est.* CLI. 20 *fabulæ:* 95

Nihil satis 21 *firmi video, quam ob rem* 22 *accipere hunc mihi* 23 *expediat metum.*

SY. 24 *Mane, habeo,* 25 *aliud, si* 26 *istud metuis, quod* 27 *ambo confiteamini*

28 *Sinè periclo esse.* CL. 29 *hujusmodi, obsecro, aliquid reperi.* SY. 30 *maximè.*

Ibo 31 *obviam* 32 *hinc: dicam, ut revertantur domum.* CLI. 33 *hem!*

scies, id est, re ipsâ, quod dico, cognosces. 4 Hortantis est Adverbium, geminatum majoris adhortationis causâ. 5 Dic. Verbum est defectivum, quod tantum usurpatur in Imperativo. 6 Fingemus Bacchidem Cliniæ amicam esse: ut scilicet Antiphila ad Sostratam deducatur, & postea agnoscatur filia Chremetis: qua cognita, & altero consilio invento à Syro, extorqueatur argentum à Chremete, quod Clitipho Bacchidi promiserat. 7 Scilicet *dicis*, seu *excogitasti*. Ridendo Syrum hoc dicit Clitipho. 8 Clinia. 9 Amica Antiphila. 10 Antiphila. 11 Cliniæ amica. 12 Bacchis. 13 Non afferat satis magnum dedecus. Q. d. Est dedecus illi unam habere, nedum duas. Meretrices enim sunt dedecori adolescentibus. 14 Sostratam. 15 Deducetur Antiphila. 16 Cur ad matrem meam deducetur? 17 Esset. 18 Suadeam Antiphilam deduci ad matrem. 19 Solida, legitima ac justa causa faciendi id, quod facere intendo. Hæc petenda est ex fine Sc. 3. Act 3. 20 Nugæ sunt istæ. 21 Solidi in hoc tuo consilio. 22 Subire, id est, me frustrà in hunc metum conjicere. 23 Utile sit. 24 Tace, audi quod dicturus sum. 25 Consilium. 26 Quod suadeo, nempe ut assimuletur tua amica hujus esse, & sua ad matrem tuam deducatur. 27 Et tu Clitipho, & tu Clinia. 28 Tutum. Ludit adolescentem. 29 Tale consilium, quod ambo confiteamur sinè periculo esse. 30 Libentissimè reperiam. 31 Mulieribus. 32 Ex hoc loco. 33 Indignantis est.

Quid dixti? SY. [1] *ademptum tibi jam faxo omnem metum,*

[2] *In aurem utramvis* [3] *otiosè ut dormias.*

CLI. *Quid ago nunc?* CL. [4] *tu-ne?* [5] *quàd boni.*
CLI. *Syre.* SY. [6] *dic modò.*

CLI. [7] *Verùm.* SY. [8] *age modò, hodiè serò, ac* [9] *ne-quicquam voles.*

CL. *Datur, fruare, dum licet: nam* [10] *nescias,*
[11] *Ejus sit potestas posthac, an nunquam, tibi.*

CLI. [12] *Syre, inquam.* SY. [13] *perge porrò, tamen* [14] *istùc ago.*

CLI. [15] *Verum herclè istuc est. Syre, Syre, inquam,* [16] *heus heus Syre.*

SY. [17] *Concaluit:* [18] *quid vis?* CLI. [19] *redi, redi.*
SY. *adsum, dic quid est?*
Iam [20] *hoc quoq;* [21] *negabis tibi placere.* CLI. [22] *imò, Syre,*

1 Ademptum iri faciam, id est, adimam tibi, auferam à te.

Hoc ad superiora illa refertur: dicam, ut revertantur domum.

2 Super utrumlibet latus, aut super dextrum (quod per aurem ſ dextram designatur) aut super sinistrum, quod per sinistram aurem declaratur in tali genere dicendi.

3 Tranquille, secure, absque sollicitudine & metu, id est, ut sis animo securo, ut nihil pericliteris. Proverbiale est, sicut ex Plauti Pseudolo (1, 1, 121, &c.) patet: ubi, cùm servus extuliſſet captandi joci causa, *De iRhac te in oculum utrumvis conquieſcito*; adolescens corrigit: *oculum utrum, an-ne in aurem?* respondet servus: *At hoc pervulgatum est nimis.* 4 Rogat, quid debeas agere? 5 Junge cum eo, quod sequitur post interlocutionem Clitiphonis & Syri, *datur, fruare, dum licet*: sed Syrum abeuntem mulieribus obviam domum ut redirent, ut ipse proposuerat, obnuntiaturum, quod amantibus non expediebat, revocans Clitipho, Clinia sermonem interrumpit. 6 Syro reverso, & Clitiphone, quid Syro diceret, præ animi incertitudine nihil dum habente, Syrus instans Clitiphoni, dic jam quid velis, respondet. 7 Clitipho nihilo certior; quippe qui diversa consilia animo agitaret, quasi sibi ipsi adversatus, *verùm* respondet, Q. d. Hoc volebam dicere: verùm jam me consilii pœnitet. Ad quod Syrus, Clitiphonem urgens, *age modo* dixit, *hodiè serò ac ne quicquam voles*: quo colloquio finito, Clinia interruptam orationem persequitur. 8 Fac nunc meum consilium. 9 Frustrà optabis potiri amica. 10 Nescire potes. 11 Bacchidis amicæ. 12 Revocat servum abeuntem. 13 In me revocando. 14 Quod cœpi, scilicet ut dicam mulieribus, ut domum redeant. 15 His verbis Clitipho respondet ad illud Clinix, *quod boni datur, fruare, dum licet*. Mox se rursum ad Syrum convertit. 16 Adverbium vocantis. 17 Amore incensus est. Sic Eun. 1, 2, 5. *Accede ad ignem hunc, jam calescet plus satis.* Hoc conversus ad spectatores dicit Syrus, antequam respondeat. 18 Clitipho, quid tantopere clamas? Jam respondet Syrus. 19 Ad me. 20 Consilium; scilicet quod amica veniat, & non revertatur. 21 Dices hoc quoque tibi non placere. 22 Corrigenti est.

Et me, & meum amorem, & [1] famam [2] permitto tibi,

[3] Tu es judex: ne [4] quid [5] accusandus sis, vide.

SY. *Ridiculum est, te [6] istuc me admonere, Clitipho:*
Quasi [7] istic minor mea res agatur, quàm tua.
[8] Hic si quid nobis fortè [9] adversi evenerit,
Tibi erunt parata [10] verba, [11] hunc homini [10] verbera.

Quapropter [12] hæc res [13] neutiquam neglecti est mihi.
Sed [14] istum exora, [15] ut suam esse assimulet. CL. *[16] scilicet*
[17] Facturum me esse: [18] in eum jam res rediit locum,
Ut sit [19] necesse. CLI. *meritò amo te, Clinia.*
CL. *[20] Verùm [21] illa ne [22] quid titubet.* SY, *[23] perdocta est probè.*
CLI. *At hoc [24] demiror, [25] qui tam facile potueris*
[26] Persuadere [27] illi, quæ solet [28] quos spernere!
SY. *[29] In tempore ad eam veni, [30] quod rerum omnium est*

1 Quâ nihil est pretiosius.
2 Committo, trado.
3 Ages omnia pro tuo arbitrio.
4 In aliquâ re, aut propter aliquam rem.
5 Reprehendendus.
6 De cavendo periculo. *Admoneo te hoc dicimus, cum duobus accusativis.*
7 In eâ re vel fictione, id est, videris ita admonendo me putare, quod minùs mihi ex eâ re impendeat periculum, quàm tibi. 8 In hac re, scilicet in tuo amore.
9 Si hæc res non prospere successerit. 10 Audies lites, ego vapulabo. Paronomasia. 11 Mihi Syro, δειχτικῶς. Sic Demea in Adelph. *Vin' tu huic seni auscultare?* Nam *hic* dicitur de persona loquentis; *iste* de persona audientis: *ille* de persona remota ab utroque. 12 Quam nunc agimus.
13 Nullatenus, nullo modo à me negligitur, imò est maxime mihi curæ: nam res mea agitur, & in eâ periculum mihi tecum commune impendet.
14 A Cliniâ orando impetra. *Exorare* enim, est orando impetrare. 15 Ut fingat tuam amicam Bacchidem esse suam. 16 Scire licet: id est, affirmo, promitto. 17 Infinitiva hæc oratio regitur à verbo *scire*, quod inclusum est particulæ *scilicet*. Sic infrà 4, 7. *Scilicet daturum*: & 5, 1. *Nam ubi desponsam nunciasti filio, continuò* injecisse *verba tibi* Diomonem scilicet. 18 Negotium hoc in eum pervenit statum, res ita postulat.
19 Me facere, ut assimulem Bacchidem esse meam amicam. 20 Scilicet *cavendum est*. 21 Bacchis. 22 Ne in aliquo vacillet, hæsitet, aç temere quippiam effundat, quo se indicet ac prodat. *Titubare*, propriè est vacillare, seu pedibus non insistere posse, quales sunt ebrii. Ad animum quoque transfertur, quoties ab animo verba dissentiunt. 23 Bacchis peritissima est talium simulationum. 24 Valde miror. 25 Quomodo. 26 Ut veniret huc. 27 Bacchidi, tam potenti & nobili.
28 Quoslibet, quales, quantos homines, nobiles & ignobiles. 29 Tempestive & opportune. 30 Venire ad aliquem tempestive, est præcipuum omnium rerum valentium ad aliquid obtinendum.

Primum : nam quendam [1] *miserè* [2] *offendi ibi militem*
Ejus [3] *noctem orantem : hæc* [4] *arte tractabat virum ,*
[6] *Cupidum ut* [7] *illius animum* [8] *inopiâ* [9] *incenderet,*
[10] *Eâdemque ut esset apud te* [11] *hoc quàm* [12] *gratissimum.*
Sed [13] *heus tu, vide sis,* [14] *ne quid imprudens ruas.*
Patrem novisti, ad has res [15] *quàm sit perspicax :*
Ego te autem novi, quàm esse soleas [16] *impotens:*
[17] *Inversa verba,* [18] *eversas cervices tuas ,*
[19] *Gemitus,* [20] *screatus,* [21] *tusses, risus :* [22] *abstine.*
CLI. [23] *Laudabis.* SY. [24] *vide sis.* CLI. *tutemet* [25] *mirabere.*
SY. *Sed quàm citò sunt consectatæ mulieres?*
CLI. *Ubi sunt? cur* [26] *retines?* SY. *jam nunc* [27] *hæc non est tua.*
CLI. [28] *Scio,* [29] *apud patrem :* [30] *at nunc interim.*
SY. [31] *nihilo magis.*

1 Valdè, vehementer petentem.
2 Inveni apud eam.
3 Concubitum.
4 Bacchis.
5 Meretricia astutia fovebat militem illum.
6 Amore captum.
7 Militis.
8 Cætentia sui, negatione petitæ noctis.
9 Inflammaret ad petendum: quia inter tractandum eum non se morem gesturam promittebat: sed *nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.*
10 Scilicet *arte*, aut *viâ* sive *ratione.* 11 Ob hoc, sive hoc pacto, nempe tali repulsione militis. Ablativus causæ est. 12 Al. *gratissima.* 13 Admonentis est. 14 Ne aliquantulùm erres, peccès inconsideratus, id est, ne amorem tuum incontinentia prodas, non satis considerans quid faciendum sit. 15 Quàm subtilis & astutus sit ad has res amatorias percipiendas. 16 Tuorum appetituum seu affectuum minimè moderator. 17 In contrarium versa, præposterè pronuntiata, & ab eâ re, in quâ propriè locum habent, ad aliam translata, & ita interdum obscura, scilicet *novi*, è superioribus. 18 Colla tua indomita, non erecta, nunc sursum, nunc deorsum circumspiciendo. *Cervix* enim est posterior colli pars, ex qua origo est omnibus nervis : & quoniam nervi ipsi corpus erectum ac rigidum faciunt, ac in cervice sunt collocati, dercò *cervix* ponitur pro superbia seu contumacia qualiam ac rigore mentis : ut, *vir duræ cervicis*, id est, indomabilis, tanquam nemini caput inclinare velit. Al. *aversas.* 19 Suspiria. 20 Sputa : à *screo, is*, id est, screatus ejicio ex ore. 21 Contusiones pectoris, quæ proveniunt ex pulmone. 22 Ab illis. 23 Probabis meos gestus ac mores. 24 Cave tibi diligenter. 25 Continentiam meam. 26 Scilicet *me* : nam ruentem jam in amplexum Bacchidis Clitiphonem morabatur Syrus. 27 Bacchis jam non est tua amica. 28 Nunc non esse meam. 29 Coram patre non est mea amica. 30 Sed interea, quamdiu non est apud patrem, sine mea ut sit. 31 Non plus est tua nunc, quàm apud patrem.

1 Salutare meam.
2 Parvo tempore.
3 Prohibeo ne adeas.
4 Scilicet *sine me eam.*

CLI. 1 *Sine.* SY. *non sinam, inquam.* CLI. *quæso* 2 *paulisper.* SY. 3 *veto.*
CLI. 4 *Saltem salutare.* SY. *abeas, si sapis.*
CLI. *eo.*
Quid 5 *istic?* SY. 6 *manebit.* CLI. *ô felicem* 7 *hominem!* SY. *ambula.*

5 Iste Clinia faciet? 6 Apud amicam. 7 Cliniam fortunatum, quod maneat apud amicam meam.

ACTUS II. SCENA IV.

BACCHIS, ANTIPHILA, CLINIA, SYRUS.

5 Per ædem Pollucis. Adverbium est jurandi.
Collatio meretricis & honestæ virginis, quâ vita utriusque exprimitur.
Bacchis laudat Antiphilam ob formam & bonos mores, eaque fortunatam esse affirmat.

BA. 1 Æ *Depol, Antiphila mea, laudo te, & fortunatam judico,*
Id cùm 2 *studuisti,* 3 *isti formæ mores ut consimiles forent:*
Minimèque (4 *ita me Dii ament*) *miror,* 5 *si te sibi quisque expetit.*
Nam mihi, 6 *quale ingenium haberes, fuit* 7 *indicio oratio tua.*
Et cùm egomet nunc mecum in animo 8 *vitam tuam considero,* 5
Adeòque 9 *vestrarum omnium, vulgus* 10 *quæ ab sese segregant;*

2 Conata es. 3 Tuæ pulchritudini mores ut conformes essent, id est, ut esses benè morata. Nam *gratior est pulchro veniens è corpore virtus.* Virg. 4 Affirmatio cum juramento. 5 Si unusquisque cupit habere te in uxorem tuam. Expetimus enim bona tantùm & honesta. Unde rebus *expetendis* scripserunt Philosophi, id est, de rebus, quæ meritò optari & perquiri debent. 6 Quæ vel qualis sit tua natura. 7 Argumento & signo tuus sermo, quod dixisti cum uno velle te ætatem traducere. Sermo enim est animi index & χαρακτὴρ. Cic. *Moribus semper oratio consonat.* Et Solon *sermonem esse vivam animi imaginem* dixit. Hinc illud Platonis: *Loquere puer, ut te videam.* 8 Vivendi rationem. 9 Vestri similium honestarum juvencularum vitam. 10 Quæ amatorum multitudinem à suo consortio & consuetudine separant, rejiciunt, neque promiscuè quosvis recipiunt.

Et

Et vos esse [1] istiusmodi, & nos non [2] esse, haud mirabile est.

Nam vobis [3] expedit esse [4] bonas: [5] nos, quibus cum res est, non sinunt.

[6] Quippe formâ impulsi nostrâ nos amatores colunt:

[7] Hæc ubi imminuta est, [8] illi suum animum [9] aliò conferunt.

Nisi si [10] prospectum est [11] interea aliquid, [12] desertæ vivimus.

Vobis cum uno [13] semel ubi [14] ætatem agere decretum est viro,

[15] Cujus [16] mos maximè est [17] consimilis vestrum; [18] hi se ad vos [19] applicant;

[20] Hoc beneficio [21] utrique [22] ab utrisque [23] vero [24] devinciminí;

[25] Ut nunquam ulla amori vestro incidere possit calamitas.

AN. *Nescio [26] alias: [27] me quidem semper scio feciſſe sedulò,*

1 Tales, quales estis, scilicet tam honestas, sic ornatas bonis moribus.

2 Similes vestri.

3 Utile est ac bonum.

4 Honestas: quia cum uno vivitis. *Nimirum cum sociis regna Venusq; manent.* Al. *bonis*: dicitur enim, *Expedit mihi esse bonum, vel bono.*

5 Isti amatores, cum quibus commercium seu consuetudinem habemus, non patiuntur nos esse tales, quales vos estis, nempe bonas. 6 Quia amatores illecti & commoti nostra pulchritudine frequentant nos, habent nos in pretio. 7 Postquam hęc forma nostra suum amisit decorem & nitorem, id est, cùm amplius formosę non sumus. 8 Amatores. 9 Ad aliam amicam adjiciunt, id est, incipiunt aliam quandam amare, alias amant. 10 Prospeximus nobis comparando ab illis pecunias, id est, nisi rem ex quęstu fecerimus. 11 Dum colimur & durat nostra forma. 12 Derelictæ & abjectę omnibus vitam agimus. 13 Postquam vos semel decreviſtis ac statuiſtis. 14 Vitæ vestræ tempus traducere. 15 Viri. 16 Vivendi modus. 17 Conformis moribus vestris. 18 Tales viri, id est, amatores, qui habent similes mores. Enallage numeri. 19 Adlubent animos, id est, incipiunt vos amare. 20 Servando fidem. 21 Tam vir, quàm uxor. 22 Ultrò citròque. 23 Sincero, non fucato. 24 Obligamini, id est, sic ambo obligatis vos mutuo beneficio integerrimæ fidei servandæ. 25 Ita ut semper inter vos amor valeat, neque senectute aut ullo morbo dissidium sive damnum possit existere, id est, ut amor vester non conferatur alio. Unde Horat. Od. 13. l. 2. *Felicem ter & amplius, Quos irrupta tenet copula, Nec malis divulsus querimoniis, Supremâ citius solvet amor die.* 26 Quid aliæ mulieres faciant, τὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν μὴ πολυπραγμονῶ. Honesta, & apta virgini domi conclusæ oratio. 27 Ego scio me semper operam dedisse.

Dii boni, [1] *quid turbæ est? ædes nostræ vix* [2] *capient, scio,*
[3] *Quid comedent? quid ebibent?* [4] *quid sene erit nostro miserius?*
Sed video, [5] *eccos, quos volebam. CL. ô Iupiter!*
[6] *ubi-nam est fides?*
Dum ego [7] *propter te* [8] *errans patriâ careo demens,*
tu [9] *interea loci*
[10] *Conlocupletasti te, Antiphila, & me in his deseruisti* [11] *malis,*
[12] *Propter quam in summâ infamiâ sum, &* [13] *meo patri* [14] *minùs obsequens:*
[15] *Cujus nunc pudet me, & miseret, qui* [16] *harum mores* [17] *cantabat mihi,*
[18] *Monuisse* [19] *frustrà: neque potuisse eum unquam me*
[20] *ab hac expellere.*

1 Quanta mulierum caterva?
2 Recipient, continebunt eas, id est, vix poterunt recipi in nostram domum, sive domus nostra erit angustior, non sufficiet ad tantam turbam capiendam.

Capere enim aliquando est continere. A quo *capax* dicitur, quod continet aliquid. 3 Quantum cibi comedent? quantum vini bibent? 4 Quid miserius erit Chremete supra modum parco, cùm tot sumptus fieri videbit? Al. *seni.* 5 Ecce ambos adolescentes, Clitiphonem & Cliniam. 6 Quo-nam abiit fidelitas & constantia mihi ab Antiphilâ promissa? Suspicatur autem Clinia amicam suam corruptam esse, quod videret tantum auri, ancillarum gregem, & vestes suppetere illi, quam ; auperem abiens reliquerat. Virg. *Nusquam tuta fides.* 7 Quia tua causa è patria mea expulsus sum. Alloquitur eam, tanquam præsentem. 8 Peregrinabundus, eundo in militiam. 9 Interea. *Loci* abundat per Pleonasmum. 10 Ditasti, divitem fecisti. 11 Miseriis. 12 Propter te Antiphilam. 13 Menedemo. 14 Non tam obediens, ut par erat. 15 Patris, id est, αἰδοῦμαι τὸν πατέρα, pudore afficior, & misericordia, si parentem meum cogito: pudore quidem, quod inobediens illi factus sum, & admisi, quorum me pœnitet: misericordia autem, quòd multum laboris in me corrigendo & monendo frustrà sumpsit. Tali loquendi genere, *pudor patris, & misericordia hujus*, in Andria dicuntur. Ἀμφιβολίᾳ eleganter usus est: ut in Hecyra 5,2,27. *pudet Philumenæ*: ita loquitur Bacchis meretrix, *pudet* scilicet *conscientiâ communis vitii & pellicatus*, quod Donatus annotat. *Pudet* enim, ut ampliùs ibi notatur, *duo significat: sive ille peccavit, quem pudet; sive ille, cujus pudet.* 16 Meretricum. 17 Sæpè dicebat, inculcabat, depingebat: ut cantatores repetere cantica solent. Plaut. *Hæc dies nostisque tibi canto ut caveas.* 18 Hęc suspendunt aliqui ab illo. quod prę cessit, *pudet & miseret me patriæ, monuisse frustrà*: ut trajectio verborum admitteretur. Guyetus hîc novam orditur sententiam: *monuisse frustrà*, scilicet oportuit ne eum me? nonne indignum est, frustrà monuisse? 19 Sinè fructu. 20 Ab hujus Antiphilæ meretricis amore abstraherem.

1 *Quod*

1 Quod nunc faciam tamen: cùm 2 gratum mihi esse potuit, 3 nolui.
Nemo est miserior me. SY. *4 hic de nostris verbis errat videlicet.*
Quæ hîc sumus locuti. 5 Clinia, 6 aliter tuum amorem, 7 atque est, accipis.
Nam & 8 vita est eadem, & 9 animus 10 te erga idem ac fuit,
Quantum 11 ex ipsâ re 12 conjecturam 13 cepimus.
CL. *14 Quid est obsecro? 15 mihi nunc nihil rerum omnium est,*
Quod 16 malim, quàm me 17 hoc 18 falsò 19 suspicarier.
SY. *Hoc 20 primum, ut ne quid 21 hujus ignores: 22 anus*
Quæ est dicta mater esse 23 ei antehac, non 24 fuit.
Ea 25 obiit mortem: 26 hæc 27 ipsa 28 in itinere 29 altera
Dum narrat, fortè 30 audivi. CLI. *quæ-nam est 31 altera?*
SY. *32 Mane, hoc, quod 33 cœpi, primùm enarrem, Clitipho:*

1 Ut expellar ab eâ, sive, ut patiar me expelli ab ea.
2 Gratiam mihi patris conciliasse poterat: quia tunc fuissem patri obsecutus.
3 Sc. *facere*, id est, abstrahere me ab ea.
4 Clinia propter verbâ nostra in errorem certe delabitur, id est, non intelligit, quid locuti simus. Dixerat enim Syrus: *Portant quid rerum, aurum & vestem?* Hæc Dromoni dicit. 5 Alloquitur Cliniam. 6 Tu malè suspicaris Antiphilam esse a te alieno animo: aliter judicas de tuo amore, quàm ę quum est. 7 Quàm. 8 Modus vivendi Antiphilę tuæ talis est, qualis fuit, sc. constans & sincerus. Duo suspicabatur Clinia: *ne conlocupletasset se interim Antiphila*, & commutata parcę pudicęq; vitæ consuetudine, quæstũ occepisset, tum adeò, *ne deseruisset* amores pristinos, aliòq; animũ contulisset: utriq; errori respondetur. 9 Affectus, amor. 10 Erga te. Anastrophe. 11 Ex ipsâ ratione se habendi, quam præ se fert. 12 Cliniæ conjectura ita tractabatur, ut concurrerent multæ opiniones (2,2,3) ei opponitur conjectura, non ex opinionibus collecta, sed ex ipsâ re capta. 13 Al. *fecimus*. 14 Dic mihi, obsecro te, quid est illud, quo mihi fidem facias, vitam animumque Antiphilæ manere, qualis fuit? Cupit enim Clinia audire, quam ex ipsâ re conjecturam ceperint. 15 Mihi sunt nullæ res, quas malim, quàm meam suspicionẽ esse falsam. 16 Evenire. 17 Eam me deseruisse. 18 Immeritò. 19 Suspicari. Paragoge. 20 Sc. *dicam*, aut *scito*, quod sequitur, priusquam incipiam de moribus Antiphilæ dicere. 25 Hujus rei, id est, ut omnes res habeas cognitas. 22 Corinthia, cui Antiphilam mater exponendam dederat. 23 Puellæ Antiphilæ. 24 Mater. 25 Mortua est. 26 De anu mortuâ. 27 Antiphila. 28 In via, inter veniendum. 29 Alteri. sc. mulieri Bacchidi. Archaismus. Sic Eun. 5, 6. *Mihi solæ ridiculo fuit.* 30 Eam obiisse. 31 Cui dicis eam narrare id? Nam nondum intellexerat Clitipho amicam suam Bacchidem adventare cum Antiphilâ. 32 Desine interrogare. 33 Enarrare de amica Cliniæ.

1 Pòst

1 Postea de illa altera dicam.
2 A me & Dromone.
3 Domum Antiphilæ.
4 Percutit ostium domus.
Frequentativum à *Pello*.
Primum est signum, fores fuerunt clausæ.
Ergo verisimile est, eam honeste vivere.
5 Anus.
6 Statim Dromo cum impetu ingressus est domum.

[1] *Pèst isthùc veniam.* CLI. *propera.* SY. *jam primùm omnium,*
Ubi [1] *ventum ad* [3] *ædes est, Dromo* [4] *pulsat fores:*
Anus quædam prodit. [5] *Hæc ubi aperuit ostium,*
[6] *Continuò hic se conjecit intrò: ego* [7] *consequor:*
Anus [8] *foribus obdit pessulum,* [9] *ad lanam redit.*
[10] *Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi, Clinia,*
[11] *Quo studio vitam suam, te absente,* [12] *exegerit;*
Ubi de improviso est [13] *interventum mulieri*
(*Nam* [14] *ea res dedit tum* [15] *existimandi copiam*
[16] *Quotidianæ vitæ consuetudinem,*
[17] *Quæ,* [18] *cujusque ingenium ut sit, declarat maximè*)
[19] *Texentem telam* [20] *studiosè* [21] *ipsam offendimus,*
Mediocriter [22] *vestitam veste* [23] *lugubri,*
Ejus [24] *anuis causâ, opinor, quæ erat mortua,*
[25] *Sinè auro tum ornatam, ita uti quæ* [26] *ornantur sibi,*
[27] *Nullâ malâre esse expolitam muliebri:*
[28] *Capillus passus,* [29] *prolixus, circum caput*
Rejectus negligenter: [30] *pax!* CL. *Syre mi, obsecro.*

7 Scilicet *eum*, id est, etiam ingredior. 8 Ostio sive januæ objicit, opponit repagulum seu obicem. 9 Ad lanificium exercendum revertitur. Hoc ipsum est etiam signum pudicitiæ. 10 Ex hac re, ex improviso interventu. 11 Qua industria, qua ratione vixerit Antiphila. 12 Traduxerit, transegerit. 13 Inter tempus non exspectatum ventum ad Antiphilam, virginem nubilem. 14 Talis scilicet interventus inexspectatus. 15 Judicandi facultatem. 16 Quâ conversatione exegerit vitam suam. 17 Consuetudo quotidianæ vitæ. 18 Qualis natura cujusque sit. 19 Ordientem telam, & filum filo jungentem in telam. 20 Diligenter & accuratè. 21 Antiphilam invenimus. 22 Antiphilam. 23 Funebri, luctuosâ, quâ lugebat anum defunctam. 24 Anus, id est, vetulæ. 25 Sinè aureis ornamentis aut monilibus. Hoc dicit, ut statim intelligeret Clinia, illud aurum, quod portaretur, ad Antiphilam non pertinere. 26 Ut sibi placeant, non ut placeant amatoribus. Vide, quid sit non sibi, sed amatori ornari, apud Plaut. Mostellar. 1, 3, 10. & 11. 27 Nullo fuco aut unguento, quo mulieres molles utuntur ad expurgandam cutem, ne in rugas solvatur, fucatam. Al. *malam*, id est, maxillam. 28 Crinis ejus erat sparsus, solutus per collum: à *pando, pandi, pansum & passum*, id est, extendo, explico. 29 Longus erat capillus ejus. 30 Tantummodo, nihil mali. *Pax* a πάξ Græce est, id est, παῦε, desine sc. *loqui*. Τὸ πάξ interjectio est cohibentis loquelam, & silentium sibi, aut alteri indicentis. Sic infrà 4, 3, 39. *Onus est dicere, dum argentum tripit: pax: nihil amplius*, id est, silentium, hoc satis est, hoc sufficit.

Ne

Neme in lætitiam [1] frustra conjiciat. SI. *annus*
[2] Subtemen nebat: prætrea una ancillula
Erat: ea [3] texebat unà [4] pannis obsita,
[5] Neglecta, [6] immunda illuvie. CLI. *si [7] hæc sunt, Clinia,*
Vera, ita aut credo, quis te est fortunatior?
Scin' tu [8] hanc, quam dicit [9] sordidatam & [10] sordidam?
Magnum hoc [11] quoque signum est, dominam esse extra noxiam,
Cùm ejus tam [12] negliguntur [13] internuntii:
[14] Nam disciplina est [15] eisdem, [16] muneraríer
[17] Ancillas primùm, [18] ad dominas qui affectant viam.
CL. *[19] Perge obsecro te, & cave ne [20] falsam gratiam*
Studeas inire: quid [21] ait, ubi [22] me nominas?
SY. *Ubi dicimus [23] reduisse te, & rogare uti*
Veniret ad te, [24] maliter [25] telam [26] desinit

1 Sinè causa immittas.
2 Filum, quod in tela texenda stamen intercurrit, filabat.
3 Filum filo jungebat cum Antiphila.
4 Pannosa, vilibus vestibus circumdata. Sic Eun. 2, 2. *Vide sentum, squalidum, pannis aut nisque obsitum.* Meta, hora sumpta est ab agris. 5 Sordida, inculta. 6 Fœda sordibus, immunditia. 7 Quæ narrat Syrus. 8 Ancillulam. 9 Pannis obsitam, immundam. 10 Calphurnius *sordidatam* refert ad illud, *pannis obsita: sordidam*, ad illud, *immunda illuvie*. 11 Id est, ô Clinia, præter superiora illa Antiphilæ tuæ probatis & castitatis argumenta, eam scilicet à servis tuis inventam esse cum ancillis suis telam texentem, mediocriter vestitam, & negligenter cultam, magnum hoc quoque signum est extra omnem culpam Antiphilam esse, quod ancillæ illæ pannis obsitæ, & illuvie immundæ erant. 12 Parùm curantur. 13 Qui nuncia ferunt ad amatores, & referunt ad amatas, id est, ministri & ministræ, conciliatores & conciliatrices. 14 Moris enim est, ut ii, qui ad dominas adspirant, primùm ancillas muneribus demereantur, & largitate viam ad eas sibi patefaciant; cujus rei nullum vestigium hîc apparet. 15 Amatoribus. 16 Muneribus seu donis affici. 17 Amasiarum. Ovid. de Arte l. 1. *Sed priùs ancillam captata nosse puellæ Cura sit, accessus molliet illa tuos. Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando: Quod cupis, ex facili, si volet illa, feret.* 18 Qui accessum ad amasias suas preparant. 19 Dicere. 20 Mendacio benevolentiam meæ coneris captare. 21 Antiphila. Hactenus demonstratum est, quòd vita Antiphilæ sive consuetudo vitæ à priori nihil immutata sit: nunc, quòd animus erga Cliniam idem, qui fuit, maneat, declarandum est. 22 Meum nomen. 25 Ex militiâ domum. 24 Antiphila. 25 Quam texebat. 26 Intermittit. Al. *desivit.*

1 Statim. 2 Replet totam faciem. Pars pro toto per Synecdochen. 3 Scire potuisses. 4 Amore & cupiditate tui videndi. 5 Quòd lachrymas effundebat. 6 Affirmantis id dictum est. 7 Quorsum evaderes, vel ne alia vita esset, & alius animus. 8 Mali, quod timere deberes. 9 Contrà, alternatim, id est, postquam id, quod cœperas enarrare, enarrasti. 10 Cum quâ locuta est Antiphila. Interrogat memor verborum Syri: *O Clitipho, pòst istuc veniam.* 11 Amicam, quæ sc. illa est altera, de quâ quærebas. 12 Interjectio indignantis. 13 Sc. adducis! 14 Interjectio hortantis ad attentionem. 15 Timet ne pater illius amicam agnoscat. 16 Bacchidem abducam, rogas? 17 Ad ædes nostras, scilicet Chremetis. 18 Ad patris ædes adducere vis? 19 In ædes patris. 20 Adverbium excitandi ad attendendum. 21 Dignum memoratu. 22 Considera hoc factum, en facinus. 23 Astutiæ & dexteritatis laudem cum vitæ meæ periculo acquirere conaris. 24 In qua faciendi ratione. 25 Fefellerit, non ex sententia successerit, id est, si tantummodo paululùm erraveris in ea techna exercenda, quam paras, actum de me erit. 26 Cum tali servo. Hoc ad Clitiam conversus dicit Clitipho. 27 Sed certè nihil me fugiet, nihil periculi erit in eâ re. 28 Quid vis dicere cum tuo enim? Clitipho moræ impatiens Syri sermonem interrumpit. 29 Permitte ut dicat. 30 Ita habet se totum hoc negotium. 31 Aposiopesis, oratio imperfecta, utpote à Clitiphone, qui impatiens audiendi est, interrupta, quam quidam sic supplendam censent: quasi cum Clitiâ, & non cum Clitiphone, amorem sit communicatura Bacchis; sed hoc gratis divinare est. 32 Interjectio indignantis. 33 Circuitiones & involucra verborum.

1 *Continuò, & lacrymis* 2 *oppletos totum sibi, ut* 65
Facilè 3 *scires* 4 *desiderio* 5 *id fieri tuo.*
CL. *Præ gaudio (* 6 *ita me Dii ament) ubi sim, nescio.*
7 *Ita timui.* CLI. *At ego* 8 *nihil esse sciebam, Clinia.*
Agedum 9 *vicissim, Syre, dic, quæ illa est* 10 *altera?*
SY. *Adducimus* 11 *tuam Bacchidem.* CLI. 12 *hem! quid!* 13 *Bacchidem!* 70
14 *Eho, sceleste,* 15 *quò illam abducis?* SY. *quò* 16 *illam ego?* 17 *ad nos scilicet.*
CLI. 18 *Ad patrem-ne?* SY. 19 *ad eum ipsum.* CLI. *ô hominis impudentem audaciam!* SY. 20 *heus Tu,* Non fit sinè periculo facinus magnum & 21 memorabile.
CLI. *Hoc* 22 *vide: in meâ vitâ tu tibi laudem is quæsitum, scelus:*
24 *Ubi si paululùm modò quid te* 25 *fugerit, ego perierim.* 75
Quid 26 *illo facias?* SY. 27 *at enim.* CLI. 28 *quid enim?* SY. *si sinas, dicam.* CL. 29 *sine.*
CLI. *Sino.* SY. 30 *ita res est hæc nunc,* 31 *quasi cum.*
CLI. *quas,* 32 *malum,* 33 *ambages mihi*

Narrare occipit? CL. *Syre*, [1] *verum* [2] *hic dicit:*
[3] *mitte:* [4] *ad rem redi.*
SY. [5] *Enim verò* [6] *reticere nequeo: multimodis* [7] *in-*
juriæ,
Clitipho, es, neque [8] *ferri potis es.* CL. [9] *audiendum*
hercle est: [10] *tace.*
SY. *Vis* [11] *amare: vis* [12] *potiri:* [13] *vis, quod des*
[14] *illi,* [15] *effici:*
Tuum esse in [16] *potiundo periclum non vis:* [17] *haud*
stultè sapis:
[18] *Siquidem id sapere est, velle te id, quod non potest,*
[19] *contingere.*
[20] *Aut hæc cum illis sunt habenda,* [21] *aut illa cum*
his amittenda sunt.
Harum duarum [22] *conditionum nunc utram malis,*
[23] *vide:*
Etsi consilium, quod [24] *cepi,* [25] *rectum esse &* [26] *tutum*
scio:
Nam tua apud patrem [27] *amica tecum sinè metu ut*
sit, [28] *copia est:*
[29] *Tum,* [30] *illi argentum, quod pollicitus es, eâdem*
hac inveniam [31] *viâ:*
[32] *Quod ut efficerem, orando* [33] *surdas jam aures red-*
dideras mihi.

1 ec. te narrare ambages.
2 Clitipho.
3 Omitte tales ambages, noli dicere, quæ nihil ad rem pertinent.
4 Ad institutum propositum.
5 Certe, profectò.
6 Sc. diutius.
7 Iniquus.
8 Tolerari potes, id est, intolerabilis es.
9 Hic rerum obturbatur.
10 Tu Clitipho.
11 Bacchidem.
12 Amatâ.
13 O Clitipho.
14 Bacchidi.
15 Amicam inveniri.
16 Amicâ.
17 Ironia. Id enim velle sinè periculo, quod fieri non potest, insipientis est.
18 Correctiuncula.
19 Evenire sine periculo.
20 Aut hæc pericula sunt subeunda & excipienda cum & pro illis successibus sive emolumentis, *sc. amare, potiri, inveniri quod detur illi.*
21 Aut successus illi sive emoluminta amoris, *sc. amare, potiri, habere quod des illi*, cum hisce periculis simul dimittenda sunt.
22 Optionum, electionum, scilicet aut velle pericula cum amica, aut amittere amicam una cum periculis. Sic in Andr. 1, 1. *Accepit conditionem.* Et Cic. *Hanc* conditionem *miseræ servunt.*
23 Elige.
24 Suscepi, inivi in tua causa.
25 Bonum, honestum.
26 Sine periculo.
27 Bacchis.
28 Facultas, id est, facile factu est.
29 Deinde.
30 Amicæ Bacchidi.
31 Occasione, vel eodem hoc modo.
32 Quod argentum ut invenirem.
33 Obtusas, stupidas, id est, nullum orandi finem feceras, improbis precibus me obtundere, aures meas obtundere non desiteras.

Quid dixti? SY. [1] *ademptum tibi jam faxo omnem metum,*

[2] *In aurem utramvis* [3] *otiosè ut dormias.*

CLI. *Quid ago nunc?* CL. [4] *tu-ne? [5] quàd boni.*

CLI. *Syre.* SY. [6] *dic modò.*

CLI. [7] *Verùm.* SY. [8] *age modò, hodiè serò, ac* [9] *ne-quicquam voles.*

CL. *Datur, fruare, dum licet: nam* [10] *nescias,*

[11] *Ejus sit potestas posthac, an nunquam, tibi.*

CLI. [12] *Syre, inquam.* SY. [13] *perge porrò, tamen* [14] *istùc ago.*

CLI. [15] *Verum hercle istuc est. Syre, Syre, inquam,* [16] *heus heus Syre.*

SY. [17] *Concalvit:* [18] *quid vis?* CLI. [19] *redi, redi.* SY. *adsum, dic quid est?*

Iam [20] *hoc quoq;* [21] *negabis tibi placere.* CLI. [22] *imò, Syre,*

1 Ademptum ita faciam, ablatum, adimam tibi, auferam &c. Hoc ad superiora illa referetur: dicam, ut revertantur domum.

2 Super ut rumlibo latus, aut super dextrum (quod pro aurem) dexteram designatur) aut super sinistrum, quod per sinistram aurem declaratur in tali genere dicendi.

3 Tranquille, secure; absque sollicitudine & metu, id est, ut sis animo securo, ut nihil pericliteris. Proverbiale est, sicut ex Plauti Pseudolo (1, 1, 122, &c.) patet: ubi, cùm servus extulisset captandi joci causa, *De itthac te in seculum utramvis conquiescito*; adolescens corrigit: *scelum utrum, dominè in aurem?* respondet servus: *Ac hoc perinde ignavum est nimis.* 4 Rogat, quid debeas agere? 5 Junge cum eo, quod sequitur post interlocutionem Clitiphonis & Syri, *datur, fruare, dum licet*: sed Syrum abeuntem mulieribus obviam domum ut redirent, ut ipse proposuerat, obtuntiaturum, quod amantibus non expediebat, revocans Clitipho, Clinia sermonem interrumpit. 6 Syro reverso, & Clitiphone, quid Syro diceret, præ animi incertitudine nihil dum habente, Syrus instans Clitiphoni, dic jam quid velis, respondet. 7 Clitipho nihilo certior, quippe qui diversa consilia animo agitaret, quasi sibi ipsi adversatus, *verùm* respondet, Q. d. Hoc volebam dicere: verum jam me consilii pœnitet. Ad quod Syrus, Clitiphonem urgens, *age modo* dixit, *hodiè serò ac ne quicquam voles*: quo colloquio finito, Clinia interruptam orationem persequitur. 8 Fac nunc meum consilium. 9 Frustrà optabis potiri amica. 10 Nescire potes. 11 Bacchidis amica. 12 Revocat servum abeuntem. 13 In me revocando. 14 Quod cœpi, scilicet ut dicam mulieribus, ut domum redeant. 15 His verbis Clitipho respondet ad illud Clitiæ, *quod boni datur, fruare, dum licet.* Mox se rursum ad Syrum convertit. 16 Adverbium vocantis. 17 Amore incensus est. Sic Eun. 1, 2, 5. *Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.* Hoc conversus ad spectatores dicit Syrus, antequam respondeat. 18 Clitipho, quid tantopere clamas? Jam respondet Syrus. 19 Ad me. 20 Consilium; scilicet quod amica veniat, & non revertatur. 21 Dices hoc quoque tibi non placere. 22 Corrigenda est.

Et me, & meum amorem, & [1] famam [2] permitto tibi,

[3] Tu es judex: ne [4] quid [5] accusandus sis, vide.

SY. *Ridiculum est, te [6] istuc me admonere, Clitipho:*

Quasi [7] istic minor mea res agatur, quàm tua.

[8] Hic si quid nobis fortè [9] adversi evenerit,

Tibi erunt parata [10] verba, [11] hunc homini [10] verbera.

Quapropter [12] hæc res [13] nequaquam neglecta mihi est.

Sed [14] istum exora, [15] ut suam esse assimulet. CL. *[16] scilicet*

[17] Facturum me esse: [18] in eum jam res rediit locum,

Ut sit [19] necesse. CLI. *meritò amo te, Clinia.*

CL. *[20] Verùm [21] illa ne [22] quid titubet.* SY. *[23] perdocta est probè.*

CLI. *At hoc [24] demiror, [25] qui tam facile potueris*

[26] Persuadere [27] illi, quæ solet [28] quos spernere!

SY. *[29] In tempore ad eam veni, [30] quod rerum omnium est*

1 Quâ nihil est pretiosius.
2 Committo, trado.
3 Ages omnia pro tuo arbitrio.
4 In aliquâ re, aut propter aliquam rem.
5 Reprehendendus.
6 De cavendo periculo. *Admoneo te hoc dicimus, cum duobus accusativis.*
7 In eâ re vel fictione, id est, videris ita admonendo me putare, quod minùs mihi ex eâ re impendeat periculum, quàm tibi. 8 In hac re, scilicet in tuo amore. 9 Si hæc res non prospere successerit. 10 Audies lites, ego vapulabo. Paronomasia. 11 Mihi Syro, δεικτικῶς. Sic Demea in Adelph. *Vin' tu* huic seni *auscultare?* Nam *hic* dicitur de persona loquentis: *iste* de persona audientis: *ille* de persona remota ab utroque. 12 Quam nunc agimus. 13 Nullatenus, nullo modo à me negligitur, imò est maximè mihi curæ: nam res mea agitur, & in eâ periculum mihi tecum commune impendet. 14 A Cliniâ orando impetra. *Exorare* enim, est orando impetrare. 15 Ut fingat tuam amicam Bacchidem esse suam. 16 Scire licet: id est, affirmo, promitto. 17 Infinitiva hæc oratio regitur à verbo *scire*, quod inclusum est particulæ *scilicet*. Sic infrà 4, 7. *Scilicet daturum:* & 5, 1. *Nam ubi desponsam nunciasti filio, continuò* injecisse *verba tibi* Dromonem scilicet. 18 Negotium hoc in eum pervenit statum, res ita postulat. 19 Me facere, ut assimulem Bacchidem esse meam amicam. 20 Scilicet *cavendum est*. 21 Bacchis. 22 Ne in aliquo vacillet, hæsitet, aç temere quippiam effundat, quo se indicet ac prodat. *Titubare*, propriè est vacillare, seu pedibus non insistere posse, quales sunt ebrii. Ad animum quoque transfertur, quoties ab animo verba dissentiunt. 23 Bacchis peritissima est talium simulationum. 24 Valde miror. 25 Quomodo. 26 Ut veniret huic 27 Bacchidi, tam potenti & nobili. 28 Quoslibet, quales, quantos homines, nobiles & ignobiles. 29 Tempestive & opportune. 30 Venire ad aliquem tempestive, est præcipuum omnium rerum valentium ad aliquid obtinendum.

Primum : nam quendam [1] *miserè* [2] *offendi ibi militem*

Ejus [3] *noctem orantem* : [4] *hæc* [5] *arte tractabat virum*, 125

[6] *Cupidum ut* [7] *illius animum* [8] *inopiâ* [9] *incenderet*,

[10] *Eâdemque ut esset apud te* [11] *hoc quàm* [12] *gratissimum.*

Sed [13] *heus tu, vide sis,* [14] *ne quid imprudens tuas.*

Patrem novisti, ad has res [15] *quàm sit perspicax* :

Ego te autem novi, quàm esse soleas [16] *impotens*: 130

[17] *Inversa verba,* [18] *eversas cervices tuas*,

[19] *Gemitus,* [20] *sereatus,* [21] *tusses, risus*: [22] *abstine.*

CLI. [23] *Laudabis.* SY. [24] *vide sis.* CLI. *tutemet* [25] *mirabere.*

SY. *Sed quàm citò sunt consecutæ mulieres?*

CLI. *Ubi sunt? cur* [26] *retines?* SY. *jam nunc* [27] *hæc non est tua.* 135

CLI. [28] *Scio,* [29] *apud patrem* : [30] *at nunc interim.*

SY. [31] *nihilo magis.*

1 Valdè vehementer petentem.
2 Inveni apud eam.
3 Concubitum.
4 Bacchis.
5 Meretricia astutia fovebat militem illum.
6 Amore captum.
7 Militis.
8 Cateniia sui, negatione petitæ noctis.
9 Inflammaret ad petendum: quia inter tractandum eam non se morem gesturam promittebat: *sed nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.*
10 Scilicet *arte*, aut *vià* sive *ratione*. 11 Ob hoc, sive hoc pacto, nempe tali repulsione militis. Ablativus causæ est. 12 Al. *gratissima*. 13 Admonentis est. 14 Ne aliquantulùm erres, peccès inconsideratus, id est, ne amorem tuum incontinentia prodas, non satis considerans quid faciendum sit. 15 Quàm subtilis & astutus sit ad has res amatorias percipiendas. 16 Tuorum appetitumm seu affectuum minimè moderator. 17 In contrarium versa; præposterè pronuntiata, & ab eâ re, in quâ propriè locum habent, ad aliam translata, & ita interdum obscura, scilicet *novi*, è superioribus. 18 Collatam indomita, non erecta, nunc sursum, nunc deorsum circumspiciendo. *Cervix* enim est posterior colli pars, ex quâ origo est omnibus nervis: & quoniam nervi ipsi corpus erectum ac rigidum faciunt, ac in cervice sunt collocati, dercò *cervix* ponitur pro superbia seu contumacia qualiam ac rigore animi: ut, *vir duræ cervicis*, id est, indomabilis, tanquam nemini caput inclinare velit. Al. *aversas*. 19 Suspiria. 20 Sputa: à *sereo, is*, id est, sereatus ejicio ex ore. 21 Contusiones pectoris, quæ proveniunt ex pulmone. 22 Ab illis. 23 Probabis meos gestus ac mores. 24 Cave tibi diligenter. 25 Continentiam meam. 26 Scilicet *me*: nam ruen em jam in amplexum Bacchidis Clitiphonem morabatur Syrus. 27 Bacchis jam non est tua amica. 28 Nunc non esse meam. 29 Coram patre non est mea amica. 30 Sed interea, quamdiu non est apud patrem, sine meâ utilitate. 31 Non plus est tua nunc, quàm apud patrem.

CLI. [1] *Sine.* SY. *non sinam, inquam.* CLI. *quaso* [2] *paulisper.* SY. [3] *veto.*

CLI. [4] *Saltem salutare.* SY. *abeas, si sapis.* CLI. *eo.*

Quid [5] *istic?* SY. [6] *manebit.* CLI. *ô felicem* [7] *hominem!* SY. *ambula.*

1 Salutare meam.
2 Parvo tempore.
3 Prohibeo ne adeas.
4 Scilicet *sine me eam.*
5 Iste Clinia faciet?
6 Apud amicam.
7 Cliniam fortunatum, quod maneat apud amicam meam.

ACTUS II. SCENA IV.

BACCHIS, ANTIPHILA, CLINIA, SYRUS.

BA. [1] *Æ Depol, Antiphila mea, laudo te, & fortunatam judico,*
Id cùm [2] *studuisti,* [3] *isti formæ mores ut consimiles forent:*
Minimèque (4 *ita me Dii ament*) *miror,* [5] *si te sibi quisque expetit.*
Nam mihi, [6] *quale ingenium haberes, fuit* [7] *indicio oratio tua.*
Et cùm egomet nunc mecum in animo [8] *vitam tuam considero,*
Adeòque [9] *vestrarum omnium, vulgus* [10] *quæ ab sese segregant;*

1 Per ædem Pollucis. Adverbium est jurandi. Collatio meretricis & honestæ virginis, quâ vita utriusque exprimitur. Bacchis laudat Antiphilam ob formam & bonos mores, eaque fortunatam esse affirmat. 2 Conata es. 3 Tuæ pulchritudini mores ut consormes essent, id est, ut esses benè morata. Nam *gratior est pulchro veniens è corpore virtus.* Virg. 4 Affirmatio cum juramento. 5 Si unusquisque cupit habere te in uxorem suam. Expetimus enim bona tantùm & honesta. Unde rebus *expetendis* scripserunt Philosophi, id est, de rebus, quæ meritò optari & perquiri debent. 6 Quæ vel qualis sit tua natura. 7 Argumento & signo tuus sermo, quod dixisti cum uno velle te ætatem traducere. Sermo enim est animi index & χαρακτὴρ. Cic. *Moribus semper oratio consonat.* Et Solon *sermonem esse vivam animi imaginem* dixit. Hinc illud Platonis: *Loquere puer, ut te videam.* 8 Vivendi rationem. 9 Vestri similium honestarum juvencularum vitam. 10 Quæ amatorum multitudinem à suo consortio & consuetudine separant, rejiciunt, neque promiscuè quosvis recipiunt.

Et

Et vos esse [1] *istiusmodi, & nos non* [2] *esse, haud mirabile est.*

Nam vobis [3] *expedit esse* [4] *bonas:* [5] *nos, quibus cum res est, non sinunt.*

[6] *Quippe formâ impulsi nostrâ nos amatores colunt:*

7 Hæc ubi imminuta est, 8 illi suum animum 9 alio conferunt.

Nisi si [10] *prospectum est* [11] *interea aliquid,* [12] *desertæ vivimus.*

Vobis cum uno [13] *semel ubi* [14] *ætatem agere decretum est viro,*

[15] *Cujus* [16] *mos maximè est* [17] *consimilis vestrum;* [18] *hi se ad vos* [19] *applicant;*

[20] *Hoc beneficio* [21] *utrique* [22] *ab utrisque* [23] *vero* [24] *devincimini;*

[25] *Ut nunquam ulla amori vestro incidere possit calamitas.*

AN. *Nescio* [26] *alias:* [27] *me quidem semper scio feciſſe sedulò,*

1 Tales, quales estis, scilicet tam honestas, sic ornatas bonis moribus.

2 Similes vestri.

3 Utile est ac bonum.

4 Honestas: quia cum uno vivimus. *Nec bene cum sociis regna Venusq; manent.* Al. *bonis* dicitur enim, *Eadem præstat mihi esse bonum, vel bono.*

5 Istî amatores, cum quibus commercium seu consuetudinem habemus; non patiuntur nos esse tales, quales vos estis, nempè bonas. 6 Quia amatores illecti & commoti nostra pulchritudine frequentant nos, habent nos in pretio. 7 Postquam hæc forma nostra suum amisit decorem & nitorem, id est, cùm amplius formosæ non sumus. 8 Amatores. 9 Ad aliam amicam adjiciunt, id est, incipiunt alias quandam amare, alias amant. 10 Prospeximus nobis comparando ab illis pecunias, id est, nisi rem ex questu fecerimus. 11 Dum colimur & durat nostra forma. 12 Derelictæ & abjectæ omnibus vitam agimus. 13 Postquam vos semel decrevistis ac statuistis. 14 Vitæ vestræ tempus traducere. 15 Viri. 16 Vivendi modus. 17 Conformis moribus vestris. 18 Tales viri, id est, amatores, qui habent similes mores. Enallage numeri. 19 Adjubent animos, id est, incipiunt vos amare. 20 Servando fidem. 21 Tam vir, quàm uxor. 22 Ultrò citròque. 23 Sincero, non fucato. 24 Obligamini, id est, sic ambo obligatis vos mutuo beneficio inteneratæ fidei servandæ. 25 Ita ut semper inter vos amor valeat, neque senectute aut ullo morbo diffidium sive damnum posse existere, id est, ut amor vester non conferatur alio. Unde Horat. Od. 13. l. 1. *Felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula, Nec malis divulsus querimoniis, Suprema citius solvet amor die.* 26 Quid aliæ mulieres faciant; τὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν μὴ πολυπραγμονῶ. Honesta, & apta virgini domi conclusæ oratio. 27 Ego scio me semper operam dediſſe

2 Ut ex utilitate Cliniæ meam utilitatem judicarem, æstimarem ac metirer. Amoris enim non vulgaris argumentum erat, id demum sibi judicare commodum, quod Cliniæ ex usu esset, incommodum, quod secus. Quam significationem proponit ac commendat Donatus ad illud in Andr. 4, 1, 3. *Ex incommodis alterius sua ut* comparet *commoda.* Notandum itaque illud *ex* non materiam hîc denotare, sed similitudinem sive exemplum, id est, juxta, secundùm. 2 Interjectio gaudentis. Al. *vah.* 3 Eugraphius ad hunc versum: *Adolescens venientem amicam intuetur, & secum loquitur, quòd ejus amore factum sit, ut in patriam reverteretur.* 4 Revertentem incolumem post varia pericula, quæ subii, proficiscendo in Asiam ac redeundo. Nam *reduces* propriè dicuntur, qui pericula evadunt. 5 In militia. 6 Minime molestæ fuerunt mihi miseriæ, ærumnæ. 7 Nisi. 8 Al. *te.* 9 Verum esse, quod dicis. 10 Antiphilæ absentiam, desiderium, id est, cum difficultate sustineo, atque à me impetrare non possum, quin amicam advenientem osculer: nam ei vetitum fuerat, ne ad amicam accederet. 11 Est ne hoc tolerandum, non esse licitum me miserum frui hoc ingenio, id est, muliere, tali ingenio prædita, sive sic moratâ, uti in animum induxi, meo arbitratu: ut cum illâ ætatem agam? Deplorat se non videre amoris sui exitum. 12 Sed etiam, in quantum potui cognoscere patrem tuum esse affectum, dispositum. 13 Scilicet *partes, plagas,* id est, satis cruciabit te, diu te differet, suspensumque animi tenebit, durum se præbebit, antequam matrimonio Antiphilæ potiri queas. Calphurnius infelicissimè *puras* subaudiri vult. 14 Aspicit. Donatus legit *intuitur.* 15 Tene me, sustine me, ne cadam consternata: adeò amore amici, repente percepti, sum perculsa. Deficit enim ex animi præ lætitiâ deliquio. 16 Blandientis particula. 17 Quid accidit tibi? quare tantoperè palles? 18 Præ nimio amore tota sum attonita & mei impos. 19 Consternata es. 20 Video-ne reverà Cliniam, an quasi per insomnium videre puto? Hoc etiam præ gaudio dicit Antiphila. 21 In cujus amore totus versatur animus.

1 *Ut ex illius commodo mecum compararem commodum.* CL. 2 *ah!*
3 *Ergo, mea Antiphila, tu nunc sola 4 reducem me in patriam facis.*
Nam, dum abs te absum, omnes mihi 5 labores sucre, quos cepi, 6 leves,
7 *Præterquàm 8 tui carendum quòd erat.* SY. 9 *credo.* CL. *Syre, vix 10 sustineo:*
11 *Hoccine mè miserum non licere meo modo ingenio frui?*
SY. 12 *Imò, ut patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam 13 duras dabit.*
DA. *Quis nam hic adolescens est, qui 14 intuetur nos?* AN. *ah! 15 retine me obsecro.*
BA. 16 *Amabo,* 17 *quid tibi est?* AN. 18 *disperii! perii misera!* BA. *Quid 19 stupes Antiphila?* AN. *videon' 20 Cliniam, an non?* BA. *quem vides?* CL. *salve 21 anime mi.*

AN. *O mi* [1] *exspectate Clinia, salve.* CL. [2] *ut vales?* 1 Diu desiderate.
AN. *Salvum venisse gaudeo.* CL. [3] *teneo-ne te, Antiphila, maximè animo* [4] *exoptatam meo?*
SY. [5] *Ite* [6] *intrò: nam vos jamdudùm exspectat* [7] *senex.*

2 Quomodo.
3 Utrum es adhuc mea,

quemadmodum antea fuisti, mihique adhuc fidem intemeratam conservas? Al. *exspectatam.* 5 Tu Clinia & Bacchis. 6 In domum Chremetis. 7 Chremes.

ACTUS III. SCENA I.

CHREMES, MENEDEMUS.

CH. [1] *Lucescit: hoc jam cesso pulsare* [2] *filium? primùm* [3] *ex me ut sciat, sibi* [4] *filium Rediisse: etsi* [5] *adolescentem* [6] *hoc nolle intelligo. Verùm, cùm videam miserum* [7] *hunc tam* [8] *excruciarier* [9] *Ejus abitu,* [10] *celem tam* [11] *inseperatum* [12] *gaudium, Cùm* [13] *illi nihil pericli* [14] *ex indicio siet?* [15] *Haud faciam: nam,* [16] *quod potero, adjutabo* [17] *senem, Item ut* [18] *filium meum amico atque* [19] *æquali suo* [20] *Videó inservire, &* [21] *socium esse in negotiis. Nos quoque senes est æquum senibus* [22] *obsequi.*

ME. [23] *Aut ego profectò* [24] *ingenio* [25] *egregio ad miserias*

1 Dies oritur, luxit, dies advenit. Chremes Menedemo nuntiat ex Asia rediisse filium: ex quâ re Menedemus incredibili gaudio perfunditur, & filio posthac indulgere magis instituit: quod ei magnoperè dissuadet Chremes, qui plus satis foris sapit, non videt de suo capite agi comitia, & fæpè in discrimine esse. 2 Menedemi. 3 A me. 4 Clinian. 5 Cliniam. 6 Ut pater sciat eum rediisse. 7 Patrem ejus Menedemum. 8 Excruciari. Paragoge. 9 Propter discessum filii. 10 Debeam celare & occultare. 11 Oblatum præter opinionem. 12 Sc. filium rediisse. 13 Filio Clinię. 14 Ex indicatione, id est, si nunciem adventum. 15 Non tacebo. Subjectio. 16 Quoad, quantum. 17 Menedemum. 18 Clitiphonem. 19 Sodali Cliniæ. 20 Pares enim cum paribus facillime congregantur. 21 Adjuvare strenuè ac pari diligentia ipsius negotia. 22 Inservire. 23 Menedemus etiam ultrò prodit, priusquam pulsat Chremes. Conqueritur autem de magnitudine doloris. Quid enim aliud loqueretur, qui decreverat se cruciare, id est, dolori suo indulgere, remedia detrectare? 24 Natura. 25 Præ cæteris omnibus, quasi extra gregem, prorsùs natus sum ad ferendas miserias. Al. *egregiè.*

Natus sum, aut illud falsum est, quod vulgò audio
Dici, [1] diem adimere ægritudinem hominibus.
Nam mihi quidem quotidiè [2] *augescit magis*
[3] *De filio* [4] *ægritudo; & quantò diutiùs* 15
[5] *Abest, magis cupio tantò, & magis desidero.*
CH. *Sed* [6] *ipsum egressum foras video: ibo, alloquar.*
Menedeme salve: [7] *nuntium apporto tibi,*
[8] *Cujus* [9] *maximè* [10] *te fieri* [11] *participem cupis.*
ME. *Nunquid-nam de* [12] *gnato meo audisti, Chreme?* 20
CH. [13] *Valet, atque vivit.* ME. *ubi-nam est quæso?*
CH. *apud me* [14] *domi.*
ME. [15] *Meus gnatus?* CH. [16] *sic est.* ME. *venit?*
CH. *certè* ME. *Clinia*
Meus venit? CH. [17] *dixi.* ME. *eamus, duc me ad*
[18] *eum obsecro.*
CH. *Non* [19] *vult te scire se rediisse etiam, & tuum*
Conspectum [20] *fugitat ob* [21] *peccatum:* [22] *tùm hoc ti-*
met, 25
Ne tua duritia [23] *antiqua illa etiam* [24] *adducta sit.*
ME. *Non tu* [25] *ei dixisti,* [26] *ut essem?* CH. *non.* ME.
quam obrem, Chreme?

1 Tempus lenire dolorem & ægritudinem sive tristitiam: undè Ovid. 4. Trist. *Tempus enim sævas paulatim mitigat iras. Hoc minuit luctus, mœstaque corda levat.* 2 Crescit. 3 Causâ filii. 4 Sollicitudo. 5 Filius. 6 Menedemum. 7 *Nuntium* tam eum significat, qui nuntiat, quàm rem ipsam, quam nuntiat. Plaut. *Citiùs properavi, ut nuntiarem* nuntium *exoptabilem. Nuntium* verò in neutro genere significat rem, quæ nuntiatur. 8 Nuntii. 9 Præ cæteris. 10 Patrem. 11 Quod imprimis tibi communicari cupis. 12 Filio meo Clinia. 13 Vivit, atque valet: ὕστερον πρώτερον. Quod ad illum congruit: *habui filium: nunc habeam, nec ne, incertum est.* 14 Scilicet *est.* 15 Meus filius est apud te in domo tua? Senex, vix capiens gaudii sui modum, admiratur, resipiscit, frui cupit hoc nuntio. 16 Affirmantis. 17 Jàm satis dixi eum venisse: itaque non est, quod me ulteriùs obtundas talibus percunctationibus: *dixi* autem est verbum aptum perorantibus, id est, finem orandi facientibus. 18 Filium meum. 19 Filius tuus. 20 Non audet prodire in tuum conspectum. 21 Flagitium suum: quia te offendit amori indulgendo. Cic. pro Mil. *Magna vis est conscientiæ in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserint: & pœnam semper antè oculos versari putent, qui peccarint.* 22 Præterea. 23 Quâ semper usus es in reprehendendo filio. 24 Hoc tempore, id est, me tu durior & inclementior sis factus propter ejus abitum. 25 Filio. 26 Qualis essem, quomodo nunc essem affectus erga filium, quantum ab antiqua illa duritia immutatus, & ex acerrimo patre lenissimus sim factus, qui nihil magis in votis habeat, quàm filio obsequi, largiri.

CH. *Quia*

CH. *Quia pessimè istuc in te atque in illum* [1] *consulis,*
Si te tam [2] *leni &* [3] *victo esse animo ostenderis.*
ME. [4] *Non possum: satis jam, satis pater* [6] *durus fui.* CH. [7] *ah!*
[8] *Vehemens* [9] *in utramque partem, Menedeme, es nimis,*
Aut [10] *largitate nimiâ, aut* [11] *parsimoniâ:*
[12] *In eandem fraudem* [13] *ex hac re, atque ex* [14] *illâ, incides.*
[15] *Primum olim, potiùs* [16] *commeare filium*
Quàm [17] *paterere ad mulierculam,* [18] *quæ* [19] *paululò*
[20] *Tum erat* [21] *contenta,* [22] *cuique erant grata* [23] *omnia.*
[24] *Proterruisti hinc:* [25] *ea coacta* [26] *ingratiis*
[27] *Postilla cœpit* [28] *victum vulgò quærere:*
Nunc, cùm sinè magno [29] *intertrimento non potest*

1 Prevides, id est, hoc modo tibi & filio noces. *Consulere* enim *in aliquem*, est benè vel malè cum aliquo agere. 2 Miti, benigno. 3 Fracto, indulgenti. 4 Aliter facere, non possum contineri, quin faciã quod decrevi, ut antiquam illam duritiam in contrarium mutem, tantâque nunc facilitate utar, quanta antea sævitia filium coërcui. 5 Vide σοφρονιστὴν parentis: quantùm mutatus ab illo. 6 Austerus, severus. 7 Interjectio objurgantis. 8 Impetuosus sacer. 9 In duritiam & in lenitatem sive indulgentiam: nam quando vis esse durus, excedis modum; cùm vis esse indulgens, etiam excedis modum: atque ita monet Menedemum Chremes, ut medium inter severitatem & indulgentiam teneat, ne incidat in Scyllam, cupiens vitare Charybdim. 10 Profusione, indulgentia. 11 Tenacitate ac duritiâ. 12 In idem crimen seu pœnam incides, id est, utrumque perindè tibi damnosum erit, ideòque eodem modo decipieris. 13 Indulgentiâ, largitate nimiâ. 14 Parsimoniâ. 15 Ante discessum filii. Ordo est: *Primum olim proterruisti filium hinc, potiùs quàm paterere* eum *commeare*, &c. Exequitur, quod proposuerat: & nunc nimiam parsimoniam simul, & nimiam largitatem demonstrat. 16 Ire. 17 Permitteres. 18 Mulierculam: quam putavit Bacchidem, procacem, magnificam, sumptuosam, nobilem; cujusmodi laudavit illam Clitipho Act. 1. Sc. 2. 19 Victu admodum parvo, minimo sumptu. 20 Antequàm abierat filius. 21 Quæ erat pudica & bona. 22 Mulierculæ. 23 Dona, quæ illi dabantur: parcè quippe & tenuiter vivere assueta, modicis muneribus gaudebat. 24 Minis atque duritia tua absterruisti atque abegisti ab eâ. 25 Mulierecula. 26 Invita, præter voluntatem: adverbialiter ponitur. 27 Posteà, postquam proterruisti filium ab eâ. 28 Alimoniam vulgari modo seu in propatulo quæritare, undè posset inopem defendere vitam, id est, cœpit exercere artem meretriciam. 29 Tuo damno. Varro: *Detrimentum dicitur à detritus quod ea, quæ trita sunt, minoris sunt pretii. Intertrimentum ab eo, quòd duo vel tria inter se trita vel diminuta sint.*

Haberi, [1] *quidvis* [2] *dare cupis: nam, ut tu scias,*
Quàm [4] *ea nunc* [3] *instructa pulchrè ad* [5] *perniciem siet;*
Primùm, jam ancillas secum adduxit [6] *plus decem,*
[7] *Oneratas veste, atque auro:* [8] *satrapes si siet,*
[9] *Sufferre amator nunquam ejus sumptus queat:*
[10] *Nedum* [11] *tu possis.* ME. *est-ne* [12] *ea* [13] *intùs?*
CH. [14] *sit rogas?*
[15] *Sensi enam* [16] *ei unam cœnam, atq; ejus* [17] *comitibus*
Dedi: quòd si iterum mihi sit [18] *danda,* [19] *actum siet.*
Nam, ut [20] *alia omittam,* [21] *pitissando* [22] *modò mihi*
[23] *Quid vini absumpsit?* [24] *sic,* [25] *hoc, dicens,* asperum,
[26] Pater est: [27] hoc aliud lenius, [28] sodes vide.
[29] *Relevi* [30] *dolia omnia, omnes* [31] *serias:*

1 Omnia, quę postulantur.
2 Mulierculæ illi, quæ vulgò cœpit victum quęrere.
3 Amita filii.
4 Apparata, ornata.
5 Damnum tuum & tui filii, & tui destructionem.
6 Plus quàm decem.

7 Portantes vestimenta, atque monilia aurea. Eugraphius ad vestitum ancillarum hoc refert: an oblitus est, quod supra posuit Poëta 2. 3, 6. & 7. *Portant quid rerum? aurum, vestem.* Supellectilem meretricis gerebant scilicet ancillæ. 8 Præfectus provinciæ si sit amator ejus puellę, cui sunt abundè pecunię. Eugraphius annotat: *Apud Babylonios Satrapæ appellantur ditissimi, & satellites regum.* Universum autem Persarum imperium in pręfecturas & Provincias, quas illi Satrapias, earumque rectores *Satrapas* appellabant, distributum erat. Horum officium erat, Provincialibus imperare, eorum utilitatibus prospicere, tributa cogere, &c. 9 Sustinere. 10 Multò minus. A Majori ad Minus: nam si non possit major, multò minùs minor. 11 Qui es privatus homo. 12 Puella. 13 Apud te? 14 Rogas an sit intus? 15 Satis ego sensi. 16 Amicæ filii tui. 17 Ancillis, pedissequis. 18 Cœna. 19 Periissem. 20 Incommoda, quæ mihi acciderunt, id est, ut nihil dicam de aliis sumptibus. 21 Leviter gustando, expressis labris exspuendo, dum saporem vini probat. *Pitissare* enim propriè, est vinū, gustandi causa ore sumptum, postquam degustatum est, per primores dentes exspuere. Factum videtur à Græco πίνω, id est, *bibo.* 22 Solummodò. 23 Quantum vini mihi consumpsit Bacchis, amica Cliniæ, ut credebat Chremes: cùm tamen Clitiphonis esset. Q. d. Quod igitur bibendo tibi consumptum iri dicam? 24 Sic dicens amica filii tui. Mimēsis. Egregiè describitur illud delicatum fastidium, quo meretrices alienam apud mensam liguriunt, cùm domi atrum panem ex hesterno jure avide deglutiant. 25 Hoc vinum est austerum, non suave gustui. 26 Honoris & reverentiæ appellatio. 27 Hoc aliud vinum est suavius, mitius. 28 Si audes. Vox blandientis, sicut *amabo.* 29 Perforavi, aperui, detrahendo scilicet limum aut argillam, quâ foramen obstruitur. *Linere* enim, est pice aliquid linere seu ungere: ut parietem *linimus* calce: sic *relinere,* est amovere, quo priùs aliquid relitum erat. 30 Vasa grandia, quibus vinum reconditur. 31 Omnia vasa fictilia, in quibus vinum asservabant: nam ante usum doliorum, quæ lignea sunt, ad vina conservanda vasis utebantur fictilibus, superne angustis, intersne amplis, quæ *seria* dicebantur.

1 *Omnes*

[1] Omnes habui [2] sollicitos: atque [3] hæc una nox:
Quid [4] te futurum censes, [5] quem assiduè exedent?
Sic me Dii amabunt, ut tuarum [6] miseritum est,
Menedeme, fortunarum. ME. *[7] faciat, quod lubet:*
[8] Sumat, consumat, [9] perdat: decretum est [10] pati,
[11] Dum [12] illum modò habeam mecum. CH. *[13] si certum est tibi*
Sic facere, illud [14] permagni referre arbitror,
Vt nescientem sentiat te id sibi dare.
ME. *Quid faciam?* CH, *[15] quidvis potius, quàm quòd [16] cogitas:*
Per alium [17] quemvis ut des, falli te sinas
[18] Technis per servulum: etsi [19] subsensi [20] id quoque,
[21] Illos [22] ibi esse, id inter se agere clanculùm.
[23] Syrus cum [24] illo vestro [25] consusurrat: conferunt
Consilia adolescentes: & tibi [26] perdere
[27] Talentum [28] hoc pacto [29] satius est, quàm [30] illo, [31] minam.

1 Omnes servos variis officiis ac ministeriis distractos & occupatos habui, dum iis ministrarent. Inepta est Eugraphii expositio: *Omnes solicitos habui*, id est, *ebrios*, &c.

2 Festus inquit, *sollicitare* esse à loco suo movere: à *solum*, *soli*, quod terram significat & locum, & *cito, as*, quod est moveo, moves. 3 Hæc unica & sola nox, scilicet *tantùm fuit*. Q. d. Quid fecissem, si secunda nocte mihi pascendi fuissent? 4 De te. Ellipsis: q. d. miser & inops evades. 5 Cujus fortunas absument, bona deglutient. Meton. subj. 6 *Miseret* facit sæpè *miseritum est*, vel *misertum* est: ut *tædit*; *pertæsum est*. 7 Filius meus. 8 De meis, id est, sumptus faciat, &c. hoc enim impendio vult sibi stare præsentiam filii, cujus absentiam diutiùs ferre nequiverat. 9 Inutiliter. Ecce imaginem ejus, qui jam in alteram partem vehemens nimis est: qui anteà parsimonia & severitate proterruerat filium, sive, ut profugeret, effecerat: nunc vel omnium fortunarum periculo & jactura domi retinere eum concupiscit. 10 Omnia illa. 11 Dummodò. 12 Filium meum. 13 Si ita est constiturum omnia permittere filio, quæ vult. 14 Valdè magni interesse. 15 Sc. *facias*. 16 Sc. *facere*. 17 Quemcunque volueris, modò non intelligat te scientem dare. 18 Fallaciis, fraude. 19 Aliquantulùm sensi. 20 Ut fallant te. 21 Servos & filios nostros. 22 In eâ re esse occupatos, hoc meditari, fraudem & technas moliri secretò, quibus te decipiant, atque argento emungant. Opportune hoc adjicitur: ne Menedemus, obsequi jam cupiditatibus filii certus, molestè ferat ambages & moras. 23 Servo Dromone. 24 Submissâ voce colloquitur. 25 Meus Clitipho cum tuo Cliniâ. 26 Amittere. 27 Sexcentos coronatos, id est, magnam pecuniæ summam. Synecd. fin pro infin. 28 Ne sentiat te scientem dare. 29 Melius & utilius est. 30 Alio pacto sive modo, nempe tuam illi indulgentiam ostendendo, *vel*, ut sciat te scientem facere. 31 Decem coronatos, id est, exiguam pecuniam.

1 Nunc non tractatur de quantitate pecuniæ id est, nunc non est spectanda pecunia. Al. *pecunia agitur*

2 Agitur.

3 Eo modo, quo minimè vergat in ejus perniciem.

4 Argentum.

5 Cliniæ.

6 Tuam voluntatem.

7 Potiùs amisurum te vitam, vitæ jacturam facturum.

8 Dimittas, à te segregesti

9 Interjectio objurgantis.

1 *Non nunc de pecuniâ agitur, sed* 2 *illud, quo modo*
3 *Minimo periclo* 4 *id demus* 5 *adolescentulo.*
Nam si semel 6 *tuum animum is intellexerit,*
7 *Priùs proditurum te tuam vitam, & priùs* 70
Pecuniam omnem, quàm abs te 8 *amittas filium;*
9 *hui!*
10 *Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris!*
Tibi autem porrò 11 *ut non sit suave* 12 *vivere:*
Nam deteriores omnes sumus 13 licentiâ.
Quodcunque inciderit in mentem, volet: neque id 75
14 *Putabit, pravum ne an rectum sit, quod petet.*
Tu, 15 *rem perire, &* 16 *ipsum, non poteris pati.*
17 *Dare denegaris,* 18 *ibit ad illud illicò,*
Quo maximè apud te se 19 *valere sentiet,*
Abiturum se abs te esse 20 *illicò minabitur.* 80
ME. 21 *Videre* 22 *verum, atque, ita uti res est, dicere.*
CH. 23 *Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,*
Dum id 24 *quæro, tibi* 25 *quî filium* 26 *restituerem.*
ME. 27 *Cedo dextram!* 28 *porrò te oro,* 29 *idem ut facias, Chreme.*
CH. *Paratus sum.* ME. *scin', quid nunc facere te volo?* 85

10 Quantam occasionem vel ansam, quantum aditum ad improbitatem seu luxum dederis. Metaphora. 11 Ita ut. 12 Propter talem filium. 13 Nimia libertate, immodica permissione agendi & dicendi quicquid velis, pejores sumus. *Maxima* enim *illecebra peccandi impunitatis spes est.* Cic. Vox, *licentia*, semper in malam partem accipitur. 14 Reputabit, considerabit, id est, nihil pensi habebit, an id, quod petet, sit malum an bonum, licitum an illicitum. 15 Bona tua perdi. 16 Filium tuum Cliniam perire luxu. 17 Si denegaveris dare filio, quantum postulaverit. 18 Continuò eò confugiet, decurret, ut minitetur, se hinc à te abiturum: qua scilicet una re animum se tuum expugnare posse, probè intelliget. 19 Posse. 20 Nisi omnia dederis. 21 Videris mihi. 22 Veritatem. 23 Somnum non admiserunt hac nocte, non senserunt oculi mei, id est, ego certe hac nocte non dormivi. Est autem Hebraïsmus *videre somnum*, ut *videre mortem*. *Somnum* autem *videre* dicuntur, qui somno sopiuntur. 24 Cogito & in animo verso. 25 Quomodo. 26 Redderem. 27 Da, porrige mihi dextram manum: nos enim confirmaturi quicquam, alicujus dextram poscere solemus. 28 In posterum. 29 Ut filium mihi restituas aliqua ratione, ut velle te facere dixisti.

CH. *Dic*

CH. *Dic.* ME. *quòd sensisti* [1] *illos me incipere fallere,*
[2] *Id ut* [3] *maturent facere: cupio* [4] *illi dare,*
Quod vult: cupio ipsum jam videre. CH. [5] *operam dabo.*
Syrus est [6] *prehendendus atque* [7] *adhortandus mihi.*
[8] *A me nescio quis exit: concede hinc domum.*
Ne nos inter nos [9] *congruere sentiant.*
Paulùm hoc negotii [10] *mihi obstat: Simus & Crito,*
Vicini nostri, hic [11] *ambigunt de finibus:*
[12] *Me cepêre arbitrum: ibo, ac* [13] *dicam,* [14] *ut dixeram,*
Operam daturum me, hodiè non posse his dare:
[15] *Continuò hîc adero.* ME. *ita* [16] *quæso.* [17] *Dii vostram fidem!*
Itan' [18] comparatam esse hominum naturam omnium,
[19] Aliena ut melius videant & dijudicent,
Quàm [20] sua? *an* [21] *eò fit, quia in* [22] *re nostrâ aut* [23] *gaudio*

1 Servos. 2 Me fallere. 3 Properent, festinent. 4 Filio. 5 Ut maturent, & filium videas. 6 Conveniendus, ambiendus, rogandus. Inde frequentativum *prensare*. Livius: *Supplex* prehensæ *hominem*. Tacitus: *Genua circumstantium* prensare. Sumptum

est ab eo, quod demulcebantur placidè ab illis, à quibus aliquid petebatur. 7 Compellendus, ut sc. deducat filium ad se, & efficiat, ut ejus præsentiâ reficiaris. 8 E domo meâ. Nomen personæ pro rei nomine. 9 Convenire, conspirare. 10 Me impedit, quò minùs operam tibi dem: sequitur enim: *Dissolvimur, otiosus operam ut tibi dem.* 11 Litigant, altercantur de limitibus sive terminis agrorum suorum. Al. *ambigui*, id est, ambigentes, litigantes. Tacitus: *futuri ambigues*, id est, de futuro ambigens. *Ambigo* proprie significat circumago: undè *ambages* verborum circuitus dicuntur. Quoniam verò it, qui in ancipiti sunt, circumvertere mentem, & agitare animo solent, factum est, ut *ambigo* pro dubito sumatur. 12 Elegerunt me judicem, ut totius negotii habeam arbitrium & facultatem. *Arbiter* enim est judex, qui totius rei habet potestatem, lectus ab iis, qui litigant: vel proprie *arbiter* est tertius, qui alienę rei quasi testis interest, ab *arbitrando* dictus, id est, existimando: ejus enim officium est judicare, non ex lege & stricto jure, sed prout ipse æquum esse existimet. Hinc *arbitrarium* dicitur, quod alicujus arbitrio est relictum. Undè *arbitraria pœna* dicitur, quę non lege statuta est, sed judicis arbitrio relicta. 13 Vicinis. 14 Me non posse vacare negotiis eorum, sicut promiseram me vacaturum eorum controversiæ. 15 Statim. 16 Ut facias. 17 Abeunte Chremete, hæc secum Menedemus loquitur. 18 Constitutam, ordinatam esse, διατεταχθαι. Sic Pharm. 1, 1, 7. *Quàm iniquè* comparatum est, *ii, qui minùs habent, ut semper aliquid addant divitioribus?* 19 Negotia aliorum. 20 Propria negotia. 21 Ideò fit, id est, an ea est causa? 23 Proprio negotio, causa nostra. 23 Nimia lætitia, quâ blandimur nimium nobis in re nostrâ.

Sumus

Sumus [1] *præpediti nimio, aut* [2] *ægritudine?* 100
Hic [4] *mihi nunc quantò plus sapit, quàm egomet mihi?*

CH. [5] *Dissolvi me,* [6] *otiosus operam ut tibi darem.*

1 Impediti, quò minùs rectè judicemus. 2 Nimio animi dolore, quo nimiùm nobis metuimus, & de rebus nostris desperamus. 3 Chremes. 4 In meum commodum. 5 Expedivi me hoc negotio. 6 Ut nulli labori vacans te adjuvem. Sic Phorm. 1, 2, 37. *Nos otiosi operam dabamus Phædriæ.* Verba sunt redeuntis Chremetis.

ACTUS III. SCENA II.

SYRUS, CHREMES.

SY. *Hæc illac* [1] *circumversa: inveniendum est* [2] *tamen*
Argentum, [4] *intendenda in* [5] *senem est fallacia.*
CH. [6] *Num me fefellit, hosce id struere?* [7] *videlicet*
Est Cliniæ [8] *ille servus* [9] *tardiusculus:*
[10] *Idcircò* [11] *huic nostro tradita est* [12] *provincia,*

1 Cursita per hanc partem & per illam. Hæc Syrus secum loquitur. Instigat autem Syrum Chremes ad fallaciam, quâ argentum à Menedemo Cliniæ extorqueretur, faciendam: sed suo malo incidit in foveam, quam fecit: nam hac occasione suâ ipsius conjectura & solertia fallitur. 2 Etiamsi hoc sæpè tentem. Al. *enim.* 3 Clitiphoni scilicet, quod Bacchidi det. 4 Exercenda, struenda. *Intendere* propriè dicuntur venatores, cùm retia feris capiendis intendunt, aut cùm intendunt arcus, id est, vehementer tendunt. *Intendere* per similitudinem est animadvertere, & sollicite ac diligenter animo spectare. Virg. Æn. 5. Intenti *exspectant signum.* Hinc *intendere animum rei alicui*, est animum alicui rei adjicere aut applicare. 5 Chremetem: sed Chremes intelligit Syrum id dicere de Menedemo. 6 Nùm latuit me, id est, nonne prædixi, benè scivi, hosce servos & adolescentes ibi esse, comminisci ac machinari id, ut pecunias à Menedemo haberent? Prædixerat enim hoc Menedemo, scenâ præced. v. 62. & seq. Quò enim magis decipitur bonus ille Chremes, eò magis suâ sagacitate sibi placet: sicut in Andriâ Simo. 7 Certè. 8 Dromo. 9 Aliquantò tardior meo servo, vel aliquantùm tardus, minùs astutus, & (ut infrà est v. 34) stolidus, scilicet ad fabricam aliquam fingendam, ad intendendam fallaciam. 10 Quia Dromo est ineptus ad hanc rem. 11 Servo Syro. 12 Negotium, onus, munus fallendi Menedemum, sive quærendæ per technas pecuniæ, commissum est. Metaph. à consuetudine Romanorum, apud quos, qui Magistratum gerebant, alii alias provincias sortiebantur. *Provincia* enim dicitur onus cujuslibet rei benè gerendæ. Nam regiones longè ab Italiâ bello acquisitæ, *Provinciæ* dictæ sunt, à *porrò*, vel à *procul vincendo*: ad quas Prætores, quia cum officio & onere, id est, ut illis præessent, mittebantur, officia, quoque *Provinciæ* nominantur.

SY. Quia

SY. *Quis hic loquitur? perii! num-nam* [1] *hæc* [2] *audiit?* CH. [3] *Syre.* SY. [4] *hem!*
CH. [5] *Quid tu istic?* SY. [6] *rectè: equidem te* [7] *demiror, Chreme,*
[8] *Tam manè, qui heri tantum biberis.* CH. [9] *nihil nimis.*
SY. *Nihil,* [10] *narras?* [11] *visa verò est, quod dici solet,*
[12] Aquilæ senectus. CH. [13] *eja.* SY. *mulier est* [14] *commoda, &*
[15] *Faceta hæc* [16] *meretrix.* CH. *sanè* [17] *idem visa est mihi.*
SY. *Et quidem herclè formâ* [18] *luculentâ.* CH. [19] *sic satis.*
SY. [20] *Ita* [21] *non ut olim, sed uti nunc, sanè* [22] *bonâ:*
Minimèque miror, [23] *Clinia* [24] *hanc si* [25] *deperit:*
Sed [26] *habet partem quendam* [27] *avidum,* [28] *miserum atque* [29] *aridum,*
[30] *Vicinum hunc: nostin'? at quasi* [31] *is non divitiis*

1 Quæ dixi de inveniendo argento.
2 Chremes herus.
3 Vocat eum Chremes.
4 Q.d. en adsum, here. Est enim *to hem* respondentis.
3 Sc. *dicis tecum?*
6 Nihil. Hęc particula est detrectandi responsionem ad id ipsum, quod quęritur, iis usitata,

quibus hæret aqua, neque occurrit, quid consentaneè respondeant: ut Adelph. 4, 5, 19. *Æs. perii! M. quid est? Æs. Nihil: rectè: perge.* 7 Valdè miror. *De* enim auget hîc significationem. 8 Sc. *surrexisse, prodire.* 9 Non nimis, sc. *bibi.* Mirum igitur non est, tametsi maturiùs surrexi. 10 Ais? 11 In te. 12 Ut sc. plus biberis, quàm ederis, quemadmodum aquila annosa. Est enim Proverbium de senibus bibacibus magis, quàm edacibus. Nam Plinius refert, aquilas neque senio, neque ægritudine oppetere, sed fame: in tantum superiore accrescente rostro, ut aperiri non queat: ideòque aquilam tantùm in senectâ bibere, aut de prædâ sanguinem sugere. Syrus ergo adulatur istis verbis hero, quod pridiè strenuè bibisset in convivio, ut avocet eum à prima interrogatione. Vide proverb. *Aquilæ senecta.* 13 Hîc corripientis est, vel monentis, ut tacear. Sic alibi: Eja, *haud sic decet.* 14 Tractabilis, facilis & jucundę conversationis, quæ sese aliorum moribus accommodat. Alium sermonem arripit de meretrice, quò sibi aditum faciat ad dolum. 15 Festiva, urbana, quæ est sermone jucundo. *Facetus* enim dicitur, qui facit verbis quod vult. 16 Bacchis, quæ est apud Cliniam. 17 Esse commoda & faceta. 18 Eleganti ac splendida. *Luculentum* propriè id dicitur, quod est luce plenum, perspicuum. Cic. *Camino* luculento *utendum.* 19 Mediocriter, non nimis. Frigidiuscule enim ejus formam laudat. 20 Tali formâ est prędita. 21 Formosæ erant mulieres: assentatur enim Syrus seni *laudatori temporis acti, Se puero.* 22 Venustâ. 23 Persuadere vult Chremeti, hanc esse amasiam Cliniæ. 24 Quæ est tam luculenta formâ. 25 Ardenter & impatienter amat. 26 Clinia. 27 Avarum, cupidum pecunię. 28 Qui non audeat uti partis. 29 Illiberalem, difficilem ad aliquid dandum. Metaphora est à terrâ, quæ nihil producit. 30 Menedemum. 31 Pater.

Abundet,

Abundet, gnatus [1] *ejus* [2] *profugit* [3] *inopiâ.*
Scin' esse [4] *factum, ut dico?* CH. [5] *quid ego nescium?*
[6] *Hominem pistrino dignum!* SY. [7] *quem?* CH. *istunc* [8] *servulum*
Dico [9] *adolescentis.* SY. [10] *Syre, tibi timui* [11] *male.*
CH. [12] *Qui passus est* [13] *id fieri.* SY. *quid* [14] *faceret?* CH. *rogas?*
Aliquid [15] *reperiret,* [16] *fingeret fallacias,*
[17] *Vndè esset adolescenti,* [18] *amicæ quod daret,*
Atque hunc [19] *difficilem,* [20] *invitum* [21] *servaret senem.*
SY. [22] *Garris.* CH. [23] *hæc facta ab* [24] *illo* [25] *oportebant, Syre.*
SY. [26] *Eho, quæso,* [27] *laudas, qui* [28] *heros fallunt?* CH. [29] *in loco*
Ego verò [30] *laudo.* SY. [31] *rectè sane.* CH. *quippe quia*
Magnarum sæpè [32] *id remedium* [33] *ægritudinum est:*

1 Vicini.
2 Profugus, fuit, id est, in Asiam militatum abiit. *Profugus* enim is dicitur, qui à patria, domicilio, tisve finibus, in quibus antèa vivebat, profugit. Sic Horatius Scythas appellat *profugos*, quod domicilia mutent.
3 Egestate.
4 Sc. *ita.*
5 Hoc esse factum, *vel*, talem esse vicinum. Assirmantis est. 6 O hominem dignum, qui detrudatur & destinetur ad circumagendas molas trusatiles, id est, servorum supplicio dignum. 7 Dicis esse pistrino dignum? Videri enim poterat Chremes hæc de Menedemo dicere: sed cùm domini, nec liberi in pistrinum relegarentur, ignoravit Syrus, de quo Chremes loqueretur. Voluit autem ad Dromonem sermonem deflectere Chremes, ut viam sibi sterneret ad instruendum Syrum de intendenda in senem fallacia. 8 Dromonem. 9 Cliniæ. 10 Aversus hæc secum loquitur Syrus. Nam *conscius ipse sibi de se putat omnia dici.* 11 Valdè. 12 Servulum adolescentis. Prosequitur enim sermonem suum Chremes. 13 Ut herilis filius fugeret militatum, neque eum retinuerit. 14 Feciffet. 15 Excogitasset, commentus fuisset. 16 Finxisset contra Menedemum. 17 Ex quibus fallaciis aliquid esset, id est, haberet adolescens. 18 Bacchidi. 19 Morosum. 20 Contra suam voluntatem, repugnantem. 21 Conservasset Dromo Menedemum, qui se perdit & continuis excruciatur laboribus: vel *servaret*, id est, dolosè observasset atque adortus fuisset senem, & illi, nactus opportunitatem, insidias, auferendo pecuniam, struxisset: quod declarat illud Syri, quod sequitur: *Eho quæso, laudas qui heros fallunt?* 22 Nugaris, jocaris, aliter, quàm loqueris, sentiens. Metaph. ab avibus. 23 Ut fingeret fallacias. 24 Servulo. 25 Sic Andr. 3, 2. *Adhuc, Archillis, quæ assolent, quæque* oportent, &c. 26 Admirantis & interrogantis. 27 Servos illos. 28 Dominos suos. 29 Cùm fallunt suos heros in tempore, cùm *locus*, id est, occasio, & opportunitas postulat. Sic infrà 4, 5. *Obsecundato* in loco. Et Cato: *Stultitiam simulare* loco *prudentia summa est.* 30 Servos illos. 31 Scilicet *dicis.* 32 Falli in loco heros per servum. 33 Miseriarum, dolorum animi & corporis.

[1] *Iam*

1 *Iam* 2 *huic manſiſſet unicus* 3 *gnatus domi.*
SY. 4 *Loco-ne an ſeriò* 5 *illæc dicat, neſcio;*
6 *Niſi mihi* 7 *quidem* 8 *addit animum,* 9 *quò lubeat magis.*
CH. *Et nunc quid* 10 *exſpectat, Syre?* 11 *an,* 12 *dum hinc* 13 *denuò*
14 *Abeat, cùm* 15 *tolerare* 16 *hujus ſumptus non* 17 *queat?*
Non-ne 18 *ad ſenem aliquam* 19 *fabricam* 20 *fingit?*
SY. 21 *ſtolidus eſt.*
CH *At te* 22 *adjutare oportet* 23 *adoleſcentuli*
Causâ. SY. *Equidem* 24 *facilè facere poſſum, ſi jubes:*
Etenim, quo pacto 25 *id fieri ſoleat,* 26 *calleo.*
CH. *Tanto herclè* 27 *melior.* SY. 28 *non eſt mentiri meum.*
CH. 29 *Fac ergo.* SY. *at* 30 *heus tu,* 31 *facito dum* 32 *eadem hæc memineris,*

1 Si feſellisset herum ſuum.
2 Senex Menedemo.
3 Filius Clinia.
4 Iterum aversus & secum loquitur Syrus
5 Illa.
6 Nisi quod.
7 Certè.
8 Auget suis verbis.
9 Ut magis placeat herum decipere.
10 Servus Dromo. Vult eum incipere.

11 Sc. *hoc exſpectat?* 12 Donec. 13 Iterum, de novo. 14 Discedat Clinia à patre. 15 Sufferre, id est, cùm amicę sumptuosę nō habebit quod det? 16 Amicæ Bacchidis. 17 Clinia. 18 Contra senem, id est, ad senem decipiendum, κατα τὸ γέροντες. 19 Machinationē, id est, fallacias. A bellicis machinis, quibus urbes expugnantur. Metaphora: sunt enim *fabricæ* illa instrumenta & machinæ bellicæ, quibus urbes expugnantur, ut sunt *cuniculi, arietes*, &c. 20 Comminiscitur, excogitat Dromo? 21 Ipse servus fatuus est, quasi qui propriè accedat ad naturam sensumque pecudum, ne mica salis est in eo. Negat ergo Syrus in Dromone facultatem esse inveniendi argenti ob stoliditatem adjunctam, ut Chremetem magis incitet, & ad demandandam sibi provinciam provocet; ac ipse postea sit extra telorum jactum, si res male ceciderit. 22 Illum servum adjuvare ad fabricam faciendam seni. 23 Cliniæ. 24 Ut adjutem Dromonem. 25 Soleant senes decipi, & filii retineri. 26 Optimè scio: ut qui in talibus jam fecerim callum. *Callere* enim, est perfectè scire; quod sicut pes vel manus ex longo labore callum facit; ita mens longa experientia facit habitum quendam rerum, in quibus versatur. Ut Adelph. 4, 1. *Ego illius ſenſum pulchrè calleo.* Est autem *callus* vel *callum* cutis labore viæ in pedibus, aut alio opere in manibus, parte ve alia corporis densior facta: à quo fit verbum *calleo.* Unde *callidus*, id est, astutus; & *calliditas*, id est, astutia. 27 Servus es, quàm Dromo, qui dominis scias mederi. 28 Meus non est mos mentiri, dissimulator non sum, quod me fasturum polliceor, reverà præsto, id est, fallo. Infrà 4, 4. *Non mea eſt ſimulatio. Mentiri* est quasi contra *mentem ire*, cùm scilicet aliquid dicimus repugnante mente, seu cùm aliud ore loquimur, quàm mente sentiamus. 29 Igitur, quia tu calles, adjuta ad fallendum senem. 30 Monentis est. 31 Dato operam ut *agedum, adeſdum*, & similia. 32 Quæ jubes me facere.

1 *Si*

1 *Si quid* 2 *hujus simile fortè aliquando evenerit,*
3 *Vt sunt humana, tuus ut faciat filius.*
CH. 4 *Non usus veniet, spero.* SY. *spero herclè ego quoque:*
5 *Neque eò nunc dico, quò quidquam* 6 *illum senserim:*
7 *Sed si quid, ne quid: quæ sit* 8 *ejus* 9 *ætas, vides,*
10 *Et næ ego te, si usus veniat, magnificè, Chreme,*
Tractare possim. CH. 11 *de istoc,* 12 *cùm usus venerit,*
Videbimus quid 13 *opus sit: nunc* 14 *istuc age.*
SY. 15 *Nunquam* 16 *commodiùs unquam herum audivi loqui,*
17 *Nec, cùm malefacere crederem mihi* 18 *impuniùs*
Licere: quis-nam 19 *à nobis egreditur foras?*

1 Ordo est: *Si fortè aliquando evenerit (ut sunt humana) ut filius tuus faciat aliquid simile hujus.*
2 Hujus facti Cliniæ, scilicet ut esset amator.
3 Ut sunt res humanæ variabiles. Nam *cuivis accidere potest, quod cuiquam potest.* Ne quid autem ad ornandum mimum desit, etiam sententias loquitur carnifex. 4 Non eveniet. 5 Neque eo nomine, ea causa hoc dico, quasi quidquam senserim filium tuum hujusmodi rerum cogitare, aut tales sibi in animo parare cupiditates. 6 In illo. 7 Sed ideò tantùm dico, ut si quid fortè ejus generis præter spem nostram eveniret unquam, ne quid ægrè feras tum, aut mireris, filio tuo me adjutorem esse, sicut nunc Cliniæ amori me subservire jubes. Gemina hîc ergo est Aposiopesis. 8 Filii tui. 9 Adolescentia, quæ amori est obnoxia, & affectibus plùs, quam consilio & ratione, ducitur, summumque bonum in amore collocat: ut infrà 4, 3. docet Terentius. 10 Et certè, ego te ad eundem modum, si accidat, tractare possem, ut decipiaris, quemadmodum me jam decipere jubes. Nam ipsum, *tractare*, non significat fallere: sed à consequenti, qui perite tractat animos hominum, facile fallit. 11 De istâ re, quam times eventuram filio. 12 Cùm acciderit. 13 Facto. 14 Falle vicinum Menedemum, *vel*, ut Cliniæ impetretur pecunia. 15 Hæc secum loquitur Syrus, digresso jam domum Chremete. 16 Magis ex animi mei sententia, quàm nunc. 17 Nec unquam fuit tempus, cùm crederem, mihi licere cum majori impunitate aliquid mali moliri. Al. *male facerem*, id est, nec unquam fuit tempus, quo, vel ubi crederem impuniùs mihi licere id facere, cùm malefacerem. 18 Ab *impunè*. 19 E domo nostrâ.

ACTUS III.

ACTUS III. SCENA III.

CHREMES, CLITIPHO, SYRUS.

CH. [1] *Quid istuc, quæso? [2] qui istic mos est, Clitipho? ita-ne fieri*
Oportet? CL. *Quid ego feci?* CH. *vidin' ego te [3] modò manum in sinum [4] huic*
Meretrici [5] inserere? SY. [6] *acta est res! perii!* CL. [7] *mene?* CH. [8] *hisce oculis ne nega.*
Facis [9] adeò [10] indignè injuriam [11] illi, [12] qui non abstineas manum:
Nam istæc quidem [13] contumelia est, [14] hominem amicum [15] ad te recipere,
Atque ejus amicam [16] subagitare: [17] vel heri in [18] vino quàm [19] immodestus
Fuisti! SY. [20] *Factum est.* CH. *quàm molestus! [21] ut equidem,*
[22] *Ita me Dii ament, metui, quid futurum denique esset! novi ego*
Amantium animum: [23] graviter advertunt, quæ non [24] censeas.
CL. [25] *At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum, pater.*

1 Scilicet *rei est*, id est, quid hoc sibi vult? Chremes à sermone Syri degressus, cum primo ingressu in ædes suas deprehendisset Clitiphonem ludentem cum Bacchide, quam Clinix amicam credebat, regreditur, eumque sevocat, atque cum eo injuriam hanc, quasi

amico factam, expostulat. 2 Qui isti sunt mores? 3 Statim. 4 Bacchidi. 5 Imponere, immittere. 6 Actum est hac re, id est, de extorquenda dolo pecunia. Apud se hoc dicit Syrus. 7 An viditi me inseruisse manum in sinum? 8 Sc. vidi: δεικτικῶς. 9 Certè. 10 Indecenter. 11 Hospiti tuo Cliniæ. 12 Quod non reprimas manum tuam ab attrectatione amicæ illius. 13 Magnum dedecus. 14 Cliniam: fecit ergo hoc Clitipho contrà jus hospitii. 15 In domum tuam convivio excipere. 16 Proterviùs & lascivius attrectare. Plaut. Mil. *Neque ego unquam alienum scortum* subagito *in convivio.* 17 Etiam, id est, ut cætera omittam. 18 Scilicet *potando*, id est, inter bibendum: vinum enim *hac Venetis* dicitur. Al. *in convivio.* 19 Importunus. 20 Testatur & hoc contra herilem filium Syrus, quò se insinuet magis in gratiam heri. 21 Quantùm, quàm: sicut rectè Calphurnius explicat. Ergo *ut metui*, id est, quantus me metus incessit! 22 Jurandi est & affirmandi. 23 Accurate animadvertunt. In amore enim omnia sunt suspecta, congressus, colloquia, risus, præbibitiones, &c. 24 Judices eos advertere. 25 Sed mihi tantum habet fidei Clinia, ut nihil turpe in hac re à me metuat.

CH.

CH. [1] *Esto:* [2] *at certè concedas ab ore* [3] *eorum aliquantisper aliquò.*

Libido multa fert, [5] *ea facere prohibet tua præsentia.*

Ego de me facio conjecturam: nemo est [6] *meorum* [7] *hodiè,*

Apud quem [8] *expromere omnia mea* [9] *occulta, Clitipho, audeam.*

[10] *Apud alium* [11] *prohibet* [12] *dignitas: apud* [13] *alium* [14] *facti pudet.* 15

Ne [15] *ineptus, ne* [16] *protervus videar?* [17] *quod illum facere credito.*

[18] *Sed nostrum est intelligere,* [19] *utcunque, atque* [20] *ubicunque opus sit,* [21] *obsequi.*

SY. [22] *Quid istic narrat?* CL. [23] *perii!* SY. *Clitipho,* [24] *hæc ego* [25] *præcipio tibi:*

Hominis es [26] *frugi & temperantis* [27] *functus* [28] *officium.* CL. *tace,*

[29] *Sodes.* SY. [30] *rectè sanè.* CH. *Syre,* [31] *pudet me.*

SY. *credo:* [32] *neque id injuriâ:* 20

[33] *Quin mihi molestum est.* CL. [34] *pergin'?* SY. [35] *herclè verum dico, quod videtur.*

1 Sit ita sanè, fac ita esse. Concessio. 2 Sed saltem conferas te in aliquem locum aliquandiu à conspectu & præsentia eorum. 3 Cliniæ & Bacchidis. 4 Amor multos gestus affert, seu multorum malorum causa est. 5 Quæ libido fert. 6 Amicorum. 7 In hunc usque diem. 8 Detegere, exponere, eloqui. Metaphora à pœna. 9 Arcana cordis, quæ liceant & non liceant apud amicos. 10 Enumeratio per distributionem. 11 Ne expromam mea occulta. 12 Gravitas & autoritas ejus. 13 Amicum. 14 Immodestioris. 15 Neque in dicendo, neque in jocando, aut tempus, aut locum, aut dignitatem servans meam. 16 Lascivus, audax. 17 Tali etiam animo Cliniam esse credas, ut amori pudeat indulgere sub tuis aut aliorum oculis, ut abstineat ab iis, quæ animus fert. 18 Sed ad nos spectat scire, etiamsi nihil dicant amici. 19 Quocunque modo, quacunque occasione. 20 Quocunque loco. 21 Amicis inservire ac morem gerere. 22 Audin' quid tuus dicat pater? Viden' quàm meritò te culpet, ut ego frustra te monuerim? 23 Amoris impatientia simul & paternis illius admonitionibus. 24 Eadem quæ pater tibi mandavit. 25 Al. *præcepi.* 26 Probi. 27 Modesti. Ironia: q.d. minimè tu quidem fecisti, quod hominem frugi & temperantem par erat facere. 28 Antiquè pro *officio.* 29 Rogo, precor. 30 Aut Clitiphonem rectè fecisse, per Ironiam; aut se rectè dixisse, ac meritò eum reprehendisse, dicit Syrus. Placet prius. 31 Filii causa, sive petulantiæ filii Clitiphonis. 32 Non immeritò, id est, meritò te pudet. 33 Quin etiam mihi, qui non sum pater, tædiosum est, id est, ego juxtà tecum hoc ægrè fero, quòd tuus filius adeò sit intemperans. 34 Meo patri, sponte satis irato, assentiri & assentari? 35 Dico quod res est, pergo omninò, & loquor, ut sentio. Syrus enim, ut animo serviret, per totam hanc scenam adversari videtur Clitiphoni.

CL. *Nen-*

CL. *Non-ne accedam ad* [1] *illos?* CH. [2] *eho quæso,* [3] *una accedundi vita est?*

SY. [4] *Actum est:* [5] *hic priùs se* [6] *indicârit, quàm ego* [7] *argentum effecero.*

Chreme, vin tu homini stulto mihi [8] *auscultare?*

CH. *Quid faciam?* SY. *jube* [9] *hunc*

Abire [10] *hinc aliquò.* CL. *quò ego hinc abeam?* SY. *Quò? quò libet:* [11] *da illis locum:*

Abi deambulatum. CL. [12] *deambulatum, quò?* SY. [13] *vah! quasi desit* [14] *locus.*

Abi sanè [15] *istac,* [16] *istorsum, quò vis.* CH. *rectè* [17] *dicit:* [18] *censeo.*

CL. [19] *Dii te* [20] *eradicent, Syre,* [21] *qui me hinc extrudas.* SY. *at tu pol tibi*

Posthac [22] *comprimito istas* [23] *manus.*

[24] *Censen' verò? quid* [25] *illum porrò credis facturum, Chreme,*

Nisi eum, quantum Dii dant [26] *opis tibi,* [27] *servas,* [28] *castigas,* [29] *mones?*

CH. *Ego* [30] *istud curabo.* SY. *atqui* [31] *nunc, here,* [32] *hic tibi* [33] *asservandus est.*

1 Clitiam & Bacchidem.
2 Admonentis hîc est.
3 An licet tantùm ratio est accedendi ad eos, ut te, velut tertium, ipsorum amoribus immisceas & adjungas? Q.d. licet quidem accedere; sed non istâ ratione, scilicet lasciviâ & protervitâ, imò honestâ & licitâ. Al. sic: An ulla honestæ est ratio, quâ te amantibus tertium velut arbitrum adjungas?
4 De nostra causa. Dictum desperantium de re aliqua. Hæc secum loquitur Syrus.
5 Clitipho.
6 Indicaverit, id est, prodes amorem suum patri.
7 Pecuniam, quam det Bacchidi, à sene extorsero.
8 Aures præbere obedire, consilium meum sequi?
9 Filium Clitiphonem.
10 Ex ædibus.
11 Cede paululum Clitiæ & Bacchidi, ut patri satisfacias.
12 Sc. abibo? Repetit per indignationem.
13 Interjectio admirantis vel irridentis.
14 Quo potius deambulare.
15 Istâ via. Adverbium est per locum.
16 Istuc versum. Ad locum.
17 Syrus.
18 Judico tibi ita faciendum esse, ut abeas.
19 Imprecantis est formula.
20 Exturpet, id est, funditùs ac radicitùs te evellant & è medio tollant.
21 Quòd me invitum ab amica, vel ex ædibus exturbes, ejicias.
22 Continetò, id est, noli tu Clitipho inferre manum in sinum meretricis.
23 Quas in sinum Bacchidi inseruisti: quâ re venisti in suspicionem patris.
24 Quid tibi videtur? Eugraphius de blandimento servi ad herum accipit. Guyetus personas ita distinguit, ut hæc verba, *Censen' verò*, Syro tribuat; id est, idne verò censes, Syre, mihi manus esse comprimendas? ὑποφορικῶς: sequentia verò Syro.
25 Clitiphonem, qui est tam immodestus.
26 Facultatis, potestatis.
27 Observas, diligenter consideras, quid agat.
28 Increpas, reprehendis.
29 Assiduè, scilicet ut desistat.
30 Ut servem filium meum.
31 Ab hoc ipso tempore.
32 Filius tuus Clitipho.
33 Custodiendus & observandus.

CH. *Fiet.* SY. [1] *si sapias : nam* [2] *mihi jam minùs minùsque obtemperat.*
CH. [3] *Quid tu? ecquid de* [4] *illo,* [5] *quod dudùm tecum egi, egisti, Syre? aut*
Reperisti quod placeat, an nondum etiam? SY. *de* [6] *fallaciâ*
Dicis? [7] *st: inveni* [8] *quandam nuper.* CH. [9] *frugi es :* [10] *cedo, quid id est?*
SY. *Dicam : verùm, ut* [11] *aliud ex alio* [12] *incidit.* CH. [13] *quid nam, Syre?*
SY. [14] *Peßima* [15] *hęc est meretrix.* CH. [16] *ita videtur,* SY. *imò,* [17] *si scias :*
Hoc vide, quod [18] *inceptet facinus. Fuit quædam* [19] *anus Corinthia*
[20] *Hîc :* [21] *huic* [22] *drachmarum argenti* [23] *hæc mille* [24] *dederat mutuum.*
CH. [25] *Quid tum?* SY. [26] *ea mortua est : reliqui* [27] *filiam adolescentulam :*
[28] *Ea relicta* [29] *huic* [30] *arrhaboni est pro* [31] *illo argento.* CH. *intelligo.*

1 Si cupias filio consultum, cum in tempore asservabis.
2 Mea consilia & admonitiones minimè sequitur.
3 Scilicet dicis? Exquirit fallacias, quibus decipere velit Menedemum.
4 Dolo.
5 De quo paulò ante tecum locutus sum.
6 In senem Menedemum intendendâ. 7 Nota est indicendi silentium : quasi nolit Syrus fallaciam à se inventam enunciari foras, ne quâ forte ad Menedemum permânet. 8 Fallaciam. 9 Servus probus. 10 Dic mihi quænam est illa fallacia? 11 Consilium. 12 Succurrit, id est, non conserto ordine narrationis, sed ut quidque in mentem venerit. Dum enim metuit, senem non admissurum omnia, quæ parabat loqui, non vult videri meditato agere. 13 Scilicet est, quod invenisti? 14 Utpote quæ teneat virginem, quam Syrus illi relictam arrhaboni fingit : & hęc valida est causa ad extorquendum argentum. Deinde *pessimam* appellat, ne ipse videatur cum eâ congruere. 15 Bacchis, quæ est in tuis ædibus. 16 Quòd sit pessima. 17 Quàm sit mala, magis hoc diceres, quod dixisti, vel mirareris. Phrasis est ἐλλειπτική, Plauto & Terentio frequentata. 18 Meretrix. 19 Vetula ex Corintho. 20 Athenis. 21 Anui. 22 Centum coronatos, vel decem minas. Drachmæ valuerunt apud Græcos non pluris, quàm apud Romanos denarius. Hîc *mille est* singularis numeri & substantivum : jungitur autem semper genitivo, quia substantivum est: sed *mille* adjectivum & pluralis numeri substantivo jungitur, & indeclinabile est. 23 Bacchis meretrix. 24 Dederat mutuò, id est, commodaverat. 25 Quid inde secutum est? 26 Anus Corinthia. 27 Antiphilam. 28 Filia adolescentula. 29 Meretrici Bacchidi. 30 Pignori, id est, pro pignore. *Arrhabo* proprie significat id, quod priùs datur, ut reliquum reddatur sive solvatur : quod idem significat *arrha, arrha.* 31 Quod mutuò dederat, id est, pro mille drachmis.

SY. [1] *Hanc*

SY. [1] *Hanc secum hùc adduxit, eaque est nunc* [2] *ad uxorem tuam.*

CH. *Quid tum?* SY. *Cliniam* [3] *orat, sibi uti* [4] *id nunc det:* [5] *illam* [6] *illi tamen*

[7] *Pòst daturam* [8] *mille nummûm:* [9] *poscit.* CH. [10] *& poscit quidem?* SY. *hui!*

[11] *Dubium id est?* CH. *ego sic putavi: quid nunc* [12] *facere cogitas?*

SY. [13] *Ego-ne? ad Menedemum ibo: dicam* [14] *hanc esse* [15] *captam è* [16] *Cariâ,*

Ditem, & nobilem: si [17] *redimat, magnum inesse in eâ lucrum.*

CH. [18] *Erras.* SY. *quid ita?* CH. [19] *pro Menedemo nunc tibi ego respondeo:*

[20] *Non emo.* SY. *quid ais?* [21] *optata loquere.* CH. *atqui non est* [22] *opus.*

1 Adolescentulâ. 2 Apud. Sic & Liv. l. 4. Decad. 3. Ad *exercitum erat.* Item, ad *regem remansit.* 3 Hęc meretrix Bacchis. 4 Illud argentum, quod ipsa mutuum dederat anui illi Corinthiæ. 5 Puellam Antiphilam, quæ relicta est Bacchidi arrhaboni. 6 Cliniæ. 7 Posteà reddituram, sc, *dicit*, nempe ad se repignorandum, ne in servitutem venderetur. 8 Mille drachmas, quas vetulæ Corinthęi dederat Bacchis mutuo Syrus ergo fingit, voluisse Bacchidem nihil aliud, quàm sibi à Clinia repræsentari illas mille drachmas, quibus oppignorata dicebatur Antiphila, postmodum Cliniæ, sui expignorandi causâ, redditura. 9 Pro Antiphila, velut emenda, pretium Clinia pollicetur, quantum petebatur, sive profitetur se paratum hac conditione accipere Antiphilam. Vide Plauti in Mercat. Act. 2. Scenam tertiam & quartam. 10 Miratur Chremes hanc Cliniæ in poscendo facilitatem, & pretium nimis obsequenter Bacchidi pollicendo. 11 An mirandum in amatore? Cui nostra hæc interpretatio non satisfaciet in obscurissimo hoc loco, audiat Guyeti annotationem. *Cliniam orat, ut sibi nunc det illud argentum: illam* enim *reddituram illi*, scilicet promittit. *Mille* igitur *nummûm* sibi debitum *poscit* Bacchis. Cui Chremes avaritiæ meretriciæ gnarus respondet: *Et poscet quidem*, id est, poscere non desinet illas mille drachmas, donec à Clinia obtinuerit. Hinc Syrus, ut de re certâ & manifesta assentitur εἰρωνικῶς, dicens; *hui! dubium id est?* Cui vicissim Chremes assensum commodat his verbis: *ego sic putavi*, scilicet Bacchidem illud mille nummûm poscere non desituram, donec à Clinia extorserit. Expendat lector. 12 In illa causâ de fallendo Menedemo. 13 Rogas quid ego facere cogitem? 14 Adolescentulam. 15 Captivam advectam esse Athenas. Virg. 2. Æn. *certantque illudere* capto: de Sinone. 16 Provinciâ minoris Asiæ inter Lyciam & Ioniam: cujus incolæ vocantur Cares. 17 Emat & det mille nummûm Bacchidi pro illa puella Menedemus. 18 Ita volens eum decipere. Hos versus quatuor Guyetus delet, & vult Chremetem Syri proposito de captiva ex Caria consilio acquievisse. 19 Loco Menedemi. 20 Diceret Menedemus: quia domi habeo filium. 21 Bona verba, εὐφήμει, id est, ne dicas hoc mihi accidere posse apud Menedemum. 22 Eam emere.

SY. Non

SY. *Non opus est?* CH. *non herclè verò.* SY. [1] *qui istuc? miror.* CH. [2] *jam scies.*

[3] *Mane, mane, quid est, quòd tam* [4] *à nobis graviter crepuêre fores?*

1 Quænam est causa?
2 Cur hoc mihi displiceat.
3 Est hîc sermonem comprimentis.
4 Nostræ fores tam vehementer apertæ sunt?

ACTUS III. SCENA V.

SOSTRATA, CHREMES, NUTRIX.

SYRUS.

SO. [1] *Nisi me* [2] *animus fallit, hic profectò est annulus, quem ego* [3] *suspicor,*

[4] *Is,* [5] *qui-cum* [6] *exposita est gnata.* CH. [7] *quid vult sibi, Syre, hæc oratio?*

SO. [8] *Quid est?* [9] *is-ne tibi videtur?* NU. *dixi equidem, ubi mihi ostendisti, illicò,*

Eum esse. SO. [10] *at ut satis* [11] *contemplata* [12] *modò sis, mea nutrix.* NU. [13] *satis.*

SO. [14] *Abi nunc jam intrò: atque,* [15] *illa si jam* [16] *laverit, mihi nuntia.*

[17] *Hîc ego* [18] *virum intereà* [19] *opperibor.* SY. [20] *te vult: videas, quid velit.*

1 Uxor est Chremetis, alloquens nutricem suam de agnoscendo annulo Antiphilæ, cum quo fuerat exposita. Hæc enim Scena Antiphilæ continet agnitionem, undè jurgium inter Sostratam & Chremetem oritur. Chremes enim jusserat exponi partum, si ipsa puellam peperisset; quod factum non est. Post agnitam Antiphilam, Syro alia ratio extorquendi argentum offertur. 2 Cogitatio, conjectura. 3 Esse. 4 Est. 5 Cum quo annulo. Anastrophe. 6 Morti objecta, tradita. Nam *exponere pueros*, est eos morti aut fortunę tradere & objicere: ut cùm ponitur puer in fiscella aliqua super flumen, aut in nemoroso aliquo loco deponitur victurus, si possit. Inde infantes abjecti, ut pereant, *expositi* dicuntur. 7 Quid sibi volunt illa uxoris verba? Hoc audiens Chremes, neque tamen animadversus ab uxore alloquitur servum. 8 Alloquitur nutricem, & ostendit ei, vel porrigit annulum. 9 Annulus esse filiæ. 10 Sed, scilicet *vide*. 11 Perspexeris, conspexeris annulum. 12 Tantummodo. 13 Sum contemplata annulum. 14 Tu nutrix. 15 Antiphila. 16 Scilicet *se*, id est, lota sit. 17 Ante fores. 18 Maritum meum Chremetem. 19 Pro *opperiar*, antiquè, id est, exspectabo, ut scilicet rem hanc inexspecta am ei narrem. 20 Uxor.

Nescio

Nescio [1] *quid : tristis est : non* [3] *temerè est : metuo, quid sit.* CH. [4] *quid siet ?*

[5] *Ne* [6] *ista herclè magno jam conatu* [7] *magnas nugas dixerit.*

SO. [8] *Ehem mi vir !* CH. [9] *ehem mea uxor !* SO. *te ipsum quæro.* CH. *loquere, quid velis.*

SO. [10] *Primùm te hoc oro, ne quid credas me* [11] *adversùm edictum tuum*

Facere ausam. CH. *Vis tibi me* [12] *istuc, etsi incredibile est, credere ?*

[13] *Credo.* SY. *nescio quid peccati portet hæc* [14] *purgatio.*

SO. *Meministin' me esse gravidam, & mihi te* [15] *maximo opere dicere,*

Si [16] *puellam parerem, nolle* [17] *tolli ?* CH. *scio quid feceris :*

[18] *Sustulisti.* SY. [19] *sic est factum domina ?* [20] *ergo* [21] *herus* [22] *damno auctus est.*

SO. [23] *Minimè : sed erat* [24] *hîc Corinthia* [25] *anus* [26] *haud impura :* [27] *ei dedi*

1 Propter quid, cur.
2 Uxor scilicet. In fine enim Scenæ Sostrata inquit: *Quàm timui malè, ne nunc animo ita esses duro, ut olim in tollendo, Chreme.*
3 Sinè causâ, de nihilo.
4 Cum stomacho rejicit admonitionem servi.
5 Certè, profectò.
6 Uxor.
7 Vana & futilia.

8 Interjectio blandientis est. 9 Resalutatio irati senis. 10 Timentis est hoc exordium, & animi male conscii. Sic Parmeno Eun. 5, 6. 11 Contra imperium tuum. 11 Quòd nihil fueris ausa adversùs edictum meum facere. 13 Age, credo. Ironia. 14 Excusatio Sostratæ. Nam purgatio ante accusationem arguit malefacti conscientiam. 15 Maximopere, seriò, graviter, sub gravi pœnâ edicere. 16 Filias exponebant potiùs quàm filios, ne damno augerent parentes in educandis iis, elocandis atque dotandis. 17 Te nolle ut nutriretur, educaretur. Sic Andr. 1, 3. *Quicquid peperisset, decreverunt tollere.* 18 Educasti contra imperium meum puellam, non exposuisti, sicut ego jussi. 19 Q. d. Si educasti puellam, hera, itaque dominus meus auctus est ingentibus sumptibus, qui in exornanda, elocanda atque dotanda filia faciendi sunt. 20 Quia sustulisti filiam. 21 Herus-ne Clitipho, an Chremes damno auctus est? Nam utriusque servus Syrus dici potest. Clitiphonem Eugraphius intelligit, quod ei puella cohæres venerit. Malim hîc Chremetem accipi : filiarum enim dotes, domos etiam opulentas exhauriunt. 22 Idem Eugraphius hoc nove positum hîc putat ; sed phrasis vetus est, *mactare malo, damno, infortunio,* & similes. *Mactare* autem est augere. 23 Non sustuli puellam. 24 Athenis. 25 Philtera. 26 Non inhonesta, atque impudica, id est, honesta & pudica : *impurus* enim dicitur aliquo vitio maculatus. 27 Anni.

[1] *Exponendam.* CH. *Ô Jupiter! tantam esse in* [2] *animo* [3] *insciti am*

SO. [4] *Perii! quid ego* [5] *feci?* CH. *at* [6] *rogitas?* SO. *si* [7] *peccavi, mi Chreme,*

[8] *Inscius feci.* CH. [9] *id quidem ego, etsi tu neges, certò scio,*

Te [10] *inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia:*

Tot [11] *peccata in hac re ostendis: nam jam primùm, si meum*

Imperium [12] *exsequi voluisses,* [13] *interemptam oportuit,*

[14] *Non simulare* [15] *mortem verbis,* [16] *re ipsâ spem vitæ dare.*

[17] *At id* [18] *omitto:* [19] *misericordia,* [20] *animus maternus:* [21] *fino.*

Quàm [22] *benè verò abs te* [23] *prospectum est! quid* [24] *voluisti? cogita:*

[25] *Nempe anui illi prodita abs te filia est planissimè,*

1 Abjiciendam filiam.

2 Hominis, vel tuo.

3 Ignorantiam, scilicet *credibile est*, ut proderet te ipsam, vel proderes te ipsam alteri in facinore, quod celatissimum esse deberet.

4 Ingemiscentis est.

5 Commisi, quòd tantopere stomachatis?

6 Quid feceris?

7 In filia exponenda. 8 Ignorans, per imprudentiam, & non dedita opera. 9 Te inscientem facere omnia. 10 Per ignorantiam atque stultitiam, id est, sine consilio & deliberatione. *Prudens* dicitur, qui aliquid sen it sua intelligentia: *sciens* autem est, qui alicujus indicio rem cognoscit. Itaque *prudens* per se est; *sciens* per alios. Contrà *imprudens* dicitur, qui non habet intellectum bonorum & malorum: *Inscius* autem, qui res ignorat, quas deberet cognoscere. 11 Errata, delicta. Exaggerat & amplificat peccata uxoris per enumerationem. 12 Perficere, implere, id est, si mihi voluisses obed.re. 13 Filiam interfici. Primum ergo peccatum est inobedientia: quia non exposuit filiam, sicuti jussit maritus. 14 Scilicet *oportuit*. 15 Filiæ, id est, non debuisses eam tollere aut educare. 16 Ipso effectu, dando scilicet eam anui, quæ poterat eam educare, neque exponere. 17 Responsio ad objectionem, sive Concessio per occupationem. 18 Scilicet te debuisse exsequi imperium meum. 19 Movit, induxit te, ut id faceres. 20 Prohibuit exponere filiam. 21 Concedo hoc, *vel*, non valde ægre fero, quod non exposueris filiam. 22 Prudenter. Ironia. Q. d. Pejùs providisti ac consuluisti filiæ, dando eam turpissimæ vetulæ, quam si interemisses. 23 Provisum, consultum filiæ. 24 Facere, quòd non exposuisti filiam. 25 Certe filia reservata, data & commissa est illi vetulæ, ut per te, &c.

1 Per te vel uti 2 quæstum faceret, vel uti 3 veniret palàm.
Credo id cogitasti, 4 quidvis satis est, 5 dum vivat modò.
Quid cum 6 illis 7 agas, 8 qui neque 9 jus, neque 10 bonum, atque 11 æquum 12 sciunt,
Melius, pejus, prosit, 13 obsit, nihil vident, nisi quod lubet?
SO. *Mi Chreme, peccavi, fateor: 14 vincor: nunc hoc te obsecro,*
Quantò tuus est animus 15 natu gravior, 16 ignoscentior;
Vt meæ 17 stultitiæ injustitiâ tuâ sit aliquid 18 præsidii.
CH. *19 Scilicet equidem istud 20 factum ignoscam: verùm Sostrata*
21 Malè docet te mea 22 facilitas multa: 23 sed istud quidquid est,
24 Quâ hoc occeptum est causâ, loquere. SO. *ut stultæ & miseræ 25 omnes sumus*
26 Religiosæ; 27 cùm exponendam do illi, de 28 digito annulum
Detraho; & 29 eum 30 dico ut unà cum puellâ exponeret;

1 Tuâ operâ, quia est tradita anui. Festus dicit, *prodere* esse *perrò dare* & fallere: & eo modo hîc sumi potest. Interdum significat patefacere, indicare quod debet tegi: ut, *prodidit me voce*, id est, indicavit. Hinc *proditores* dicuntur, qui indicant, quod celare deberent. *Prodere fidem*, est non servare fidem.

2 Prostitueret corpus, turpiter corpore suo pecuniam compararet sive lucrum faceret. 3 Publice plus offerenti venderetur filia in gravem servitutem: à verbo *veneo, venis*, id est, vendor. 4 Sive faciat quæstum corpore suo, sive serviat. 5 Dummodò habeat vitam. 6 Hominibus. 7 Agat aliquis. Q. d. Non potest cum illis disputari, non possunt erudiri, quorum pectori tanta inscitia inest, quique lubidine animi, non ratione & consilio ducuntur. Hæc ad descriptionem inscitiæ pertinent, quam Sostratæ Chremes tribuit. 8 Homines. 9 Normam vivendi. 10 Quod honestum est factu. 11 Quod justum est. 12 Intelligunt. 13 Noceat. 14 Tuis argumentis, ut cognoscam me peccasse. 15 Annis & experentia prudentior. 16 Sc. *sit. Tantò sit ignoscentior*, id est, ad ignoscendum pronior ac facilior. 17 Simplicitati. 18 Protectionis & auxilii. 19 Age. Assentientis est. 20 Delictum. 21 Tu abuteris meâ facilitate. 22 Benignitas, indulgentia. 23 Sed qualecunque istud factum fuerit de exponenda filia. 24 Qua causâ hanc narrationem de exposita filia occepisti: quò tendant illi sermones tui. 25 Nos omnes mulieres. 26 Superstitiosè sollicitæ: nam apud veteres *religiosus* dicebatur, qui nimiâ ac superstitiosâ religione sese alligaverat. 27 Quo tempore trado illi anui Corinthię filiam nostram morti seu fortunæ committendam. 28 Meo. 29 Annulum. 30 Dixi anui.

Si [2] *moreretur, ne* [2] *expers partis esset de nostris bonis.*

CH. [3] *Istuc rectè: conservasti te, atque* [4] *illam.* SO. *is* [5] *hic est annulus.*

CH. *Vndè* [6] *habes?* SO. [7] *quam Bacchis secum adduxit adolescentulam.* SY. [8] *hem!*

Quid [9] *ea narrat?* SO. [10] *ea* [11] *lavatum dum it,* [12] *servandum mihi dedit.*

Animum non adverti primùm: at postquam [13] *aspexi, illicò*

[14] *Cognovi: ad te* [15] *exsilii.* CH. *quid nunc* [16] *suspicare, aut invenis*

De [17] *illâ?* SO. *nescio,* [18] *nisi ex ipsâ quæras, undè hunc habuerit,*

Si potis est reperiri. SY. [19] *interii! plus* [20] *spei video, quàm* [21] *volo:*

[22] *Nostra est, ita si est.* CH. *vivit-ne* [23] *illa, cui tu* [24] *dederas?* SO. *nescio.*

CH. [25] *Quid renunciavit olim fecisse?* SO. [26] *id, quod jusseram.*

CH. *Nomen* [27] *mulieris* [28] *cedo quod sit, ut* [29] *quæratur.* SO. *Philtera.*

1 Filia. 2 Exsors, sine parte aut sorte Hoc ad superstitionem referri debet. Eugraphius irrito conatu laborat, quando annotat: *neque enim liberos etiam mortuos, fas erat fraudari bonis:* itaque nec opus est leges Atticas de hęreditate filiorum, & dote filiarum huc afferre. 3 Scilicet *fecisti.*

Εἰρωνικῶς dictum Calphurnius accipit. 4 Filiam. 5 Δεικτικόν est. 6 Annulum, 7 Habeo ab illa adolescentula, quam adolescentulam Bacchis secum adduxit. 8 Interjectio admirantis & metuentis: timet enim Syrus, ne sibi pręripiatur argenti extorquendi occasio agnitione Antiphilę, & sic amor Clitiphonis deprehendatur. 9 Sostrata. 10 Antiphila adolescentula. 11 Lotum se. 12 Ut servarem annulum. 13 Annulum. 14 Esse annulum filiæ. Al. *agnovi*, id est, recognovi. *Agnoscere* enim est proprie id, quod nobis olim aut visum fuit, aut alia quavis ratione notum, recognoscere, id est, iterum noscere. 15 Celeriter exsultans exivi. 16 Putas. 17 Filia tua. 18 Nisi quod censeo consultum esse, ut ex ea puella percuncteris, si illud potest reperiri, unde hunc annulum habuerit. 19 Perii! Syrus hæc propterea dicit, quod videt interiisse spem Menedemi decipiendi, adeòque suum consilium interverti. 20 Sc. *Antiphilæ.* 21 Sc. *mihi* aut *Clitiphoni.* Non enim vult Syrus agnosci Antiphilam priusquàm interceperit argentum, quod detur Bacchidi. Hæc verba imperite Calphurnius Sostratę tribuenda putat: dum non intellexit ἀμφιβολίαν κωμικήν. Meliùs Eugraphius interpretatur. 22 De nostra familia, id est, filia heri & herę est, si ita sese res habet, ut narrat hera mea Sostrata. 23 Anus. 24 Filiam exponendam. 25 Quid vetula illa retulit tibi se fecisse quondam, cum ei dederas, an sc. exposuisse se diceret, uti erat jussa? 26 Renunciavit se fecisse id, quod ei præceperam, sc. se exposuisse filiam. 27 Anus. 28 Dic. 29 Investigetur.

SY. *Ipsa*

SY. *Ipsa est: mirum,* [1] *ni illa salva est, & ego* [2] *perii.*
CH. *Sostrata,*
Sequere me intrò hac. SO. [3] *ut prater spem evenit, quàm timui* [4] *malè,*
[5] *Ne nunc animo ita esses duro, ut olim in* [6] *tollendo, Chreme.*
CH. Non licet hominem [7] esse sæpè ita ut vult, si [8] res non sinit.
[9] *Nunc ita tempus est mihi, ut cupiam filiam:* [10] *olim nil minùs.*
SY. [11] *Nisi fallit me* [12] *animus,* [13] *haud multum à me aberit infortunium:*
Ita herclè in [14] *angustum* [15] *oppidò nunc* [16] *meæ coguntur copiæ:*
Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati resciscat senex.
Nam quòd [17] *sperem de* [18] *argento, aut* [19] *posse postulem me* [20] *fallere,*
Nihil est: [21] *triumpho, si licet me latere* [22] *tecto abscedere.*

1 Nisi
Antiphila incolumis est.
2 Quia auferendæ pecuniæ est mihi præcepta occasio.
3 Quantum accidit ex insperato, ut scilicet tu efficeris ita placatus.
4 Miserè, valde.
5 Quòd haberes nunc animum tam inexorabilem, implacabilem.
6 Educanda filia. 7 Esse ita, id est, talem esse. 8 Opportunitas, vel facultas non patitur, pauperie premente. 9 Nunc ita fortuna mea postulat, ut optem habere filiam. 10 Quondam, cùm jussi exponendam, & in tenui fortunâ eram, nihil minùs cupiebam, quàm habere filiam, pauperie premente, rebusque non sinentibus. 11 Nisi fallor. Hinc in plerisque libris nova incipit Scena. 12 Qui præsagit mihi aliquid mali. 13 Non longè. 14 Arctissimum locum. 15 Valdè. 16 Meus compellitur & constringitur exercitus, id est, mea consilia sive conatus sunt adeò repressi, & in tantum discrimen redacti hac Antiphilæ cognitione, ut, nisi inveniam & excogitem rationem, ne resciscat Chremes Bacchidem à Cliticphone amari, salvi & incolumes esse non possint. Translatio ab exercitu, qui in angustias coactus, non sine magno periculo se expedire valet. 17 Possim sperare. Potentialis modus est. 18 Seni extorquendo, quod dandum est Bacchidi. 19 Instituam. 20 Senem Chremetem. 21 Glorior, lætor more illius, qui triumphavit, si liceat mihi sine ullo periculo malum effugere. Continuat in Metaphora à re militari: ubi agmen iniquitate loci, vel numero hostium oppressum, ab alterutro latere vel tergo, in hastam aut scutum se inclinare solet, quasi frontem hosti obvertere, adeòque tuto ac honesto receptu discedere. Murenas à gladiatoribus deducere maluit, qui cùm congrediuntur, hoc agunt, non ut auferant vulnera, sed ut adversariis infligant. 22 Absconso, id est, impune.

5 Doleo. 1 *Crucior,* 2 *bolum tantum mihi ereptum tam subitò à faucibus.* 60
2 Tantum morsum, id est, tantam prædam, id est, opportunitatem fallendi senis esse subtractam & ademptam mihi de ore ac buccis tam repentè. *Quid agam? aut quid* 3 *comminiscar?* 4 *ratio de integro incunda est mihi.*
Nil tam 5 difficile est, quin 6 quærendo 7 investigari possit.
8 *Quid, si hoc* 9 *sic nunc incipiam?* 10 *nihil est:* 11 *si sic?* 12 *tantundem egero.*
At sic 13 *opinor: non potest:* 14 *imò* 15 *optimè:* 16 *exge!* 17 *habeo optimam.*
18 *Retraham herclè, opinor, ad me idem illud* 19 *fugitivum argentum tamen.* 65

Undè Calphurnius dicit translationem esse ab animalibus, quibus auferuntur prædæ, quæque ea non rarò coguntur deserere, quæ jam ore gestant. Utrumpatur autem, cum id, quod probè videbamur tenere, præter expectationem subitò eripitur. 3 Confingam, excogitabo de inveniendo argento. 4 Denuò inveniendus est mihi modus comparandæ sive habendæ pecuniæ. 5 Arduum. 6 Magno studio, labore. 7 Inveniri. 8 Nunc incipit Syrus deliberare, & identidem proponit, & proposita refellit: tandem inventa bona ratione in lætitiam erumpit. 9 Ad fallendum senem. 10 Hoc modo nihil promoveo. 11 Aliquid incipiam. 12 Nihil efficiam. 13 Melius erit, aut, me effecturum aliquid. 14 Correctio. 15 Hoc fieri potest. 16 Vox lætantis est. 17 Scio, invenì optimam rationem, viam extorquendæ à sene pecuniæ. 18 Revocabo, reducam ad me illa ratione aut consilio. 19 Quod me tantoperè fugitivit id assequi non possim, quod non superioribus consiliis consecutus sum. Metaphora à servis fugitivis, qui ex fuga reducuntur domum.

ACTUS IV. SCENA II.

CLINIA, SYRUS.

1 Deiseeps, Clinia exsultat, quod agnita Antiphila mox sit ei nuptura: & à Syro admoneatur, ut amici Clitiphonis rem curet in servanda Bacchide.

CL. *Nulla mihi res* 1 *posthac potest jam* 2 *intervenire tanta,*
Quæ mihi 3 *ægritudinem afferat: tanta hæc lætitia* 4 *obortast.*
Dedo patri me nunc jam, ut 5 *frugalior sim, quàm fuit.*

2 Intercedere, occidere. 3 Tristitiam, animi molestiam. 4 Enata est mihi: ab *oborior.* 5 Trado me totum in patris potestatem, patris me imperio & voluntati dehinc submitto, hostium more, qui de victoria desperantes, se in hostium potestatem dedunt. Sic Andr. 5,3. *Tibi, pater, do: quid vis oneris impone, impera.* 6 Temperantior, modestior.

SY. 1 *Nil*

SY. [1] *Nil me fefellit : [2] cognita eſt, quantum audio* [3] *hujus verba.*
Iſtuc tibi [4] *ex ſententiâ tuâ obtigiſſe lætor.* [5]
CL. *O mi Syre!* [6] *audiſtin' obſecro?* SY. [7] *quid ni? qui* [8] *uſque unà affuerim.*
CL. *Cui* [9] *æquè audiſti commodè quidquam eveniſſe?* SY. [10] *nulli.*
CL. *Atque* [11] *ita me Dii ament, ut ego nunc non tam* [12] *meapte cauſâ*
Lætor, quàm [13] *illius : quam ego ſcio* [14] *eſſe honore quovis dignam.*
SY. *Ita* [15] *credo : ſed nunc, Clinia,* [16] *age, da te mihi viciſſim :*
Nam [17] *amici quoque* [18] *res eſt videnda,* [19] *in tuto ut* [20] *collocetur,*
[21] *Ne quid de amicâ nunc ſenex.* CL. [22] *ô Iupiter!* SY. [23] *quieſce.*
CL. [24] *Antiphila mea* [25] *nubet mihi.* SY. *ſiccine me* [26] *interloquere?*
CL. *Quid faciam, Syre mi? gaudeo:* [27] *fer me.* SY. [28] *fero herclè verò.*

1 Non erravi, cùm ita eſſe indicavi, hæc res non latuit me; hanc rem non ignoravi.
2 Antiphila eſt recognita à parentibus.
3 Cliniæ. Hoc autem ſecum dixit : deinde convertit ſermonem ad Cliniam.
4 Eveniſſe, ſucceſſiſſe tibi ut volebas, ſc. quod habeans *jam*

puellam iſtam, quam deſiderafti jamdudùm. Sic in Adelph. 3, 3. *Piſces* ex ſententia *naſtus ſum.* 5 An intellexiſti rem totam, ut facta eſt, de agnitione Antiphilæ? 6 Quare non audiviſſem? 7 Aſſiduè, ſemper, ſc. cùm Soſtrata marito commemoraret, quæ ad agnitionem Antiphilæ ſpectant. 8 Ita ut mihi. 9 Evenit æque commode quidquam. 10 Affirmantis ſeu jurantis formula eſt. 11 Meâ ipſius. 12 Antiphilæ. 13 Quemlibet honorem meruiſſe. 14 Eſſe honore quovis dignam. 15 Hortantis eſt. 16 Obſequere mihi contrà, ut tibi ſum obſecutus, fac quod peto. *Damus* amicis : *dedimus* tantùm hoſtibus. *Damus* propriè animo repetendi; *dedimus* autem, quæ in perpetuum damus. Unde *dedere* ſe hoſtibus dicitur, qui ſe in hoſtium poteſtatem tradit; & traditio ipſa, *deditio* dicitur; & qui ita ſe dedunt, *dediticii* vocantur. 17 Clitiphonis. 18 Negotium, cauſa. 19 Ut careat periculo culpationis & ignominiæ. 20 Conſtituatur, id eſt, adjuvandus eſt quoque amicus, ne quid illi incommodi accidat. 21 Ne quid de Bacchide reſciſcat Chremes, quod ſit Clitiphonis amica : quia priùs volo eum emungere argento. 22 Exclamantis eſt præ magna lætitia. 23 Ab illa gaudii intemperantia, id eſt, noli ſic clamare, ut mihi auſcultes. 24 Hæc cum τῶ ô *Jupiter* continuanda ſunt. Commemorat enim ſuum gaudium. 25 *Nubere* eſt mulierum, & regit Dativum. *Ducere* verò eſt virorum, & adſcicit Accuſativum. 26 Interpellas, impedis, quaſi loqueris inter ſermonem meum, illum tuo interrumpendo. Al. *mihi*. 27 Patere, tolera verba mea inconſiderata. 28 Fero te equidem, ſed ægrè & moleſtè.

CL. [1] *Deorum vitam adepti sumus.* SY. [2] *fruſtrà operam, opinor, ſumo.*

CL. *Loquere, audio.* SY. *at jam* [3] *hoc non ages.* CL. [4] *agam.* SY. *videndum eſt, inquam.*

[5] *Amici quoque res, Clinia, tui in tuto ut collocetur:* [6] *Nam ſi nunc* [7] *à nobis abis, &* [8] *Bacchidem* [9] *hîc relinquis,*

[10] *Senex reſciſcet illicò eſſe amicam* [11] *hanc Clitiphonis:*

Si [12] *abduxeris,* [13] *celabitur itidem, ut celata* [14] *adhùc eſt.*

CL. *At enim* [15] *iſtoc nihil eſt magis, Syre, meis nuptiis* [16] *adverſum:*

Nam [17] *quo ore* [18] *appellabo patrem?* [19] *tenes, quid dicam?* SY. [20] *quidni?*

CL. [21] *Quid dicam?* [22] *quam cauſam afferam?* SY. *quid? nolo* [23] *mentiare:*

[24] *Apertè, ita ut res ſeſe habet,* [25] *narrato* CL. [26] *quid ais?* SY. [27] *jubeo*

Illam te amare, & velle uxorem, [28] *hanc eſſe Clitiphonis.*

CL. [29] *Bonam atque juſtam rem oppidò imperas, & factu facilem.*

1 Videmur in cœlo eſſe, feliciſſimi ſumus ego & Antiphila. Deorum enim vita lætitiæ & felicitatis plena eſt, & voluptates rerum propria ſunt. Andr. 5, 5.

2 Fruſtrà laboro apud te verba facere, cùm tu gaudio deſipiens, aures mihi non præbeas.

3 Non audies me, hùc non advertes animum.

4 Audiam te.

5 Clitiphonis. 6 Αἰτιολογία ab incommodis & periculis. 7 Ex noſtris ædibus. 8 Solam. 9 In ædibus Chremetis. 10 Chremes. 11 Bacchidem. 12 Tecum duxeris in domum patris tui, & à nobis removeris. 13 Similiter celabitur eſſe amica Clitiphonis. 14 Hactenùs, ad hunc uſque diem. 15 Iſtâ re, quam mones, ſcilicet ſi abduxero Bacchidem. 16 Contrarium. 17 Quâ fronte, quo vultu, quâ facie, qua confidentia, an pudibunda, an audaci & impudenti? Sic dicimus, quando aliquid pudendum commiſimus. In ore enim & facie pudoris ſigna maxime apparent. 18 Alloquar, rogabo patrem, ut mihi Antiphilam, filiam Chremetis, det, ſi ſciat, meam amicam eſſe meretricem? 19 Intelligiſne, quid velim dicere? ſcilicet de pudore patris, ſi ante oculos adducam ipſi meretricem. 20 Quare non intelligerem metum tuum? 21 Quid enim dicam? 22 Quid cauſæ dicam, propter quam abduxerim eam mecum? 23 Ut mentiaris apud patrem. 24 Clare. 25 Ei, ſcilicet patri tuo. 26 Admirantis. 27 Volo te aperte narrare vel dicere, quod tu ames Antiphilam, & quod tu velis habere eam uxorem. 28 Et jubeo te dicere, Bacchidem amari à Clitiphone. 29 Benè Calphurnius εἰρωνικῶς dici notat: q. d. valde malam & injuſtam rem, & factu difficilem mihi imperas vel ſuades.

Et

Et [1] *scilicet jam me hoc voles orare patrem, ut* [2] *celet*
[3] *Senem vestrum.* SY. [4] *imò ut* [5] *rectâ viâ rem narres* [6] *ordine omnem.* CL. [7] *hem!*
[8] *Satin' sanus es & sobrius? tu* [9] *quidem* [10] *illum planè* [11] *perdis?*
Nam [12] *quî* [13] *ille poterit esse* [14] *in tuto? dic mihi.*
SY. [15] *Huic equidem consilio* [16] *palmam do:* [17] *hîc me magnificè effero.*
[18] *Qui* [19] *vim tantam in me & potestatem habe am tantæ astutiæ,*
Vera dicendo ut [20] *eos ambos fallam; ut, cùm narrat* [21] *senex*
Vester [22] *nostro, esse* [23] *istam amicam* [24] *gnati,* [25] *non credat tamen.*
CL. *At* [26] *enim spem* [27] *istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis:*
Nam dum amicam [28] *hanc meam esse* [29] *credet,* [30] *non committet filiam.*
Tu fortasse, quid [31] *me fiat,* [32] *parvi curas:* [33] *dum ill i consulis.*
SY. *Quid,* [34] *malum! me* [35] *ætatem censes velle* [36] *id adsimulârier?*
[37] *Unus est dies, dum* [38] *argentum eripio:* [39] *pax:*
[40] *nihil amplius.*

1 Certè, procul dubio.
2 Illam rem de Bacchide.
3 Chremetem.
4 Sed volo.
5 Apertè & ne amoagibus.
6 Per ordinem.
7 Indignantis est.
8 Satisne es lanæ mentis & non emulentus?
9 Equidem, certe.
10 Clitiphonem.
11 Al. perdit.
12 Quomodo.
13 Clitipho.

14 Sinè periculo cognitionis totius facti, si dixero, Bacchidem esse amicam Clitiphonis. 15 Meo. 16 Maximam victoriam concedo, id est, hoc consilium præfero cæteris omnibus. *Palma* au em est signum victoriæ, & per Metonymiam significat ipsam victoriam. Vide Eun. 5, 4. 17 In hac actione me supra modum extollo, evelio. 18 Quod, quia. 19 Efficaciam. 20 Senes, scilicet Menedemum & Chremetem. 21 Pater tuus Menedemus. 22 Scilicet *senex*, id est, Chremeti. 23 Bacchidem. 24 Filii sui Clitiphonis. 25 Q. d. in quo decipietur. 26 Certè. 27 Eo modo, scilicet ut dicam patri Bacchidem esse amicam Clitiphonis, & Chremes audiat ex patre. 28 Bacchidem. 29 Chremes. 30 Non tradet, non collocabit nuptui mihi filiam suam Antiphilam. 31 De me. 32 Parvi pendis, ducis, parùm curæ habes. 33 Dummodo Clitiphoni provideas. 34 Malum tibi sit. Imprecantis est. Cic. *Quæ, malum! est ista oratio?* 35 Diu, in perpetuum. Sic in Eun. *Famulentum, ætatem.* 36 De Bacchide fingi, scilicet ne credat pater tuus eam esse amicam Clitiphonis? 37 Brevissimum est tempus. 38 Pecuniam, quam Clitipho promisit Bacchidi, attuse Chremeti extorquo. 39 Tantum est, satis est. Vide supra 2, 3, 50. 40 Peto, *vel*, requiritur ad hanc rem, erepto argento scilicet.

1 An sufficit tibi hoc, dum unum istum diem habes, in quo argentum extorqueas? Repetitur ex oratione Syri, qui dixerat: *Unus est dies, dum argentum extripio: pax*, id est, tantum est; repetit Clinia: *tantum sat habes?* 2 Sc. *accidet, fiet.* 3 Hanc simulationem ad eum decipiendum. 4 Clitiphonis, sc. Chremes. 5 Indignatus Syrus tot repetitionibus Cliniæ dicentis: *si hoc, vel illud*, &c. usus est proverbiali Ironiâ in eos, qui tutissimis in rebus omnia timent, ac dicere solent, *quid si hoc, quid si illud accideret?* & ostendit suo responso, talia dicta esse ridicula. 6 Deorsum labatur: quod dictum est ridiculum dictu. Hoc dictum unde profectum sit, docet Aristoteles l. 5. Phys. scribens, priscis & rudibus mortalibus persuasum fuisse, cœlum Atlantis humeris sustineri: quod si ille se subduxisset, fore ut è sublimi in terram decideret. 7 Incertus sum, dubito. 8 Incipiam præ metu. 9 Dubitas, incertus es? 10 Tanta. 11 Liberes prorsus eo metu, quo dicis te metuere. 12 Consentientis vox. 13 Deducatur ad me, ut celetur itidem, ut cœlata adhùc est. 14 Tempestive, opportune. 15 Bacchis egreditur è domo Chremetis, in quâ erat.

CL. 1 *Tantum sat habes?* 2 *quid tum quæso, si* 3 *hoc* 4 *pater resciverit?* 40

SY. 5 *Quid, si redeo ad illos, qui ajunt*, quid si nunc cœlum 6 ruat?

CL. 7 *Metuo, quid* 8 *agam.* SY. 9 *metuis? quasi non* 10 *ea potestas sit tua,*
Quo velis in tempore ut te 11 *exsolvas, rem facias palàm.*

CL. 12 *Age, age,* 13 *traducatur Bacchis.* SY. 14 *optimè:* 15 *ipsa exit foras.*

ACTUS IV. SCENA III.

BACCHIS, CLINIA, SYRUS, DROMO, PHRYGIA.

1 Adverbium jurantis. Bacchis irata ob decem minas nondũ traditas, abituram se simulat: cum Syro expostulat. Tandẽ placata suasu ejusdem, cũ omni strepitu ac turbâ transit ad Menedemũ tantisper, dũ Chremes fallatur. 2 Petulanter, inconsiderate, ἀσκόπως. 3 Ad Clitiphonem. 4 Bonis & magnificis verbis. *Inducitur* aliquis, cum verbis alterius decipitur. 5 Propter centũ coronatos. Guyetus hoc appositive dictum vult per ἀντίφρασιν, sc. Syri promissa, quę sunt decem minę. Plaut. Amph. *Navem quem convenire volui, in navi non erat.* Noster Eun. *Eunuchũ quem dedisti nobis, quas turbas dedit?* Malim tamen istũ accusativũ regi à verbo æquipollenti, nempe *si is me deceperit*, idem est ac si dicat *si non dederit. Una autem mina* valet decem coronatis: *decem ergo minæ* valent centum. 6 Syrus nõ dederit pecuniam.

BA. *Satis* 1 *pol* 2 *protervè me Syri promissa* 3 *hùc* 4 *induxerunt,*
5 *Decem minas quas mihi dare pollicitus est: quod si* 6 *is nunc me*

Dece-

Deceperit; [1] *sæpè obsecrans me, ut* [2] *veniam, frustrà veniet*: [3] *Aut cùm venturam dixero,& constituero*; *cùm* [4] *is certo* [5] *Renunciárit*; *Clitipho cùm in spe* [6] *pendebit animi*; [7] *Decipiam, ac non veniam*; [8] *Syrus mihi tergo pœnas pendet.*

CL. [9] *Satis scitè* [10] *promittit tibi.* SY. *atqui tu* [11] *hanc* [12] *jocari credis?* [13] *Faciet, nisi* [14] *caveo.* BA. [15] *dormiunt: pol ego istos* [16] *commovebo.* [17] *Mea Phrygia, audiſtin' modò iſte* [18] *homo quam* [19] *villam demonſtravit* *Charini?* PH. [20] *audivi.* BA. [21] *proximum eſſe huic* [22] *fundo ad dextram?* PH. [23] *memini.* BA. [24] *Curriculo percurre*: *apud* [25] *eum* [26] *miles* [27] *Dionyſia agitat.*

1 Ordo eſt, *Sæpè veniet obſecrans me ut veniam, id eſt*, Syrus 5 sæpe frustra obſecrabit me, ut veniam.

Ad Clitiphonem.

3 Confirmavero, id eſt, certum diem & horam adventus dixero. *Conſtituere* enim, ἀλληγορικῶς dicitur, pro conſtituere diem, horam, &c. rei alicui agendæ. Sic Juv. *Aut ubi nocturna Numa* constituebat *amica*. 4 Syrus. 5 Retulerit pro certo hero suo Clitiphoni, sc. me venturam. 6 Anxiè exſpectabit, vehementer excruciabitur, sollicitus & dubius, quasi ſuſpenſum animum gerens. 7 Tum ego fallam eum. 8 In ultionem injuriæ meæ dorso suo pœnas perſolvet, ita ulciſcar Syrum: verberabitur enim, ſi hero renunciaverit pro certo, me venturam, & ego tamen non venero, adeòque ſpem ejus fefellero: putabit enim Syri negligentia factum. 9 Bacchis minatur ſatis pulchrè ſe facturam, ut pœnas ſuas, ſi eam fallas. 10 M. natur pœnas. Virg. 2. Æn. Promiſi *ultorem, & verbis odia aſpera movi*. 11 Bacchidem. 12 Joco dicere illa? 13 Faciet revera id, quod minatur, id eſt, reverà vapulabo. 14 Providero, ut illi pecunia extorqueatur. 15 Clima & Syrus ſecuri jam ſunt, nec minas meas curant, neque de pecuniis providet: q. d. ſurdos agunt. 16 Excitabo eos, excutiam eis ſomnum. 17 Apoſtrophe ad ancillam. 18 Miles ſcilicet. 19 Domum agreſtem. 20 Deſcriptio ancillæ eleganter edoctæ, ut ſubſerviat orationi dominæ ſuæ; totam hiſtoriam fingentis, utcunque opus erat, verbis. 21 Non-ne audiviſti, eam villam eſſe proximam, &c. 22 Prædio. *Fundus* eſt pars agri, & quævis poſſeſſio ruſticatim dicta, quòd *fundat* quotannis multa: ſingula enim prata, ſingulæ vineæ, ſinguli horti, ſingula pomaria, &c. ſinguli fundi ſunt, idque in agro tantùm. 23 Recordor eum demonſtraſſe ita. 24 Continuato curſu, celeriter eo curre, propera quaſi curriti celeriter vecta. 25 Charinum, Meretrix argentum extorquere cupiens, alterius amatoris mentionem injicit, confingens ſe conſtituiſſe, ut ad convivium illùc veniret. 26 Meus amator. Hic eſt, de quo Syrus ſuprà dixit 2, 3, 124. *Nam miſerè quendam offendi ibi militem ejus noſtrum oratum*. 27 Feſta Bacchi, ſive Bacchanalia, quibus adeſſe ſolent, celebrat. De *Dionyſia* vide ſuprà 1, 1, ſub finem.

SY. [1] *Quid inceptat?* BA. *dic me* [2] *hîc* [3] *oppidò esse* [4] *invitam, atque* [5] *asservari:*
[6] *Verùm aliquo pacto* [7] *verba me his daturam esse,*
& [8] *venturam.*
SY. [9] *Perii herclè! Bacchis,* [10] *mane, mane: quò mittis* [11] *istam, quæso?*
Iube [12] *maneat.* BA. [13] *abi.* SY. [14] *quin paratum est argentum.* BA. [15] *quin ego manco.*
SY. [16] *Atqui jam dabitur.* BA. [17] *ut lubet, nùm ego* [18] *instо?* SY. *at scin'* [19] *quid,* [20] *sedes?*
BA. *Quid?* SY. *transeundum nunc tibi ad Menedemum est, &* [21] *tua pompa*
Eò traducenda est. BA. *quam rem agis* [22] *scelus?*
SY. *ego argentum* [23] *cudo,*
Quod tibi dem. BA. *dignam me putas, quàm* [24] *illudas?* SY. [25] *non est temerè.*
BA. *Etiam-ne tecum* [26] *hîc res mihi est?* SY. [27] *minime: tuum tibi reddo.*

1 Quid hæc Bacchis de novo molitur & parat?
2 Apud Clitiphonem.
3 Valde.
4 Contra voluntatē meam.
5 Detineri, cū studio & diligenti inspectione servari. Sic in Andr. *Cura* asservandum *virginem.*
6 Sed dic, &c.
7 Me decepturam hos, qui me hîc habent, quacunque ratione. 8 Ad militem. 9 Hæc ad spectatores conversus Syrus dicit, ita ut Bacchis non audiat. 10 Exspecta paulisper. 11 Phrygiam. 12 Sc. ut. 13 Discede tu Phrygia, quod te facere jussi. 14 Verum, sed. 15 Q. d. Quid dicis ut maneam? Non vides me hîc manere? Et idē verbū, *quia*, repetit more iratorū. 16 Sed statim dabitur tibi argentū. 17 Dabis argentū, si quando lubet: detur nec ne, non curo amplius: ergo, ut eriùs nō instabo tibi: sed si non accipiā, vapulabis. His enim verbis quasi blandiendo Syro minatur Bacchis, fingitque se non magnopere curare ut habeat argentum; cùm tamen in eo illi sint omnia, cuiq; nihil præter pretium dulce erat jamdudū. 18 Urgeo ut des argentū? Q. d. non. 19 Faciendū tibi sit? 20 Quæso, precor. Blandientis est. 21 Nobilis tuus comitatus (sc. ancillæ decem, & ceteri comites, qui venerunt, aurum, vestes) ad Menedemum transportandus est. Ita Plautus de servili comitatu, Curcul. 1, 1, 1. & 2. *Quò te hoc nostis dicam proficisci foras cum istoc ornatu, cumque hac* pompā, *Phædrome? Pompa* Græca vox est, significatque apparatum solennem cum ostentatione, & specie quadam triumphi. Hinc & *funerum*, & *ludorum* ac *spectaculorum pompæ* dicuntur. 22 Sceleste. 23 Paro, conficio, vel cogito, quâ ratione argentum inveniam, quasi fabricarem illud: nam propriè *cuditur* argentum, dum imprimitur. *Cudo* enim est ferio, tundo: unde *incus, incudis*, dicitur instrumentum, in quo aliquid *cudimus*, id est, feriendo seu tundendo formamus. Elegans est Metaphora sumpta à fabris. 24 Irridcas? Dicimus autem *illudo te, & tibi, & in te*, tam in accusativo, quam in ablativo. 25 Hoc, quod insolior, non paratur inconsulte, sine causâ, id est, nō illudo te, vera causa est, vera ratio est, ob quam volo te ad Menedemū transire. 26 In hac re, ut ad Menedemū traducar? Q. d. Non ergo tantùm apud Chremetē, sed *etiam hîc* apud Menedemū mihi tecum erit negotiū? Hoc insignibunda Bacchis dicit. 27 Tibi quidem rei nihil mecum est, sed nonnihil mihi tecum: argentū enim cudo, ut tibi reddam decem illas minas, quas tibi me daturam promisi.

BA.

BA [1] *Eatur.* SY. [2] *sequere hac* : [3] *Heus Dromo.* DR. [4] *quis nam vult?* SY. *Syrus.* DR. *quid est rei?*
SY. *Ancillas omne Bacchidis* [5] *traduce hùc* [6] *ad vos* [7] *propere.*
BA. [8] *Quam obrem?* SY. *ne* [9] *quæras* : [10] *efferant*, [11] *quæ secum hùc attulerunt* :
[12] *Sperabit sumptum sibi senex esse* [13] *harum abitu levatum.*
[14] *Næ* [15] *ille haud scit, hoc paulùm lucri quantum sibi* [16] *damni* [17] *apportet.*
[18] *Tu nescis id, quod scis, Dromo, si sapies.* DR. [19] *mutum dices.*

1 Amemus & ancillis meis ad Menedemum.
2 Sequere me, Bacchis, hac.
3 Vocantis particula.
4 Hæc Dromo loquitur
5 Pro *traduc.*
6 In ædes
7 Festinanter, celeriter. 8 Quare traducam? 9 Interroges. 10 Ancillæ exportent ea, quæ, &c. 11 Sc. vestes, aurum. Indicat meretrices furaces esse solere, & habere viscatas manus. 12 Chremes sperabit impensam esse diminutam sibi discessu harum mulierculatarum. 13 Bacchidis & ancillarum. 14 Cor. c. Affirmandi Adverbium est. 15 Chremes senex. 16 Ob centum coronatos, quibus emungendus est. 17 Adferat. 18 Hunc versum Lugraphius benè explicat : *id age, ut nescisse videaris.* Q. d. Quod scis, perinde contine atque dissimula, quasi nescias. Sic Eun. 4, 4. *Pol, si sapis, quod scis, nescis.* Guyetus ejicit, tanquam ex Eunucho interpolatum. Dixit enim Syrus, *ne quæras.* Ergo nihil sciebat Dromo; quare id tacuisse non opus fuit. 19 Adeò scilicet sum taciturus, neque verborum quicquam locuturus.

ACTUS IV. SCENA IV.

CHREMES, SYRUS.

CH. [1] *Ita me dii amabunt, ut nunc Menedemi* [2] *vicem*
Miseret me, tantum deveniſſe ad [3] *eum mali.*
Illanc-cine [4] *mulierem alere* [5] *cum illâ familia?*
Etſi ſcio, hoſce aliquot dies non [6] *ſentiet:*
[7] *Ita magno deſiderio fuit ei filius.*
Verùm ubi videbit [8] *tantos ſibi ſumptus domi*

1 Per fallaciam Syrus ab hero Chremete argentum accipit.
Menedemi rursus miseretur Chremes, ob tradu-

am ad illum cum omni pompâ sumptuosam Bacchidem: quam Clitiæ, non tui filii Clitiphonis, amicam puta. 2 Sc. ob vel *propter* fortunam Menedemi, vel loco Menedemi, id est, causa sua. 3 Menedemum, id est, quòd tantum mali ad eum devenit. 4 Bacchidem, quæ est sumptuosa. 5 Cum tanto ancillarum comitatu? 6 Incommodum. 7 Adeò, tantopere desideravit filium. 8 Tantas impensas quotidiè faciendas fieri sibi domi videbit Menedemus. Amplificat sumptus à magnitudine & diuturnitate temporis.

Quotidianus fieri, nec fieri [1] *modum,*
Optabit rursum ut abeat ab se filius.
Syrum [2] *optimè eccum.* SY. [3] *cesso hunc adoriri?*
CH. [4] *Syre.* SY. [5] *hem!*
CH. [6] *Quid est?* SY. *te mihi ipsum* [7] *jam dudùm optabam* [8] *dari.*
CH. *Videre egisse jam nescio quid cum* [9] *sene.*
SY. [10] *De illo, quod dudùm?* [11] *dictum factum reddidi.*
CH. [12] *Bonâ-n' fide?* SY. [13] *bonâ herclè.* CH. *non possum* [14] *pati.*
[15] *Quin tibi caput demulceam: accede hùc Syre:*
Faciam boni tibi aliquid pro [16] *istâ re, ac* [17] *lubens.*
SY. *At si scias, quam* [18] *scitè in mentem* [19] *venerit.*
CH. [20] *Vah!* [21] *gloriare evenisse* [22] *ex sententiâ?*
SY. [23] *Non herclè verò:* [24] *verùm dico.* CH. *dic, quid est?*
SY. [25] *Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem*
[26] *Menedemo dixit Clinia, &* [27] *eâ gratiâ*
Secum [28] *adduxisse, ne* [29] *id tu* [30] *persentisceres.*
CH. [31] *Probè.* SY. [32] *dic sodes.* CH. [33] *nimiùm inquàm.* SY. [34] *imò sic satis.*
Sed porrò ausculta quod superest [35] *fallaciæ.*

1 Finem in sumptibus.
2 Iptempore, opportune venientem.
3 Quid moror Chremetem quasi ex insidiis & de improviso invadere sive aggredi? *Adoriri* enim is dicitur, qui insidiosè & repente aliquem invadit. Metaphora à re militari & latronibus.
4 Vocando pronuntiandum.

5 O here! Vox gaudentis. 6 Quod tam lætus sis. 7 Longo ante tempore. 8 Sc. *obviam*: vel *dari* simpliciter, id est, offerri, occurrere. 9 Menedemo, eum sc. fallendo, ut ego postulaveram. 10 Dicis me egisse de illâ re, sc. de eo fallendo, de quo paulò antè egeramus? sc Act. 3. Sc. 2. *Hæc illæc circumcursa*, &c. Hoc dicit Chremes propter præcedentia illa Syri: *te mihi ipsum jam dudum optabam dari.* 11 Cùm dixisses, factum continuò reddidi. Proverbialis figura, quâ nihil in negotio procurando prætermissum significamus. Potest etiam dici esse proverbium celeritatis. Sic Andr. Dictum ac factum, *invenerit aliquam causam, quamobrem ejiciat oppido.* 12 Verene illa dicis? Nam *fides* (autore Cicerone Offic. 1) *est dictorum conventorumque constantia & veritas.* 13 Sc. *fide dico.* 14 Me continere, durare, καρτερεῖν. 15 Quod non suaviter tibi attrectem caput. Quod pueris fieri solet per blanditiarum delicias ab iis, qui eos collaudant. 16 Illa fallacia. 17 Lubenter, bono animo. 18 Pulchrè, ingeniosè. 19 Ista fallacia, sc. *gratulaberis mihi amplius.* 20 Interjectio irridentis est hîc: sed tamen joco eum illudit, non seriò. 21 Al. *hariolare*, id est, divinas. 22 Ut volebas? 23 Glorior. 24 Sed tantùm dico, 25 Sc. *filii.* 26 Patri. 27 Ea causa, propterea. 28 In domum patris. 29 Esse amicam filii. 30 Animadverteres. 31 Recte excogitatum est. 32 Sc. *veritatem.* 33 Probissime factum est. 34 Mediocriter factum est. 35 Scilicet *id.*

Sese

Sese [5] *ipse* [1] *dicet tuam vidiße* [3] *filiam* :
[4] *Sibi complacitam ejus formam, postquam aspexerit:*
Hanc [5] *cupere uxorem.* CH. [6] *modò-ne* [7] *quæ inventa est?* SY. [8] *eam* :
Et quidem jubebit [9] *posci.* CH. *quam ob rem* [10] *istud, Syre?*
Nam [11] *prorsùm nihil* [12] *intelligo.* SY [13] *hui!* [14] *tardus es.*
CH. [15] *Fortaßè.* SY. *argentum* [16] *dabitur* [17] *ei ad nuptias,*
Aurum, atque vestem, [18] *quî,* [19] *tenes-ne?* CH. *comparet?*
SY. [20] *Idipsum.* CH. *at ego* [21] *illi nec* [22] *do, nec* [23] *despondeo.*
SY. *Non? quam ob rem?* CH. *quam ob rem me rogas?* [24] *homini.* SY. [25] *ut lubet.*
Non ego [26] *in perpetuum dicebam illam illi ut dares,*
Verùm ut [27] *simulares.* CH [28] *non mea est simulatio:*
[29] *Ita tu istæc tua misceto ne me admisceas.*
Egon', cui [30] *daturus non sim, ut* [31] *ei* [32] *despondeam?*

1 Clinia. 2 Patri suo. 3 Antiphilam. 4 Dicit etiam pulchritudinem filiæ complacuisse sibi: nam *complaceo* facit in perfecto *complacui* & *complacitus sum.* 5 Sc. *dicet.* 6 Paulò antè. 7 Eam ne dicis, quæ modò inventa est mea filia? 8 Dico, quæ inventa est, *vel*, eam cupit uxorem. 9 Faciet ut per aliquos à te filia tua petatur in uxorem: quod facit Menedemus Sc. 7. 10 Scilicet *dicis*, vel *fieret?* 11 Omninò. 12 De hac causâ. 13 Interjectio indignantis. 14 Hebes & obtusus ingenio, quòd me intelligere non possis. 15 Possibile est me esse tardum. 16 A Menedemo. 17 Cliniæ. 18 Quo argento aureos annulos, cæteraque aurea ornamenta (materia pro materiato) & pretiosas vestes, &c. per Aposiopesin (supplet Chremes) *comparet*, id est, emat filiæ ad nuptias honestè celebrandas. Simile est illud Andr. 3, 1. L. *Bonum ingenium narras adolescentis.* M. *optimum.* 19 Intelligis-ne, scis-ne quid dicere velim? 20 Scilicet *est.* 21 Cliniæ. 22 Filiam. 23 Promitto futuram sponsam filiam meam. 24 Ex Andr. 5, 1. *homini adolescentulo, in alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria*, & (ut putabat Chremes) Bacchidi, meretrici superbæ & sumptuosæ, addictissimo, ei ego *filiam darem in seditionem atque incertas nuptias?* 25 Sc. *facias.* 26 Ut totam vitam exigeret cum marito. 27 Te illam dare ei ad tempus. 28 Non decet me, qui vir gravis sum, simulare, id est, aliud verbis, aliud animo velle. Suprà dixerat Syrus, *mentiri non est meum*: reddit illi Chremes: *non mea est simulatio.* 29 Ita tu tuas technas & fallacias confundito seu effingito, ut sine me hæc perficias. 30 Ex animo. 31 Clinię. 32 Promittam futuram sponsam? Tò *despondere* hîc de patre sponsæ dictum; at And. 1, 1. de patre sponsi, *Placuit despondi*, &c. promiscuè enim usurpantur à probatissimis autoribus.

SY. [1] *Credebam.* CH. [2] *minimè.* SY. [3] *scitè* [4] *poterat fieri:*
Et ego [5] *hoc, quia* [6] *dudùm tu tantoperè* [7] *jusseras,*
[8] *Eò cœpi.* CH. *credo.* SY. *cæterùm equidem istuc, Chreme,*
[9] *Æqui bonique facio.* CH. *atqui cùm maximè*
[10] *Volote dare operam ut* [11] *fiat:* [12] *verùm aliâ viâ.*
SY. *Fiat:* [13] *quæratur aliud.* [14] *Sed illud quod tibi*
Dixi de argento, quod [15] *ista* [16] *debet Bacchidi,*
Id nunc [17] *reddendum est illi.* [18] *Neque tu scilicet*
[19] *Eò nunc confugies,* [20] *quid meâ? nùm mihi* [21] *datum est?*
Nùm jussi? nùm [22] *illa* [23] *oppignorare filiam*
Meam [24] *me invito potuit? verùm* [25] *illud, Chreme,*
[26] *Dicunt:* [27] jus summum, sæpè summa est [28] malitia.
CH. [29] *Haud faciam.* SY. *imò, aliis si* [30] *licet,* [31] *tibi non licet:*
[31] *Omnes in* [33] *lautâte, &* [34] *benè parte auctâ putant.*
CH. *Quin egomet jam ad* [35] *eam* [36] *deferam.* SY. *imò* [37] *filium*
[38] *Iube potiùs.* CH. [39] *quam ob rem?* SY. *quia* [40] *enim in* [40] *eum suspicio est*

1 Tibi persuaderi hoc posse, ut aliimules interim.
2 Hoc faciunt sunt.
3 Commodè.
4 Sc. id.
5 Consilium de extorquendo argento.
6 Antehac.
7 Ut fingerem aliquam technam in fallendo Menedemo.
8 Ideò, ob eam causam incepi.
9 Boni facio, & consulo.

Sunt phrases ἐλλειπτικαὶ; plene primùm dicebatur, *boni causâ facio, boni causâ consulo.* 10 Cupio. 11 Ut fallatur Menedemus. 12 Sed volo id fieri alio modò, ne me admisceas. 13 Aliud commodius consilium fallendi Menedemum excogitetur. 14 Depulsus eo, quod agitaverat, consilio Syrus, aliò vertit. 15 Antiphila filia tua. 16 Quia ab anu Corinthia, quæ mortua est, data fuit pignori. 17 Est enim necesse, filiam ab oppignoratione priùs liberari, quàm ea despondeatur alteri. 18 Per occupationem occurrit veterator servus iis, quæ poterat Chremes objicere & respondere. 19 Ad eas rationes, quæ sequuntur, recurres, dicendo: *quid meâ*, &c. 20 Refert, aut interest. 21 Argentū. 22 Anus Corinthia. 23 Pro pignore dare apud Bacchidē. 24 Me nolente. Q. d. Filia mea me patre inscio est oppignorata. contractus igitur est invalidus. 25 Proverbium. 26 Homines vulgò. 27 Nimius juris rigor. A jure summo ad æquitatē invitat Syrus Chremetē, quę est propria bonorū virorū laus. *Summū jus* dicitur, quando leges sine aliquā mitigatione observantur: *æquitas*, mitigatio legum propter justam causam, sive summi juris remissio. 28 Injuria. 29 Non confugiā ad eas rationes summi juris. 30 Sequi juris rigorem, uti summo jure. 31 Qui sc. dives es. 32 Omnes enim existimant te esse divitem civē. 33 Splendidā. 34 Quæ ampla est, ut possis mutuū reddere. 35 Bacchidē. 36 Decē minas. 37 Clitiphonem. 38 Deferre argentum ad eam. 39 Juberem filium deferre. 40 Certè. 41 Filiū tuū, quem Menedemus putat esse amatorem Bacchidis.

Transfata

Translata amoris. CH. [1] *quid tum?* SY. *quia videbitur*
Magis verisimile [2] *id esse, cùm* [3] *hic* [4] *illi* [5] *dabit:*
Et simul [6] *conficiam facilius ego, quod* [7] *volo.*
[8] *Ipse adeò adest: abi, effer argentum.* CH. [9] *effero.*

1 Quid inde sequitur, si translata est in eum amoris suspicio? 2 Quòd Bacchis sit amica Clitiphonis. 3 Filius Clitipho. 4 Bacchidi. 5 Argentum. 6 Efficiam, perficiam, id est, faciliùs Menedemum decipiam, sub specie tui decipiendi. 7 Conficere. 8 Clitipho certè advenit. 9 Mox elaturus sum: ut, *mox hùc revertor*, & similia.

ACTUS IV. SCENA V.

CLITIPHO, SYRUS.

CL. [1] *NVlla est tam* [2] *facilis res,* [3] *quin difficilis siet,*
Quam [4] *invitus facias:* [5] *vel me hæc* [6] *deambulatio,*
[7] *Quàm non laboriosa,* [8] *ad languorem dedit:*
Nec quidquam magis nunc [9] *metuo, quàm ne* [10] *denuò*
[11] *Miser aliquò* [12] *extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.*
[13] *Vt te quidem omnes Dii, Deæ,* [14] *quantum est, Syre,*
Cum tuo istoc [15] *invento, cumque* [16] *incepto* [17] *perduint!*
Hujusmodi mihi res semper [18] *comminiscere,*
[19] *Vbi me* [20] *excarnifices.* SY. [21] *I tu hinc quò dignus es.*
[22] *Quàm penè tua me* [23] *perdidit protervitas!*

1 Redit Clitipho iratus, verùm à Sy-Syro placatur, cùm paratum argentum; & Bacchidem esse apud Menedemum intelligit: simulque, quibus moribus verbisque uti debeat apud patrem, præscribit. 2 Inter omnes actiones humanas. 3 Ut non. 4 Nolens. Ovid. *Et non sentitur sedulitate labor.* 5 Etiam. 6 Quæ debebat afferre voluptatem. 7 Quamvis sit facilis. 8 Reddidit me planè defessum: quia eam invitus subivi. Plaut. *Ubi sæpè ad languorem dederis octonarios lictores.* 9 In meo amore. 10 De novo, iterum. 11 Clitipho. 12 Vi expellar in aliquem locum. 13 Jam videns servum, cum eo expostulat. 14 Quantum est Deorum Dearumq; id est, quicunque, quotcunque. 15 Figmento. 16 Consilio tuo. 17 Perdant, omni malorum genere te accumulent. Antiquè. 18 Comminisceris, id est, fingis, excogitas. 19 In quibus, id est, ex quibus rebus, per quas res. Plaut. Cap. *Hujusmodi paucas Poetæ reperiunt Comœdias*, ubi *boni meliores fiunt.* 20 Minutim excrucies. 21 Abi hinc in malam rem, in malam crucem, quâ dignus es, ut meruisti. 22 Quàm pene petulantia, audacia, temeritas tua, & incontinentes illę manus mea consilia disturbassent, meque periculo & iræ patris tui obtulissent! 23 Apud patrem.

CL. [1] *Vel-*

CL. 1 *Vellem herclè factum: ita* 2 *meritus.* SY. 3 *meritus? quo modo?*

4 *Nam me istuc ex te priùs* 5 *audîsse gaudeo,*
Quàm argentum haberes, quod daturus jam fui.

CL. 7 *Quid igitur dicam tibi vis? abiisti, mihi*
8 *Amicam adduxti, quam non licitum est tangere.*

SY. 9 *Iam non sum iratus:* 10 *sed scin' ubi nunc sit tibi* 16
Bacchis? CL. 11 *apud nos.* SY. 12 *non.* CL. *ubi ergo?* SY. 13 *apud Clinjam.*

CL. 14 *Perii!* SY. 15 *bono animo es: jam* 16 *argentum*
ad 17 *eam deferes,*
Quod 18 *ei es pollicitus.* CL. 19 *garris:* 20 *undè?* SY. *à patre.*

CL. 21 *Ludis fortassè me.* SY. *ipsâ re* 22 *experibere.*
CL. *Nam ego fortunatus homo sum:* 23 *deamo te Syre.*
SY. *Sed* 24 *pater egreditur: cave, quidquam admiratus sis,* 22
25 *Quâ causâ id fiat:* 26 *obsecundato in loco:*
Quod imperabit, facito: 27 *loquitor paucula.*

1 Ut mea protervitas te perdidisset. Defendit Clitipho suam iracundiam. 2 Sc. *es.* 3 Ego-ne meritus sum, ut perirem, ut malo mactarer? Loquitur confidenter Syrus, qui conscius sibi est magnorum in Clitiphonem meritorum. 4 Certè, profectò. 5 Quod ita velis me perditum.

6 Ne in indignum argentum conferretur. Nam, ut ait Ennius, *Benè facta malè locata, malè facta arbitror.* 7 Quomodo igitur vis me loqui tecum, qui tantam mihi molestiam confeceris, dum eadem ostentas amicam, & interdicis, meque ne præsentibus quidem bonis frui permittis? Minùs hæc contumaciter, vultuque mitiore dicit. 8 Bacchidem. 9 Jam iram posui, cùm ex te hoc verbum audivi: *Amicam adduxti, quam non licitum est tangere.* Verum enim est te mihi jure succensuisse, quod ab amicâ Bacchide tantoperè prohibitus sis. 10 Interponitur aliqua spei mora, ut augeatur beneficii gratia. 11 Domi nostræ puto eam esse. 12 Est apud vos. 13 Sc. in ædibus Menedemi. 14 Quia est apud Cliniam. 15 Bonum animum habeas. 16 Decem minas, sive decem coronatos. Hoc enim est primarium illud consilium Syri, cujus causâ Bacchidem adduxerat. 17 Bacchidem. 18 Bacchidi. 19 Nugaris, inania dicis. Metaph ab avibus. 20 A quo id argentum extorqueretur? 21 Illudis, derides. 22 Experieris. Antiquum est. 23 Valdè amo. Nam hîc *de* auget. Gratias agentis esse videtur, ut alibi: *amo te, merito te amo*, &c. 24 Sc. *tuus*, nempe Chremes. 25 Quod tibi pecunia tam facile ab eo tradatur, quam ad Bacchidem deferas. 26 Subservito ei, facito ad nutum ejus, prout locus, id est, occasio seu opportunitas postulat. 27 Ne ex sermonibus tuis, ait Eugraphius, nascatur ulla suspicio.

ACTUS IV. SCENA VI.

CHREMES, CLITIPHO, SYRUS.

CH. UBi [1] *Clitipho nunc est?* SY. *eccum me,* [2] *inque.* CL. [3] *eccum hîc tibi.*
CH. [4] *Quid rei esset, dixti* [5] *huic?* SY. *dixi pleraque omnia.*
CH. *Cape hoc* [6] *argentum, ac* [7] *defer.* SY. [8] *i, quid stas* [9] *lapis?*
[10] *Quin* [11] *accipis?* CL. [12] *cedo* [13] *sanè.* SY. *sequere hac me* [14] *ociùs:*
[15] *Tu hîc nos, dum* [16] *eximus, intereà* [17] *opperibere:*
Nam [18] *nihil est,* [19] *illic quod moremur diutiùs.*
CH. [20] *Minas quidem jam decem habet à me filia:*
Quas pro [21] *alimentis esse nunc* [22] *duco* [23] *datas.*
[24] *Hasce* [25] *ornamentis consequentur* [26] *alteræ:*
[27] *Porrò* [28] *hę* [29] *talenta dotis* [30] *apposcunt* [29] *duo.*
[31] Quàm multa injusta ac prava [32] fiunt moribus!
Mihi nunc, [33] *relictis rebus, inveniendus est*
[34] *Aliquis, labore* [35] *inventa mea cui dem* [36] *bona.*

1 Qui argentum ad Bacchidem deferat. Chremes argentum adfert, quod det Clitiphoni: ad postremum queritur de sumptu faciendo filię causâ. 2 Dic, responde patri. Non enim Clitipho audet intueri patrem. 3 Sc. *me*, id est, ecce cum hîc tibi, quem queris, id est, adsum. Hîc Clitipho Syro præcipienti obsecundare incipit, & in sequentibus pergit. 4 Quid, aut cur hoc argentum debeat deferre. 5 Filio meo Clitiphoni. 6 Decem minas id est, centum coronatos. 7 Ad Bacchidem pro liberanda filia. 8 Hæc verba Chremeti Guyetus tribuit, adempta Syro: cui tamen ideò deberi potiùs videntur, ut admiratione cunctantem adolescentem impellat, memor præcepti sui, *cave quicquam admiratus sis.* 9 Stupide, ignave. Plaut. *Nullum hoc est stolidius saxum.* 10 Cur non. 11 Argentum. 12 Da, porrige mihi, pater, quandoquidem dare lubet. 13 Assentientis est. Sic Andr. 1, 2. *Nempe ergo apertè vis, quæ restant, me loqui?* D sanè *quidem.* 14 Citò. Syrus callide festinat, ut Clitiphonem, non satis idoneùm docte ferre fallaciam, amoveat. 15 Chreme. 16 Ex ædibus Menedemi. 17 Antiquum, pro *opperieris*, id est, exspectabis. 18 Nulla causa est, ob quam, &c. 19 In domo Menedemi. Hoc addit ne Chremes suspicetur, causam quæsitam apud Bacchidem manendi. 20 Centum coronatos. Init rationem tenax senex, quot quantisque auctus sit damnis, inventa filia, ad alimenta, ornamenta, dotem. 21 Nutrimentis, id est, cibo, potu & vestibus. 22 Puto, æstimo. 23 Bacchidi. 24 Decem minas. 25 Pro indumentis. 26 Totidem minæ, id est, decem. 27 Deinde. 28 Decem minæ pro alimentis & ornamentis. 29 Mille & ducentos coronatos. Talentum valet sexcentis coronatis Gallicis. 30 Mox poscent, adjungent sibi, id est, in dotem accipient: filia enim mea nubilis est. 31 Epiphonema in hominum mores improbos. 32 Ex pravâ vitæ consuetudine nascuntur! qualis est talis pecunię profusio in liberis & educandis, & elocandis. 33 Omnibus meis negotiis posthabitis. 34 Scilicet *gener.* 35 Parta, quæsita labore meo. Infrà 5, 4. *ut serves, quod labore* invenerit. 36 Cum filia dotata.

ACTUS IV.

ACTUS IV. SCENA VII.

MENEDEMUS, CHREMES.

ME. [1] *MVltò* [2] *omnium nunc me* [3] *fortunatißimum*
Factum puto eſſe, gnate, cùm te intelligo
[4] *Reſipiſſe.* CH. [5] *ut errat!* ME. *te ipſum quærebam, Chreme:*
Serva, [6] *quod in te eſt,* [7] *filium,* & [8] *me,* & [9] *familiam.*
CH. [10] *Cedo, quid vis faciam?* ME. [11] *inveniſti hodiè* [12] *filiam.*
CH. [13] *Quid tum?* ME. *hanc uxorem ſibi dari* [14] *vult Clinia.*
CH. *Quæſo,* [15] *quid tu hominis es.* ME. [16] *quid?* CH. *jam-ne oblitus es,*
Inter nos quid ſit dictum de [17] *fallaciâ,*
Vt [18] *eâ viâ abs te argentum auferretur?* ME. [19] *ſcio.*
CH. [20] *Eares nunc agitur ipſa.* ME. *quid narras, Chreme?*
[21] *Imò* [22] *hęc quidem, quę apud me eſt, Clitiphonis eſt*

1 Chremes, dum Menedemum credit per Syrum decipi, ipſe per Syrum & Clitiphonem deceptus eſt.
2 Scilicet *hominum.* Hæc egrediens domo ſenex, intrò ad filium loquitur.
3 Feliciſſimum.
4 Reſipuiſſe, id eſt, è vitiorum gurgite ad ſanam mentem & rectam vivendi rationem emerſiſſe. *Reſipiſcere* enim, eſt ad priorem mentis ſtatum, vel ad meliorem redire. 5 Quantùm fallitur Menedemus, quod filium ſuum putat reſipuiſſe! Secum iſta loquitur Chremes, qui Menedemum credit decipi, cùm ipſe decipiatur. 6 Quantum in tuâ poteſtate eſt. 7 Sc. *meum*, id eſt, Cliniam. 8 Senem. 9 Rem familiarem, facultates. Sic infrà 5, 1. *Decem dierum vix mihi eſt familia, Familia* proprie eſt turba famulorum. Deinde tamen paulatim uſus invaluit, ut *familia* appellatione comprehenderentur tam liberi, quàm ſervi, unius patrisfamilias juri ſubjecti. Poſt hæc ad eos quoque hoc nomen tranſlatum eſt, qui ex eâdem ſunt cognatione: ut, *Cæſarum, Scipionum familia.* 10 Dic. Cum Menedemus tam accurato initio uſus eſſet, Chremes quid ergo eſt, inquit, quo filium tuum, & te, & familiam ſervare poſſim? 11 Quibus verbis Chremetis ſolicitatem ſignari voluit, ut cum honore mox nurum expeteret, cujus agnitionem prædicaverat. 12 Antiphilam. 13 Quid ea res ad te & filium ſervandum pertinet? 14 Cupit, petit. 15 Qualis tu homo es? 16 Quid ita? 17 Tibi ſtruendâ per ſervum de emungendo argento. Vide ſupra 3, 1. 18 Eo modo, ſcilicet fingendo filium tuum cupere uxorem. 19 Hoc eſſe dictum inter nos. 20 Fallacia ipſa, ſcilicet ut decipiaris, nunc tractatur. 21 Ironia. Non enim ſeriò dicit, ſed tantùm ut rideat credulitatem Menedemi. 22 Bacchis.

Amica,

Amica. CH. [1] *ita ajunt: & tu* [2] *credis?* ME. [3] *omnia.*

CH. *Et* [4] *illum ajunt velle uxorem, ut, cùm* [5] *desponderim,*

[6] *Des,* [7] *quî* [8] *aurum, ac* [9] *vestem, atque* [10] *alia,* [11] *quæ opus sunt,* [12] *comparet.*

ME. [13] *Id est profectò:* [14] *id* [15] *amicæ dabitur.* CH. [16] *scilicet*

Daturum. ME. [17] *ah! frustra igitur* [18] *gavisus sum miser.*

Quidvis tamen jam [19] *malo, quàm* [20] *hunc* [21] *amittere.*

Quid nunc [22] *renunciem abs te* [23] *responsum, Chreme.*

Ne [24] *sentiat me* [25] *sensisse, atque* [26] *ægrè ferat?*

CH. [27] *Ægrè? nimiùm illi, Menedeme, is* [28] *indulges.*

ME. [29] *sine:*

Inceptum est: [30] *perfice hoc mihi perpetuum, Chreme.*

CH. [31] *Dic convenisse, egisse te de nuptiis.*

ME. *Dicam:* [33] *quid deinde?* CH. [34] *me facturum esse omnia:*

[35] *Generum placere: postremò etiam, si voles,*

[36] *Desponsam quoque esse dicito.* ME. [37] *hem! istuc volueram.*

1 Clinia, Syrus & Dromo.
2 Eam esse amicam Chiphonis?
3 Sc. credo.
4 Cliniam filium
5 tum.
6 Spoliam futuram pro misero filiam meam Antiphilæ.
7 Tradas argentum.
8 Quo, vel unde.
9 Vestimenta.
10 Ornamenta muliebria.
11 Quæ ad nuptias requiruntur.

12 Emat sibi. 13 Res ita se habet, quemadmodum dixisti. 14 Argentum à me extortum. 15 Bacchidi meretrici. 16 Scire licet, manifestum est, certum est, filium tuum Cliniam daturum esse, quicquid ad aurum, vestem, aliaque per nuptiarum causam paranda, abs te peter. Firmat enim Chremes, quod jam divinans dixerat Menedemus, *id amicæ dabitur.* Notandum obiter, infinitivam hanc orationem regi à verbo *scire*, quod inclusum est particulæ *scilicet.* Sic Supra 2, 3. *scilicet fallurum me esse:* & infrà 5, 1. *Continuò* injecisse verba *Dromonem* scilicet. 17 Interjectio dolentis, quod non potuerit suâ sponte animadvertere talem fallaciam. 18 Quod putarim filium respuisse, animumque revelà ad nuptias adjecisse. 19 Perpeti. 20 Filium. 21 Dimittere. 22 Illi, nempe filio Cliniæ. 23 Sc. *esse.* 24 Intelligat filius. 25 Percepisse iftam fallaciam, id est, sub specie nuptiarum argentum à me extorqueri. 26 Filius. 27 Times ne ægrè ferat? Corripientis est. 28 Permittit quæcunque vult. 29 Permitte hoc mihi. 30 Adjuva me porrò, sicut semel cœpisti me adjuvare, neque defatigeris continuandis officiis, quandoquidem hoc facere apud me statui. 31 Dicito filio tuo te allocutum esse me, vel te communicasse mecum. 32 Mentionem feciss, locutum esse. 33 Dicam? 34 Sc. *dic.* 35 Maritum filiæ meæ placere mihi. 36 In matrimonium illi promissam Antiphilam. 37 Lætantis.

1 An sufficit tibi hoc, dum unum istum diem habes, in quo argentum extorqueas?

CL. 1 *Tantum sat habes?* 2 *quid tum quæso, si* 3 *hoc* 4 *pater resciverit?*

SY. 5 *Quid, si redeo ad illos, qui ajunt,* quid si nunc cœlum 6 ruat?

CL. 7 *Metuo, quid* 8 *agam.* SY. 9 *metuis? quasi non* 10 *ea potestas sit tua,*
Quo velis in tempore ut te 11 *exsolvas, rem facias palàm.*

Repetitur ex oratione Syri, qui dixerat: *Unus est dies, dum argentum eripio: pax,* id est, tantum est; repetit Clinia: *tantum sat habes?* 2 Sc. *accidet, fiet.* 3 Hanc simulationem ad eum decipiendum. 4 Clitiphonis, sc. Chremes. 5 Indignatus Syrus tot repetitionibus Cliniæ dicentis: *si hoc, vel illud,* &c. usus est proverbiali Ironiâ in eos, qui tutissimis in rebus omnia timent, ac dicere solent, *quid si hoc, quid si illud acciderit?* & ostendit suo responso, talia dicta esse ridicula. 6 Deorsum labatur: quod dictum est ridiculum dictu. Hoc dictum unde profectum sit, docet Aristoteles l. 5. Phys. scribens, priscis & rudibus mortalibus persuasum fuisse, cœlum Atlantis humeris sustineri: quod si ille se subduxisset, fore ut è sublimi in terram decideret. 7 Incertus sum, dubito. 8 Incipiam præ metu. 9 Dubitas, incertus es? 10 Tanta. 11 Liberes prorsus eo metu, quo dicis te metuere. 12 Consentientis vox. 13 Deducatur ad me, ut celetur itidem, ut celata adhùc est. 14 Tempestive, opportune. 15 Bacchis egreditur è domo Chremetis, in quâ erat.

ACTUS IV. SCENA III.

BACCHIS, CLINIA, SYRUS, DROMO, PHRYGIA.

1 Adverbium jurantis. Bacchis irata ob decem minas nondũ traditas, abituram se simulat: cum Syro expostulat. Tandẽ placata suasu ejusdem, cũ omni strepitu ac turbâ transit ad Menedemũ tantisper, dũ Chremes fallatur.

BA. *Satis* 1 *pol* 2 *protervè me Syri promissa* 3 *hùc* 4 *induxerunt,*
5 *Decem minas quas mihi dare pollicitus est: quod si* 6 *is nunc me*

2 Petulanter, inconsideratè, ἀσκόπως. 3 Ad Clitiphonem. 4 Bonis & magnificis verbis. *Inducitur* aliquis, cum verbis alterius decipitur. 5 Propter centũ coronatos. Guyetus hoc appositive dictum vult per ἀντίφρασιν, sc. Syri promissa, quæ sunt decem minæ. Plaut. Amph. *Navem quem convenire volui, in navi non erat.* Noster Eun. *Eunuchũ quem dedisti nobis, quas turbas dedit?* Malim tamen istũ accusativũ regi à verbo æquipollenti, nempe *si is me deceperit,* idem est ac si dicat, *si non dederit. Una autem mina* valet decem coronatis: *decem* ergo *minæ* valent centum. 6 Syrus nõ dederit pecuniam.

Dete-

Deceperit; [1] *sæpè obsecrans me, ut* [2] *veniam, frustrà veniet:*
Aut cùm venturam dixero, & [3] *constituero; cùm* [4] *is certò*
[5] *Renunciârit; Clitipho cùm in spe* [6] *pendebit animi;*
[7] *Decipiam, ac non veniam;* [8] *Syrus mihi tergo pœnas pendet.*
CL. [9] *Satis scitè* [10] *promittit tibi.* SY. *atqui tu* [11] *hanc* [12] *jocari credis?*
[13] *Faciet, nisi* [14] *caveo.* BA. [15] *dormiunt: pol ego istos* [16] *commovebo.*
[17] *Mea Phrygia, audistin' modò iste* [18] *homo quam* [19] *villam demonstravit*
Charini? PH. [20] *audivi.* BA. [21] *proximum esse huic* [22] *fundo ad dextram?* PH. [23] *memini.*
BA. [24] *Curriculo percurre: apud* [25] *eum* [26] *miles* [27] *Dionysia agitat.*

1 Ordo est: *Sæpè veniet obsecrans me frustrà, ut veniam*, id est, Syrus sæpè frustra obsecrabit me, ut veniam.
2 Ad Clitiphonem.
3 Confirmavero, id est, certum diem & horam adventus dixero. *Constituere* enim, ἐλληπτικῶς dicitur, pro constituere diem, horam, &c. rei alicui agendę. Sic Juv. *Aut ubi nocturnæ Numa* constituebat *amicæ.* 4 Syrus. 5 Retulerit pro certo hero suo Clitiphoni, sc. me venturam. 6 Anxiè exspectabit, vehementer excruciabitur, sollicitus & dubius, quasi suspensum animum gerens. 7 Tum ego fallam eum. 8 In ultionem injuriæ meæ dorso suo pœnas persolvet, ita ulciscar Syrum: verberabitur enim, si hero renunciaverit pro certo, me venturam, & ego tamen non venero, adeòque spem ejus fefellero: putabit enim Syri negligentia factum. 9 Bacchis minatur satis pulchrè se facturam, ut pœnas luas, si eam fallas. 10 Minatur pœnas. Virg. 2. Æn. Promisi *ultorem, & verbis odia aspera movi.* 11 Bacchidem. 12 Joco dicere illa? 13 Faciet revera id, quod minatur, id est, reverà vapulabo. 14 Providero, ut illi pecunia extorqueatur. 15 Clinia & Syrus securi jam sunt, nec minas meas curant, neque de pecuniis provident: q. d. surdos agunt. 16 Excitabo eos, excutiam eis somnum. 17 Apostrophe ad ancillam. 18 Miles scilicet. 19 Domum agrestem. 20 Descriptio ancillæ eleganter edoctę, ut subserviat orationi dominæ suæ; totam historiam fingentis, utcunque opus erat, verbis. 21 Non-ne audivisti, eam villam esse proximam, &c. 22 Prædio. *Fundus* est pars agri, & quævis possessio rustica: ita dicta, quòd *fundat* quotannis multa: singula enim prata, singulæ vineæ, singuli horti, singula pomaria, &c. singuli fundi sunt, idque in agro tantùm. 23 Recordor eum demonstrasse ita. 24 Continuato cursu, celeriter eò curre, propera quasi curru celeriter vecta. 25 Charinum. Meretrix argentum extorquere cupiens, alterius amatoris mentionem injicit, confingens se constituisse, ut ad convivium illùc veniret. 26 Meus amator. Hic est, de quo Syrus suprà dixit 2, 3, 124. *Nam miserè quendam offendi ibi militem ejus noctem orantem.* 27 Festa Bacchi, sive Bacchanalia, quibus adesse solent, celebrat. De *Dionysiis* vide suprà 1, 1, sub finem.

SY. [1] *Quid inceptat?* BA. *dic me* [2] *hîc* [3] *oppidò esse* [4] *invitam, atque* [5] *asservari:*
Verùm aliquo pacto [7] *verba me his daturam esse, &* [8] *venturam.*
SY. [9] *Perii hercle! Bacchis,* [10] *mane, mane: quò mittis* [11] *istam, quæso?*
Iube [12] *maneat.* BA. [13] *abi.* SY. [14] *quin paratum est argentum.* BA. [15] *quin ego manco.*
SY. [16] *Atqui jam dabitur.* BA. [17] *ut lubet, nùm ego* [18] *instо?* SY. *at scin'* [19] *quid,* [20] *sodes?*
BA. *Quid?* SY. *transeundum nunc tibi ad Menedemum est, &* [21] *tua pompa*
Eò traducenda est. BA. *quam rem agis* [22] *scelus?* SY. *ego argentum* [23] *cudo,*
Quod tibi dem. BA. *dignam me putas, quàm* [24] *illudas?* SY. [25] *non est temerè.*
BA. *Etiam-ne tecum* [26] *hîc res mihi est?* SY. [27] *minimè: tuum tibi reddo.*

1 Quid hæc Bacchis de novo molitur & parat?
2 Apud Clitiphonem.
3 Valde.
4 Contra voluntatem meam.
5 Detineri, cũ studio & diligenti inspectione servari. Sic in Andr. *Cura* asservandum *vinctum.*
6 Sed dic, &c.
7 Me decepturam hos, qui me hîc habent, quacunque ratione. 8 Ad militem. 9 Hæc ad spectatores conversus Syrus dicit, ita ut Bacchis non audiat. 10 Expecta paulisper. 11 Phrygiam. 12 Sc. ut. 13 Discede tu Phrygia, quod te facere jussi. 14 Verum, sed. 15 Q.d. Quid dicis ut maneam? Non vides me hîc manere? Et idẽ verbũ, *quia*, repetit more iratorũ. 16 Sed statim dabitur tibi argentũ. 17 Dabis argentũ, si quando lubet: detur nec ne, non curo ampliùs: ergo ut certiùs nõ instabo tibi: sed si non accipiã, vapulabis. His enim verbis quasi blandiendo Syro minatur Bacchis, fingitque se non magnopere curare ut habeat argentum; cùm tamen in eo illi sint omnia, cuiq; nihil præter pretium dulce erat jamdudũ. 18 Urgeo ut des argentũ? Q.d. non. 19 Faciendũ tibi sit? 20 Quæso, precor. Blandientis est. 21 Nobilis tuus comitatus (sc. ancillæ decem, & ceteri comites, qui venerunt, aurum, vestes) ad Menedemum transportandus est. Ita Plautus de servili comitatu, Curcul. 1, 1, 1. & 2. *Quò te hoc nostis dicam proficisci foras cum istoc ornatu, cumque hac* pompã, *Phædrome?* *Pompa* Græca vox est, significatque apparatum solennem cum ostentatione, & specie quadam triumphi. Hinc & *funerum*, & *ludorum* ac *spectaculorum pompæ* dicuntur. 22 Sceleste. 23 Paro, conficio, vel cogito, quâ ratione argentum inveniam, quasi fabricarem illud: nam propriè *cuditur* argentum, dum imprimitur. *Cudo* enim est ferio, tundo: unde *incus*, *incudis*, dicitur instrumentum, in quo aliquid *cudimus*, id est, feriendo seu tundendo formamus. Elegans est Metaphora sumpta à fabris. 24 Irrideas? Dicimus autem *illudo te*, & *tibi*, & *in te*, tam in accusativo, quàm in ablativo. 25 Hoc, quod insolitor, non paratur inconsulte, sine causâ, id est, nõ illudo te, vera causa est, vera ratio est, ob quam volo te ad Menedemũ transire. 26 In hac re, ut ad Menedemũ traducar? Q.d. Non ergo tantùm apud Chremetẽ, sed *etiam hîc* apud Menedemũ mihi tecum erit negotiũ? Hoc indignabunda Bacchis dicit. 27 Tibi quidem rei nihil mecum est, sed nonnihil mihi tecum: argentũ enim cudo, ut tibi reddam decem illas minas, quas tibi me daturum promisi.

BA.

BA [1] *Eatur.* SY. [2] *sequere hac:* [3] *Heus Dromo.* DR. [4] *quis me vult?* SY. *Syrus.* DR. *quid est rei?*
SY. *Ancillas omne Bacchidis* [5] *traduce hùc* [6] *ad vos* [7] *properè.*
BA. [8] *Quam ob rem?* SY. *ne* [9] *quaras:* [10] *efferant,* [11] *quæ secum hùc attulerunt:*
[12] *Sperabit sumptum sibi senex esse* [13] *harum abitu levatum.*
[14] *Næ* [15] *ille haud scit, hoc paulùm lucri quantum sibi* [16] *damni* [17] *apportet.*
[18] *Tu nescis id, quod scis, Dromo, si sapies.* DR. [19] *mutum dices.*

1 Ame & ancillis meis ad Menedemum.
2 Sequere me, Bacchis, hac.
3 Vocantis particula.
4 Hæc Dromo loquitur ex ostio.
5 Pro *traduc.*

6 In ædes heri tui Menedemi. 7 Festinanter, celeriter. 8 Quare traducam? 9 Interroges. 10 Ancillæ exportent ea, quæ, &c. 11 Sc. vestes, aurum. Indicat meretrices furaces esse solere, & habere viscatas manus. 12 Chremes sperabit impensam esse diminutam sibi discessu harum mulierculârum. 13 Bacchidis & ancillarum. 14 Cerè. Affirmandi Adverbium est. 15 Chremes senex. 16 Ob centum coronatos, quibus emungendus est. 17 Adferat. 18 Hunc versum Eugraphius benè explicat: *id age, ut nescisse videaris.* Q. d. Quod scis, perinde contine atque dissimula, quasi nescias. Sic Eun. 4, 4. *Pol, si sapis, quod scis, nescis.* Guyetus ejicit, tanquam ex Eunucho interpolatum. Dixit enim Syrus, *ne quaras.* Ergo nihil sciebat Dromo; quare id tacuisse non opus fuit. 19 Adeò scilicet sum taciturus, neque verborum quicquam locuturus.

ACTUS IV. SCENA IV.

CHREMES, SYRUS.

CH. [1] *Ita me dii amabunt, ut nunc Menedemi* [2] *vicem*
Miseret me, tantum deveniſſe ad [3] *eum mali.*
Illanc-cine [4] *mulierem alere* [5] *cum illâ familia?*
Etſi ſcio, hoſce aliquot dies non [6] *ſentiet:*
[7] *Ita magno deſiderio fuit ei filius.*
Verùm ubi videbit [8] *tantos ſibi ſumptus domi*

1 Per fallaciam Syrus ab hero Chremete argentum accipit.
5 Menedemi rursus miseretur Chremes, ob tradu-

ctam ad illum cum omni pompâ sumptuosam Bacchidem: quam Cliniæ, non tui filii Clitiphonis, amicam puta. 2 Sc. *ob* vel *propter* fortunam Menedemi, vel loco Menedemi, id est, causa sua. 3 Menedemum, id est, quòd tantum mali ad eum devenit. 4 Bacchidem, quæ est sumptuosa. 5 Cum tanto ancillarum comitatu? 6 Incommodum. 7 Adeò, tantopere desideravit filium. 8 Tantas impensas quotidiè faciendas fieri sibi domi videbit Menedemus. Amplificat sumptus à magnitudine & diuturnitate temporis.

Quo-

Quotidianus fieri, nec fieri [1] modum,
Optabit rursum ut abeat ab se filius.
Syrum [2] optimè eccum. SY. [3] *cesso hunc adoriri?*
CH. [4] *Syre.* SY. [5] *hem!*
CH. [6] *Quid est?* SY. *te mihi ipsum [7] jam dudùm optabam [8] dari.*
CH. *Videre egisse jam nescio quid cum [9] sene.*
SY. [10] *De illo, quod dudùm? [11] dictum factum reddidi.*
CH. [12] *Bonâ-n' fide?* SY. [13] *bonâ herclè.* CH. *non possum [14] pati,*
[15] Quin tibi caput demulceam: accede hùc Syre:
Faciam boni tibi aliquid pro [16] istâ re, ac [17] lubens.
SY. *At si scias, quam [18] scitè in mentem [19] venerit.*
CH. [20] *Vah! [21] gloriare evenisse [22] ex sententiâ?*
SY. [23] *Non hercle verè: [24] verùm dico.* CH. *dic, quid est?*
SY. [25] *Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem*
[26] *Menedemo dixit Clinia, & [27] eâ gratiâ*
Secum [28] adduxisse, ne [29] id tu [30] persentisceres.
CH. [31] *Probè.* SY. [32] *dic sodes.* CH. [33] *nimiùm inquàm.* SY. [34] *imò sic satis.*
Sed porrò ausculta quod supereſt [35] fallaciæ.

1 Finem in sumptibus.
2 Iptempore, opportune venientem.
3 Quid moror Chremetem quasi ex insidiis & de improviso invadere sive aggredi? *Adoriri* enim is dicitur, qui insidiosè & repente aliquem invadit.
Metaphora à re militari & latronibus.
4 Vocando pronuntiandum.

5 O here! Vox gaudentis. 6 Quod tam lætus sis. 7 Longo ante tempore. 8 Sc. *obviam*: vel *dari* simpliciter, id est, offerri, occurrere. 9 Menedemo, eum sc. fallendo, ut ego postulaveram. 10 Dicis me egisse de illâ re, sc. de eo fallendo, de quo paulò antè egeramus? sc Act. 3. Sc. 2. *Hac illac circumcursa*, &c. Hoc dicit Chremes propter præcedentia illa Syri: *te mihi ipsum jam dudum optabam dari.* 11 Cùm dixisses, factum continuò reddidi. Proverbialis figura, quâ nihil in negotio procurando prætermissum significamus. Potest etiam dici esse proverbium celeritatis. Sic Andr. Dictum ac factum, *invenerit aliquam causam, quamobrem ejiciat oppido.* 12 Verene illa dicis? Nam *fides* (autore Ciceronе Offic. 1) *est dicto ut conventorumque constantia & veritas.* 13 Sc. *fide dico.* 14 Me continere, durare, χαρτερεῖν. 15 Quod non suaviter tibi attrectem caput. Quod pueris fieri solet per blanditiarum delicias ab iis, qui eos collaudant. 16 Illa fallacia. 17 Lubenter, bono animo. 18 Pulchrè, ingeniosè. 19 Ista fallacia, sc. *gratulaberis mihi amplius.* 20 Interjectio irridentis est hîc: sed tamen joco eum illudit, non seriò. 21 Al. *hariolare*, id est, divinas. 22 Ut volebas? 23 Glorior. 24 Sed tantùm dico, 25 Sc. *filii.* 26 Patri. 27 Ea causa, propterea. 28 In domum patris. 29 Esse amicam filii. 30 Animadverteres. 31 Recte excogitatum est. 32 Sc. *veritatem.* 33 Probissime factum est. 34 Mediocriter factum est. 35 Scilicet *id.*

Sese

Sese [5] *ipse* [1] *dicet tuam vidisse* [3] *filiam* :
[4] *Sibi complacitam ejus formam, postquam aspexerit:*
Hanc [5] *cupere uxorem.* CH. [6] *modò-ne* [7] *quæ inventa est?* SY. [8] *eam* :
Et quidem jubebit [9] *posci.* CH. *quam ob rem* [10] *istud, Syre?*
Nam [11] *prorsùm nihil* [12] *intelligo.* SY [13] *hui!* [14] *tardus es.*
CH. [15] *Fortasse.* SY. *argentum* [16] *dabitur* [17] *ei ad nuptias,*
Aurum, atque vestem, [18] *quî,* [19] *tenes-ne?* CH. *comparet?*
SY. [20] *Idipsum.* CH. *at ego* [21] *illi nec* [22] *do, nec* [23] *despondeo.*
SY. *Non? quam ob rem?* CH. *quam ob rem me rogas?* [24] *homini.* SY. [25] *ut lubet.*
Non ego [26] *in perpetuum dicebam illam illi ut dares,*
Verùm ut [27] *simulares.* CH [28] *non mea est simulatio:*
[29] *Ita tu istac tua misceto ne me admisceas.*
Egon', cui [30] *daturus non sim, ut* [31] *ei* [32] *despondeam?*

1 Cliniæ.
2 Patri suo.
3 Amiphilam.
4 Dicit etiam pulchritudinem filiæ complacuisse sibi: nam *complaceo* facit in perfecto *complacui* & *complacitus sum.*
5 Sc. *dicet.*
6 Paulò antè.
7 Eam ne dicis, quæ modò inventa est mea filia?
8 Dico, quæ inventa est, *vel*, eam cupit uxorem. 9 Faciet ut per aliquos à te filia tua petatur in uxorem: quod facit Menedemus Sc. 7. 10 Scilicet *dicis*, vel *fieret?* 11 Omninò. 12 De hac causâ. 13 Interjectio indignantis. 14 Hebes & obtusus ingenio, quòd me intelligere non possis. 15 Possibile est me esse tardum. 16 A Menedemo. 17 Cliniæ. 18 Quo argento aureos annulos, cæteraque aurea ornamenta (materia pro materiato) & pretiosas vestes, &c. per Apoſiopesin (supplet Chremes) *comparet*, id est, emat filiæ ad nuptias honestè celebrandas. Simile est illud Andr. 3, 1. L. *Bonum ingenium narras adolescentis.* M. *optimum.* 19 Intelligis-ne, scisne quid dicere velim? 20 Scilicet *est.* 21 Cliniæ. 22 Filiam. 23 Promitto futuram sponsam filiam meam. 24 Ex Andr. 5, 1. *homini adolescentulo, in alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria*, & (ut putabat Chremes) Bacchidi, meretrici superbæ & sumptuosæ, addictissimo, ei ego *filiam darem in seditionem atque incertas nuptias?* 25 Sc. *facias.* 26 Ut totam vitam exigeret cum marito. 27 Te illam dare ei ad tempus. 28 Non decet me, qui vir gravis sum, simulare, id est, aliud verbis, aliud animo velle. Suprà dixerat Syrus, *mentiri non est meum*: reddit illi Chremes: *non mea est simulatio.* 29 Ita tu tuas technas & fallacias confundito seu effingito, ut sine me hæc perficias. 30 Ex animo. 31 Cliniæ. 32 Promittam futuram sponsam? Tò *despondere* hîc de patre sponsæ dictum; at And. 1, 1. de patre sponsi, *Placuit despondi*, &c. promiscuè enim usurpantur à probatissimis autoribus.

SY.

SY. [1] *Credebam.* CH. [2] *minimè.* SY. [3] *scitè* [4] *poterat fieri:*
Et ego [5] *hoc, quia* [6] *dudùm tu tantoperè* [7] *jusseras,*
[8] *Eò cœpi.* CH. *credo.* SY. *cæterùm equidem istuc, Chreme;*
[9] *Æqui bonique facio.* CH. *atqui cùm maximè*
[10] *Volo te dare operam ut* [11] *fiat:* [12] *verùm aliâ viâ.*
SY. *Fiat:* [13] *quæratur aliud.* [14] *Sed illud quod tibi*
Dixi de argento, quod [15] *ista* [16] *debet Bacchidi,*
Id nunc [17] *reddendum est illi.* [18] *Neque tu scilicet*
[19] *Eò nunc confugies,* [20] *quid meâ? nùm mihi* [21] *datum est?*
Nùm jussi? nùm [22] *illa* [23] *oppignorare filiam*
Meam [24] *me invito potuit? verùm* [25] *illud, Chreme,*
[26] *Dicunt:* [27] jus summum, sæpè summa est [28] malitia.
CH. [29] *Haud faciam.* SY. *imò, aliis si* [30] *licet,* [31] *tibi non licet:*
[32] *Omnes in* [33] *lautâ te, &* [34] *benè parte auctâ putant.*
CH. *Quin egomet jam ad* [35] *eam* [36] *deferam.* SY. *imò* [37] *filium*
[38] *Iube potiùs.* CH. [39] *quam ob rem?* SY. *quia* [40] *enim in* [40] *eum suspicio est*

1 Tibi persuaderi hoc posse, ut assimules interim.
2 Hoc facturus sum.
3 Commodè.
4 Sc. id.
5 Consilium de extorquendo argento.
6 Antehac.
7 Ut fingerem aliquam technam in fallendo Menedemo.
8 Ideò, ob eam causam incepi.
9 Boni facio, & consulo. Sunt phrases ἐλλειπτικαὶ; plene primùm dicebatur, *boni causâ facio, boni causâ consulo.* 10 Cupio. 11 Ut fallatur Menedemus 12 Sed volo id fieri alio modo, ne me admisceas. 13 Aliud commodius consilium fallendi Menedemum excogitetur. 14 Depulsus eo, quod agitavera, consilio Syrus, aliò vertit. 15 Antiphila filia tua. 16 Quia ab anu Corinthia, quæ mortua est, data fuit pignori. 17 Est enim necesse, filiam ab oppignoratione priùs liberari, quam ea despondeatur alteri. 18 Per occupationem occurrit veterator servus iis, quæ poterat Chremes objicere & respondere. 19 Ad eas rationes, quæ sequuntur, recurres, dicendo: *quid meâ*, &c. 20 Refert, aut interest. 21 Argentũ. 22 Anus Corinthia. 23 Pro pignore dare apud Bacchidẽ. 24 Me nolente. Q. d. Filia mea me patre inscio est oppignorata. contractus igitur est invalidus. 25 Proverbium 26 Homines vulgò. 27 Nimius juris rigor. A jure summo ad æquitatẽ invitat Syrus Chremetẽ, quę est propria bonorũ virorũ laus. *Summũ jus* dicitur, quando leges sine aliquâ mitigatione observantur: *æquitas*, mitigatio legum propter justam causam, sive summi juris remissio. 28 Injuria. 29 Non confugiã ad eas rationes summi juris. 30 Sequi juris rigorem, uti summo jure. 31 Qui sc. dives es. 32 Omnes enim existimant te esse divitem civẽ. 33 Splendidâ. 34 Quæ amola est, ut possis mutuũ reddere. 35 Bacchidẽ. 36 Decẽ minas. 37 Clitiphonem. 38 Deferre argentum ad eam. 39 Juberem filium deferre. 40 Certè. 41 Filiũ tuũ, quem Menedemus putat esse amatorem Bacchidis.

Translata

Translata amoris. CH. [1] *quid tum?* SY. *quia vide-*
bitur
Magis verisimile [2] *id esse, cùm* [3] *hic* [4] *illi* [5] *dabit:*
Et simul [6] *conficiam facilius ego, quod* [7] *volo.*
[8] *I, se adeò adest: abi, effer argentum.* CH. [9] *effero.*

1 Quid inde sequitur, si translata est in eum amoris suspicio? 2 Quòd Bacchis sit amica Clitiphonis. 3 Filius Clitipho. 4 Bacchidi. 5 Argentum. 6 Efficiam, perficiam, id est, facilùs Menedemum decipiam, sub specie tui decipiendi. 7 Conficere. 8 Clitipho ecce advenit. 9 Mox clarurus sum: ut, *mox huc revertor*, & similia.

ACTUS IV. SCENA V.

CLITIPHO, SYRUS.

CL. [1] *NVlla est tam* [2] *facilis res, quin* [3] *difficilis fiet,*
Quam [4] *invitus faciat: sic* [5] *vel me hæc* [6] *deambulatio,*
[7] *Quàm non laboriosa,* [8] *ad languorem dedit:*
Nec quidquam magis nunc [9] *metuo, quàm ne* [10] *denuò*
[11] *Miser aliquò* [12] *extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.*
[13] *Vt te quidem omnes Dii, Dese,* [14] *quantum est Syre,*
Cum tuo isthoc [15] *invento, cumque* [16] *incepto* [17] *perduint!*
Hujusmodi mihi res semper [18] *comminiscere,*
[19] *Vbi me* [20] *excarnifices.* SY. [21] *I tu hinc quò dignus es.*
[22] *Quàm penè tua me* [23] *perdidit protervitas!*

1 Redit Clitipho iratus, vetum à Syro placatur, cùm paratum argentum; & Bacchidem esse apud Menedemum intelligit; simulque, quibus moribus verbisque uti deheat apud patrem, prascribit. 10 Inter omnes actiones humanas. 3 Ut non. 4 Nolens. Ovid. *Et non sentitur fœdifragus labor.* 5 Etiam. 6 Quæ debebat afferre voluptatem. 7 Quamvis sit facilis. 8 Reddidit me planè defessum: quia eam invitus subivi. Plaut. *Ubi sæpè* ad languorem dederis *octonarios labores.* 9 In meo amore. 10 De novo, iterum. 11 Clitipho. 12 Vi expellar in aliquem locum. 13 Jam videns servum, cum eo expostulat. 14 Quantum est Deorum Dearumq; id est, quicunque, quotcunque 15 Figmento. 16 Consilio tuo. 17 Perdant, omni malorum genere te accumulent. Antiquè. 18 Commiscereris, id est, fingis, excogitas. 19 In quibus, id est, ex quibus rebus, per quas res. Plaut. Cap. *Hujusmodi pauca Poeta reperiunt Comœdiæ*, ubi *boni meliores fiunt.* 20 Minutim exercuies. 21 Abi hinc in malam rem, in malam crucem, quâ dignus es, ut meruisti. 22 Quàm pene petulantia, audacia, temeritas tua, & incontinentes ille manus mea consilia disturbassent, meque periculo & iræ patris tui obtulissent! 23 Apud patrem.

CL. [1] *Vel.*

1 Ut mea protervitas te perdidisset. Defendit Clitiphonem suam iracundiam. 2 Sc. es. 3 Ego-ne meritus sum, ut perirem, ut malo macter? Loquitur confidenter Syrus, qui conscius sibi est magnorum in Clitiphonem meritorum. 4 Certè, profectò. 5 Quod ita velis me perditum.

CL. 1 *Vellem hercle factum: ita* 2 *meritus.* SY. 3 *meritus? quo modo?*
4 *Nam me istuc ex te priùs* 5 *audîsse gaudeo,*
Quàm argentum haberes, quod daturus jam fui.
CL. 7 *Quid igitur dicam tibi vis? abiisti, mihi*
8 *Amicam adduxti, quam non licitum est tangere.*
SY. 9 *Iam non sum iratus:* 10 *sed scin' ubi nunc sit tibi* 16
Bacchis? CL. 11 *apud nos.* SY. 12 *non.* CL. *ubi ergo?*
SY. 13 *apud Clinjam.*
CL. 14 *Perii!* SY. 15 *bono animo es: jam* 16 *argentum*
ad 17 *eam deferes,*
Quod 18 *ei es pollicitus.* CL. 19 *garris:* 20 *undè?* SY. *à patre.*
CL. 21 *Ludis fortassè me.* SY. *ipsâ re* 22 *experibere.*
CL. *Nam ego fortunatus homo sum:* 23 *deamo te Syre.*
SY. *Sed* 24 *pater egreditur: cave, quidquam admiratus sis,* 22
25 *Quâ causâ id fiat:* 26 *obsecundato in loco:*
Quod imperabit, facito: 27 *loquitor paucula.*

6 Ne in indignum argentum conferretur. Nam, ut ait Ennius, *Benè facta malè locata, malè facta arbitror.* 7 Quomodo igitur vis me loqui tecum, qui tantam mihi molestiam conteceris, dum eadem ostentas amicam, & interdicis, meque ne præsentibus quidem bonis frui permittis? Minùs hæc contumaciter, vultuque mitiore dicit. 8 Bacchidem. 9 Jam iram posui, cùm ex te hoc verbum audivi: *Amicam adduxti, quam non licitum est tangere.* Verum enim est te mihi jure succensuisse, quod ab amicâ Bacchide tantoperè prohibitus sis. 10 Interponitur aliqua spei mora, ut augeatur beneficii gratia. 11 Domi nostræ puto eam esse. 12 Est apud vos. 13 Sc. in ædibus Menedemi. 14 Quia est apud Cliniam. 15 Bonum animum habeas. 16 Decem minas, sive decem coronatos. Hoc enim est primarium illud consilium Syri, cujus causâ Bacchidem adduxerat. 17 Bacchidem. 18 Bacchidi. 19 Nugaris, inania dicis. Metaph. ab avibus. 20 A quo id argentum extorqueretur? 21 Illudis, derides. 22 Experieris. Antiquum est. 23 Valdè amo. Nam hîc de auget. Gratias agentis esse videtur, ut alibi: *amo te, merito te amo*, &c. 24 Sc. *tuus*, nempe Chremes. 25 Quod tibi pecunia tam facile ab eo tradatur, quam ad Bacchidem deferas. 26 Subservito ei, facito ad nutum ejus, prout locus, id est, occasio seu opportunitas postulat. 27 Ne ex sermonibus tuis, ait Eugraphius, nascatur ulla suspicio.

ACTUS IV. SCENA VI.

CHREMES, CLITIPHO, SYRUS.

CH. UBI [1] *Clitipho nunc est?* SY. *eccum me,* [2] *inque.* CL. [3] *eccum hîc tibi.*

CH. [4] *Quid rei esset, dixti* [5] *huic?* SY. *dixi peraque omnia.*

CH. *Cape hoc* [6] *argentum, ac* [7] *defer.* SY. [8] *i, quid stas* [9] *lapis?*

[10] *Quin* [11] *accipis?* CL. [12] *cedo* [13] *sanè.* SY. *sequere hac me* [14] *ociùs:*

[15] *Tu hîc nos, dum* [16] *eximus, intereà* [17] *opperibere:*

Nam [18] *nihil est,* [19] *illic quod moremur diutiùs.*

CH. [20] *Minas quidem jam decem habet à me filia:*

Quas pro [21] *alimentis esse nunc* [22] *duco* [23] *datas.*

[24] *Hasce* [25] *ornamentis consequentur* [26] *alteræ:*

[27] *Porrò* [28] *hę* [29] *talenta dotis* [30] *apposcunt* [29] *duo.* IC

[31] Quàm multa injusta ac prava [32] fiunt moribus!

Mihi nunc, [33] *relictis rebus, inveniendus est*

[34] *Aliquis, labore* [35] *inventa mea cui dem* [36] *bona.*

[1] Qui argentum ad Bacchidem deferat. Chremes argentum adfert, quod det Clitiphoni: ad postremum queritur de sumptu faciendo filię causâ. [2] Dic, respondet patri. Non enim Clitipho audet intueri patrem. [3] Sc. *me*, id est, ecce eum hîc tibi, quem queris, id est, adsum. Hîc Clitipho Syro præcipienti obsecundare incipit, & in sequentibus pergit. [4] Quid, aut cur hoc argentum debeat deferre. [5] Filio meo Clitiphoni. [6] Decem minas id est, centum coronatos. [7] Ad Bacchidem pro liberanda filia. [8] Hæc verba Chremeti Guyetus tribuit, adempta Syro: cui tamen ideò deberi potiùs videntur, ut admiratione cunctantem adolescentem impellat, memor præcepti sui, *cave quicquam admiratus fis.* [9] Stupide, ignave. Plaut. *Nullum hoc est stolidius saxum.* [10] Cur non. [11] Argentum. [12] Da, porrige mihi, pater, quandoquidem dare lubet. [13] Assentientis est. Sic Andr. 1, 1. *Nempe ergo aperiè vis, quæ restant, me loqui?* D sanè *quidem.* [14] Citò. Syrus callide festinat, ut Clitiphonem, non satis idoneum docte ferre fallaciam, amoveat. [15] Chreme. [16] Ex ædibus Menedemi. [17] Antiquum, pro *opperieris*, id est, exspectabis. [18] Nulla causa est, ob quam, &c. [19] In domo Menedemi. Hoc addit ne Chremes suspicetur, causam quæsitam apud Bacchidem manendi. [20] Centum coronatos. Init rationem tenax senex, quot quantisque auctus sit damnis, inventa filia, ad alimenta, ornamenta, dotem. [21] Nutrimentis, id est, cibo, potu & vestibus. [22] Puto, æstimo. [23] Bacchidi. [24] Decem minas. [25] Pro indumentis. [26] Totidem minæ, id est, decem. [27] Deinde. [28] Decem minæ pro alimentis & ornamentis. [29] Mille & ducentos coronatos. Talentum valet sexcentis coronatis Gallicis. [30] Mox poscent, adjungent sibi, id est, in dotem accipient: filia enim mea nubilis est. [31] Epiphonema in hominum mores improbos. [32] Ex pravâ vitæ consuetudine nascuntur! qualis est talis pecuniæ profusio in liberis & educandis, & elocandis. [33] Omnibus meis negotiis postlabitis. [34] Scilicet *gener*. [35] Parta, quæsita labore meo. Infrà 5, 4. *ut servet, quod labore* invenerit. [36] Cum filia dotata.

Amica. CH. [1] *ita ajunt : & tu* [2] *credis?* ME. [3] *omnia.*

CH. *Et* [4] *illum ajunt velle uxorem, ut, cùm* [5] *desponderim,*

[6] *Des,* [7] *quî* [8] *aurum, ac* [9] *vestem, atque* [10] *alia,* [11] *quæ opus sunt,* [12] *comparet.*

ME. [13] *Id est profectò :* [14] *id* [15] *amicæ dabitur.* CH. [16] *scilicet*

Daturum. ME. [17] *ah! frustra igitur* [18] *gavisus sum miser.*

Quid vis tamen jam [19] *malo, quàm* [20] *hunc* [21] *amittere.*

Quid nunc [22] *renunciem abs te* [23] *responsum, Chreme.*

Ne [24] *sentiat me* [25] *sensisse, atque* [26] *ægrè ferat?*

CH. [27] *Ægrè? nimiùm illi, Menedeme,* [28] *indulges.*

ME. [29] *sine:*

Inceptum est : [30] *perfice hoc mihi perpetuum, Chreme.*

CH. [31] *Dic convenisse,* [32] *egisse te de nuptiis.*

ME. *Dicam :* [33] *quid deinde?* CH. [34] *me facturum esse omnia :*

[35] *Generum placere: postremò etiam, si voles,*

[36] *Desponsam quoque esse dicito.* ME. [37] *hem! istuc volueram.*

1 Clinia, 2 Syrus & Dromo.
2 Eam esse amicam Clitiphonis?
3 Sc. *credo*
4 Cliniam filium tuum.
5 Sponsam futuram promisero filiam meam Antiphilæ.
6 Tradas argentum.
7 Quo, vel undè.
8 Aureos annulos, cæteraque ornamenta aurea.
9 Vestimenta.
10 Ornamenta muliebria.
11 Quæ ad nuptias requiruntur.

12 Emat sibi. 13 Res ita se habet, quemadmodum dixisti. 14 Argentum à me extortum. 15 Bacchidi meretrici. 16 Scire licet, manifestum est, certum est, filium tuum Cliniam daturum esse, quicquid ad aurum, vestem, aliaque per nuptiarum causam paranda, abs te petet. Firmat enim Chremes, quod jam divinans dixerat. Menedemus, *id amicæ dabitur.* Notandum obiter, infinitivam hanc orationem regi à verbo *scire*, quod inclusum est particulæ *scilicet*. Sic Suprà 2, 3. *scilicet facturum me esse*: & infrà 5, 1. *Continuò* injecisse verba *Dromonem* scilicet. 17 Interjectio dolentis, quod non potuerit suâ sponte animadvertere talem fallaciam. 18 Quòd putarim filium resipuisse, animumque reverà ad nuptias adjecisse. 19 Perpeti. 20 Filium. 21 Dimittere. 22 Illi, nempe filio Cliniæ. 23 Sc. *esse*. 24 Intelligat filius. 25 Percepisse istam fallaciam, id est, sub specie nuptiarum argentum à me extorqueri. 26 Filius. 27 Times ne ægrè ferat? Corripientis est. 28 Permittit quæcunque vult. 29 Permitte hoc mihi. 30 Adjuva me porrò, sicut semel cœpisti me adjuvare, neque defatigeris continuandis officiis, quandoquidem hoc facere apud me statui. 31 Dicito filio tuo te allocutum esse me, vel te communicasse mecum. 32 Mentionem fecisse, locutum esse. 33 Dicam? 34 Sc. *dic*. 35 Maritum filiæ meæ placere mihi. 36 In matrimonium illi promissam Antiphilam. 37 Lætantis.

CH. *Tantò*

1 Citiùs, si hoc audivo, quòd sit desponsata.
2 Argentum
3 Dare.
4 Filio.
5 Dare
6 Istimè illi argentum.
6 Certè.
7 Brevi.
8 Quantum

CH. *Tantò* [1] *ociùs te ut* [2] *poscat, & tuid, quod* [3] *cupis,*
Quàm ocissimè ut [4] *des.* ME. [5] *cupio.* CH. [6] *natu* [7] *propediem,*
[8] *Vt istam rem video,* [9] *istius obsaturabere.*
Sed hæc [10] *ut ut sunt,* [11] *cautim, &* [12] *paulatim* [13] *dabis,*
[14] *Si sapies.* ME. *faciam.* CH. *abi* [15] *intrò: vide, quid* [16] *postulet.* 30
Ego domi ero, si quid [17] *me voles.* ME. *sanè* [18] *volo:*
[19] *Nam te scientem faciam, quidquid egero.*

sumptum quem est facturus, video. 9 Largitionis, vel potiùs filii tui, id est, nimiam de filio capies satietatem si multa sint danda. 10 Qualiacunque hæc sunt inter te & filium, quocunque modo ista omnia, quæ dicimus, sese habent, sive sit fallacia, sive non. 11 Callidè seu prudenter, ut quæras causam dandæ pecuniæ. 12 Per particulas, & non multum simul. 13 Illi argentum. 14 Si sapienter agere velis. 15 Ad filium tuum. 16 Petat Clinia Al. *postulent*, sc. Clinia, Clitipho & Syrus. 17 Sc. *facere*. id est, si mea opera egebis. 18 Sc. *ei*. 19 Nam faciam ut sciat, faciam te certiorem, consulam. Al. *te sciente*, id est, ex tuo consilio faciam.

ACTUS V. SCENA I.

MENEDEMUS, CHREMES.

1 Hic Syri fallacia detegitur per Menedemum, ut Cliniæ nubat Antiphila. Bacchidem Clitiphonis esse amicam Menedemus ostendit. Hujus scenæ initium ex Plauto imitatus est Bacch. 5, 1. 2 Sicut opus est, sicut debebam esse, & fui: *vel*, quemadmodum est Chremes meus vicinus. Totum namque hoc principium Ironicum est in Chremetem: ridet enim eum, quod foris sapiat, domi desipiat. 3 Subtilem. 4 Qui me tuis consiliis juvat. Ironicè hæc sunt pronuntianda. 5 Suasor. 6 Qui mihi futura præmonstrat de filio, doctor, præceptor. Plaut. Mil. *Atque hoc ei* præmonstra *& præcipe*. Magistri elogio Chremetem honestat, quod is tantùm sibi præ Menedemo sapere visus esset, ὡς παιδαγωγεῖν αὐτὸν ἱκανὸς, ut regere ipsum se posse putaret. 7 Eo, id est, τῷ non esse astutum & perspicacem, id est, stultitiâ, stupiditate; atque adeò ut ejus stultitia ne nomen quidem invenerit. 8 Me superat, vincit. 9 Horum nominum.

ME. [1] *Ego me non* [2] *tam astutum, neque ita* [3] *perspicacem esse scio:*
Sed hic [4] *adjutor meus, &* [5] *monitor, &* [6] *præmonstrator Chremes*
[7] *Hoc* [8] *mihi præstat: in me quidvis* [9] *harum rerum convenit,*

Quæ

Quæ sunt dicta in [1] *stultum*, [2] *caudex*, [3] *stipes*, [4] *asinus*, [5] *plumbeus*:
[6] *In illum nil potest*: [7] *exsuperat* [8] *ejus stultitia* [9] *omnia hæc.*
CH. [10] *Ohe! jam* [11] *desine* [12] *Deos, uxor*, [13] *gratulando obtundere,*
Tuam esse inventam [14] *gnatam*; [15] *nisi illos tuo ex ingenio judicas,*
Vt nil credas [16] *intelligere, nisi idem dictum est* [17] *centies.*
Sed interim quid [18] *illic gnatus* [19] *cessat cum Syro?*
ME. *Quos ais homines, Chreme, cessare?* CH. [20] *hem! Menedeme advenis?*
Dic mihi, Cliniæ, quæ dixi, nunciastin'? ME. [21] *omnia.*
CH. *Quid* [22] *ait?* ME. *gaudere adeò occepit*, [23] *quasi qui cupiunt nuptias.*
CH. [24] *Ha, ha, hæ.* ME. [25] *Quid risisti?* CH. *servi venêre in mentem Syri*

1 Hominem hebetem.
2 Ista dicuntur in stultum & hebetioris ingenii hominem quemadmodum & in ignavum, *asinus plumbeus*, &c. *Caudex* vel *codex* propriè prima pars arboris est, cui radices adhærent. Al. *cautes*.
5 Truncus. *Stipes* proprie est fustis terræ defixus. 4 Tardus. 5 Obtusus. Undè *plumbeum ingenium* dicitur obtusum, & quod penetrare cogitando non potest. Sunt insignes Metaphoræ in stupidos. 6 Nihil horum verborum potest convenire in Chremetem. 7 Transcendit. *Est enim proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, & oblivisci suorum.* Cic. Tusc. Quæst 3. 8 Chremetis. 9 Vocabula. Q. d. Verbis non potest describi ejus stultitia. 10 Interjectio est satietatem & fastidium significans. 11 Domo egrediens uxorem castigat is, qui mox experietur, se longè fuisse uxore insipientiorem, quæ filia recuperata gaudet, dum ipse de recuperando filio nullam cogitationem suscipit. 12 Deorum aures molestia afficere, sæpiùs repetendo. *Obtundit* enim, qui sæpe repetendo aliquid dicit. Metaphora à fabris. Sic Eun. 3, 5. *Qui me sequatur, quoquo eam, rogitando* obtundat, *enecet.* 13 Operosè gratias agendo, tibique gratulando super inventa filia; velut olim insigni parta victoria Romani Imparatores triumphantes equis albis curruque aurato in Capitolium vecti, Jovi Opt. Max. cæterisque Diis pro felici rerum successu (ut ait Livius) gratulabantur. 14 Filiam Antiphilam. 15 Nisi Deos tui similes judices. 16 Deos. 17 Sæpissimè. Numerus certus pro incerto. 18 In ædibus Menedemi apud Bacchidem: jam dudùm est, quod rediisse debuerunt: promiserat enim celerem reditum Syrus 4, 6. (*Nam nihil est, illic quòd moremur diutiùs*, & jusserat adeò herum operiri, dum exirent. 19 Moratur, hæret. 20 Particula ostendens gaudium de adventu. 21 Nunciavi. 22 Filius. 23 Quemadmodum ii gaudere solent, qui vere & seriò student ducere uxorem. 24 Particulæ nimii cachinni ejus, qui credebat Menedemum decipi in filio, tanquam qui ficte peteret uxorem. 25 Propter quid, id est, quare.

1 *Calliditates.* ME. 2 *ita ne?* CH. 3 *vultus quoque hominum* 4 *fingit scelus.*

ME. *Gnatus quòd se* 5 *assimulat lætum,* 6 *id dicis?* CH. 7 *id.* ME. 8 *idem istuc mihi*

Venit in mentem. CH. 9 *veterator!* ME. *magis si magis* 10 *noris, putes,*

11 *Ita rem esse.* CH. 12 *ain' tu?* ME. *quin tu ausculta.* CH. 13 *manè: priùs hoc scire expeto,*

14 *Quid perdideris: nam ubi* 15 *desponsam nuntiasti filio,*

Continuò 16 *injecisse verba tibi* 17 *Dromonem* 18 *scilicet,*

19 *Sponsæ vestem, aurum, atque ancillas opus esse, argentum ut dares.*

ME. 20 *Non.* CH. *quid? non?* ME. *non, inquam.* CH. *neque ipse* 21 *gnatus?* ME. 22 *nil prorsùs, Chreme.*

Magis unum etiam 23 *instare, ut* 24 *hodiè* 25 *confierent nuptiæ.*

CH. 26 *Mira narras. Quid* 27 *Syrus meus?* 28 *ne is quidem quidquam?* ME. 29 *nihil.*

1 Astutię, quas exercuit in te

2 Scilicet est, ut in me calliditates suas exercuerit? q. d. non: imò potiùs in te exercuit.

3 Scelestus ille Syrus non se tantùm, sed & alios, ut Cliniam, ita instituit ac format, ut vultum capiant, quem præmonstrat. Exemplum hujus rei habes Phor. 1, 4, 33. & seq. ubi Geta præmonstrator & monitor, Antiphonis vultum fingit. Cæsar de bel. Gal. *Hi neque* vultum fingere, *neque interdum lachrymas tenere poterant.* Alias *vultum fingere* eleganter dicuntur, qui ipsi vultum suum componunt. 4 Format, facit: quod propriè est fingere. Cic. Finxit *enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, justitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem & excelsum.* 5 Fingit filius meus se esse lætum. 6 Vis hoc dicere, hoc significas? 7 Dico. 8 Quod tu existimas de servo. Sic dicit ridendo eum, quasi quem sciat à servo suo deceptum. 9 Syrus in omni astutiarum & fallaciarum genere probè exercitatus, & vetus servus est, qui ita te deceperit! Vide Andr. 2, 6. 10 Eum, scilicet Syrum. 11 Servum tuum Syrum esse veteratorem. 12 Me non satis nosse eum? 13 Exspecta. 14 Quantum argenti tibi extorserit Syrus. 15 Filiam meam in matrimonium esse promissam. 16 Dixisse tibi hęc sequentia. 17 Servum filii tui. Voluit Chremes celare autorem, & transferre in Dromonem. 18 Scire licet. Vide quæ notavimus in Act. 4. Sc. 7. 19 Filiæ meæ desponsatę filio tuo. 20 Non injecit mihi talia verba. 21 Filius tuus Clinia, scilicet *injecit verba?* 22 Sc. *dixit.* 23 Instabat, id est, urgebat filius. 24 Quamprimùm. 25 Conficerentur, celebrarentur. 26 Inaudita. 27 Fecit in eâ re. 28 Sc. *dixit, petiit à te?* 29 Dixit, petiit à me.

CH. 1 *Quam-*

CH. [1] *Quamobrem?* ME. [2] *nescio equidem: sed* [3] *te miror, qui alia tam* [4] *planè scias.*
Sed tuum ille quoque [5] *Syrus idem* [6] *mirè* [7] *finxit* [8] *filium,*
Vt nepaululùm quidem [9] *suboleat, amicam esse* [10] *hanc Cliniæ.*
CH. *Quid ait?* ME. [11] *mitto jam osculari, atque amplexari:* [12] *id nil puto.*
CH. *Quid est, quod* [13] *ampliùs simuletur?* ME. [14] *vah!* CH. [15] *quid est?* ME. *audi modò:*
Est mihi [16] *ultimis* [17] *conclave in ædibus quoddam* [18] *vetrò:*
[19] *Hùc est intrò* [20] *latus lectus, vestimentis* [21] *stratus est.*
CH. [22] *Quid, postquam hoc est factum?* ME. [23] *dictum factum,* [24] *hùc* [25] *abiit Clitipho.*
CH. [26] *Solus?* ME. *solus.* CH. *timeo.* ME. *Bacchis* [27] *consecuta est illicò.*
CH. *Sola?* ME. *sola.* CH. *perii!* ME. *ubi abiêre intrò,* [28] *operuêre ostium.* CH. [29] *hem!*
Clinia [30] *hæc fieri videbat?* ME. [31] *quid ni?* [32] *unà mecum simul.*
CH. [33] *Filii est amica Bacchis, Menedeme:* [34] *occidi!*
ME. [35] *Quamobrem?* CH. *decem dierum vix mihi est* [36] *familia.*

1 Syrus meus nihil dixit tibi, nihil à te petiit?
1 Quamobrem nihil dixerit mihi.
3 Hoc nescire.
4 Clarè, sc. quam filii mei vultum finxerit Syrus.
Pulchra Ironia in his duobus versibus in eum, qui deceptus sit.
5 Quem tantum veteratorē putas.
6 Mirabiliter.
7 Instruxit & informavit.
Ludit autem in eodem verbo. 8 Filium tuum Clitiphonem. 9 Sc. *mihi*, id est, percipiatur à me. Sic Phorm. *Nunquid patri suboles?* 10 Bacchidem. 11 Omitto, id est, non moror hæc signa. 12 Osculari & amplexari nihil reputo, & levia sunt in comparatione ejus, quod jam audies. 13 Sc. meum filium non esse amatorem Bacchidis. 14 Hac interjectione significat, adhùc majora esse reliqua ignota Chremeti. 15 Hoc, quod majus. 16 In fine seu ultimâ parte domus. 17 Secretior locus. 18 In remotissimâ parte domus. 19 In hoc conclave. 20 Portatus: exemptiles enim lectos & portatiles habere solebant olim, quos hinc indè deportabant. 21 Ornatus. 22 Sc. *accidit?* 23 Statim dictum, statim factum, id est, quàm celerrimè, sine ullâ morâ, ἅμ' εἶπος, ἅμ' ἔργον. Suprà 4,4. 24 In hoc conclave. 25 Secessit. 26 Ingressus est conclave illud? 27 Filium tuum. 28 Clauserunt. 29 Interjectio indignantis. 30 A meo filio & Bacchide, id est, introire & operire ostiū? 31 Vidisset. 32 Videbat. 33 Clitiphonis. Tandem ergo Chremes, veluti somno excussus, se & filiū, & suā fortunā sapientiamq; agnoscit. 34 Perii! Vox dolentis. 35 Periisti? 36 Res familiaris sive opes ad sustentandam familiam. Sic suprà 4,7. *Serva, quod in te est, filium & me, & familiam.* Q. d. Vix habeo penum seu provisionē, ut ita dicam, pro decem diebus: exhaustus enim sum & pecuniā à filio, & sumptibus à puellis.

1 An ideò es sollicitus?

ME. *Quid?* [1] *istuc times,* [2] *quòd operam amico* [3] *ille dat suo?*

2 Quia amicum suum Clinian cum amica ad se recipit, cœna & hospitio accipit, ei inservit & auxiliatur?

CH. [4] *Imò quòd amicæ.* ME. [5] *si dat.* CH. *an dubium* [6] *id tibi est?*
[7] *Quenquam-ne animo tam* [8] *comi esse, aut* [9] *leni putas,*
[10] *Qui,* [11] *se vidente,* [12] *amicam patiatur suam?* ME. *ha,ha,hæ.*
[13] *Quid-ni?* [14] *quò verba facilius dentur mihi.*

3 Clitipho.

CH. [15] *Derides? meritò mihi nunc ego* [16] *succenseo.*
Quot res [17] *dedêre,* [18] *ubi possem* [19] *persentiscere,*
[20] *Ni essem lapis!* [21] *quæ vidi! væ misero mihi!*

4 Imò timeo, quia Bacchidi dat operam.

At næ illud haud [23] *inultum, si vivo,* [24] *ferent:*
[25] *Nam jam.* ME. *non tu te* [26] *cohibes? non te* [27] *respicis?*
Non tibi ego [28] *exempli satis sum?* CH. *præ iracundiâ,*

5 Si verum est, quòd dat operam amicæ. Hoc dicit Menedemus, quasi excusans Clitiphonem, sed εἰρωνικῶς, ut & cætera.

Menedeme, non sum [29] *apud me.* ME, *te-ne istuc* [30] *loqui?*
Non-ne id [31] *flagitium est,* [32] *te aliis consilium dare,*

6 Quod amicæ det operam? 7 Amicum. 8 Benigno, facili. 9 Miti, patienti. 10 Cùm sit amator. 11 In conspectu suo. 12 Sc. *seduci, abduci, solam in conclave*, vel aliquid tale: est autem honesta Ellipsis in re turpi. Sic Virg. *Nevimus & qui te.* 13 Quare non pateretur? 14 Ut faciliùs decipiar. 15 Irrides me? Tam diu irridendus erat scilicet, donec se irrideri animadverteret. 16 Iratus sum; quia credo nunc me deceptum. 17 Fecerunt, præbuerunt mihi occasionem, argumenta & signa hujus mali. Sic Eun. 2, 3. *Hic verò est, qui si senserit, ludum jocumque dices Fuisse illum alterum, præ hujus rabies quæ* dabit. 18 Undè, ex quibus rebus. Suprà: *Hujusmodi mihi res semper comminiscere, ubi me excarnifices.* 19 Perficere ea, quorsùm scilicet spectarent. 20 Nisi fuissem homo stupidus ac non facilè intelligens propè manifesta. 21 Quàm multa signa vidi! Viderat enim Clitiphonem in suum Bacchidis manum inferere, &c. 22 Exclamatio præ nimia iracundia, quòd tam diu in eo errore versatus sit. 23 Non punitum. 24 Clitipho & Syrus. 25 Utrumque puniam, exhæredabo filium. Aposiopêsis per interruptionem Menedemi facta. 26 Reprimis animum tuum, neque moderaris tibi? 27 Habes rationem tuæ prudentiæ & honestatis? Suprà 1, 1. *Nullum remittis tempus, neque* te respicis. 28 Ne sc. irascendo nimiùm amoribus filii, aliquid facias, undè tibi cruciatum ipse parias, sicut mihi accidit. 29 Mei vel mentis compos. 30 Sc. *decet?* Exclamationes efferuntur per Infinitivos. 31 Res pudenda, res reprehensione & convitio digna. 32 Eurip. Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ' αὑτῷ σοφός, id est, *Odi sapientem, qui sibi non sapit.*

[1] *Foris* [2] *sapere, tibi non posse te auxiliarier?* 50
CH. *Quid faciam?* ME. [3] *id, quod me* [4] *feciſſe ajebas* [4] *parùm:*
Fac, te [5] *patrem eſſe ſentiat: fac, ut audeat*
Tibi [6] *credere* [7] *omnia, abs te* [8] *petere, &* [9] *poſcere,*
Ne [10] *quam aliam quærat* [11] *copiam, ac te deſerat.*
CH. *Imò abeat potiùs* [12] *multò* [13] *quovis gentium,*
Quàm [14] *hic per* [15] *flagitium* [16] *ad inopiam redigat*
patrem: 56
[17] *Nam ſi illi pergo ſuppeditare ſumptibus,*
Menedeme, mihi illæc verè [18] *ad raſtros res redit.*
ME. *Quot* [19] *incommoda tibi in* [20] *hac re capies, niſi* [21] *caves!*
[22] *Difficilem oſtendes te eſſe, & ignoſces tamen* 60
Poſt, & id [24] *ingratum.* CH. [25] *ah neſcis,* [26] *quàm doleam.* ME. [27] *ut lubet.*
[28] *Quid hoc, quod volo, ut* [29] *illa nubat* [30] *noſtro? niſi quid eſt,*

1 Apud alios, in alienis rebus ſapientem eſſe. *Ne quiequam enim ſapit, qui ſibi non ſapit.* Chremeti regerit Menedemus ſua ipſius verba, & conſilium in ipſum retorquet, non ſinè tacitâ curioſitatis exprobratione. Conferendus eſt

hic locus cum oratione Chremetis, 1, 1, 101, &c. 2 Illi dicuntur *foris ſapere*, qui aliorum negotia diligentius curant, quàm ſua, & interim res ſuas negligunt. 3 Sc. *facias.* 4 Non ſufficienter effeciſſe in filium, neglexiſſe. 5 Benevolum eſſe intelligat. 6 Committere. 7 Sua conſilia. 8 Cum humilitate omnia. 9 Si ſit honeſtum. 10 Aliquam. 11 Opem, auxilium abeundi; vel *copiam*, id eſt, pecuniæ quærendæ rationem. 12 Al. *malo.* 13 Quocunque volet. 14 Filius meus Clitipho. 15 Nequitiam, meretricium amorem. 16 Ad pauperiatem me deducat. 17 Si enim perſevero indulgere & affatim miniſtrare in ſumptibus dandis, &c. Nota hîc duos Dativos. Plaut. *ſuppeditare clamori* dixit. 18 Raſtris mihi victus erit verè quærendus præ inopiâ, non ut tibi, qui ob abſentiam filii eos exercebas, & præterquam res te adhortabatur tua, id eſt, ego brevi ero pauperrimus. Alludit ad raſtros Menedemi, 1, 1. Infra Phorm. 4, 4. ſimili formula Poëta uſus eſt. 19 Moleſtias. 20 Illa duritia tibi accerſes. 21 Tibi conſulis. 22 Moroſum in filium, ſevetum & inexorabilem. Cùm enim de homine dicitur, idem ſignificat quod moroſus, inexorabilis. Cic. *Moderari enim nec difficiles ſenes.* Hujus contrarium eſt *facilis*, id eſt, exorabilis. 23 Poſteà. 24 Sc. *tum erit*, id eſt, nullam tibi gratiam conciliabit apud filium, nullam pro eo tibi gratiam habebit filius, cùm videbit te non volentem, ſed invitum & amicorum precibus expugnatum ignoſcere demùm. Sic ſuprà 2, 2. *Cum gratum mihi eſſe potuit, nolui.* 25 Interjectio dolentis. 26 Quantùm doleam, quanto dolore ſim affectus, quod habeam talem filium. 27 Hæc quoque reſpondent ſuperioribus 1, 1, 114. & 115. CH. *Sicci-ne eſt ſententia?* M. *Sic.* CH. *benè vale.* Menedemus hîc cum ratione ad ſuum negotium, de Cliniæ & Antiphilæ matrimonio, properat reverti. 28 Ss. *placet.* 29 Filia tua Antiphila. 30 Filio meo Cliniæ.

1 Filius tuus Clinia futurus gener placet mihi.

Quod malis. CH. *imò & [1]gener, & [2]affines placent.*

2 Parentes ejus seu cognati, qui sunt affines filiæ. *Affines* enim sunt viri & uxoris cognati inter se, quòd duæ cognationes, inter se diversæ, per nuptias conjunguntur, & altera *ad* alterius cognationis *finem* & terminum accedit.

ME. [3]*Quid dotis dicam te* [4]*dixisse filio?*
[5]*Quid obticuisti?* CH. *dotis?* ME. *ita dico.* CH. [6]*ah!*
ME. *Chreme,* 65
Ne quid vereare, [7]*si est minus:* [8]*nil dos nos* [9]*movet.*
CH. [10]*Duo talenta* [11]*pro re nostrâ ego esse* [12]*decrevi satis:*
Sed ita dictum opus est, si me vis salvum esse, & [13]*rem, &* [14]*filium,*
Me mea [15]*omnia bona* [16]*dotis dixisse illi.* ME. *quam rem agis?*
CH. [17]*Id miravi te* [18]*simulato, &* [19]*illum hoc regitato simul,* 70
Quamobrem id faciam. ME. *quin ego verò, quamobrem*
[20]*id facias, nescio.*
CH. [21]*Ego-ne? ut* [22]*illius animum, qui nunc luxuriâ, &* [23]*lascivâ*
[24]*Diffluit,* [25]*retundam,* [26]*redigam, ut,* [27]*quò se vertat, nesciat.*
ME. *Quid agis?* CH. [28]*mitte,* [29]*sine me in hac re gerere mihi morem.* ME. [30]*sino:*
[31]*Ita-ne vis?* CH. *Ita.* ME. [32]*fiat.* CH. *age jam,*
[33]*uxorem ut* [34]*accersat, paret.* 75

Nomina verò eorum hæc sunt: *socer, socrus, gener, nurus, vitricus, noverca, privignus, privigna.*

1 Quam dotem. 4 Promisisse, destinasse. 5 Quare non respondes mihi? Fingitur stare cogitabundus. 6 Deliberationem significat hæc cunctatio, non tam de dote, quàm de ratione emendandi & ad frugem revocandi filii. 7 Si minus dotis filiæ tuæ dicturus es, si parvulam etiam dixeris dotem. 8 Nullatenùs nos dotem moramur. 9 Afficit. 10 1000. coronator. 11 Secundùm facultates nostras, seu pro ratione rei familiaris meæ. 12 Constitui. 13 Scilicet *familiarem*, id est, facultates meas. 14 Clitiphonem. 15 Omnes meas facultates. 16 Pro dote sive in dotem destinasse filiæ. 17 Propter illud, quòd sc. mea omnia bona dotis dixerim illi. 18 Fingito apud filium. 19 Filium. 20 Quod tuo filio nihil velis dare. 21 Vis scire, quare ego hoc faciam? 22 Filii mei Clitiphonis. 23 Petulantiâ. 24 Dissolutus est, id est, qui nimis luxuriosè & lascivè vivit. 25 Reprimam. 26 Sc. eò, id est, deducam eum in illum statum. 27 In quam partem. 28 Omitte, desine inquirere. 29 Permitte me satisfacere animo meo, vel facere arbitrio meo in hac re. 30 Permitto. 31 Ut sc. ei dicam, quod dixisti? 32 Concessio. 33 Antiphilam. 34 Deducat domum filius tuus Clinia. Deductio uxoris vesperi & nocte fiebat.

Se:

Se: 1 *hic ita, ut* 2 *liberos est æquum* , 3 *dictis confu-* 1 Filius meus Clitipho.
tabitur.
Sed 4 *Syrum!* ME. *quid* 5 *enim?* CH. 6 *ego-ne? si vi-* 2 Quemadmodum ingenuos confutari oporter.
vo, 7 *adeò exornatum dabo* ,
Adeò 8 *depexum, ut,* 9 *dum vivat, meminerit semper* 3 Verbis, non verberibus ut servus, castigabitur, convincetur.
mei:
10 *Qui sibi me* 11 *pro ridiculo ac delectamento putat.*
Non (ita me Dii ament) 12 *auderet facere* 13 *hæc* & *So*
14 *viduæ mulieri,*
Quæ 15 *in me fecit.*

4 Verberibus puniam, flagellis cædam, &c. Aposiopesis. Erudite Engraphius: *Cum utique majora tormenta servo minatur; sic irascentis more, quod esset facturus, exprimere non potuit.* 5 Sc. *punies*, id est, quid illi facies? 6 Rogas, quid facturus sim illi? 6 Syrum adeò exornabo, id est, contumeliis reddam, & plagis deformabo. 8 Sc. *dabo*, id est, flagellis cæsum, compositum ac laceratum pœnis & tormentis: *vel*, comam ejus adeò depectam & traham. 9 Quamdiu. 10 Syrus. 11 Pro ludibrio, id est, qui putat me esse stultum, non herum, & quem rideat, & in quo salliendo delectetur. 12 Syrus. 13 Has illusiones. 14 A viro diversæ, quæ se ulcisci non potest, & in quam injuria plerumque impunita est. 15 Contra me exercuit.

ACTUS V. SCENA. II.

CLITIPHO, MENEDEMUS, CHREMES, SYRUS.

CL. 1 *Ita-ne* 2 *tandem quæso est, Menedeme, ut* 1 Est, sicut dixisti, id est, hoccine est credibile aut memorabile?
pater
3 *Tam in brevi spatio omnem de me ejecerit animum*
patris?
4 *Quod-nam obfacinus? quid ego* 5 *tantum sceleris*
6 *admisi miser?*

Clitiphonem filium propter amicam objurgat pater: idque adeò fit, ut hic admonitus redeat in viam, &, Bacchide relicta, uxorem ducat. Continet hæc Scena etiam callidum Syri consilium, quo catastrophen, id est, eventum negotii machinatur. 2 Hæc particula habet aliquid urgens & accelerans: q. d. paucis responde. 3 Tam parvo tempore, tam subitò omnem paternam benevolentiam à me averterit, ut sc. me abdicaret & hæreditate privaret? 4 Exuit paternum animum? 5 Quod dignum esset exhæredatione. 6 Commisi, feci?

[1] *Vulgò id faciunt.* ME. *scio tibi esse* [2] *hoc* [3] *gravius multò, ac* [4] *durius,*
Cui fit. Verùm ego [5] *haud minus ægrè* [6] *patior id, qui* [7] *nescio,*
[8] *Nec rationem capio, nisi quòd tibi benè* [9] *ex animo volo.* CL. [10] *hîc*
Patrem esse ajebas? ME. [11] *eccum.* CH. [12] *quid me* [13] *incusas, Clitipho?*
Quidquid ego [14] *hujus* [15] *feci, tibi* [16] *prospexi, &* [17] *stultitiæ tuæ.*
[18] *Ubi te vidi animo esse* [19] *omisso, &,* [20] *suavia in præsentiâ*
Quæ essent, [21] *prima habere, neque* [22] *consulere in longitudinem;*
[23] *Cepi rationem, ut neque* [24] *egeres, neque ut* [25] *hæc posses* [26] *perdere.*
[27] *Ubi, cui decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare,*

[1] Juvenes, mihi æquales, ut plurimùm seu passim faciunt id, quod feci, sc. scortantur, & hoc per leges licet: & ita se tutatur alieno exemplo. *Nam, quod exemplo fit, id etiam jure fieri putant & aliquid, atque adeò multa addunt, atque adferunt de suo.* Cic. l. 4. Ep. 3. [2] Quod fecit pater, quòd sc. ejecerit animum patris de te. [3] Molestius. [4] Acerbius. [5] Quàm tu. [6] Fero, id est, mihi æquè dolet, atque tibi. [7] Quare illud ægrè feram: vel potiùs, cur pater id faciat. Dissimulat enim Menedemus se scire, quod ex Chremete audiverat: ita enim erat juvandus Clitipho solatio & officio, ut parenti constaret auctoritas, neque corrumperetur consilii fructus. [8] Neque intelligere possum causam, cur pater id faciat. [9] Non fictè, sed sincerè faveo. [10] Apud te. [11] Demonstrantis est. [12] Propter quid. [13] Reprehendis? [14] Hujus rei: nam hîc *hujus* est neutrius generis. Dictis jam confutat filium, ut antè constituerat. [15] Quod omnia mea bona illi doti dixerim. [16] Consului, providi, feci in rem tuam. [17] Quæ impedit te, quò minùs perspicias, quid tibi obsit aut prosit. [18] Postquam. Exponit stultitiam istam in adolescente. [19] Negligenti, dissoluto, non in futurum prospicienti. Sic Adelph. 5, 3, 45. *At enim metuas, ne ab re sint tamen* omissiores *paulò.* [20] Dulcia in præsenti tempore, id est, voluptates. [21] Præcipua, optima, & plurimi facere. Sal. in Cat. *Domi etiam atque divitiæ, quæ* prima *mortales putant, affluerent.* Lucretius *prima virorum*, id est, principes viros sive optimates, dixit. [22] Providere, prospicere in tempus futurum, id est, in diem vivere, tantùm de præsentibus cogitare, neque de futuris curam gerere. Sic Adelph. 3, 3. *ô Demea, Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est, Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, Prospicere.* [23] Inveni viam, modum. [24] Indigeres necessariis. [25] Mea bona, quibus te privavi seu abdicavi. [26] Dilapidare. [27] Ordo est: *Ubi*, id est, postquã, *per te*, id est, propter tuã luxuriã & lasciviam, te obstante, tua ipsius culpa, *non licuit mihi dare tibi* sc. bona mea, quibus egeres, *cui primo*, id est, præcipuo, utpote filio familias, *decuit* sc. *me dare*, aut dari bona mea, *abii*, id est, converti me ad eos, qui erant tibi proximi, id est, hæredes, sc. ad sororem tuã, sicut posteà v. 26. explicatur, & futurum ejus maritum.

Abii ad proximos tibi qui erant, [1] *eis* [2] *commisi, &* [3] *credidi:*
[4] *Ibi tuæ stultitiæ semper erit* [5] *præsidium, Clitipho,*
[6] *Victus*, [7] *vestitus*, [8] *quo in tectum te receptes.*
CL. [9] *heî mihi!*
CH. [10] *Satius est, quàm* [11] *te ipso hærede* [12] *hac possidere Bacchidem.*
SY. [13] *Disperii! sceleſtus quantas* [14] *turbas* [15] *concivi* [16] *insciens!*
CL. [17] *Emori cupio.* CH. [18] *prius quæso disce, quid sit* [19] *vivere:*
[20] *Ubi scies, si displicebit* [21] *vita, tum* [22] *istoc utitor.*
SY. *Here,* [23] *licet-ne?* CH. *loquere.* SY. [24] *at tutò?*
CH. *loquere.* SY. [25] *quæ ista est* [26] *pravitas,* [27] *Quæ-ve amentia est, quod* [28] *peccavi ego, id* [28] *obesse* [29] *huic?* CH. [30] *ilicet,*

1 Proximis tuis. 2 Commendavi. 3 Cum fiduciâ tradidi omnia mea bona, primùm sc. tutanda, ne profusione intereant, quod in te verendum est; deinde, ut dispensanda, quantùm ad necessitates vitæ attinet, etiam in te.

4 Apud tuos proximos. 5 Adjumentum. Per similitudinem enim præsidium sumitur pro omni auxilio, & salutis propugnaculo. Sic Hecyr. 1, 1. *illum autem esse unicum*, Præsidium *velle se senectuti suæ. Præsidium* propriè dicuntur milites, qui unius præfecti imperio parent, & custodiæ, vel defensioni arcis, oppidi, vel personæ præsident. Cæs. 1. Bel. Gal. *Ea cepere facto*, præsidia *disponit, castella communit, quo facilius, si se invito transire conarentur, prohibere possit.* 6 Alimonia ad vitam sustentandam. 7 Cultus sive ornatus ad tegendum corpus. 8 Ut in domicilium & quasi hospitium frequenter te recipias. 9 Dolentis. 10 Melius est hoc, ut illa bona dentur proximis. 11 Si tu ipse esses hæres: illi omnia esses daturus. 12 Bona mea. 13 Variis modis perii! 14 Turbationes. 15 Concitavi, commovi. Sic Hecyr. 3, 1. *Fortasse unum aliquod verbum hanc inter eos iram* conciverit. Est enim perfectum verbi *concieo, concier*, secundæ conjugationis; vel *concio, concis*, quartæ: quæ ambo significant, concito, commoveo. 16 Per imprudentiam. 17 Mori. 18 Quàm emori cupias. 19 Verè vivere: ut Act. 1. Sc. 1. id est, secundùm & rationem virtutem, quæ vera est vita: nam improborum vita quasi mors est. Unde Diogenes dicenti cuidam miserum esse vivere: *Non*, inquit, *vivere miserum est, sed malè vivere.* 20 Postquam scies, quid sit vivere secundùm rationem & virtutem. 21 Actus & modus vivendi. 22 Tῶ emori, morte, id est, moriendi voto atque consilio, quòd dicis te cupere emori. 23 Scilicet? Syrus conatur culpam in se transferre, ut liberet Clitiphonem. 24 Sed licet-ne loqui sinè periculo? 25 Qualis. 26 Iniquitas, perversum judicium. 27 Meis fallaciis. 28 Nocere. 29 Clitiphoni innocenti. 30 Ire licet: semper finem rei significat, ut *actum est*. Sic Judices de concilio dimittebantur, suprema dicta cùm Præco pronuntiasset.

[1] Noli te interponere in hoc negotio mihi cum filio communi.

[1] *Ne te admisce: nemo accusat, Syre, te: nec tu* [2] *aram tibi,*

Neque [3] *precatorem parâris.* SY. [4] *quid agis?* CH. [5] *nil succenseo,*

Nec [6] *tibi, nec* [7] *huic, nec vos est* [8] *æquum,* [9] *quod facio, mihi.*

[2] Altare, superquod preces fundantur. *Ara* enim est altare sive locus, in quo Diis preces & sacrificia fiebant. Hoc tamen inter *altare* & *aram* interesse quidam existimant, quod *ara*

SY. [10] *Abiit vah! rogasse vellem.* CL. [11] *quid, Syre?*

SY. [12] *undè mihi peterem cibum:*

[13] *Ita nos alienavit: tibi jam* [14] *esse* [15] *ad sororem intelligo.*

CL. [16] *Adeò-n' rem rediisse, ut periculum etiam* [17] *fame mihi sit, Syre!*

SY. [18] *Modò liceat vivere, spes est.* CL. [19] *quæ?*

SY. *nos esurituros satis.*

CL. *Irrides in re* [20] *tantâ, neque me* [21] *quidquam consilio adjuvas?*

SY. *Imò &* [22] *ibi nunc sum, &* [23] *usque dudùm id egi, dum loquitur pater:*

superis atque inferis Diis constituebantur: *altaria* tantùm superis. Cæterùm *ara* asylum seu confugii erat locus, quò qui confugissent, immunitatem impunitatemque consequebantur, qui aras amplexi fuissent. *Hac ara tuebitur omnes*, inquit Hecuba apud Virg. 2. Æn. Athenis autem, urbe media, fuit ara, Misericordiæ sacra, asylum, ad quod confugerent cives miseri, nec non servi, qui se contra alienas vires tutari non possent. 3 Intercessorem, patronum, qui pro te intercedat, teque à pœnis liberet. Si quando servi dominos graviter offendissent, sibique male timerent, solebant olim supplices conducere ad eos, quorum gratiâ putabant dominos suos nihil non facturos, ut precibus illorum placatis heris, supplicium evaderent. Plaut. *Nihil moror mihi* precatorem. 4 Quid igitur vis facere? 5 Nihil, id est, non, *vel*, in nullo irascor. 6 Syro. 7 Clitiphoni. 8 Scilicet *succensere*. 9 Ob id, quod facio in excludendo filio ab hæreditate. 10 Discessit senex Chremes. 11 Voluisses interrogare. 12 A quo, id est, quis mihi esset cibum suppeditaturus, cùm tu solus habeas victum & vestitum, & tectum apud sororem. 13 Adeò, eo modo, dando omnia sorori. 14 Cibum. Irridet Clitiphonem. 15 Apud. 16 Est-ne possibile rem & fortunam meam in eum statum redactam esse! 17 Pro *famis*, id est, à fame. 18 Dummodò. 19 Spes est reliqua? 20 Tanti momenti, ubi de fortunis meis agitur. 21 In aliquo, seu aliquantulùm. Opportune instigatur servus, ut consumat, quod superest fallaciæ. 22 Totus in hoc sive in eâ cogitatione sum, hoc nunc ago, tanquam paratus te adjuvare. Sic suprà 3, 1, 62. & 63. *Etsi subsensi id quoque, illos ibi esse, & id agere inter se clanculum.* 23 Assidue in eo occupatus fui, ut te consilio juvarem.

[1] *Et, quantùm ego intelligere possum.* CL. [2] *quid?* SY. [3] *non abierit longiùs.*

CL. [4] *Quid id ergo?* SY. [5] *sic est,* [6] *non esse horum te arbitror.* CL. *quid* [7] *istuc, Syre?*

Satin' [8] *sanus es?* SY. *ego dicam* [9] *quod mihi in mentem: tu* [10] *dijudica,*

[11] *Dum* [12] *istis fuisti* [13] *solus, dum nulla alia* [14] *delectatio,*

Quæ [15] *propior esset,* [16] *te indulgebant, tibi* [17] *dabant: nunc filia*

Postquam est [18] *inventa* [19] *vera, inventa est causa, quâ te* [20] *expellerent.*

CL. *Est* [21] *verisimile.* SY. *an tu ob* [22] *peccatum hoc esse* [23] *illum iratum putas?*

CL. *Non arbitror.* SY. *nunc aliud* [24] *specta:* [25] *matres omnes filiis*

[26] *In peccato adjutrices,* [27] *auxilio in paternâ injuriâ*

Solent esse: [28] *id non fit.* CL. *verum dicis. Quid ergo nunc faciam, Syre?*

SY. [29] *Suspicionem istam ex illis quære:* [30] *rem profer palàm.*

1 Hæc verba studio sic traxisse Syrum intellige, ut Clitiphon anxiam injiceret curam cogitandi, quid tanto conatu editurus esset Syrus, qui animum ejus hoc pacto præparabat ad illud admittendum, quod ipsi mox suggestum cupiebat.

2 Quid id est?

3 A vero mea conjectura: sive prope adest,

cùm illud comperies verum, quod ego suspicor. 4 Sc. *est?* 5 Postquam Veterator aliquandiu tacens, velut cogitabundus, suspensum habuit Clitiphonem, erumpit (si Diis placet) in hanc vocem, *Sic est*, sc. ut mihi in mentem venit. 6 Arbitror te non esse filium horum: nec dignatus est dicere, *parentum*, aut, *Chremetis & Sostratæ*. 7 Sc. *dicis?* 8 Mentis compos. 9 Sc. *venit*. 10 Revolve apud te, an verum sit, quod dicam. 11 Quamdiu. 12 Parentibus. 13 Unicus filius. 14 Recreatio, quem de te capiebant, parentibus fuit. 15 Propinquior, clarior. 16 Permittebant tibi omnia. 17 Dona faciebant, quæcunque optabas. 18 Cognita est. 19 Non subdita, ἡ γνησία. 20 Ejicerent, abalienarent. 21 Probabile, & imaginem quandam habet veritatis. 22 Quòd scivit te amare Bacchidem. 23 Patrem tuum Chremetem. 24 Considera, animadverte. 25 Εἰ μὴ μήτηρ φιλότεχνος μᾶλλον πατρός. Menander. 26 Cùm filii peccaverunt. 27 Præbere auxilium filiis, & peccata eorum excusare, quando pater infestus est & iniquior, & non cum æquitate agit in filios. 28 A tuâ matre, id est, nunc tu vides matrem non esse tibi adjutricem. 29 Exquire, percunctare ex illis, rectè ne hoc suspiceris, an secùs, id est, an sis eorum filius, nec ne. 30 Dic illis planè rem totam ut est, id est, tuam suspicionem, & quare adductus sis in eam opinionem.

1 Si falsò suspicaris, te non esse filium eorum.
2 Ut misereantur.
3 Patrem & matrem.
4 Commovebis.
5 Aut si est verum, te non esse eorum filium.
6 Antiquè pro *scies*.
7 Scilicet *filius*.

[1] *Si non est verum*, [2] *ad misericordiam* [3] *ambos* [4] *adduces citò*, [5] *aut*
[6] *Scibis*, [7] *cujus sis*. CL. *rectè* [8] *suades*: [9] *faciam*. SY. *sat* [10] *hoc* [11] *rectè mihi in*
Mentem venit: [12] *namque adolescens* [13] *quàm minimâ in spe situs erit*,
[13] *Tam facillimè patris pacem in leges* [14] *conficiet suas*. 45
Etiam haud scio, *an uxorem* [15] *ducat*, *ac Syro nil* [16] *gratiæ*.
[17] *Quid hoc autem*? [18] *senex exit foras: ego* [19] *fugio*:
[20] *adhùc quod factum est*,
Miror non [21] *jussisse illicò me* [22] *arripi*: *ad Menedemum hinc pergam*: *eum*
[23] *Precatorem mihi paro*: [24] *seni nostro fidei nihil habeo*.

8 Consulis mihi. 9 Cum hoc verbo statim digreditur ad matrem Clitipho, & cum ea talem orationem habere instituit, ut præceperat Syrus, qui in theatro subsistit. 10 Consilium de movendâ suspicione. 11 Commodè. 12 Adolescens enim, quanto minùs statuere se posse finget, filium se esse, tantò facilius patris benevolentiam ad arbitrium & voluntatem suam obtinebit. Metaphora à pactionibus bellicis, quæ certis legibus & conditionibus inter partes transiguntur. 13 Al. *cum*, *tùm*. 14 Sibi conciliabit. 15 Clitipho. 16 Veniæ apud Clitiphonem erit: reconciliabitur ille quidem parenti, si præsertim animum à meretrice avulsum ad nuptias transferat; quæ una placandis parentibus ratio superesse videtur: at mihi nihil gratiæ, id est, veniæ, erit ex hoc consilio; nec apud adolescentem, qui ægrè feret se abstrahi à Bacchide; nec apud Chremetem, qui me ut amoris meretricii adjutorem oderit. Alii volunt. Syrum his verbis innuere, sperare se, si Clitipho uxorem ducat, ab illo sibi aliquando gratiam relatum iri, tùm pro obsequio in amore præstito, tùm confecta per hoc consilium pace. Q. d. Credo Syro aliquid fore gratiæ, sive speravit reddendum beneficium, sive *gratiæ* nomine veniam intelligit, sibi deprecante Clitiphone dandam, uti evenisse eximus fabulæ docet. 17 Scilicet *est*. Vox timentis. 18 Chremes. 19 Me in pedes conjicio. 20 Propter hoc quod factum est. 21 Herum. 22 Celeriter comprehendi. 23 Intercessorem mihi comparo. 24 Nullatenùs Chremeti confido.

ACTUS V. SCENA III.

SOSTRATA, CHREMES.

SO. [1] *Profectò, nisi* [2] *caves* [3] *tu homo, aliquid gnato* [4] *conficies mali:*
[5] *Idque* [6] *adeò miror,* [7] *quî tam* [8] *ineptum quidquam potuerit tibi.*
Venire in mentem, mi vir. CH. [9] *ob! pergin'* [10] *mulier esse? ullam-ne ego*
Rem unquam volui, [11] *quin tu in* [12] *eâ mihi* [13] *adversatrix fueris, Sostrata? at*
Si [14] *rogitem jam, quid est* [15] *quod peccem, aut quamobrem* [16] *id faciam, nescias*
In quâ re nunc [17] *tam confidenter restas, stulta?* SO. [18] *ego nescio?*
CH. [19] *Imò scis potiùs, quàm quidem redeat* [20] *ad integrum* [21] *eadem oratio.*
SO. [22] *Oh!* [23] *iniquus es,* [24] *qui me tacere de re* [25] *tantâ postules.*

1 Sostrata cum marito expostulat, & pro filii salute plus æquo sollicita, monet maritum, ne pergat exheredare filium: at maritus contrà falsis objurgatiunculis eam refutat, in ipsius inobedientiam & mores acerbè invehens. 2 Provides. A magnitudine periculi, auxilio est filio in paterna injuria. 3 Mi homo: quod non solummodò est uxoris ad virum, sed cujuscunque fœminæ. Sic Andr. 4,4,39. *Tu pol* homo *non es sobrius.* Et Eun. 4,6,18. *Num formidolosus obsecro es,* mihi homo? Tò *homo* autem hîc contemptus nihil habet, ut quidam putant, quod ex sequentibus, *mi vir,* argui potest. 4 Procurabis, comparabis. In quâ significatione quoque dicimus, conficere pecuniam, id est, curare, comparare. *Conficere* propriè, est facere, perficere. Cic. Confeci, *quæ jussisti, omnia.* Sic, *Bellum jam confectum est.* 5 Et ob id, & propterea. Ellipsis. 6 Valdè. 7 Quomodo. 8 Ab omnibus improbatum: quod consilium ineas exhæredandi Clitiphonem, cùm omnia tua bona doti dixeris Antiphilæ. 9 Interjectio indignantis & irridentis. 10 Mulieris officium facere, quæ sæpè vult loqui, & marito repugnare? Guyetus legit, *Pergin' odiosa esse,* id est, rixosa, incommoda, importuna? 11 Quod non. 12 Re, quam volebam. 13 Contraria, id est, adversata fueris? Unde Hecyr. 1,2. *Viris esse adversas, aquè studium est, similis est pertinacia.* 14 Te. 15 In quo. 16 Tam infestus & acerbus sim filio, quod omnia bona velim dare filiæ meæ. 17 Tam audaciter resistis, adversaris ergo mihi? 18 Ita-ne ego nesciam, quid facias, *in* te sc. tam manifestæ acerbitatis? Al *ego nesciam?* 19 Ego libentiùs dicam rescire, quare restes tam confidenter, quàm ut totam hanc iterum retexam fabulam, & quasi integrè narrem, atque iteratis tuis contradictionibus me obtundas. Iracunda concessio. 20 Ad principium. 21 Idem hic sermo, quem hîc habuimus in scenâ. Quidam de sermone, quem domi habuerant antequam in scenam prodirent, accipiunt. 22 Indignanti est. 23 Æquitatis nullam rationem habes. 24 Quod, quia. 25 Tantæ momenti, sc. de filii nostri salute, vel de abalienatione filii.

CH. [1] *Non postulo: jam loquere: nihilo minùs ego* [2] *hoc faciam tamen.*

SO. [3] *Facies?* CH. [4] *verùm.* SO. *non* [5] *vides, quantum mali* [6] *ex eâ re* [7] *excites?* 10

[8] *Subditum se susspicatur.* CH. *subditum! ain tu?*
SO. [9] *certè sic erit,*
Mi vir. CH. [10] *confitere,* SO. [11] *au! obsecro, te,* [12] *istuc inimicis siet.*
Ego-n' confitear meum non esse filium, qui sit meus?
CH. *Quid metuis? ne non, cùm velis,* [13] *convincas esse illum tuum?*
SO. [14] *Quòd filia est inventa?* CH. [15] *non, sed, quod magis credendum siet,* 15
Quòd est [16] *consimilis moribus,*
Facilè convinces [17] *ex te natum: nam* [18] *tui similis est probè:*
Nam [19] *illi nihil* [20] *vitii est relictum, quin sit & idem tibi:*
Tum [21] *praterea* [22] *talem, nisi tu,* [23] *nulla pareret filium.*

1 Ut taceas.
2 Quod constitui, id est, omnia mea bona filiæ dotis dicam, exheredato filio.
3 Indignabunda reperit verbum.
4 Certè, omninò faciam: vel verum est, quod dixi me facturum.
5 Animadvertis.
6 Quam moliris, exheredando sc. filium tuum.
7 Moveas?

8 Putat se esse non verum filium, sed tantùm subditivum, suppositivum, pro vero subjectum, ὑποβολιμαῖον: ut faciunt mulieres, quæ parere non possunt, & ut placeant viris, gravidas se fingent, & aliquantum inopum mulierum filios supponunt, ac pro suis edunt. Propriè *subditus* is dicitur, qui alicujus imperio subjectus est. Est enim à verbo *subdo*, id est, subjicio. 9 Comperies rem ita esse, ut dico. 10 Dic eum non esse filium tuum, sed subditum. 11 Interjectio dolentis. 12 Negare proprium filium apud nos non habeat locum, sed hoc malum transferatur potius ad inimicos. Imprecatio est. Ovid. *Hostibus optabam tantum talia nostris.* 13 Probare possis. 14 Ex eo putas posse convinci hunc esse filium, quia filia nostra est cognita, quæ probet me non sterilem fuisse, neque adeò opus habuisse, ut de supponendo puero unquam cogitarem? 15 Non hoc dico, non opus est illo argumento, sed aliud fortius argumentum probandæ γνησιότητος in animo volvo. 16 Conveniens. 17 Quia κακὴ κόρακος κακὸν ᾠόν, id est, *mali corvi malum ovum.* 18 *Similis tui* cum genitivo dicimus, cùm morum similitudinem aut doctrinæ ostendimus: sed *similis tibi* cum dativo dicimus, cùm qualitatem similem ostendere laboramus. 19 Filio Clitiphoni. 20 Mali moris. *Vitium* enim propriè est pravitas animi, vitiositas: à *vitando*, ut quidam volunt, dictum: opponiturque *virtuti*. 21 Præter hæc omnia, præter mores. 22 Taliunm morum, tam perditum, tam vanosum, sicut scend seq. describitur. 23 Alia mulier.

Sed

Sed [1] *ipse* [2] *egreditur*; [3] *quàm severus*! [4] *rem cum videas, censeas.*

1 Clitipho. 2 Exit. 3 Quàm ferox, quàm gravis est! 4 Ex severitate illâ vultus posses *censere*, id est, æstimare, *rem*, id est, rei veritatem, nempe animum Clitiphonis, nunc eo ipso ferociorem, quòd subditum se, & à nobis alienum suspicetur. Proverbialis locutio.

ACTUS V. SCENA IV.

CLITIPHO, SOSTRATA, CHREMES.

CL. [1] *SI* [2] *unquam* [3] *ullum fuit tempus*, [4] *mater*, [5] *cùm ego* [6] *voluptati tibi Fuerim*, [7] *dictus filius tuus* [8] *tuâ voluntate, obsecro* [9] *Ejus ut memineris, atque* [10] *inopis nunc te miserescat mei,* [11] *Quod peto, & volo, parentes meos ut commonstres mihi.*

SO. *Obsecro mi gnate, ne istuc* [12] *in animum inducas tuum,*

[13] *Alienum esse te.* CL. [14] *sum.* SO. [15] *miseram me!* [16] *hoccine quæsisti obsecro?*

[17] *Ita mihi, atque* [18] *huic sis* [19] *superstes,* [20] *ut ex me atque ex* [21] *hoc* [22] *natus es*:

1 Clitipho cum matre colloquens, suos sibi parentes commonstrari cupit: quæ oratione illam admodum reddit sollicitam. Chremes contumeliosè filium objurgat. 2 Preces ad muliebre ingenium & animum maternum maximè efficaces. 3 Q. d. à die, à quo sum conceptus. 4 In quo nomine affectus inest. Hoc ex consilio servi Syri, suprà 5, 2. 5 Quo tempore. 6 Lætitiæ & delectationi, cùm audires me vocari filium tuum. 7 Appellatus. 8 Te volente me dici filium tuum, quæ me pro filio tibi esse voluisti. 9 Temporis. 10 Mei, qui sum inops & miser, nunc miseratur, misereat te. 11 In eo, ne graveris meos mihi parentes commonstrare, quod unicè cupio & desidero. Alii intelligunt *propter* sive *ob* ante τὸ *quod*. 12 Tibi persuadeas. 13 Suppositititium, & non proprium filium. *Alienus* enim is dicitur, qui nullo nobis necessitudinis vinculo est devinctus: vel etiam alienatus, id est, immutatus, & ex amico inimicus factus. Cic. *Si ille à me est* alienior, *nihil tibi literæ meæ proderunt*. *Alienum* propriè dicitur, quod ad alium pertinet. Cic. *Difficilis est cura rerum* alienarum. 14 Sc. *alienus*. Cum gemitu pronuntiandum est, desperantis in morem. 15 Vos dolentis. 16 Hoc Chremeti dicit. 17 Utinam tam diu sis nobis salvus & incolumis, quam verè ex nobis natus sis. Religiosum autem & solenne parentum votum erat, filios sibi relinquere superstites. Plaut. Asin. 1, 1, 1. *Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ superesse vitæ sospitem & superstitem: ita te obtestor.* 18 Patri tuo Chremeti. 19 Supervivens. 20 Sicut. 21 Patre tuo Chremete. 22 Legitimus filius es.

Et

Et cave posthac, si me amas, unquam [1] *istud verbum ex te* [2] *audiam.* CH. *at*
Ego, si me metuis, mores cave in te esse [3] *istos sentiam.*
CL. [4] *Quos?* CH. *si* [5] *scire vis, ego dicam:* [6] *gerro,* [7] *iners,* [8] *fraus,* [9] *helluo,*
[10] *Ganeo,* [11] *damnosus:* [12] *crede; &* [13] *nostrum te esse credito.*
CL. [14] *Non sunt hæc dicta parentis.* CH. *non,* [15] *si ex capite sis meo*
Natus, item ut [16] *ajunt* [17] *Minervam esse ex Iove,* [18] *eâ causâ magis*
Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me [19] *infamem fieri.*
SO. [20] *Dî istæc.* CH. [21] *nescio Deos: ego,* [22] *quod potero,* [23] *enitar sedulò.*

1 Istum sermonem, quod sis alienus, 2. Sc. ne. 3 Pessimos. 4 Mores in me sentis? 5 Istos mores. 6 Tu es nugator, homo levis. *Gerra* enim nugę dicuntur: à Græcis deductum nomen, qui γέῤῥας vocant *crates vimineas.* Cùm enim Athenienses Syracusas obsiderent, & crebrò *gerras* poscerent, irridentes Siculi *gerras* clamitare cœperunt: unde factum est, ut *gerra* pro nugis accipiantur; & indè *gerrones* appellati leves, inepti ac ridiculi homines. A *gerro* nomine fit compositum *congerro, onis,* quod significat eum, qui cum alio gerrone easdem exercet nugas. 7 Otiosus, ignavus, nulli arti studens. *Iners* enim propriè significat eum, qui sinè arte est. Sed quoniam, qui nullam artem exercent, vel otiosi sunt, vel ignavi, fit, ut *iners* pro otioso vel ignavo sumatur. 8 Fraudulentus, fallax, qui fallere consueveris patrem: ut alibi *scelus* pro scelerato. 9 Sumptuosus, vorator insatiabilis, seu immoderatè bona tua consumens. Inde fit *helluari,* id est, bona sua luxuriosè & immoderatè profundere. 10 Scortator. 11 Damnum tuis parentibus adferens: ut jam fecisti extorquendo i me per Syrum decem minas Bacchidi. 12 Crede hoc quod dixi: verissimum est, te talem esse, qualem descripsi. 13 Et eadem opera credito te nostrum esse filium. Innuit tacitâ vi castigationis non tam de nativitate, quam de moribus agi: quis enim, vult dicere, talem filium pro suo agnosceret? parentes sc. ita sentiunt, ut ab initio hujus fabulę Menedemus ἠθικῶς enuntiavit: *Ego te meum esse dici tantisper volo, Dum, quod te dignum est, facies: sed si id non facis, Ego, quod me in te sit facere dignum, invenero,* id est, non eris mihi amplius pro filio, exhæredaberis. 14 Talia verba non solent procedere à vero patre, qui filium amet: nam verus pater nunquam tales infert contumelias filio suo. 15 Etiamsi singulari modo tibi pater sim. 16 Poëtæ. 17 Palladem esse natam ex capite sive cerebro Jovis. *Minerva* belli Dea, sapientiæ & bonarum omnium artium inventrix, ex Jovis cerebro sinè matre procreata fingitur: quia omnis sapientia & doctrina ex Deo est. Ajunt enim Jovem, cùm Junonem sterilem videret, ne prorsùs sine prole esset, cerebrum suum percussisse, indèque Minervam armatam prosiluisse. 18 Propter eam causam, quod è capite meo sis natus. 19 Infamari, ad infamiam adduci. 20 Dii prohibeant sive impediant ista, quod deberes infamis fieri propter filii flagitia. 21 Sc. quid facturi sint, an prohibituri sint. Sic suprà 2, 4. *Nescio alias,* id est, nescio quid alię mulieres fecerint. Modus loquendi iratorum præcipuè, qui Dei cogitationem non habent. 22 Quantum, quoad. 23 Conabor diligenter, ne flam infamis.

1 *Quæris*

1 *Queris id, quod habes, parentes:* 2 *quod abest, non quæris, patri*
Quo modo 3 *obsequare, &* 4 *serves, quod* 5 *labore inveneris.*
6 *Non mihi per* 7 *fallacias* 8 *adducere* 9 *ante oculos?*
10 *pudet*
Dicere, 11 *hac præsente,* 12 *verbum turpe: at te* 13 *id nullo modo*
Facere puduit. CL. 14 *eheu! quàm ego nunc totus displiceo mihi,*
15 *Quàm pudet! neque quod principium incipiam ad* 16 *placandum, scio.*

1 Interrogas de parentibus, quos habes.
2 Quod in te desideratur.
3 Placeas, obedias.
4 Comparces.
5 Sudore corporis
10 Sui patertuus acquisiverit.

6 Sc. *erubuisti, veritus es?* 7 Astutias, dicendo eam esse amicam Cliniæ. 8 Bacchidem meretricem: sed tacuit coram matre. Vetus enim Romanorum lex inter alias hæc erat: *Ne quis præsentibus fœminis obscœna verba facito.* 9 In conspectum meum? 10 Sc. *me.* 11 In præsentiâ matris tuæ. 12 Sc. te adduxisse meretricem. 13 Quod ego non ausim dicere. 14 Interjectio dolentis. 15 Commissorum flagitiorum, sive me id feciſſe. 16 Leniendum, mitigandum patrem.

ACTUS V. SCENA V.

MENEDEMUS, CHREMES, CLITIPHO, SOSTRATA.

ME. 1 *Enimverò* 2 *Chremes nimis* 3 *graviter cruciat* 4 *adolescentulum,*
Nimisque 5 *inhumanè:* 6 *exeo ergo, ut* 7 *pacem conciliem:* 8 *optimè,*
9 *Ipsos video.* CH. 10 *chem, Menedeme, cur non* 11 *accersi jubes*

1 Menedemi interventu, post tantas turbationes, tranquilla fiunt omnia. Arehonidis filia Clitiphoni volenti uxor datur. Syro à Chremete ignoscitur.
2 Vicinus meus. Loquitur hæc Menedemus secum.
3 Acerbè vexat verbis contumeliosis. Conveniunt hæc verba personæ Menedemi, ut qui experientia didicisset, quàm malè sibi cesserit austeritas patris.
4 Clitiphonem, qui adhuc est imperitus rerum.
5 Inhumaniter, crudeliter.
6 Egredior igitur, quia tam inhumanus est.
7 Concordiam inter patrem & filium conficiam, componam.
8 Opportunè accidit, quandoquidem ipsos video.
9 Chremetem & Clitiphonem.
10 Interjectio percipientis eum, quem volebat.
11 Advocari ad te, ut sit tibi murus, sicut solet fieri in nuptiis. *Accersitus* propriè uxor, dum ad virum ducitur.

1 *Filiam,*

1 *Filiam,* 2 *& quod dotis dixi, firmas?* SO. *mi vir, te obsecro*
3 *Ne facias.* CL. *pater, obsecro ut mihi ignoscas.* ME. 4 *da veniam, Chreme:*
5 *Sine te exoret.* CH. 6 *ego-n' mea bona ut dem Bacchidi dono sciens?*
7 *Non faciam.* ME. *at nos non* 8 *sinemus.* CL. *si* 9 *me vivum vis, pater,*
10 *Ignosce.* SO. 11 *age, Chremes mi.* ME. *age quæso,* 12 *ne tam obfirma te, Chreme.*
CH. 13 *Quid istuc? video non licere, ut cœperam, hoc* 14 *pertendere.*
ME. *Facis, ut te decet.* CH. *eâ* 15 *lege hoc* 16 *adeò* 17 *faciam, si facit id,*
Quod ego 18 *hunc æquum censeo.* CL. *pater, omnia faciam:* 19 *impera.*
CH. 20 *Vxorem ut ducas.* CH. 21 *pater.* CH. 22 *nihil audio.* ME. 23 *ad me recipio:*
24 *Faciet.* CH. 25 *nil etiam audio ipsum.* CL. *perii!* SO. 26 *an dubitas, Clitipho?*
CH. *Imò* 27 *utrum vult.* ME. *faciet omnia.* SO. 28 hæc, 29 dum incipias, 30 gravia sunt,

1 Meam. 2 Et confirmas, adfers eam dotem, quam destinavi filiæ? Hæc dicit Chremes, ut magis augeat suspicionem Sostratæ & filii de exhæredando Clitiphone. 3 Ne des omnia filiæ. Putat enim verum Sostrata, quod fingit senex de exhæredando filio. 4 Ignosce, parce illi.

5 Permitte ut orando à te impetret, ut sibi ignoscas. Al. *exorem.* 6 An petis, ut ego sinam mea dari Bacchidi meretrici a filio? 7 Non dabo sciens Bacchidi mea bona. 8 Sc. *dari*, id est, ut Bacchis tua bona habeat. 9 Ut vivam. 10 Condona mihi. 11 Adhortantis est. 12 Noli te tam obstinatum ac durum prębere. Ille enim dicitur *se obfirmare* in aliquo proposito, qui pertinaciter in illo perseverat, tanquam immobilis truncus. 13 Sc. ago, resisto? Formula est ægrè & paulatim concedendi: nam Chremes precibus suorum victus veniam dat denique filio Clitiphoni, qui vix tandem adducitur, ut animum seriò ad uxorem applicet. 14 Perficere consilium meum, cœpta persequi. Sic Eun. 1, 1. *Verùm si incipies, neq; pertendes naviter*, &c. 15 Conditione. 16 Certè. 17 Mutabo consilium, & illi ignoscam. 18 Clitiphonem, sc. *facere.* 19 Manda tantùm. 20 Sc. *censeo, impero.* 21 Q. d. Pater, aliud quidvis oneris impone, vel da mihi spatium, *dum mea me victum doceat fortuna delere*: ut simile quodvis verbum. 22 Nullam excusationem accepturus sum, nisi ut mandata faciat. 23 Promitto eum hoc facturum, ego ero sponsor. 24 Uxorem ducet. 25 Nihil adhùc audio Clitiphonem respondentem ad ea, quæ proposui, an sc. promittat, quod postulo: alioqui veniã daturus non sum. 26 An vereris, gravaris ducere uxorem? 27 Sc eligat, id est, aut uxorem ducat, aut ex hęredatione mulctetur. 28 Ducere uxorem, sive nuptię circa initia graves & molestę sunt, utpote jugum liberis hominum cervicibus imponentes. 29 Ἐν τῷ ἄρχεσθαι, κατὰ τὸ ἄρχεσθαι. 30 Molesta, difficilia. Undè illud: *Dimidium facti, qui benè cœpit, habet.*

Dumque

Dumque [1] ignores: [2] ubi cognôris, facilia. CL. [3] *faciam, pater.*
SO. *Nate mi, ego pol tibi dabo illam* [4] *lepidam, quam* [5] *tu facilè ames,*
[6] *Filiam* [7] *Phanocratæ nostri.* CL. [8] *rufam-ne illam virginem,*
[9] *Cæsiam,* [10] *sparso ore, adunco naso?* [11] *non possum, pater.*
CH. [12] *Eja, ut elegans est!* [13] *credas animum ibi esse?*
SO. [14] *aliam* [15] *dabo.*
CL. [16] *Quid istuc? quandoquidem* [17] *ducenda est,*
[18] *egomet habeo propemodum,*
Quam volo. SO. [19] *nunc laudo te, gnate.* CL. *Archonidis filiam.*
SO. [20] *Perplacet.* CL. [21] *pater, hoc nunc restat.* CH. *quid?* CL. *Syro* [22] *ignoscas volo,*
Quæ meâ causâ fecit. CH. [23] *fiat.* [24] *Vos valete, &* [25] *plaudite,*

1 Sis ignarus matrimonii.
2 Ubi jugo alli assueveris, facile videtur, id est, leve, ac non pœnitebit duxisse uxorem.
3 Ducam uxorem
4 Elegantem, jucundam, sermone, moribus & formâ suavem. *Formosa facies*, ais Publius Mimus,

musa commendatio est. 5 Qui es elegans formarum spectator. 6 Sc. *dabo.* 7 Vicini aut amici. 8 Capillo, scilicet *dabis, aut ducetne?* Est autem ὑποτύπωσις deformis puellæ. 9 Cæsiis, glaucis oculis, qualis est color cœli. 10 Virginem habentem os sparsum, id est, latum seu extentum, & nasum curvum? 11 Sc. *ducere eam.* 12 Videte, quæso, quàm curiosus, delicatus & prudens in discernendis puellis sit, aut *elegans formarum spectator* sit filius meus Clitipho! 13 An putes, vel ex sermone ejus colligas ejus animum esse in uxore ducenda? 14 Virginem. 15 Tibi. 16 Quid opus est verbis? Vide supra. 17 Mihi uxor. 18 Ego propemodum scio, inveni puellam talem, qualem cupio, Archonidis filiam. 19 Quòd sis eo animo. 20 Hoc valdè mihi placet. 21 Ultimò intercedit pro Syro. 22 Remittas, condones. 23 Ignoscatur ei. 24 Spectatores. 25 Manus jungite simul, sic Poëtæ congratulantes.

ADEL-

ADELPHI
PUBLII TERENTII
Carthaginiensis Afri.

1 ACTA LUDIS 2 FUNEBRIBUS L. ÆMILII PAULI. Q. FABIO MAXIMO, P. CORNELIO AFRICANO 3 ÆDILIBUS CURULIBUS. 4 EGERUNT L. ATTILIUS 5 PRÆNESTINUS, ET MINUTIUS PROTIMUS. 6 MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII FILIUS, TIBIIS 7 SARRANIS. 8 FACTA E GRÆCA MENANDRU. EDITA L. ANICIO GALLO, ET M. CORNELIO CETHEGO CONSULIBUS. ANNO AB URBE CONDITA DXCV. ANTE CHRISTUM NATUM CLXVIII.

1 Exhibita est. 2 Qui pro funere alicujus patritii viri instruebantur. 3 Duo fuerunt *Ædiles Curules*, sic dicti à sellâ eburneâ, quâ tanquam curru, vehebantur. Hi regiis utebantur insignibus, ornati purpurâ, curamque sacrificiorum & ludorum habebant. 4 Actores fuerunt. 5 *Præneste* est urbs Latii. Indè Denominativum *Prænestinus*, qui est ex illa urbe. 6 Melodias. *Modi* fuerunt melodiæ seu cantilenæ quædam ita compositæ, ut responderent argumento fabulæ. Fiebant autem à perito & quidem artifice artis Musices. 7 Paribus, quæ adhibebantur ad significandam hilaritatem, seu jocum in fabulis. 8 Scripta est.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

ÆSCHINUS, *adolescens.*
CANTHARA, *nutrix.*
CTESIPHO, *adolescens.*
DROMO, *servus.*
DEMEA, *senex.*
GETA, *servus.*
HEGIO, *senex.*
MITIO, *senex.*
PAMPHILA, *nurus.*
SANNIO, *leno.*
SOSTRATA, *matrona.*
SYRUS, *servus*

PERSONÆ MUTÆ.

BABYLO.
PARMENO, *servus.*
STORAX, *servus.*

IDIO-

IDIOMATA PERSONARUM PRÆCIPUARUM.

Æschinus, *Adolescens non malus, sed lenitate nimia patris adoptivi ad voluptates & proterviam prolapsus.*

Canthara, *nutrix animosa, & non imprudens.*

Ctesipho, *Adolescens natura agrestior, & ad laborem pronior; voluptates tamen clanculum capit.*

Demea, *natura agrestis, austerus & tenax.*

Geta, *servus non malus & laboriosus, pauci consilii.*

Hegio, *Senex amici memor, unde familia amici causam agit prudenter & cordate.*

Mitio, *natura bonus, nimium tamen facilis, mitis, quietis amans.*

Parmeno, *servus fidelis & audax.*

Sannio, *leno, nec prudens, nec audax.*

Sostrata, *matrona prudens & modesta.*

Syrus, *servus callidus in exstruendis dolis, in procuranda re domestica non satis fidelis.*

RATIO NOMINUM.

Æschinus, ἀπὸ τῆς αἰσχύνης, à probro, quasi probrosam dicas; quod flagitiis esset infamis; vel ab αἶσχος dedecus: analogice esset Αἰσχῖνος, nisi forte sit potius Αἰσχίνης Æschines.

Canthara, ἀπὸ τοῦ κανθάρου, à poculo, quod nutrix puero praberet potum.

Ctesipho, ἀπὸ τῆς κλήσεως à prædio, & φῶς, luce aut vivo, prædii lux aut vir, id est, agricola, quod in prædio moraretur, idque excoleret.

Dromo, *vide Andriam.*

Demea, ἀπὸ τοῦ δήμου, à plebe, quasi plebejum dicas.

Geta, *Gentile nomen.*

Hegio, ἀπὸ τοῦ ἡγεῖσθαι, ducem & principem esse, quia curam Sostratæ ejusque familiæ habet.

Mitio, *non mihi Latinum à Mitis.*

Pamphila, *vide Andriam.*

Parmeno, *vide Eunuchum.*

Sannio, à Σάννος, *fatuus, quod in hac Comœdiâ populo ridiculo esset.*

Sostrata, Syrus, } *vide Heautontimor.*

ADEL-

ARGUMENTUM.

ADELPHI

C. SULPITIO APOLLINARI AUCTORE.

[1] Civis Atticus & homo rusticus.

[2] Juvenes filios.

[3] Concedit.

[4] Suo.

[5] Assumendum in filium.

[6] Alterum filium.

[7] Alterum filium.

[8] Demea.

[9] Ctesiphonem.

[10] Cujusdam fidicinæ,

DVos cùm haberet [1] Demea [2] adolescentulos,
[3] Dat Mitioni [4] fratri [5] adoptandum [6] Æschinum,
Sed [7] Ctesiphonem [8] retinet: [9] hunc [10] citharistriæ
[11] Lepore captum, sub [12] duro ac [13] tristi [14] patre,
Frater [15] celabat Æschinus; famam rei
Amorisque in [16] se [17] transferebat: denique
[18] Fidicinam [19] lenoni [20] eripuit: [21] vitiaverat
Idem Æschinus civem Atticam panpereulam;
[22] Fidemque dederat, [23] hanc sibi uxorem [24] fore.
Demea [25] jurgare, & [26] graviter ferre: [27] mox tamen,
[28] Vi veritas [29] patefacta est, [30] ducit Æschinus
[31] Vitiatam, potitur Ctesipho [32] citharistriam,
[33] Exorato suo patre duro Demeâ.

quæ citharâ canere solebat. 11 Venustate irretitum. 12 Crudeli, morosо. 13 Severo, austero. 14 Demeâ. 15 Occultabat, ne sc. pater animadverteret amorem Ctesiphonis. 16 Æschinum. 17 Id est, finxit se amare citharistriam. 18 Citharistriam illam. 19 Puellarum venditori, sc. Sannioni. 20 Æschinus in gratiam Ctesiphonis. 21 Stupraverat. 22 Et sanctè promiserat. 23 Virginem stupratam. 24 Futuram esse. 25 Objurgabat Mitionem fratrem, & Æschinum filium. 26 Molestè ferebat Æschini flagitium. 27 Statim. 28 Postquam. 29 Manifestata, revelata est veritas, sc. utrumque filium amare. 30 In uxorem capit. 31 Virginem civem Atticam stupratam a se. 32 Pro *citharistriâ*. Archaïsmus. 33 Persuaso, inducto, ut daret licentiam potiundæ ejus.

ALIUD.

ALIUD M. ANT. MURETI.

MItio, & Demea, duo dissimillimo fratres ingenio fuere: ille urbanam vitam secutus est, hic rusticam: ille cœlebs vixit; hic uxorem duxit: ille ingenio leniſſimo, hic asperrimo: ille mitis etiam in alienos, hic sævus etiam in suos: ille etiam in ira placidus, hic etiam citra iram ferox. Erant Demeæ filii duo: ex quibus natu majorem Aeschinum sibi adoptavit Mitio, eumque secum in urbe liberaliſſime indulgentiſſimeque educavit: minorem Cteſiphonem ruri secum severe imprimis ac restricte habuit pater. Aeschinus multas meretrices, patre ad omnia connivente, adamavit, multa convivia celebravit; quæ denique juventus fert, ea omnia non liberè modo, sed etiam licenter exercuit. Postremo usque eo progressus est: in virginem pauperculam quidem, sed bonam, bonis prognatam, Pamphilam nomine, quam mater Sostrata vidua sanctè secum & pudice, ut potetat, educabat, noctu temulentus cùm incidisset, vim ei attulit, gravidamque fecit. Venit postea ad matrem illius, veniam petens, pollicensque se puellam uxorem ducturum: ea fide data, & ignotum est, & tacitum. Cteſipho, cum in urbem interdum ventiaret, ipse quoque citharistriæ cujusdam amore correptus est: totam ejus rei famam, ne qua emanaret, ac perveniret ad Demeam, in sese Aeschinus transferebat. Tandem, cum leno, puellæ dominus, aut pecuniam sibi, quanti ea erat, vellet in manum dari, aut se eam alii venditurum minitaretur: adductus in summam desperationem Cteſipho, jam de relinquenda patria cogitabat: cum Aeschinus, re intellecta, qui nullo neque pudore teneretur, neque metu, domum lenonis per vim ingressus est, & ipsum, & familiam contudit pugnis, puellamque per vim abreptam tradidit fratri. Spargitur tota urbe rumor, venit Demea, Mitionem objurgat, inclamat, testatur Deos atque homines, quod dissolutus, quod intemperans, quod vinosus, quod scortator, quod nullius bonæ rei Aeschinus foret, omnem in Mitione uno hærere culpam. Diis gratias agere, quod ille saltem, quem ipse ruri haberet, frugi ac temperans esset; rei studeret & famæ; illarum rerum nihil ne cogitaret quidem: tantum videlicet interesse inter suam & fratris disciplinam. Placat hominem, quantum in se est, Mitio: jamque se ab eo expediverat, cum supervenit aliud, quod majores etiam tumultus excitaret. Raptam ab Aeschino citharistriam, perfertur ad matrem Pamphilæ; quæ quidem Pamphila ita erat ad pariendum vicina, ut jam è dolore laboraret. Quid faceret misera? mutatum Aeschini animum, se vero filiamque suam proditas per summam perfidiam ac desertas putabat. Getam servulum, qui pauperem familiam solus, ut poterat, alebat, mittit ad Hegionem, puellæ cognatum, jubetque ei rem, ut erat, exponere. Interea audierat Demea, suum quoque Cteſiphonem in raptione affuisse: jamque in totus in fermento, ut ajunt, erat; cum ei Syrus, servus vaferrimus, mendaciolum adspergit: venisse quidem rure Cteſiphonem:

phonem, sed venisse objurgatum Aeschinum : multa ei medio foro mala dixisse, deinde rediisse rus in præfecturam suam : lacrumare gaudio Demea, & gratulari sibi, quod unum saltem haberet, in quo exstaret paternæ severitatis exemplum. Dum rus redit, incidit in Hegionem, à quo de constuprata per vim ab Aeschino Pamphila intelligit. Denuo commotus, dum fratrem, ut in eum iram evomeret, quærit, obvium habuit mercenarium à villa, ex quo scisciatus de filio, accipit, non esse ruri. Redit ad Syrum, à quo ei rursus novum mendacium, velut offa in os, ne latraret, objicitur: quærit, ubi fratrem reperire posset: id vero ita indicavit Syrus, ut infelix senex, dum illius verbis fidem habet, nequidquam omne oppidum perreptaverit. Interea Mitio omnium ab Hegione certior factus, ipsemet ad mulieres profectus, jacentes jam & afflictas erexerat, labantes & dubias confirmaverat, tristitia ac mœrore confectas recreaverat, pollicitus, se Aeschino Pamphilam uxorem daturum. Venit Demea, clamor, jurgium, convitia. Etiam eo præsente, servulus quidam Cteiphonem per imprudentiam nominat: ille cum subito per vim in ædes irrupisset, quem jampridem putabat ruri fodere, aut arare, aut aliquid ferre, eum accubantem cum amica, & suaviter potitantem deprehendit: ibi vero tanta iracundia incitatus est, ut arderet. Satis diu vociferatus cum esset; tandem placida & composita Mitionis oratione eo perducitur, ut, deposita vetere sævitia, benignus, affabilis, lepidus esse meditetur: itaque ipso non permittente tantum, sed etiam jubente, puerpera domum traducitur: fiunt nuptiæ, lenoni numeratur argentum: Mitio ipse Sostratam ducit uxorem: Hegioni datur, unde vivat: Syrus una cum Phrygia uxore manumittitur: cum Mitio, cæterique omnes, sed tamen præcipue Mitio, illam tantam, tam insperatam, tam subitam mutationem admiraretur; gravi & cordata oratione claudit fabulam Demea: si omnia profundere, si in omni libidine ac nequitia vivere, si totam rem helluationibus, scortationibus, largitionibus consumere libeat, nihilo idsua magis, aliquanto etiam minus, quo sibi minus ætatis superst, quam aliorum, interesse: sin corrigise in loco & modice coerceri atque admoneri velint, eum esse se, quid præstare possit. Permittuntur ei omnia, ita fabula concluditur.

PRO-

PROLOGUS.

[1] *Postquam* [2] *Poëta sensit,* [3] *scripturam suam*
Ab iniquis observari, & [4] *adversarios*
[5] *Rapere in pejorem partem, quam acturi sumus;*
[6] *Indicio de se ipso erit:* [7] *vos* [8] *eritis judices,*
[9] *Laudi-ne, an vitio, ducifactum id oporteat.*
[10] *Synapothnescontes* [11] *Diphili* [12] *Comœdia est:*
Eam Commorientes Plautus fecit [13] *fabulam.*
In [14] *Græcâ adolescens est, qui* [15] *lenoni eripit*
Meretricem [16] *in primâ fabula: eum Plautus* [17] *locum*
Reliquit [18] *integrum: eum* [19] *hic locum* [20] *sumpsit sibi*
In Adelphos: verbum de verbo expressum [21] *extulit.*
[22] *Eam nos acturi sumus* [23] *novam:* [24] *pernoscite,*
Furtum-ne [25] *factum existimetis, an* [26] *locum*

1 Quoniam, quia. Sic Donatus. Prologum facit, sicut in aliis, respondendo invidorum calumniis, & captat benevolentiam. 2 Terentius. 3 Poëmata sua ab inimicis & æmulis curiosè inspici & examinari, ut notari possint. 4 Suos æmulos, nempe Luscium Lavinium, & alios. Vide Prologum Andriæ & Heautontimorumeni. 5 Violenter trahere in pejorem partem, id est, reprehendere, vituperare Comœdiam suam, quam repræsentaturi sumus: quasi furtum fecisset Terentius, cùm locum in Adelphos sibi sumpsisset ex Diphili fabula, præteritum à Plauto, qui eam Latinam fecerat. 6 Ipse Poëta delator, index & proditor sui ipsius erit, exponet vobis omnem rem. 7 Spectatores. 8 Judicabitis. 9 An oporteat id, quod fecit Poëta (transferendo ic. Græcam) dari aut verti laudi, an vituperationi. 10 Latinè *Commorientes*, dicebantur qui tantâ religione mutuæ amicitiæ sese devoverant, ut non modò, dum viverent, bona malaq; juxtà tolerarent, sed etiam pari fato libenter morerentur; adeò ut uno amicorum mortuo, alter necem sibi consciisceret. Tale hominum genus fuit apud Ægyptios, Gallos, & alibi. Tales apud Cæsarem l. 3. de bello Gallico Soldurii describuntur: quem vide. 11 Præstantissimi inter Græcos Comici, & sententiarum plenissimi, coætanei Menandro. 12 Sc. Græca. 13 Latinam Comœdiam. 14 Comœdiâ Diphili. 15 Puellarum venditori, qui quæstum facit ex vendendis mulieribus. 16 In prima parte fabulæ. 17 De adolescente, qui lenoni eripit meretricem. 18 Intactum, liberum alteri, qui eum tractaret, nihil de argumento mutans. 19 Noster Poëta Terentius. 20 Traduxit in suam Comœdiam vocatam à duobus fratribus. *Adelphi* enim est vox Græca, id est, *fratres*: duo enim *fratres* sunt principalis pars istius Comœdiæ, scilicet Mitio & Demea. Quorum alter Mitio vitam elegit cœlibem; alter verò Demea duxit uxorem, ex quâ sustulit duos filios, Æschinum & Ctesiphonem. 21 Transtulit, & latinitate suâ donavit. 22 Fabulam Adelphos. 23 Prima vice. 24 Vos spectatores, perfectè noscite & videte. 25 De Plauto. 26 Comœdiæ Diphili.

1 *Repre-*

[1] Reprehensum, qui [2] præteritus [3] negligentiâ est.
Nam quod isti [4] dicunt [5] malevoli, [6] homines nobiles
Eum adjutare, assiduèque [8] una scribere,
[9] Quod illi [10] maledictum vehemens esse existimant,
Eam laudem [11] hic [12] ducit maximam, cùm [13] illis placet,
Qui vobis universis, & populo placent;
[14] Quorum [15] operâ [16] in bello, [17] in otio, [18] in negotio,
Suo quisque [19] tempore usus est sinè superbiâ.
Dehinc ne exspectetis [20] argumentum fabulæ:
[21] Senes qui primi [22] venient, [23] hi [24] partem [25] aperient:
[26] In agendo partem ostendent. [27] Facite, æquanimitas
Vestra [28] Poëtæ [29] ad scribendum [30] angeat [31] industriam.

1 A Poëta nostro denuò tractatum, resumptum, & velut è fugâ retractum: nam fugerat hic locus Plautum.
2 Prætermissus, relictus.
3 Incuriâ, scilicet Plauti, cujus æmulari nunc exoptat negligentiam.
4 Objiciunt.
5 Invidi.
6 Scipionem Africanum, Lælium, Sulpitium Gallum, &c.
7 Poëtam. Vide Terentii vitam.
8 Simul cum Terentio componere, facere Comœdias.
9 Responsio vel defensio.
10 Opprobrium, crimen.
11 Poëta.
12 Existimat.
13 Nobilibus, Scipioni, Lælio, &c. Q. d. Cùm ad familiaritatem illorum admittitur, cùm talium virorum judicio in recensendis fabulis suis utitur.
14 Nobilium.
15 Auxilio.
16 Tempore belli, ut opera Scipionis Africani.
17 In pace, ut opera Furii Pii.
18 In accusationibus & causis criminalibus, in quibus multi sunt usi opera Lælii, idque ita, ut tamen illi minimè superbirent ob collata beneficia.
19 Cùm necessitas exigeret, quandocunque tempus postulavit.
20 Materiam hujus Comœdiæ.
21 Mitio & Demea.
22 In proscenium.
23 Senes.
24 Argumenti.
25 Explicabunt sive exponent suâ oratione.
26 In progressu sive in actione fabulæ partem argumenti exhibebunt.
27 Vos spectatores curate, ut favor & æquitas vestra, &c.
28 Terentii.
29 Ad componendas alias Comœdias.
30 Excitet.
31 Diligentiam.

ACTUS I. SCENA I.

MICIO.

[1] *Storax*, [2] *non rediit hac nocte* [3] *à cœnâ Æschinus,*
Neque servulorum [4] *quisquam, qui* [5] *adversum ierant?*
Profectò hoc verè [6] *dicunt:* [7] *si absis uspiam,*
Aut [8] *ubi si* [9] *cesses,* [10] *evenire ea satiùs est,*
Quæ [11] *in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat*
[12] *Irata, quàm* [13] *illa, quæ parentes* [14] *propitii.*
Vxor, si cesses, aut te [15] *amare cogitat,*
Aut tete amari, aut potare, aut [16] *animo obsequi,*
[17] *Et tibi benè esse soli, cùm sibi sit malè.*
Ego, quia non rediit [18] *filius,* [19] *quæ cogito!*
[20] *Quibus nunc sollicitor rebus!* [21] *ne aut* [22] *ille*
[23] *alserit,*
Aut uspiam ceciderit, aut [24] *perfregerit*
Aliquid. [25] *Vah! quenquam-ne hominem* [26] *in animum instituere, aut*

1 Vocativi casus est. Egressus enim in proscenium alloquitur Storacem, qui intus erat. Admodum est sollicitus Micio, quòd nondum redierit à cœnâ hesternâ filius adoptivus Æschinus. Offendit præterea Micio in liberis educandis lenitate plus, quam asperitate, profici. 2 Interrogationem hîc vulgò ponunt. Guyetus interrogationis notam delet: vocato enim (inquit) servo Micio, eoque non respondente, concludit servum cum filio abesse, & à cœna non rediisse: ut hic Storax ex iis servis fuerit, qui obviam ierant, nec dum redierant. 3 Post cœnam. 4 Rediit. 5 Obviam illi processerant, ut deducerent eum domum. Intelligit enim *Adversi erant*, qui domino, foris cœnanti, teste Donato, *adversum ibant*, officii & tutelæ gratia. Quorum meminit Plautus in Mostell. Act. 4. 6 Homines. 7 Si quis usquam à domo absit, vel in aliquo loco sit à domo absens. 8 Si ubi, id est, sicubi, siquando. Anastrophe. 9 Diutiùs domo absis, βραδύνοις. 10 Contingere tibi ea mala melius est. 11 Contra te absentê, vel de te absente. 12 Zelotypa, rixosa ob cessationem mariti. 13 Mala evenire tibi. 14 Benigni, sc. *in animo suo cogitant*. Opponuntur *uxor irata*, & *parentes propitii*. 15 Aliam. 16 Aut indulgere genio, libidini tuæ servire, & voluptati studere. 17 Et te solũ tuis frui voluptatibus, quo tempore male se domi uxor habet. 18 Æschinus. 19 Quas habeo cogitationes malas, quæ veniunt mihi in mentem! 20 Ob quas res nunc vexor, angor & sollicitus sum! 21 Sc. *sollicitor*. Subjungit enim, quibus rebus sollicitetur. 22 Aeschinus. 23 Frigus nimium sit passus, propter quod male habuerit, neque redire potuerit. Sic Horat. *Multa tulit, fecitq; puer, sudavit & alsit.* 24 Habeat membrum, aliquod fractum, crus vel brachium. 25 Interjectio dolentis vel irridentis se. 26 In animo concipere, fingere, proponere. His autem verbis adoptio significatur. Al. *in animo*.

1 Comparare, acquirere, seu in animo disponere.
2 Dilectius.
3 Quàm ipse homo, qui instituit, est carus sibi ipsi?
4 Atque Æschinus non est meus filius naturalis, sed fratris Demeæ.

[1] *Parare, quod sit* [2] *carius,* [3] *quàm ipse est sibi?*
[4] *Atqui ex me hic natus non est, sed ex fratre:* [5] *is adeò* 15
Dissimili studio est. Iam indè ab adolescentiâ
Ego [6] *hanc clementem vitam urbanam, atque* [7] *otium*
[8] *Secutus sum: &, quod* [9] *fortunatum* [10] *isti putant,*
Uxorem nunquam habui: [11] *ille* [12] *contrà,* [13] *hæc omnia:*
[14] *Ruri agere vitam, semper* [15] *parcè, ac* [16] *duriter*
[17] *Se habere: uxorem* [18] *duxit:* [19] *nati filii* 21
Duo: [20] *indè ego* [21] *hunc* [22] *majorem* [23] *adoptavi mihi:*
[24] *Eduxi à parvulo:* [25] *habui, amavi pro meo:*
In eo me oblecto: [26] *solum id est carum mihi.*
[27] *Ille ut* [28] *item* [29] *contrà me habeat,* [30] *facio sedulò:*
[31] *Do,* [32] *prætermitto:* [33] *non necesse habeo omnia* 26
[34] *Pro meo jure agere:* [35] *postremò, alii clanculùm*

Argumentatur a Minore ad Majus: Cùm ego tantoperè sim solicitus pro filio adoptivo, necesse est majorem existere solicitudinem pro liberis in veris parentibus. 5 Frater Demea est vitâ & voluntate valde diversâ. *Adeo* hîc est particula intendendi. 6 Hunc modum vivendi in urbe, qui reddit homines clementes; ut, *pallida mors.* 7 Securitatem seu tranquillitatem. 8 Amavi, elegi. 9 Non ducere uxorem, sive cælibatum. 10 Qui sunt impliciti matrimonio. 11 Frater Demea. 12 E contrario. 13 Secutus est, elegit. Hanc morum & studiorum dissimilitudinem certè miratur Cicero, dicens: *Ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt, quanta in altero duritas, in altero comitas!* Et Horat. l. 2. Ep. 2. *Cur alter fratrum cessare, &c.* 14 Vixit in agris. 15 Tenaciter, quantum ad servandum. 16 Aspere & acerbè, quantum ad laborandum. 17 Se tractavit, gessit. Sic Plaut. *Habit illum arctè conservèque.* 18 Frater Demea. 19 Nati sunt ex eo & uxore, quam duxit, duo filii, Æschinus & Ctesipho. 20 Ex duobus illis filiis. 21 Æschinum. 22 Qui est major natu. 23 Assumpsi mihi in filium. 24 Educavi, nutrivi eum ex eo tempore, quo adhùc parvulus erat, id est, ab ineunte ætate, à teneris annis. 25 Æstimavi, tractavi, & dilexi eum, ac si esset ex me natus. Sic Hecyr. *Nam nunquam secùs* habui *illam, ac si ex me esset nata.* 26 Oblectari in filio est mea summa voluptas. 27 Æschinus. 28 Similiter. 29 Vicissim me diligat tanquam patrem suum. 30 Laboro vehementer. 31 Tribuo ei pecuniam in sumptus. 32 Multa delicta. Q. d. Connivco ad quædam vitia, quæ tolerari possunt. 33 Non opus est mihi, non exigit necessitas. 34 Pro patria potestate, secundùm autoritatem meam in eum. 35 Ordo est: *Postremò*, id est, denique, *consuefeci filium*, scilicet Æschinum, *ne*, id est, ut non, *cetera mea*, scilicet peccata, facta, *quæ adolescentia fert*, id est, juvenilis ætas adfert adolescentibus, quibus obnoxia est adolescentia, *quæ*, sc. facta adolescentiæ, *illis*, sc. adolescentes, *faciunt clanculùm patres*, id est, clam patribus, patribus nescientibus.

Pa-

Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium:
1 *Nam qui mentiri, aut fallere insuêrit patrem, aut*
Audebit, tantò magis audebit 2 *cæteros.*
3 Pudore, & liberalitate liberos
4 Retinere, 5 satiùs esse 6 credo, quàm 7 metu.
8 *Hæc fratri mecum non conveniunt, neque placent.*
9 *Venit ad me sæpè clamans,* 10 *quid agis, Micio?*
Cur 11 *perdis* 12 *adolescentem* 13 *nobis? cur amat?*
Cur potat? cur tu 14 *his rebus* 15 *sumptum suggeris?*
16 *Vestitu nimiùm* 17 *indulges: nimiùm ineptus es.*
18 *Nimiùm* 19 *ipse est* 20 *durus,* 21 *præter æquumque*
& bonum:
Et 22 errat longè 23 meâ quidem sententiâ:
Qui imperium credat 24 gravius esse aut 25 stabilius,
26 Vi quod 27 fit, quàm illud, quod 28 amicitiâ
29 adjungitur.
30 *Mea sic est ratio,* 31 *& sic animum induco meum.*
32 *Malo coactus qui* 33 *suum officium facit,*
34 *Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet:*

1 Argumentum à Minore ad Majus.
2 Sc. *homines fallere.*
3 Verecundia & bonitate sive lenitate, quæ virtutes liberorum hominum esse solent, id est, ingenuâ educatione.
4 In officio continere ac reprimere à vitiis.
5 Melius.
6 Existimo.
7 Timore, id est, verberibus, vel duritiâ, quæ ex odio proficiscuntur. 8 Hujusmodi retinendi liberos non congruunt fratri mecum, id est, in hoc dissentimus, non consentimus. Nam *hoc convenit mihi tecum* dicitur, id est, de hoc non est inter nos controversia. 9 Frater Demea. 10 Mimêsis sive Prosopopœia, quam multis laudat Cic. l. 1. de Inventione. 11 Corrumpis pessima institutione? 12 Æschinum. 13 In nostrum utriusq; damnum. 14 Sc. *faciendis* 15 Pecuniam subministras, suppeditas? 16 Vestitui filii. Virg. 1. Æn. *Parce metu, Cytherea*, id est, metui. Idem: *Venatu invigilant pueri*, id est, venatui. Antiptôsis. 17 Inservis, id est, tu nimiùm das operam, ut filius nitidè vestiatur. 18 Nunc Micio de fratre suo suam adhibet sententiam. 19 Frater meus Demea. 20 Austerus. 21 Ultrà quam æquitas, quæ de juris rigore multa remittit, & bonitas sive justitia requirit. 22 Fallitur Demea. Duodecim istis versibus magnifica ῥῆσις continetur de imperio patrio, seu disciplina patria: quo tanquam speciosò colore Micio nimiam suam indulgentiam & lenitatem obducit: magno ætatis & sapientiæ prætextu γνωμολογῶν. 23 Meo certè judicio. 24 Majoris auctoritatis, quantum ad vim. 25 Firmius, durabilius, quantum ad tempus. 26 Violentia, metu. 27 Efficitur, exercetur. 28 Amore, benevolentia. 29 Acquiritur, copulatur. 30 Meus modus ac sententia est talis. 31 Et sic mihi persuadeo. 32 Metu aut violentia. 33 Facit id quod debet, τὸ καθῆκον ἔργον. 34 Vitat peccare tam diu, quamdiu putat id, quod facit, quòd scietur. Nam *oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

1 Si coactus malo credit id, quod facturus est, futurum esse secretum & occultum, rerum ad naturam suam depravatam seu perditos mores suos regreditur.

1 *Si sperat fore clàm, rursum ad ingenium redit.*
2 *Quem beneficio adjungas, ille* 3 *ex animo* 4 *facit:*
5 *Studet par referre,* 6 *præsens absensque idem erit.*
Hoc 7 *patrium est, potiùs consuefacere filium,*
8 *Suâ spontè rectè facere, quàm* 9 *alieno metu.*
10 *Hoc pater, ac dominus interest:* 11 *hoc qui nequit,*
12 *ateatur se nescire* 13 *imperare liberis.*
Sed est ne hic 14 *ipsus, de quo* 15 *agebam? & certè is est.*
Nescio 16 *quid tristem video: credo jam, ut solet,*
17 *Iurgabit. Salvum te advenire, Demea,*
18 *Gaudemus.*

Nam *naturam expellas furcâ, tamen usque recurres.* 2 Ille homo vel juvenis, quem devincias & obliges tibi aliquo merito. 3 Ex voluntate, suâ sponte, non fictè. 4 Officium. 5 Conatur respondere beneficiis acceptis. 6 In præsentia & absentia sui custodis seu monitoris non mutabitur, sed semper perget in officio, beneficio & honestate allectus. 7 Officium patris est, decet patrem. 8 Ex animo. 9 Alterius, nempe monitoris, aut custodis, aut patris. 10 In hoc, id est, in hac re, scilicet vel cogendo metu subditos; & sic est *dominus*, quia cogit servos; vel beneficiis adjungendo; & sic est *pater*, quia fungitur officio patris, differt. Hellenismus est: τοῦτο ὁ πατὴρ τῶ δεσπότου διαφέρει. Noster Eun. *Stulte intelligis quid interest?* 11 Qui hoc non potest facere, nempe adjungere beneficiis suis & allicere ad bene vivendum. 12 Fateri debet. 13 Liberos regere, & illis præesse. 14 Ipse Demea. 15 Loquebar? 16 Propter quid. 17 Rixabitur. Sic Andr. *Cum Davo egomet vidi* jurgantem *ancillam.* 18 Hic Scena incipit cum colloquio Demeæ & Micionis.

ACTUS I. SCENA II.

DEMEA, MICIO.

1 Hæc particula ostendit affectum quærentis. Demea,

DE. 1 *EHem?* 2 *opportunè: te ipsum quærito,*
3 *Quid tristis es?* DE. 4 *rogas me, ubi nobis* 5 *Æschinus*

homo durus & asper, graviter cum Micione expostulat de Æschini absentis petulantia, cupiditatibus & injuriis: excusat eundem Micio, plus nimio indulgens pater. 2 Tempestive, s. *advenis.* 3 Propter quid, cur. 4 Ordo est: *Rogas me, quid ego tristis sim? ubi nobis Æschinus sies?* 5 Quem tu conservare debebas, & scire ubi versari sit solitus. Nempe hunc sibi velut suæ tristitiæ authorem sibi in conspectum dari gestit, in ipsum potiùs, quàm in Micionem, evomiturus iram, quam adveniens collegerat, aliis atque aliis narrantibus quæ designârat.

Sine

Siet, quid tristis ego sim? MI. dixin' [1] *hoc fore?*
Quid [2] *fecit?* DE. [3] *quid ille fecerit?* [4] *quem neque pudet*
Quidquam: nec metuit quenquam: [5] *neque legem putat*
Tenere se ullam: nam illa, quæ [6] *antehac facta sunt,*
Omitto: modò quid designavit? MI. *quid-nam id est?*
DE. [8] *Fores effregit: atque* [9] *in ædes irruit*
Alienas: ipsum [10] *dominum atque omnem* [11] *familiam*
[12] *Multavit usque ad mortem:* [13] *eripuit* [14] *mulierem,*
Quam amabat: clamant omnes [15] *indignissimè*
[16] *Factum esse.* [17] *Hoc* [18] *advenienti* [19] *quot mihi, Micio,*
Dixêre? [20] *in ore est omni populo. Denique*
Si [21] *conferendum* [22] *exemplum est, non* [23] *fratrem videt*
[24] *Rei dare operam,* [25] *rure esse* [26] *parcum ac* [27] *sobrium?*

1 Hoc futurum esse, ut se frater jurgaret? Dixerat enim: *Credo jam, ut solet, jurgabit.* Et hoc dicit ad spectatores; deinde convertit se ad fratrem.

2 Æschinus.

3 Rogitat etiam quid filius Æschinus fecerit?

4 Æschinum. Non describit jam factum, sed animum facientis corruptum ostendit, atque à pudore (qui homines regit, & ne obliviscantur honestatis, admonet) a metu eorum, quibus auctoritas est (ut parentibus in filios) a reverentia legum (quæ civitatis mores continet) alienum atque effrænem. 5 Neque putat se ulli legi obnoxium esse, id est, puta sibi omnia licere. 6 Ante hoc tempus. 7 Quæ nunc commisit mala: *Dissignare* enim, est veluti de in egro aliquam turpitudinem committere. *Designo* propriè significat denoto, demonstro. Hinc *designatores* dicebantur, qui constituendæ funebri pompæ præerant, unicuique incedendi locum, ordinem præscribentes. 8 Æschinus ostium lenonis disjecit, disrupit, fregit. 9 In domum lenonis Sannionis irrupit, sive per violentiã introivit. 10 Sc. *domus*, qui domui præest, possessionẽ domus, sc. lenonẽ. 11 Lenonis, sc. servos vel puellas. 12 Pessimè tractavit, laceravit, verberavit usque ad confinium mortis: quamvis mors non sit consecuta. Hoc dicit ad exaggerationem. 13 Lenoni 14 Fidicinam. 15 Inhonestissimè. 16 Ab Aeschino. 17 Hîc τὸ *hoc* pro hùc Adverbio positum esse multis placuit: mihi Pronomen esse magis placet. Donatus ambiguum reliquit. 18 In urbem. 19 Homines 20 Nemo est ex civibus, qui nesciat, id est, omnes cives sciunt. Suprà in Andr. *Uno ore prædicant.* 21 Comparandum. 22 Æschini ad Ctesiphonem: q.d. Aeschinum non esse dignum, cum quo frater conferatur: sed longè decipitur Demea, ut ex progressu patebit. 23 Ctesiphonem. 24 Operi rustico, & rei familiari sustentandæ ac augendæ, non amori, incumbere. 25 Extra civitatem. 26 Non prodigum ac non bibosum, ut Æschinus est, sed moderati victus. 27 Temperantem.

Nullum [1] *hujus* [2] *simile factum: hæc cùm* [3] *illi, Micio,*
[4] *Dico,* [5] *tibi dico:* [6] *tu illum* [7] *corrumpi finis.*
[8] MI. Homine imperito nunquam quidquam [9] *injustius;*
Qui, nisi quod ipse facit, nihil [10] *rectum* putat.
DE. [11] *Quorsum istuc?* MI. *quia* [12] *tu Demea* [13] *hæc*
[14] *malè judicas.*
[15] *Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum*
Scortari, neque [16] *potare,* [17] *non est, neque fores*
[18] *Effringere: hæc si neque ego, neque tu* [19] *fecimus,*
Non fuit [20] *egestas* [21] *facere nos: tu nunc tibi*
Id laudi [22] *ducis, quod tum feciſti inopiâ.*
[23] *Injurium est: nam si* [24] *esset undè id fieret,*
Faceremus: & tu [25] *illum tuum, si esses* [26] *homo,*
Sineres nunc [27] *facere,* [28] *dum per ætatem licet,*
[29] *Potiùs quàm, uti te exspectatum ejecisset foras,*
[30] *Alieniore ætate pòst faceret tamen.*

1 Æschini. 2 Est simile facti fratris sui. 3 In illũ, vel de illo, sc. Æschino. 4 Dicta volo. 5 In te, vel de te dicta volo, id est, hæc cùm ita loquor, ut ad Æschinum pertinere illiq; dici videantur, tu satis intelligere debes, ad te quoque pertinere tibiq; dici. 6 Æschinum, quem adoptasti. 7 Depravari. 8 Inexperto ac rustico. 9 Iniquius, & magis injustè judicans. 10 Benè esse factum. 11 In quem finem dicis illa? 12 Qui tibi videris admodum sapiens. 13 Quæ facit Aeschinus. 14 Non secundùm æquitatem. 15 Hoc autem Micio non dicit, ut juvenes ad talem licentiam ac peccatum adhortaretur, sed ut Demeam, virum nimis rigidum, à severitate nimiâ dehortaretur. Expedit enim interdum (nam honestum nunquam est) patres ignoscere delictis filiorum: quod si Menedemus fecisset, nunquam illi filius fuisset profugus. Quod verò Micio non ex animo hoc dixerit, ipse in fine hujus Scenæ confitetur; ubi dicit absente Demeâ: *Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicis*, &c. quo genere etiam utitur apud Plautum Callipho in Pseudolo, 1, 5, 18, &c. Vide Ciceronem pro Cœlio. 16 Bibacem esse. 17 Hæc geminata negatio, Atticorum more, vehementius negat. 18 Disrumpere. 19 In juventute. 20 Penuria rei familiaris. Q. d. Non defuit voluntas, sed vetuit necessitas: ideòque nulla laus est. 21 Talia. 22 Æstimas, reputas. 23 Injuste & male judicas, id est, immeritò id tibi laudi ducis, quod coactus feciſti. 24 Fuisset olim, id est, si habuissemus opes, quibus id, quod fecit Æschinus, fieri potuisset, fecissemus talia. 25 Alterum filium Ctesiphonem. 26 Humanus, justus, æquus, id est, si esses homo peritus rerum & modi vivendi juveniliter. 27 Quod facit Æschinus. 28 Quamdiu ætas juvenilis patitur, & non tanta reprehensione digna est, id est, dum adhùc est juvenis. 29 Potiùs quàm tamen filius tuus faceret id, quod nunc facit Æschinus, ætate magis alienâ à talibus ineptiis, minùs convenienti tempore, id est, cùm desinit esse juvenis, quando expulisset te foras odiosum, non amatum à filio propter tuam in eum duritiam, id est, postquam esses per mortem tuam expulsus à damnatione in eum. *Exspectati parentes* dicuntur odiosi, quorum mors à filiis quotidiè exspectatur & exoptatur. 30 Quæ aliam vitam, alios mores postulat.

DE.

DE. [1] *Prô Iupiter! tu me homo* [2] *adigis ad insaniam.*
Non est flagitium facere hæc adolescentulum?
MI. [3] *ah!*
[4] *Ausculta, ne* [5] *me obtundas de hac re sæpiùs.*
Tuum [6] *filium dedisti* [7] *adoptandum mihi:*
Is [8] *meus est factus: si* [9] *quid peccat, Demea,*
[10] *Mihi peccat: ego* [11] *illi maximam partem feram.*
[12] *Obsonat? potat?* [13] *olet unguenta? de* [14] *meo.*
Amat? dabitur à me argentum, ubi erit [15] *commodum;*
[16] *Vbi non erit, fortassè* [17] *excludetur foras.*
[18] *Fores effregit?* [19] *restituentur:* [20] *discidit*
Vestem? [21] *resarcietur.* [22] *Est,* [23] *Diis gratia,*
Et undè [24] *hæc fiant, & adhùc non molesta sunt.*
Postremò aut [25] *desine, aut* [26] *cedo* [27] *quemvis* [28] *arbitrum:*
Te [29] *plura* [30] *in hac re peccare* [31] *ostendam.* DE. [32] *hei mihi!*

1 Tragica exclamatio est reprehendentis Micionẽ, & in eum excandescentis.
2 Redigis, deducis ad dementiam.
3 Interjectio indignantis & ægrè ferentis talia verba.
4 Micio jurgium vult ad disputationem conferre.
5 Aures meas, id est, noli mihi sæpiùs molestus esse & tædiosus de facto Æschini. Metaphora à fabris, qui repetunt aliquid tundendo malleo. 6 Aeschinum. Duplex erat accusatio, *flagitii & damni*. De flagitio jam disseruit: nunc de damno respondet, argumento ab adoptionis jure petito. 7 Assumendum in filium. 8 Per adoptionem, id est, omnis in Aeschinum potestas, disciplina, regimen ad me transiit à te, cùm in adoptionem mihi dedisti filium: sicut & damna mea sunt, quatenùs damnosus est ille. 9 In aliquâ re. 10 Contra me, ad damnum meum & dedecus. 11 Ibi, in eâ re, in peccatis filii Aeschini, vel pro illo Aeschino maximum damnum sustinebo, accipiam: quia nunc in meam traductus est familiam. 12 Si Æschinus convivia frequenter parat, lautè & opiparè vivit. 13 Unguentorum odore fragrat. Quod est mollium & lascivorum virorum, in cute curanda laborantium. Erant autem apud veteres adolescentes unguento delibuti, tanquam voluptuarii. 14 De meis pecuniis est. 15 Opportunum, sc. *dare*. 16 Commodum dare argentum. 17 Ab avarâ meretrice, quæ non facile amatorem, à pecunia inopem, admiserit. 18 Diruit Aeschinus ostium lenonis? Citat hunc locum Cicero pro Cœlio, sub personâ mitioris patris. 19 In pristinum statum restaurabuntur, sc. meis sumptibus. 20 Dirupit, vel dissecuit. 21 Illa reparabitur, refuetur. 22 Sc. *mihi*, id est, ego habeo facultates, pecuniam, qua possim hæc solvere. 23 Sc. habetur à me. 24 Diruta reparentur. 25 Cessa mecum altercari. 26 Da. 27 Quemcunque volueris. 28 Judicem, qui liti, controversiæ nostræ finem imponat, & pro te aut pro me sententiam ferat. 29 In pluribus, quàm me, vel in multis. 30 In instituendo filio. 31 Convincam. 32 Dolentis cum indignatione.

1 Cùm sis exlebs. 2 Patribus. 3 Sciunt, re ipsâ quid sit patrem esse. Al. sient, id est, qui vere patres sunt, id est, natura, non adoptione. 4 Generatione naturali. Q. d. Tu es illi pater naturalis. 5 Æschino. 6 Ego sum pater illi sua omnibus & adhortationibus.

[1] *Pater esse disce ab* [2] *illis, qui verè* [3] *sciunt.* 45

MI. [4] *Naturâ tu* [5] *illi pater es,* [6] *consiliis ego.*

DE. [7] *Tu-n' consulis quidquam?* MI. [8] *ah! si* [9] *pergis, abiero.*

DE. *Siccine agis?* MI. *an ego toties de eâdem re audiam?*

DE. [10] *Curæ* [11] *est mihi.* MI. *& mihi curæ est: verùm, Demea,*

Curemus æquam uterque partem: [12] *tu alterum,* 50

[13] *Ego item* [14] *alterum: nam* [15] *ambos curare, propemodum*

[16] *Reposcere illum est, quem* [17] *dedisti.* DE. [18] *ab Micio!*

MI. *Mihi sic* [19] *videtur.* DE. [20] *quid istuc? tibi si istuc placet,*

[21] *Profundat,* [22] *perdat, pereat,* [23] *nihil ad me attinet. Iam si* [24] *verbum unum posthac.* MI. *rursum, Demea,*

Irascere? DE. *an non* [25] *credis?* [26] *repeton' quem dedi?* 55

[27] *Ægrè est?* [28] *alienus non sum:* [29] *si obsto: hem desino.*

Q. d. *Tu genuisti illum, ego verò educavi eum, & quæ sunt illi facienda, suadeo. Plus autem est, consilius patrem esse, quam natura: quia naturalis pater tantum est causa generationis; præceptor verò & educator etiam.* Vide Juv. Sat. 7. 7 Tu-ne suades ei aliquid, quod si illi utile atq; honestum 8 Interjectio indignantis. 9 Perseveras expostulare mecum. 10 Q. d. Natura illi pater sum, non possum abjicere omnem de moribus ejus & educatione curam. 11 Æschinus. 12 Tu Demea cures alterum filium, sc. Ctesiphonem. 13 Curem. 14 Æschinum. 15 Ctesiphonem & Æschinum. 16 Reperere: cùm ex meo filio tuum vis facere, quem adoptio ex tuo meum fecit. 17 Mihi in adoptione. 18 Quid dixisti? Interjectio dolentis. 19 Te velle reposcere. 20 Formula est ægrè concedentis ut jam aliquoties notatum est. 21 Aeschinus prodigat, consumat omnia. Metaph. ab aquâ, quæ profunditur ex vasis. *Profundere* enim propriè est large & copiosè fundere. Permissio Ironica. 22 Amittat quicquid illi potest contingere. 23 Nihil moror. 24 Sc. *addidero*, dixero. Apostopesis est irascentis. 25 Sc. *me irasci?* Q. d. Merito irascor. 26 An reposco à te filium meum, quem de mi adoptandum? Minimè certè: non tam iniquus sum. 27 Sed molestum est mihi eum luxu & scortatione perdi. eum vivere. 28 Quamvis Aeschini pater ampliùs non sim, illo à te adoptato, tamen alienus illi non sum, sed adhùc natura pater. 29 Si tamen hanc quoque sollicitudinem ferre non potes, concedam tuæ voluntati: verbum posthac unum non addam.

[1] *Unum*

1 *Vnum vis carem : curo : 2 & est Diis gratia,*
3 *Cùm ita, ut volo, est : 4 iste tuus ipse sentiet*
Posteriùs : nolo in illum 5 gravius dicere.
MI. 6 *Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit : tamen*
7 *Nonnihil molesta hæc sunt mihi : sed ostendere,*
Me ægrè pati, 8 illi nolui : nam 9 ita est homo:
10 *Cùm placo, adversor sedulo, & deterreo,*
Tamen 11 humanè vix 12 patitur : verùm si 13 augeam,
Aut etiam 14 adjutor sim ejus iracundiæ,
Insaniam profectò cum 15 illo : etsi Æschinus
16 *Nonnullam 17 in hac re 18 nobis facit injuriam.*
Quam 19 hic non amavit meretricem, aut 20 cui non dedit
Aliquid? Postremo nuper (credo jam 21 omnium
Tædebat) dixit 22 velle uxorem ducere.
Sperabam jam 23 defervisse adolescentiam:
Gaudebam: ecce autem 24 de integro : 25 nisi quidquid est,
26 *Volo scire, atque 27 hominem 28 convenire, si apud 29 forum est.*

1 Ctesphonem. 2 Et habetur Diis gratia. 3 Quoniam meus filius talis est, ut cupio. Fallitur Demea : nam amat itidem Ctesipho. 4 Filius adoptivus Æschinus percipiet postea malum, quod sequetur ex nimia tua indulgentia 5 Pejus. 6 Hæc mala, quæ de Æschino dicit Demea, non sunt omninò falsa, neque omnia, quæ dicit, vera sunt. Hæc secum Micio dicit, abeunte Demea. 7 Hæc, quæ fecit Aeschinus, aliquantulùm mihi displicent. 8 Demeæ. 9 Talis est, talibus moribus, tam morosus est ille frater meus. 10 Cùm volo placare eum, non obsequor (quò pacto alius ingenii homines flecti solent) sed contradico illi vehementer, & defecto eum ab illa opinione, quam concepit de eo, propter quem irascitur. 11 Modestè, patienter. 12 placari frater, vel ea, quæ dixi. 13 Iracundiam ejus. 14 Assentiar illi in irâ ejus, dicamque eum rectè irasci. 15 Fratre meo Demea. 16 Aliquam. 17 Quòd effregerit fores, &c. 18 Mihi & fratri. 19 Aeschinus. 20 Meretrici. 21 Meretricum. 22 Scilicet se. 23 Vehementem & flagrantem amoris vim imminutam. Metaphora 24 Denuò, ἀρχῆθεν, scilicet *amare cœpit*. 25 Sed. 26 Quomodo sit factum. 27 Æschinum. 28 Alloqui. 29 Venale, vel causarum.

ACTUS II. SCENA I.

SANNIO, ÆSCHINUS.

SA. [1] *OBsecro, [2] populares, ferte misero atque [3] innocenti auxilium:*
[4] Subvenite [5] inopi. ÆS. *[6] otiosè nunc jam illicò hîc consiste:*
[7] Quid respectas? nihil pericli est: nunquam, [8] dum ego adero, [9] hic te
Tanget. SA. *[10] ego [11] istam [12] invitis omnibus.*
ÆS. *Quanquam est scelestus, [13] non committet hodiè unquam iterum ut [14] vapulet.*
SA. *Audi, Æschine, ne [15] ignarum fuisse te [16] dicas meorum [17] morum.*
[18] Ego leno sum. ÆS. *[19] scio.* SA. *at [20] ita, ut usquam fuit [21] fide quisquam optimâ.*
Tu quod te [22] posteriùs purges, nolle [23] hanc injuriam mihi
Factam esse: [24] hujus non faciam: [25] crede hoc, ego meum jus persequar:

1 Omissis senibus, describitur Æschini factum, jurgantis cum lenone, propter puellam ereptam.

2 O cives. Supra in Eun. Chęrea adolescens suos ęquales vocat *populares*. Infrà in Phorm. servus Davus cõservum Getam *popularem* vocat. Sic & hîc Leno suæ sortis aut fortunæ homines sordidos vocat *populares*. Et apud Salust. *populares* Catilinę vocantur conjurationis socii. Quæ Demea scena præcedente commemoravit Micioni, hîc contingere posterius videntur. Sed omninò videtur Demea, mox ubi Æschinus fores effregit, & Psaltriam eripuit, id à populo intellexisse, & Micioni retulisse. Intereà autem dum colloquuntur, Æschinus, quam eripuit meretricem, deducit ad fratrem Ctesiphonem in domum Micionis: Psaltriam autem tenet & sequitur in via Leno, & inclamat hæc, *Obsecro, populares*, &c. 3 Qui non meruerim vapulare. 4 Succurrite. 5 Mihi destituto omni ope. 6 Securè, amoto omni metu istic mane, dum puer aperit fores. Nempe hæc dicuntur Psaltriæ sibi adhùc à Lenone metuenti & trepidanti. 7 Cur frequenter respicis? 8 Quamdiu. 9 Leno Sannio. 10 Scilicet *abducam, recipiam*. Aposiopesis. 11 Puellam, vel Psaltriam. 12 Nolentibus. 13 Tamen non efficiet, non perficiet. Cic. *Non committam, ut tibi stultus videar.* 14 Verberibus afficiatur. 15 Nescium. 16 Posteà in judicio. 17 Conditionis, vitæ. 18 Ego sum puellarum venditor, fateor: nihil autem tibi hoc proderit, quo minus ereptæ mulieris nomine reus peragi possis: tam mihi jus dicetur, quàm alii. 19 Te esse Lenonem. 20 Talis sum. 21 Præstandi sc. quod vel pollicitus, vel minatus fuero. 22 Posteà in judicio excusare velis. 23 Vapulationis meæ, & ablationis puellæ. 24 Non tanti faciam, nihili faciam tuam purgationem, δεικτικῶς: nam τὸ *hujus* cum summi digiti ostensione pronunciatur. 25 Hoc pro rato & certo habe.

Neque

Neque tu verbis [1] *solves unquam, quod* [2] *re mihi malefeceris.*

Novi ego [3] *vestra hæc:* [4] *nollem factum: dabitur jusjurandum, esse te*

Indignum injuriâ hac: indignis cùm egomet sim [6] *acceptus modis.*

ÆS. [7] *Abi præstrenuè, ac* [8] *fores* [9] *aperi.* SA. *cæterùm* [10] *hoc nihil facies.*

ÆS. [11] *I intrò nunc jam.* SA. *at* [12] *enim non* [13] *sinam.* ÆS. *accede* [14] *illùc, Parmeno,*

Nimiùm abiisti istòc, [15] *hîc* [16] *propter hunc astiste. hem,* [17] *sic volo:*

Cave nunc jam oculos à meis oculis [18] *quoquam dimoveas tuos,*

Ne mora sit, si [19] *innuerim, quin* [20] *pugnus continuò in malâ hæreat.*

SA. [21] *Istuc volo erga ipsum experiri.* ÆS. [22] *hem serva: omitte mulierem.*

SA. [24] *O facinus indignum!* ÆS. [25] *geminabit, nisi caves.* SA. [26] *hei misero mihi!*

1 Satisfacies. 2 Ipso effectu. 3 Verba, quibus vos soletis excusare. Consultatiuncula per Mimesin. 4 Velim hoc non esse factum, factime pœnitet. Satisfaciendi formula: in qua pœnitentia, & confessio injuriæ cum quadam palinodia conspicitur, adhibita jurisjurandi religione. Exemplum est apud Plaut. Amphitr. 3,2,50, &c. ubi Alcumena stupri arguta à marito, ac jam divortium parans, non placatur, nisi istiusmodi satisfactione. Hæc sunt verba Alcumenæ: *Neque me perpetiar probri Falsò insimulatam, quin ego illum aut deseram, Aut satisfaciat mihi, atque adjuret insuper, Nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit.* Quod & statim factum à Jove simulatitio marito. 5 Jurejurando affirmabo apud judicem. 6 Tractatus. 7 Præi diligenter, sine ullâ trepidatione puer. Sic Andr. 1,1. *I præ, sequar.* Apostrophe ad Parmenonem. 8 Ædium patris mei Micionis. 9 Ut ingrediamur cum puella. 10 Nihil proficis hoc, frustra id conaris: obsistit enim Leno, ut mox: *at enim non sinam;* dum rei suæ possessionem sibi vindicat, donec plagis coërcetur, ut ampliùs resistere nequeat. 11 Psaltriam alloquitur. 12 Certè. 13 Permittam, ut cum Parmenone ingrediatur puella. 14 Ad eum locũ, ubi leno est. 15 Δειχλιχῶς. 16 Juxta lenonem. 17 Ut juxta lenonem stes. 18 Ne in aliquem locum vertas. 19 Dederim tibi nutu signum. 20 Manus compressa in os sive in genam lenonis impingatur. *Mala* enim est illa pars faciei prope oculos, quæ more *mali*, id est, pomi, est rotunda. 21 Volo de Parmenone facere periculum an pugnis me cæsurus sit. 22 Istum tibi à Parmenone colaphum mitte insultantis erit vapulanti lenoni. Nam Parmeno acceptam ab Æschino puellam abducere conabatur. Leno verò sequens, retrahere nitebatur. Alii Parmenoni dictum malunt, & tum *serva* pro τήρει, id est, observa jam, quid nutu significetur, accipiendum, & innuentis erit, ut pugnum ingerat. 23 Dimitte. 24 Quòd ita sum verberatus ab illo servo. 25 Parmeno conduplicabit verbera sive plagam, id est, iterabit, aliam impinget. 26 Interjectio dolentis. Cùm geminasset Parmeno, exclamat leno.

ÆS. [1] *Non innueram: verùm* [2] *in istam partem potiùs peccato tamen:*

[3] *I nunc jam.* SA. [4] *quid hoc rei est?* [5] *regnum-ne, Æschine, hîc tu possides?*

ÆS. [6] *Si possiderem,* [7] *ornatus esses ex tuis virtutibus.*

SA. *Quid tibi rei mecum est?* ÆS. [8] *nihil.* SA. *quid? nostin'* [9] *qui sim?* ÆS. [10] *non desidero.*

SA. *Tetigin'* [11] *tui quidquam?* ÆS. *si* [12] *attigisses,* [13] *ferres infortunium.*

SA. *Quî tibi* [14] *magis licet* [15] *meam habere, pro* [16] *quâ ego argentum dedi?*

Responde. ÆS. *ante* [17] *ædes non fecisse erit* [18] *melius hîc* [19] *convitium:*

Nam si [20] *molestus pergis esse, jam* [21] *intrò abripiere, atque ibi*

Vsque ad necem [22] *operiere loris.* SA. [23] *loris liber?* ÆS. [24] *sic erit.*

1 Non dederam tibi signũ. Parmeno, ut geminares plagam.
2 Ut verberes eum non jussus potiùs, quam jussus non verberes.
3 Tu jam, ô leno, acceptis verberibus, quod scilicet quærebas, abi cum puella.
4 Quid hoc sibi vult?
5 Utrum sic dominaris & exerces tyrannidem Athenis, civitate libertatem semper adversus tyrannos asserent, eatque ubi Democratica administratio? 6 Hîc regnum 7 Haberes præmia vitiis & sceleribus tuis digna. Ironice hæc dicuntur, & κατ' ἀντίφρασιν. 8 Mihi tecum rei est 9 Qualis. 10 Nosse qualis sis. Catul. Ep. 94. *Nil nimium studeo, Cæsar, tibi velle placere, Nec scire utrum sis albus an ater homo.* Adde Ph. 2, 3, 85. 11 Ex tuo corpore. Magna enim differentia est, si quis dicat, *tetigi aliquid tum, & tetigi aliquid tui*: nam prius significat me tetigisse aliquid, quod tuum erat, ut librum, vestimentum, vel aliud quippiam: sed *tetigi aliquid tui*, significat me tetigisse aliquod ex membris corporis tui. 12 Leniter tetigisses: quod multò minus est, quam tetigisses. 13 Patereris infelicem successum, id est, pessimè tecum ageretur, misertimè te tractarem 14 Quam mihi quicquam tui tangere. 15 Puellam. 16 Puellâ. 17 Meas. 18 Honestius, vel magis ex re tuâ. Habent hæc verba speciem suadentis, cùm interim graves minas denuntient, quas mox clariùs exprimit Æschinus. 19 Vociferationem vel maledictum facere, id est, convitiari. 20 Vociferationibus, convitiis. 21 In interiorem domum ab hoc loco rapieris. 22 Totus obruêris lororum notis, vibicibus ex lororum percussione; vel scuticis sive funiculis ex corio factis cædêris, flagellaberis, quibus cædebantur servi, ut conditionis reminisceretur. Ut enim magistratus virgis in noxios utebantur; ita domini in servos loris. *Lorum* proprie corrigia est ex corio. *Lora* etiam habenas vocamus, & retinacula jumentorum. 23 Minitaris quod ego non servilis conditionis operiar, id est, cædar loris? Loris quippe cædere sive flagellare liberum hominem Athenis non licebat: servorum id supplicium fuit. 24 Operiêre loris.

SA. *O hominem* [1] *impurum* ! [2] *hiccine libertatem ajunt æquam esse omnibus?*

ÆS. *Si satis jam* [3] *debacchatus es, leno, audi si vis nunc jam.*

SA. *Egon' debacchatus sum autem, an tu in me?* ÆS. [4] *mitte* [5] *ista, atque* [6] *ad rem redi.*

SA. [7] *Quam rem? quò redeam?* ÆS. *jam-ne me vis dicere, quod ad te attinet?*

SA. [8] *Cupio,* [9] *aqui modò aliquid.* ÆS. [10] *vah!* [11] *leno* [12] *iniqua me non vult loqui.*

SA. *Leno sum, fateor, pernicies* [13] *communis adolescentium,*

[14] *Perjurus, pestis: tamen tibi à me nulla est* [15] *orta injuria.*

ÆS. *Nam herclè etiam* [16] *hoc restat.* SA. [17] *illùc quæso redi, quò cœpisti, Æschine.*

ÆS. [18] *Minus viginti tu* [19] *illam emisti,* [20] *quæ res tibi vertat malè:*

Argenti [21] *tantum* [22] *dabitur.* SA. [23] *quid, si ego illam nolo vendere,*

Coges me? ÆS. *minimè.* SA. *namque* [24] *id metui.*

ÆS. [25] *neque vendundam censeo,*

1 Improbum. 2 An homines dicunt, facultatem liberam agendi quidlibet esse æquabilem omnibus incolis hîc Athenis? Q. d. An non vivimus in Republicâ populari, ubi omnes cives, eo ipso quod cives sunt, æquo jure agitant, & libertatis beneficiis perfruuntur? Undè & Cicero pro C. Rabirio, legem Porciam, quæ exemplo juris Attici virgis cædi civem Romanum vetabat, libertatis favore commendat 3 Insaniviſti. 4 Omitte. 5 Quæ antea sunt facta 6 Ad negotium, de quo agitur inter nos, de puella scilicet, quam abstuli tibi. 7 Scilicet *omittam?* 8 Te aliquid dicere 9 Dummodò proponas, dicas aliquid, quod sit justum ac honestum 10 Interjectio irridentis. 11 Puellarum venditor 12 Injusta, inhonesta. Q. d. Mirum est, lenonem patrocinari justit æ. Et sic religionem lenoni joculariter exprobrat. 13 Publica. 14 Violans fidem. 15 Nata. 16 Intuliſſe mihi injuriam reliquum est, id est, unus ego sum adhùc, cui tu injuriam non feceris. 17 Ad illud negotium, propositum sedi planè, ad quod redire cœpisti, cùm dixisti: *mitte ista, atque ad rem redi.* 18 Ducentis coronatis Gallicis. 19 Puellam, quam rapui. 20 Quæ datio argenti tuam cedat seu convertatur pernicem. Imprecatio est Æschini in malum emptorem. 21 Quanti scilicet empta est, id est, viginti minæ 22 Tibi. 23 Scilicet *faciet*, vel *dicet?* 24 Ne me cogeres vendere. Ironia. 25 Q. d. Tu dicis, Sannio, cogi te non posse, ut mihi vendas mulierem: rectè: non cogam te: imò ostendam, nec fas tibi esse, vel mihi vel cuiquam mortalium eam vendere: libera est enim, quam tu hactenus ut servam, ut venalem detinuisti: eo nomine te in jus vocabo, assertâque in libertatem muliere, ut sine omni pretio eam dimittere cogaris, efficiam.

Quæ [1] *libera est* : [3] *nam ego illam liberali asserо causâ manu* :

Nunc [3] *vide utrum vis* , [4] *argentum accipere* , *an* [5] *causam meditari tuam.*

[6] *Delibera hoc* , [7] *dum ego redeo, leno.* SA. [8] *prô supreme Iupiter !*

Minimè [9] *miror, qui insanire occipiunt* [10] *ex injuriâ.*

[11] *Domo me eripuit , verberavit:* [12] *me invito abduxit meam :*

Homini misero [13] *plus quingentos colaphos infregit mihi.*

[14] *Ob malefacta hæc* [15] *tantidem emptam postulat sibi* [16] *tradier.*

Verùm enim, quando [17] *benè prómeruit , fiat : suum jus postulat.*

Age jam cupio , si modò [18] *argentum reddat : sed ego* [19] *hæc* [20] *hariolor :*

[21] *Ubi me dixero* [22] *dare* [23] *tanti, testes* [24] *facies illicò, Vendidisse me,* [25] *de argento somnium :* [26] *mox, cras veni :*

1 Non servilis conditionis. 2 Ordo est : *Nam ego asserо*, id est, vindico, restituo illam è servitute tua in libertatem (unde Vindices libertatis *Assertores* dicebantur) *manu* sc. mea injecta (nam Assertores seu Vindices libertatis manu capiebant, quem asserebant in libertatem) liberam eam esse asseverans, *causâ liberali*, id est, judicio seu lite, quæ contineat actionem libertatis. 3 Cogita tecum. 4 Quod obtuli, sc. viginti minas. 5 Tuam actionem defendere , sc. tuum jus in hac causa liberali, quam in te intendam. Per similitudinem enim *causa* dicitur omnis actio, quam in Senatu, sive in foro , & apud judices , populum-ve habemus. Cic. ad Attic. *Meditari apud Brutum causam meam.* 6 Mente voluta hoc, an velis argentum accipere , an causam meditari tuam. 7 Donec. 8 Exclamatio est irascentis, & quasi Jovis auxilium invocantis. 9 Illos homines insanire. 10 Post acceptam injuriam. 11 Æschinus è domo mea per vim me extraxit. 12 Me nolente puellam meam violenter eripuit. 13 Plus quàm quingentas, id est, multas alapas compressa manu incussit , inflixit. 14 Quæ in me exercuit. 15 Pro eodem pretio, quo empta est, sc. viginti minis. 16 Tradi. Paragoge. 17 Concessio Ironica. Quanquam nihil tale meritus est Æschinus, tamen quia jus meum persequi mihi non licet, dividuum faciam potiùs , quàm in periculum veniam, servem-ne an perdam totum. 18 Quod pro ea dedi. 19 Quæ sequuntur. 20 Divino, suspicor. 21 Ubi pactio intercesserit pretii, jam ereptionis actio sublata erit, & solutio exspectanda. 22 Venum dare puellam. 23 Pro tanto pretio, sc viginti minis. 24 Capiet, adhibebit Æschinus. 25 Quantum ad argentum reddendum spectat, erit somnium, id est , nihil accipiam : quemadmodum cùm aliquis somniat se accepisse pecuniam: eandem cùm expergiscitur, nihil invenit in manibus suis. 26 Statim revertere, dicet mihi, quærenti pecuniam , cras revertere : & ita procrastinabit de die in diem.

[1] *Id quoque possum* [2] *ferre*, [3] *si modo* [4] *reddat*: [5] *quanquam injurium est.*
Verùm cogito id, [6] *quod res est: quando* [7] *eum quæstum occeperis,*
[8] *Accipiunda & mussitanda injuria adolescentium est.*
Sed nemo [9] *dabit: frustrà egomet mecum* [10] *has rationes* [11] *puto.*

1 Hanc moram, scilicet mox, credi. 2 Tolerare. 3 Dummodò. 4 Pecuniam debitam.

5 Quamvis differre solutionem, vel adigi ut vendas, quod nolis, sit inferre injuriam. 6 Quod verum est. 7 Quærere lucrum in vendendis puellis. 8 Toleranda & dissimulanda sive tacenda. *Mussitare* enim propriè significat dissimulandi causa tacere: dictum à *muto*. 9 Argentum. 10 Quibus judico perferendam esse injuriam illatam. 11 Perpendo, computo.

ACTUS II. SCENA II.

SYRUS, SANNIO.

SY. [1] *Tace, egomet* [2] *conveniam jam* [3] *ipsum*: [4] *cupidè accipiat faxo*, [5] *atque etiam*
Benè [6] *dicat secum esse actum.* [7] *Quid istuc, Sannio, est, quòd te audio*
Cum hero nescio [8] *quid concertasse?* SA. [9] *nunquam vidi* [10] *iniquius*
Concertationem [11] *comparatam, quàm* [12] *hac hodiè inter* [13] *nos fuit:*
Ego vapulando, [14] *ille verberando,* [15] *usque ambo defessi sumus.*

1 Syrus egrediens intrò loquitur ad Æschinum, qui jusserat eum ad Sannionem exire, ipsique persuadere, ut acciperet, quod oblatum erat.

2 Alloquar. 3 Lenonem Sannionem. 4 Statim faciam, ut accipiat pecuniam libenter. 5 Scilicet dicat. 6 Ut gratias quoque agat pro ea re, quòd non prorsùs periclitetur de summa rei. 7 Dissimulat se scire, quod probè novit, ne subornatus esse videatur. 8 Propter quam causam cum Æschino contendisse, & quidem usque eò, ut ad manus sit perventum. 9 In omni vita mea. Sannio queritur de injuria sibi facta ab Æschino, & Syri consiliis eluditur; qui eum callidè impellit, ut accipiat pretium pro erepta virgine. 10 Contentionem magis imparem, magis inæqualem. 11 Inter duos constitutam, concitatam. 12 Concertatio. 13 Me & Æschinum. 14 Æschinus. 15 Multùm, valdè.

SY.

1 Comparare, acquirere, seu in animo disponere.

1 *Parare, quod sit* 2 *carius,* 3 *quàm ipse est sibi?*
4 *Atqui ex me hic natus non est, sed ex fratre:* 5 *is adeò* 15
Dissimili studio est. Iam indè ab adolescentiâ

2 Dilectius.

Ego 6 *hanc clementem vitam urbanam, atque* 7 *otium*
8 *Secutus sum: &, quod* 9 *fortunatum* 10 *isti putant,*
Vxorem nunquam habui: 11 *ille* 12 *contrà,* 13 *hæc omnia:*

3 Quàm ipse homo, qui initiatus est, carus sibi ipsi?

14 *Ruri agere vitam, semper* 15 *parcè, ac* 16 *duriter*
17 *Se habere: uxorem* 18 *duxit:* 19 *nati filii* 21
Duo: 20 *indè ego* 21 *hunc* 22 *majorem* 23 *adoptavi mihi:*

4 Atque Æschinus non est meus filius naturalis, sed fratris Demeæ.

24 *Eduxi à parvulo:* 25 *habui, amavi pro meo:*

Argumentatur a Minore ad Majus:

In eo me oblecto: 26 *solum id est carum mihi.*
27 *Ille ut* 28 *item* 29 *contrà me habeat,* 30 *facio sedulò:*
31 *Do,* 32 *prætermitto:* 33 *non necesse habeo omnia* 26

Cùm ego tantoperè sim solicitus pro filio adoptivo, necesse est majorem existere solicitudinem pro liberis in veris parentibus.

34 *Pro meo jure agere:* 35 *postremò, alii clanculùm*

5 Frater Demea est vitâ & voluntate valde diversâ. *Adeo* hîc est particula intendendi. 6 Hunc modum vivendi in urbe, qui reddit homines clementes; ut, *pallida mors.* 7 Securitatem seu tranquillitatem. 8 Amavi, elegi. 9 Non ducere uxorem, sive cælibatum. 10 Qui sunt impliciti matrimonio. 11 Frater Demea. 12 E contrario. 13 Secutus est, elegit. Hanc morum & studiorum dissimilitudinem ceriè miratur Cicero, dicens: *Ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt, quanta in altero duritas, in altero comitas!* Et Horat. l. 2. Ep. 2. *Cur alter fratrũ cessare,* &c. 14 Vixit in agris. 15 Tenaciter, quantum ad servandum. 16 Aspere & acerbè, quantum ad laborandum. 17 Se tractavit, gessit. Sic Plaut. *Habet illum artiè consentèque.* 18 Frater Demea. 19 Nati sunt ex eo & uxore, quam duxit, duo filii, Æschinus & Ctesipho. 20 Ex duobus illis filiis. 21 Æschinum. 22 Qui est major natu. 23 Assumpsi mihi in filium. 24 Educavi, nutrivi eum ex eo tempore: quo adhùc parvulus erat, id est, ab ineunte ætate, a teneris annis. 25 Æstimavi, tractavi, & dilexi eum, ac si esset ex me natus. Sic Hecyr. *Nam nunquam secùs* habui *illam, ac si ex me esset nata.* 26 Oblectari in filio est mea summa voluptas. 27 Æschinus. 28 Similiter. 29 Vicissim me diligat tanquam patrem suum. 30 Laboro vehementer. 31 Tribuo ei pecuniam in sumptus. 32 Multa delicta. Q. d. Connivco ad quædam vitia, quæ tolerari possunt. 33 Non opus est mihi, non exigit necessitas. 34 Pro patria potestate, secundùm autoritatem meam in eum. 35 Ordo est: *Postremò*, id est, denique, *consuesci filium*, scilicet Æschinum, *ne*, id est, ut non, *cel ere ea*, scilicet peccata, facta, *quæ adolescentia fert*, id est, juvenilis ætas adfert adolescentibus, quibus obnoxia est adolescentia, *quæ*, sc. facta adolescentiæ, *alii*, sc. adolescentes, *facinus clanculùm patrare*, id est, clam patribus, patribus nescientibus.

Pa-

Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium:
[1] *Nam qui mentiri, aut fallere insuêrit patrem, aut*
Audebit, tantò magis audebit [2] *cæteros.*
[3] Pudore, & liberalitate liberos
[4] Retinere, [5] satiùs esse [6] credo, quàm [7] metu.
[8] *Hæc fratri mecum non conveniunt, neque placent.*
[9] *Venit ad me sæpè clamans,* [10] *quid agis, Micio?*
Cur [11] *perdis* [12] *adolescentem* [13] *nobis? cur amat?*
Cur potat? cur tu [14] *his rebus* [15] *sumptum suggeris?*
[16] *Vestitu nimiùm* [17] *indulges: nimiùm ineptus es.*
[18] *Nimiùm* [19] *ipse est* [20] *durus,* [21] *præter æquumque & bonum:*
Et [22] errat longè [23] meâ quidem sententiâ:
Qui imperium credat [24] gravius esse aut [25] stabilius,
[26] Vi quod [27] fit, quàm illud, quod [28] amicitiâ [29] adjungitur.
[30] *Mea sic est ratio,* [31] *& sic animum induco meum.*
[32] *Malo coactus qui* [33] *suum officium facit,*
[34] *Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet:*

1 Argumentum à Minore ad Majus.
2 Sc. *homines fallere.*
3 Verecundia & bonitate sive lenitate, quæ virtutes liberorum hominum esse solent, id est, ingenuâ educatione.
4 In officio continere ac reprimere à vitiis.
5 Melius.
6 Existimo.
7 Timore, id est, verberibus, vel duritiâ, quæ ex odio proficiscuntur. 8 Hi modi retinendi liberos non congruunt fratri mecum, id est, in hoc dissentimus, non consentimus. Nam *hoc convenit mihi tecum* dicitur, id est, de hoc non est inter nos controversia. 9 Frater Demea. 10 Mimêsis sive Prosopopœia, quam multis laudat Cic. l. 1. de Inventione. 11 Corrumpis pessima institutione? 12 Æschinum. 13 In nostrum utriusq; damnum. 14 Sc. *faciendis* 15 Pecuniam subministras, suppeditas? 16 Vestitui filii. Virg. 1. Æn. *Parce metu, Cytherea,* id est, metui. Idem: *Venatu invigilant pueri,* id est, venatui. Antiptôsis. 17 Inservis, id est, tu nimiùm das operam, ut filius nitidè vestiatur. 18 Nunc Micio de fratre suo suam adhibet sententiam. 19 Frater meus Demea. 20 Austerus. 21 Ultrà quam æquitas, quę de juris rigore multa remittit, & bonitas sive justitia requirit. 22 Fallitur Demea. Duodecim istis versibus magnifica ῥῆσις continetur de imperio patrio, seu disciplina patria: quo tanquam speciosо colore Micio nimiam suam indulgentiam & lenitatem obducit: magno ætatis & sapientiæ prętextu γνωμολογῶν. 23 Meo certè judicio. 24 Majoris auctoritatis, quantum ad vim. 25 Firmius, durabilius, quantum ad tempus. 26 Violentia, metu. 27 Efficitur, exercetur. 28 Amore, benevolentia. 29 Acquiritur, copulatur. 30 Meus modus ac sententia est talis. 31 Et sic mihi persuadeo. 32 Metu aut violentia. 33 Facit id quod debet, τὸ καθῆκον ἔργον. 34 Vitat peccare tam diu, quamdiu putat id, quod facit, quòd scietur. Nam *oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

1 Si coactus malo credit id, quod facturus est, futurum esse secretum & occultum, rerum ad naturam suam depravatam seu perditos mores suos regreditur.

1 *Si sperat fore clàm, vorsum ad ingenium redit.*
2 *Quem beneficio adjungas, ille* 3 ex animo 4 *facit:*
5 *Studet par referre,* 6 *præsens absensque idem erit.*
Hoc 7 *patrium est, potiùs consuescere filium,*
8 *Suâ sponte rectè facere, quàm* 9 *alieno metu.* 50
10 *Hoc pater, ac dominus interest:* 11 *hoc qui nequit,*
12 *fateatur se nescire* 13 *imperare liberis.*
Sed est ne hic 14 *ipsus, de quo* 15 *agebam? & certè is est.*
Nescio 16 *quid tristem video: credo jam, ut solet,*
17 *Iurgabit. Salvum te advenire, Demea,* 55
18 *Gaudemus.*

Nam naturam expelles furcâ, tamen usque recurret. 2 Ille homo vel juvenis, quem devincias & obliges tibi aliquo merito. 3 Ex voluntate, sua sponte, non fictè. 4 Officium. 5 Conatur respondere beneficiis acceptis. 6 In præsentia & absentia ut custodia seu monitoris non mutabitur, sed semper perget in officio, beneficio & honestate allectus. 7 Officium patris est, decet patrem. 8 Ex animo. 9 Alterius, nempe monitoris, aut custodis, aut patris. 10 In hoc, id est, in hac re, scilicet vel cogendo meum subditos & sic est *dominus*, quia cogit servos; vel beneficiis adjungendo; & sic est *pater*, quia fungitur officio patris, differt. Hellenismus est: τοῦτο ὁ πατὴρ τοῦ διαφέρει. Notter. Eun. *Sentio intellis ne quid interest?* 11 Qui hoc non potest facere, nempe adjungere beneficiis suis & allicere ad bene vivendum. 12 Fateri debebat. 13 Liberos regere, & illis præesse. 14 Ipse Demea. 15 Loquebar? 16 Propter quid. 17 Rixabitur. Sic Andr. *Eun Davo egomet vidi jurgantem ancillam.* 18 Hic Scena incipit cum colloquio Demeæ & Micionis.

ACTUS I. SCENA II.

DEMEA, MICIO.

1 Hæc particula ostendit affectum quærentis.

DE. 1 *Hem!* 2 *opportunè: te ipsum quærito,*
3 *Quid tristis es?* DE. 4 *rogas me, ubi nobis* 5 *Æschinus*

Demea, homo durus & asper, graviter cum Micione expostulat de Æschini absentis pernitantia, cupiditatibus & injuriis: excusat eundem Micio, plus nimio indulgens pater. 2 Tempestive, *scilicet advenis.* 3 Propter quid, cur. 4 Ordo est: *Rogas me, quid ego tristis sim? ubi nobis Æschinus sit?* 5 Quem tu conservare debebas, & scire ubi versari sit solitus. Nempe hunc sibi velut fugitivum ambobus sibi in conspectum dari gestit, in ipsum potiùs, quàm in Micionem, evomiturus iram, quam advenientis collegerat, aliis atque aliis narrantibus quæ designant.

Sicin

Siet, quid tristis ego sim? MI. dixin' [1] *hoc fore?*
Quid [2] *fecit? DE.* [3] *quid ille fecerit?* [4] *quem neque pudet*
Quidquam: nec metuit quenquam: [5] *neque legem putat*
Tenere se ullam: nam illa, quæ [6] *antehac facta sunt,*
Omitto: [7] *modò quid designavit? MI. quid-nam id est?*
DE. [8] *Fores effregit: atque* [9] *in ædes irruit*
Alienas: ipsum [10] *dominum atque omnem* [11] *familiam*
[12] *Multavit usque ad mortem:* [13] *eripuit* [14] *mulierem,*
Quam amabat: clamant omnes [15] *indignissimè*
[16] *Factum esse.* [17] *Hoc* [18] *advenienti* [19] *quot mihi, Micio,*
Dixêre? [20] *in ore est omni populo. Denique*
Si [21] *conferendum* [22] *exemplum est, non* [23] *fratrem videt*
[24] *Rei dare operam,* [25] *rure esse* [26] *parcum ac* [27] *sobrium?*

1 Hoc futurum esse, ut se frater jurgaret? Dixerat enim: *Credo jam, ut solet, jurgabit.* Et hoc dicit ad spectatores: deinde convertit se ad fratrem.

2 Æschinus.

3 Rogitat etiam quid filius Æschinus fecerit?

4 Æschinum. Non describit jàm factum, sed animum facientis corruptum ostendit, atque à pudore (qui homines regit, & ne obliviscantur honestatis, admonet) a metu eorum, quibus auctoritas est (ut parentibus in filios) a reverentia legum (quæ civitatis mores continet) alienum atque effrænem. 5 Neque putat se ulli legi obnoxium esse, id est, putat sibi omnia licere. 6 Ante hoc tempus. 7 Quæ nunc commisit mala; *Designare* enim, est veluti de in egro aliquam turpitudinem committere. *Designo* propriè significat denoto, demonstro. Hinc *designatores* dicebantur, qui constituendæ funebri pompæ præerant, uniuscujusque incedendi locum, ordinem præscribentes. 8 Æschinus olim lenonis disjecit, disrupit, fregit. 9 In domum lenonis Sanniones irrupit, sive per violentiã introivit. 10 Sc *dominum*, qui domui præest, possessionẽ domus, sc. lenonẽ. 11 Lenonis, sc. servos vel puellas. 12 Pessimè tractavit, laceravit, verberavit usque ad confinium mortis: quamvis mors non sit consecuta. Hoc dicit ad exaggerationem. 13 Lenoni 14 Fidicinam. 15 Inhonestissimè. 16 Ab Æschino. 17 Hîc 18 *hoc* pro huc Adverbio positum esse multis placuit: mihi Pronomen esse magis placet. Donatus ambiguum reliquit. 18 In urbem. 19 Homines 20 Nemo est ex civibus, qui nesciat, id est, omnes cives sciunt. Supra in Andr *Uno ore prædicant.* 21 Comparandum. 22 Æschini ad Ctesiphonem: q.d. Æschinum non esse dignum, cum quo frater conferatur: sed longè decipitur Demea, ut ex progressu patebit. 23 Ctesiphonem. 24 Operi rustico, & rei familiari sustentandæ ac augendæ, non amori, incumbere. 25 Extra civitatem. 26 Non prodigum ac non bibosum, ut Æschinus est, sed moderati victus. 27 Temperantem.

DE. [1] Prô Iupiter! tu me homo [2] adigis ad insaniam.
Non est flagitium facere hæc adolescentulum? MI. [3] ah!
[4] Ausculta, ne [5] me obtundas de hac re sæpiùs.
Tuum [6] filium dedisti [7] adoptandum mihi:
Is [8] meus est factus: si [9] quid peccat, Demea,
[10] Mihi peccat: ego [11] illi maximam partem feram.
[12] Obsonat? potat? [13] olet unguenta? de [14] meo.
Amat? dabitur à me argentum, ubi erit [15] commodum;
[16] Vbi non erit, fortasse [17] excludetur foras.
[18] Fores effregit? [19] restituentur: [20] discidit
Vestem? [21] resarcietur. [22] Est, [23] Diis gratia,
Et undè [24] hæc fiant, & adhùc non molesta sunt.
Postremò aut [25] desine, aut [26] cedo [27] quemvis [28] arbitrum:
Te [29] plura [30] in hac re peccare [31] ostendam. DE. [32] hei mihi!

1 Tragica exclamatio est reprehendentis Micionē, & in eum excandescentis.
2 Redigis, deducis ad dementiam.
3 Interjectio indignantis & ægrè ferentis talia verba.
4 Micio jurgium vult ad disputationem conferre.
5 Aures meas, id est, noli mihi sæpiùs molestus esse & tædiosus de facto Æschini. Metaphora à fabris, qui repetunt aliquid tundendo malleo. 6 Aeschinum. Duplex erat accusatio, *flagitii & damni*. De flagitio jam disseruit: nunc de damno respondet, argumento ab adoptionis jure petito. 7 Assumendum in filium. 8 Per adoptionem, id est, omnis in Aeschinum potestas, disciplina, regimen ad me transiit à te, cùm in adoptionem mihi dedisti filium: sicut & damna mea sunt, quatenùs damnosus est ille. 9 In aliquâ re. 10 Contra me, ad damnum meum & dedecus. 11 Ibi, in eâ re, in peccatis filii Aeschini, vel pro illo Aeschino maximum damnum sustinebo, accipiam: quia nunc in meam traductus est familiam. 12 Si Æschinus convivia frequenter parat, lautè & opiparè vivit. 13 Unguentorum odore fragrat. Quod est mollium & lascivorum virorum, in cute curanda laborantium. Erant autem apud veteres adolescentes unguento delibuti, tanquam voluptuarii. 14 De meis pecuniis est. 15 Opportunum, sc. *dare*. 16 Commodum dare argentum. 17 Ab avarâ meretrice, quæ non facile amatorem, à pecunia inopem, admiserit. 18 Diruit Aeschinus ostium lenonis? Citat hunc locum Cicero pro Cœlio, sub personā mitioris patris. 19 In pristinum statum restaurabuntur, sc. meis sumptibus. 20 Disrupit, vel dissecuit. 21 Illa reparabitur, refuetur. 22 Sc. *mihi*, id est, ego habeo facultates, pecuniam, qua possim hæc solvere. 23 Sc. habetur à me. 24 Diruta reparentur. 25 Cessa mecum altercari. 26 Da. 27 Quemcunque volueris. 28 Judicem, qui liti, controversiæ nostræ finem imponat, & pro te aut pro me sententiam ferat. 29 In pluribus, quàm me, vel in multis. 30 In instituendo filio. 31 Convincam. 32 Dolentis cum indignatione.

1 Cùm sis cælebs. 2 Patribus. 3 Sciunt, re ipsâ quid sit patrem esse. Al. sirus, id est, qui vere patres sunt, id est, natura, non adoptione. 4 Generatione naturali. Q.d. Tu es illi pater naturalis. 5 Æschino. 6 Ego sum pater illi sua onibus & adhortationibus.

[1] *Pater esse disce ab* [2] *illis, qui verè* [3] *sciunt.* 45
MI. [4] *Naturâ tu* [5] *illi pater es,* [6] *consiliis ego.*
DE. [7] *Tu-n' consulis quidquam?* MI. [8] *ah! si* [9] *pergis, abiero.*
DE. *Siccine agis?* MI. *an ego toties de eâdem re audiam?*
DE. [10] *Curæ* [11] *est mihi.* MI. *& mihi curæ est: verùm, Demea,*
Curemus æquam uterque partem: [12] *tu alterum,* 50
[13] *Ego item* [14] *alterum: nam* [15] *ambos curare, propemodum*
[16] *Reposcere illum est, quem* [17] *dedisti.* DE. [18] *ab Micio!*
MI. *Mihi sic* [19] *videtur.* DE. [20] *quid istuc? tibi si istuc placet,*
[21] *Profundat,* [22] *perdat, pereat,* [23] *nihil ad me attinet.*
Iam si [24] *verbum unum posthac.* MI. *rursum, Demea,* 55
Irascere? DE. *an non* [25] *credis?* [26] *repeton' quem dedi?*
[27] *Ægrè est?* [28] *alienus non sum: si obsto: hem* [29] *desino.*

Q.d. Tu genuisti illum, ego verò educavi eum, & quę sunt illi facienda, suadeo. Plus autem est, consilius patrem esse, quam natura: quia naturalis pater tantum est causa τῆ γενέσεως; receptor vero τῆ καλῶς ζῆν. Vide Juv. Sat. 7. 7 Tu-ne suades ei aliquid, quod si illi utile atq; honestum? 8 Interjectio indignantis. 9 Perseveras expostulare mecum. 10 Q.d Naturæ illi pater sum, non possum abjicere omnem de moribus ejus & educatione curam. 11 Æschinus. 12 Tu Demea cures alterum filium, sc. Ctesiphonem. 13 Curem. 14 Æschinum. 15 Ctesiphonem & Æschinum. 16 Repetere: cùm ex meo filio tuum vis facere, quem adoptio ex tuo meum fecit. 17 Mihi in adoptione. 18 Quid dixisti? Interjectio dolentis. 19 Te velle reposcere. 20 Formula est ægrè concedentis ut jam aliquoties notatum est. 21 Aeschinus prodigat consumat omnia. Metaph. ab aquâ, quæ profunditur ex vasis. *Profundere* enim propriè est large & copiosè fundere. Permissio Ironica. 22 Amittat quicquid illi potest contingere. 23 Nihil moror. 24 Sc. *addidero*, dixero. Apostrophe est irascentis. 25 Sc. *me irasci?* Q.d Merito irascor. 26 An reposco a te filium meum, quem de te adoptandum? Minime certe: non tam iniquus sum. 27 Sed molestum est mihi eum luxu & scortatione perditum vivere. 28 Quamvis Aeschini pater amplius non sim, illo à te adoptato, tamen alienus illi non sum, sed adhùc natura pater. 29 Si tamen hanc quoque sollicitudinem ferre non potes, concedam tuæ voluntati: verbum posthac unum non addam.

[1] *Unum*

1 *Vnum vis carem : curo : 2 & est Diis gratia,*
3 *Cùm ita, ut volo, est : 4 iste tuus ipse sentiet*
Posteriùs : nolo in illum 5 gravius dicere.
MI. 6 *Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit : tamen*
7 *Nonnihil molesta hæc sunt mihi : sed ostendere,*
Me ægrè pati, 8 illi nolui : nam 9 ita est homo:
10 *Cùm placo, adversor sedulo, & deterreo,*
Tamen 11 humanè vix 12 patitur : verùm si 13 augeam,
Aut etiam 14 adjutor sim ejus iracundiæ,
Insaniam profectò cum 15 illo : etsi Æschinus
16 *Nonnullam 17 in hac re 18 nobis facit injuriam.*
Quam 19 hic non amavit meretricem, aut 20 cui non dedit
Aliquid? Postremo nuper (credo jam 21 omnium
Tædebat) dixit 22 velle uxorem ducere.
Sperabam jam 23 deferviſſe adolescentiam:
Gaudebam: ecce autem 24 de integro : 25 nisi quidquid est,
26 *Volo scire, atque 27 hominem 28 convenire, si apud 29 forum est.*

1 Ctesphonem. 2 Et habetur Diis gratia. 3 Quoniam meus filius talis est, ut cupio. Fallitur Demea: nam amat itidem Ctesipho. 4 Filius adoptivus Æschinus percipiet postea malum, quod sequetur ex nimia tua indulgentia. 5 Pejus. 6 Hæc mala, quæ de Æschino dicit Demea, non sunt omninò falsa, neque omnia, quæ dicit, vera sunt. Hæc secum Micio dicit, abeunte Demea. 7 Hæc, quæ fecit Aeschinus, aliquantulùm mihi displicent. 8 Demeæ. 9 Talis est, talibus moribus, tam morosus est ille frater meus. 10 Cùm volo placare eum, non obtequor (quò pacto alius ingenii homines flecti solent) sed contradico illi vehementer, & deflecto eum ab illa opinione, quam concepit de eo, propter quem irascitur. 11 Modestè, patienter. 12 e placari frater, vel ea, quæ dixi. 13 Iracundiam ejus. 14 Assentiar illi in irâ ejus, dicamque eum rectè irasci. 15 Fratre meo Demea. 16 Aliquam. 17 Quòd effregerit fores, &c. 18 Mihi & fratri. 19 Aeschinus. 20 Meretrici. 21 Meretricum. 22 Scilicet se. 23 Vehementem & flagrantem amoris vim imminutam. Metaphora 24 Denuò, ἀρχῆθεν, scilicet *amare cæpit*. 25 Sed. 26 Quomodo sit factum. 27 Æschinum. 28 Alloqui. 29 Venale, vel causarum.

ACTUS II. SCENA I.

SANNIO, ÆSCHINUS.

[1] Omissis senibus, describitur Æschini factum, jurgantis cum leno-ne, propter puellam creptam.

SA. [2] OBsecro, [3] populares, ferte misero atque [4] innocenti auxilium:
[5] Subvenite [6] inopi. ÆS. [7] otiosè nunc jam illicò hîc consiste:
[7] Quid respectas? nihil periclist: nunquam, [8] dum ego adero, [9] hîc te
Tanget. SA. [10] ego [11] istam [12] invitis omnibus.

[2] O cives. Suprà in Eun. Chærea adolescens suos quasi leones vocat populares.

ÆS. Quanquam est sceleste, [13] non committet hodiè
unquam iterum ut [14] vapulet. 5
SA. Audi, Æschine, ne [15] ignarum fuisse te [16] dicas
meorum [17] morum.

Iatrâ in Phorm. servus Davus cõservum Getam

[18] Ego leno sum. ÆS. [19] scio. SA. at [20] ita, ut usquam
fuit [21] fide quisquam optimâ.
Tu quod te [22] posterius purges, nolle [23] hanc injuriam
mihi
Factam esse: [24] hujus non faciam: [25] crede hoc, ego
meum jus persequar:

populares vocat. Sic & hîc Leno suæ sortis aut fortunæ homines sordidos vocat *populares*. Et apud Salust. *populares* Catilinę vocantur conjurationis socii. Quæ Demea scena præcedente commemoravit Micioni, hîc contingere posterius videntur. Sed omninò videtur Demea, mox ubi Æschinus fores effregit, & Psaltriam eripuit, id à populo intellexisse, & Micioni retulisse. Interea autem dum colloquuntur, Æschinus, quam eripuit meretricem, deducit ad fratrem Ctesiphonem in domum Micionis: Psaltriam autem tenet & sequitur in via Leno, & inclamat hæc, *Obsecro, populares*, &c. 3 Qui non meruerim vapulare. 4 Succurrite. 5 Mihi destituto omni ope. 6 Secure, amore omni metu istic mane, dum puer aperit fores. Nempe hæc dicuntur Psaltriæ sibi adhuc à Lenone metuenti & trepidanti. 7 Cur frequenter respicis? 8 Quamdiu. 9 Leno Sannio. 10 Scilicet *abducam, recipiam*. Apoſiopeſis. 11 Puellam, vel Psaltriam. 12 Nolentibus. 13 Tamen non efficiet, non perficiet. Cic. *Non committam, ut tibi stultus videar*. 14 Verberibus afficiatur. 15 Neſcium. 16 Posteâ in judicio. 17 Conditionis, vitæ. 18 Ego sum puellarum venditor, fateor: nihil autem tibi hoc proderit, quo minus ereptæ mulieris nomine reus peragi possis: tam mihi jus dicetur, quàm alii. 19 Te esse Lenonem. 20 Talis sum. 21 Præstandi sc. quod vel pollicitus, vel minatus fuero. 22 Posteâ in judicio excusare velis. 23 Vapulationis meæ, & ablationis puellæ. 24 Non tanti faciam, nihili faciam tuam purgationem, διαλυσιν: nam τὸ *hujus* cum summi digiti ostensione pronunciatur. 25 Hoc pro rato & certo habe.

Neque

Neque tu verbis [1] *solves unquam, quod* [2] *re mihi maleferceris.*

Novi ego [3] *vestra hæc:* [4] *nollem factum:* [5] *dabitur jusjurandum, esse te*

Indignum injuriâ hac: indignis cùm egomet sim [6] *acceptus modis.*

ÆS. [7] *Abi præstrenuè, ac* [8] *fores* [9] *aperi.* SA. *cæterùm* [10] *hoc nihil facies.*

ÆS. [11] *I intrò nunc jam.* SA. *at* [12] *enim non* [13] *sinam.* ÆS. *accede* [14] *illùc, Parmeno,*

Nimiùm abiisti istòc, [15] *hîc* [16] *propter hunc assiste. hem,* [17] *sic volo:*

Cave nunc jam oculos à meis oculis [18] *quoquam dimoveas tuos,*

Ne mora sit, si [19] *innuerim, quin* [20] *pugnus continuò in malâ hæreat.*

SA. [21] *Istuc volo erga ipsum experiri.* ÆS. [22] *hem serva:* [23] *omitte mulierem.*

SA. [24] *O facinus indignum!* ÆS. [25] *geminabit, nisi caves.* SA. [26] *hei misero mihi!*

1 Satisfacies. 2 Ipso effectu. 3 Verba, quibus vos soletis excusare. Consutatiuncula per Mimesin. 4 Velim hoc non esse factum, facti me pœnitet. Satisfaciendi formula: in qua pœnitentia, & confessio injuriæ cum quadam palinodia conspicitur, adhibita jurisjurandi religione. Exemplum est apud Plaut. Amphitr. 3,2,50, &c. ubi Alcumena stupri arguta à marito, ac jam divortium parans, non placatur, nisi istiusmodi satisfactione. Hæc sunt verba Alcumenæ: *Neque me perpetiar probri Falsò insimulatam, quin ego illum aut deseram, Aut satisfaciat mihi, atque adjuret insuper, Nelle esse dicta, qua in me insontem protulit.* Quod & statim factum à Jove simulatitio marito. 5 Jurejurando affirmabo apud judicem. 6 Tractatus. 7 Præcipitanter, sine ullâ trepidatione puer. Sic Andr. 1,1. *I præsequar.* Apostrophe ad Parmenonem. 8 Ædium patris mei Micionis. 9 Ut ingrediamur cum puella. 10 Nihil proficis hoc, frustra id conaris: obstitit enim Leno, ut mox: *at enim non sinam;* dum rei suæ possessionem sibi vindicat, donec plagis coërcetur, ut ampliùs resistere nequeat. 11 Psaltriam alloquitur. 12 Certè. 13 Permittam, ut cum Parmenone ingrediatur puella. 14 Ad eum locũ, ubi leno est. 15 Δειλιχῶς. 16 Juxta lenonem. 17 Ut juxta lenonem stes. 18 Ne in aliquem locum vertas. 19 Dederim tibi nutu signum. 20 Manus compressa in os sive in genam lenonis impingatur. *Mala* enim est illa pars faciei prope oculos, quæ more *mali*, id est, pomi, est rotunda. 21 Volo de Parmenone facere periculum an pugnis me cæsurus sit. 22 Istum tibi à Parmenone colaphum: ita insultantis erit vapulanti lenoni. Nam Parmeno acceptam ab Æschino puellam abducere conabatur. Leno verò sequens, retrahere nitebatur. Alii Parmenoni dictum malunt, & tum *serva* pro τήρει, id est, observa jam, quid nutu significetur, accipiendum, & innuentis erit, ut pugnum ingerat. 23 Dimitte. 24 Quòd ita sum verberatus ab illo servo. 25 Parmeno conduplicabit verbera sive plagam, id est, iterabit, aliam impinget. 26 Interjectio dolentis. Cùm geminasset Parmeno, exclamat leno.

ÆS. [1] *Non innueram: verùm* [2] *in istam partem potiùs peccato tamen:*

[3] *I nunc jam.* SA. [4] *quid hoc rei est?* [5] *regnum-ne, Æschine, hîc tu possides?*

ÆS. [6] *Si possiderem,* [7] *ornatus esses ex tuis virtutibus.*

SA. *Quid tibi rei mecum est?* ÆS. [8] *nihil.* SA. *quid? nostin'* [9] *qui sim?* ÆS. [10] *non desidero.*

SA. *Tetigin'* [11] *tui quidquam?* ÆS. *si* [12] *attigisses,* [13] *ferres infortunium.*

SA. *Quî tibi* [14] *magis licet* [15] *meam habere, pro* [16] *quâ ego argentum dedi?*

Responde. ÆS. *ante* [17] *ædes non feciss' erit* [18] *melius hîc* [19] *convitium:*

Nam si [20] *molestus pergis esse, jam* [21] *intrò abripiere, atque ibi*

Vsque ad necem [22] *operiere loris.* SA. [23] *loris liber?* ÆS. [24] *sic erit.*

1 Non dederam tibi signũ. Parmeno, ut geminares plagam.

2 Ut verberes eum non jussus potiùs, quàm jussus non verberes.

3 Tu jam, ô leno, acceptis verberibus, quod scilicet quærebas, abi cum puella.

4 Quid hoc tibi vult?

5 Utrum sic dominaris & exerces tyrannidem Athenis, civitate libertatem semper adversus tyrannos asserent, eatque ubi Democratica administratio? 6 Hîc regnum 7 Haberes præmia vitiis & sceleribus tuis digna. Ironicè hæc dicuntur, & κατ' ἀντίφρασιν. 8 Mihi tecum rei est 9 Qualis. 10 Nosse qualis sis. Catul. Ep. 94. *Nil nimium studeo, Cæsar, tibi velle placere, Nec scire utrum sis albus an ater homo.* Adde Ph. 2, 3, 85. 11 Ex tuo corpore. Magna enim differentia est, si quis dicat, *tetigi aliquid tum,* & *tetigi aliquid tui*: nam prius significat me tetigisse aliquid, quod tuum erat, ut librum, vestimentum, vel aliud quippiam: sed *tetigi aliquid tui*, significat me tetigisse aliquod ex membris corporis tui. 12 Leniter tetigisses: quod multò minus est, quam tetigisses. 13 Patereris infelicem successum, id est, pessimè tecum ageretur, miserrimè te tractarem 14 Quàm mihi quicquam tui tangere. 15 Puellam. 16 Puellâ. 17 Meas. 18 Honestius, vel magis ex re tuâ. Habent hæc verba speciem suadentis, cùm interim graves minas denuncient, quas mox clariùs exprimit Æschinus. 19 Vociferationem vel maledictum facere, id est, convitiari. 20 Vociferationibus, convitiis. 21 In inferiorem domum ab hoc loco rapieris. 22 Totus obruêris lororum notis, vibicibus ex lororum percussione; vel scutiçis sive funiculis ex corio factis cæderis, flagellaberis, quibus cædebantur servi, ut conditionis reminiscerentur. Ut enim magistratus virgis in noxios utebantur; ita domini in servos loris. *Lorum* propriè corrigia est ex corio. *Lora* etiam habenas vocamus, & retinacula jumentorum. 23 Minitaris quod ego non servilis conditionis operiar, id est, cædar loris? Loris quippe cædere sive flagellare liberum hominem Athenis non licebat: servorum id supplicium fuit. 24 Operiêre loris.

SA. O

SA. *O hominem* [1] *impurum* ! [2] *hiccine libertatem ajunt æquam esse omnibus?*

ÆS. *Si satis jam* [3] *debacchatus es, leno, audi si vis nunc jam.*

SA. *Egon' debacchatus sum autem, an tu in me?* ÆS. [4] *mitte* [5] *ista, atque* [6] *ad rem redi.*

SA. [7] *Quam rem? quò redeam?* ÆS. *jam-ne me vis dicere, quod ad te attinet?*

SA. [8] *Cupio,* [9] *aqui modò aliquid.* ÆS. [10] *vah!* [11] *leno* [12] *iniqua me non vult loqui.*

SA. *Leno sum, fateor, pernicies* [13] *communis adolescentium,*

[14] *Perjurus, pestis: tamen tibi à me nulla est* [15] *orta injuria.*

ÆS. *Nam herclè etiam* [16] *hoc restat.* SA. [17] *illùc quæso redi, quò cœpisti, Æschine.*

ÆS. [18] *Minus viginti tu* [19] *illam emisti,* [20] *quæ res tibi vertat malè:*

Argenti [21] *tantum* [22] *dabitur.* SA. [23] *quid, si ego illam nolo vendere,*

Coges me? ÆS. *minimè.* SA. *namque* [24] *id metui.* ÆS. [25] *neque vendundam censeo,*

1 Improbum. 2 An homines dicunt, facultatem liberam agendi quidlibet esse æquabilem omnibus incolis hîc Athenis? Q d. An non vivimus in Republicâ populari, ubi omnes cives, eo ipso quod cives sunt, æquo jure agitant, & libertatis beneficiis perfruuntur? Undè & Cicero pro C. Rabirio, legem Porciam, quæ exemplo juris Attici virgis cædi civem Romanum vetabat, libertatis favore commendat. 3 Insaniviſti. 4 Omitte. 5 Quæ antea sunt facta. 6 Ad negotium, de quo agitur inter nos, de puella scilicet, quam abstuli tibi. 7 Scilicet *omittam?* 8 Te aliquid dicere. 9 Dummodò proponas, dicas aliquid, quod sit justum ac honestum. 10 Interjectio irridentis. 11 Puellarum venditor. 12 Injusta, inhonesta. Q d. Mirum est, lenonem patrocinari justit æ. Et sic religionem lenoni joculariter exprobrat. 13 Publica. 14 Violans fidem. 15 Nata. 16 Intulisse mihi injuriam reliquum est, id est, unus ego sum adhùc, cui tu injuriam non feceris. 17 Ad illud negotium, propositum redi planè, ad quod redire cœpisti, cùm dixisti: *mitte ista, atque ad rem redi.* 18 Ducentis coronatis Gallicis. 19 Puellam, quam rapui. 20 Quæ datio argenti tuam cedat seu convertatur pernicem. Imprecatio est Æschini in malum emptorem. 21 Quanti scilicet empta est, id est, viginti minæ. 22 Tibi. 23 Scilicet *facies*, vel *dices?* 24 Ne me cogeres vendere. Ironia. 25 Q d Tu dicis, Sannio, cogi te non posse, ut mihi vendas mulierem: rectè: non cogam te: imò ostendam, nec fas tibi esse, vel mihi vel cuiquam mortalium eam vendere: libera est enim, quam tu hactenus ut servam, ut venalem detinuisti: eo nomine te in jus vocabo, assertâque in libertatem muliere, ut sine omni pretio eam dimittere cogaris, efficiam.

[1] *Id quoque possum* [2] *ferre*, [3] *si modo* [4] *reddat*: [5] *quanquam injurium est.*
Verùm cogito id, [6] *quod res est*: *quando* [7] *eum quæstum occeperis,*
[8] *Accipiunda & mussitanda injuria adolescentium est.*
Sed nemo [9] *dabit*: *frustrà egomet mecum* [10] *has rationes* [11] *puto.*

1 Hanc moram, scilicet mox, cras redi.
2 Tolerare.
3 Dummodò.
4 Pecuniam debitam.

5 Quamvis differre solutionem, vel adigi ut vendas, quod nolis, sit inferre injuriam. 6 Quod verum est. 7 Quærere lucrum in vendendis puellis. 8 Toleranda & dissimulanda sive tacenda. *Mussitare* enim propriè significat dissimulandi causa tacere: dictum à *muto*. 9 Argentum. 10 Quibus judico perferendam esse injuriam illatam. 11 Perpendo, computo.

ACTUS II. SCENA II.

SYRUS, SANNIO.

SY. [1] *Tace, egomet* [2] *conveniam jam* [3] *ipsum*: [4] *cupidè accipiat faxo, ut atque etiam*
Benè [6] *dicat secum esse actum.* [7] *Quid istuc, Sannio, est, quòd te audio*
Cum hero nescio [8] *quid concertasse?* SA. [9] *nunquam vidi* [10] *iniquius*
Concertationem [11] *comparatam, quàm* [12] *hæc hodiè inter* [13] *nos fuit*:
Ego vapulando, [14] *ille verberando,* [15] *usque ambo defessi sumus.*

1 Syrus egrediens intrò loquitur ad Æschinum, qui jusserat eum ad Sannionem exire, ipsique persuadere, ut acciperet, quod oblatum erat.

2 Alloquar. 3 Lenonem Sannionem. 4 Statim faciam, ut accipiat pecuniam libenter. 5 Scilicet dicat. 6 Ut gratias quoque agat pro ea re, quòd non prorsùs periclitetur de summa rei. 7 Dissimulat se scire, quod probè novit, ne subornatus esse videatur. 8 Propter quam causam cum Æschino contendisse, & quidem usque eò, ut ad manus sit perventum. 9 In omni vita mea. Sannio queritur de injuria sibi facta ab Æschino, & Syri consiliis eluditur; qui eum callidè impellit, ut accipiat pretium pro erepta virgine. 10 Contentionem magis imparem, magis inæqualem. 11 Inter duos constitutam, concitatam. 12 Concertato. 13 Me & Æschinum. 14 Æschinus. 15 Multùm, valdè.

SY.

1 Se. Ait, quæ effecit ut ita vapularet; vel, id factum est tua culpa, id est, per tuam culpam, in ablativo.

SY. [1] *Tua culpa.* SA. *quid agerem?* SY. [2] *adolescentî morem gestum oportuit.*

SA. *Quî potui* [3] *melius?* *qui hodiè* [4] *usque os præbui.*

SY. [5] *age, scis quid loquar?*

Pecuniam [6] in loco negligere, maximum interdum est lucrum: [7] *hui!*

Metuisti, si nunc de tuo jure [8] *concessisses paululum,*

2 Æschino morem gerere seu obtemperare te oportuit.

Atque [9] *adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime,* 10

3 Morem gerere adolescenti.

[10] *Ne non tibi istuc fœneraret?* SA. *ego* [11] *spero* [12] *pretio non emo.*

SY. *Nunquam* [13] *rem facies:* [14] *abi, nescis* [15] *inescare homines, Sannio.*

4 Assiduè faciem percutiendam obtuli.

SA. *Credo* [16] *istuc* [17] *melius esse: verùm ego nunquam adeò astutus fui,*

Quin, quidquid possem, mallem [18] *auferre potiùs* [19] *in præsentiâ.*

5 Hîc corripiendus est Adverbium. 6 Velim dicere? 7 In tempore, ubi opportunitas postulat. Quid interdum commodum est pecuniâ negligere, sed non semper, ut in hac parte. Sic Heaut. 4, 5 *Obtinendum in loco.* Nam quæ *in loco* sunt aut fiunt, convenienter tempori loco ve & opportunè fieri dicuntur. 8 Interjectio ridentis. 9 Decessisses, id est, si paululùm tuum jus præter-misisses, cupiendo pecuniâ ab adolescente, & illi morè gerendo. 10 Æschino morè gessisses, illius mores toleratos, id est, si animo ejus & voluntati obsecutus fuisses. 11 Quod non istud argentum modo sc. potuisses habere, adferret tibi fœnus, id est, lucrum? Nam aliquid dicitur *fœnerari*, quod cum fœnore, id est, lucro redditi est & multiplicatû. Interdum tamè *fœnerare* Activum, & *fœnerari* Deponens, est pecuniam, sive aliam rem fœnori sive ad usuram dare id est, quæ ab accipiente cum lucro reddatur & multiplicetur. Aliquando *fœnerare* est accipere ad usuram: ut, *Ego à Joanne fœnerari pecuniam*, id est, ad usuram accepi. 12 Exspectationem futuri boni, id est, lucri futuri ab Æschino. 13 Negligendo sc. pecuniam, quam habere præsentem possem. *Spem pretio emere* proverbialiter ergo dicitur pro eo quod est, certum & præsens detrimentum facere spe incerti lucri. 14 Ditescet, accumulabis divitias, augebis rem familiarem, facies lucrum. 15 Desede a tuâ professione fordidâ, quam nescis exercere: *vel*, abi in malam crucem, in malam rem. 16 Astuti? 17 illecebris fallere. Similitudo petita est ab iis, qui præfixo cibo pisces allicunt. Unde Plato [illegible], id est, *voluptatem malorum escam* dixit, quòd eâ videlicet homines capiantur, ut hamo pisces. 18 Quod decis, sc. concedere de jure tuo, & differre solutionem. 19 Aptius ad inescandos homines, quam sc. futura lucra sperare ex illâ inescatione incerta & vagâ. 20 Ab aliquo accipere pecuniâ. 20 Sine dilatione, in tempore præsenti. Ita Læna quædam apud Plaut. in Asin. adolescenti montes aureos pollicenti inquit: *Semper ecastor nostra sunt magna: credunt quod videmus.*

SY.

SY. [1] *Age, novi tuum: animum,* [3] *quasi* [4] *quidquam tibi sint viginti minæ,* [5]

[1] *Dum* [6] *huic* [7] *obsequare: præterea autem te* [8] *ajunt proficiscî* [9] *Cyprum.* SA. [10] *hem!*

SY. [11] *Coëmisse, hinc quæ illùc veheres, multa:* [12] *navem conductam: hoc scio,*

Animus [13] *tibi pendet:* [14] *ubi illinc, spero, redieris, tamen* [15] *hoc ages.*

SA. [16] *Nusquam pedem. Perii hercle!* [17] *hac illi spe hoc inceperunt.* SY. [18] *timet:*

[19] *Injeci scrupulum homini.* SA. [20] *ô scelera! illud vide,* [20]

[21] *Ut in ipso* [22] *articulo* [23] *oppressit!* [24] *emptæ* [25] *mulieres*

Complures, & item hinc [26] *alia, quæ porto Cyprum,*

Ni [27] *eò ad* [28] *mercatum venio,* [29] *damnum maximum est.*

1 Adverbium hortandi: nam hortatur lenonem, ut attendat ad verba sua.

2 Sc. *liberalem*, quòd contemnas argentum pro puella arrepta.

3 Quasi tu viginti minas alicujus facias. Dicit enim eum viginti minas non magnificere, nec eas ullo apud eum loco & numero esse. 4 In aliquo pretio, in aliquâ æstimatione. 5 Dummodo. 6 Æschino. 7 Morem geras. 8 Homines scilicet, rumor est. 9 In Cyprum, insulam Veneri consecratam: undè Venus dicta est *Cypria*. Sic apud Cornelium Nepotem legitur *proficisci Ægyptum*, id est, in Ægyptum. 10 Hîc est novo & insperato aliquo dicto percussi. Q. d. Quid dicis! 11 Ajunt te emisse multa mercimonia, quæ abduceres ex Athenis in Cyprum. 12 Quâ tua lis vecturus. 13 Suspensus est, in æquilibrio est, id est, dubitas apud te, utrùm hîc maneas, an illuc, sc. in Cyprum, proficiscaris. A librâ Metaphora est, qui in neutram in partem vergit. 14 Post reditum unum è Cypro quanquam longinquum & tardum. 15 In hac lite persequendâ occupaberis, id est, exiges debitum seu pecuniam ab Æschino: nam *hoc agere* dicimus eum, qui instat negotio suo. 16 Sc. *moveo, profero*. 17 Quia speraverunt me profecturum Cyprum adolescentes, ideò hoc moliti sunt, hoc consilium inierunt a me eripiendi puellam meam. Sic infrà: *Hoccine illo dignum est? hoccine* incipere *Æschinum?* 18 Sannio leno metuit. Hoc Syrus secum dicit. 19 Incussi molestiam & solicitudinem lenoni. *Scrupuli* sunt minuti lapilli, qui inter ambulandum insiliunt calceos hominis, ac pedem torquent. Indè *injicere scrupulum* dicitur, qui solicitudinem injicit animo cujuspiam: & *scrupulum eximit*, qui solicitudinem eximit. 20 O scelestos homines! 21 Quomodo. 22 Temporis puncto, momento quo mihi ad mercatum eundum erat, id est, quàm tempestive. Cic. *Ut cum fieri conditionibus in ipso articulo temporis astringeret.* Ab articulis membrorum, id est, junctûris, qui commodè ad varios vitæ usus flectuntur, Metaphora est. 23 Obruit, præoccupavit Æschinus! 24 Amæ. 25 Meretrices. 26 Multa præter mulieres. 27 Cyprum. 28 Nundinas *Mercatus* significat & locum mercaturæ exercendæ destinatum, & tempus, quo homines in aliqua loca confluunt ad negotiandum sive mercaturam exercendam. 29 Ex illis rebus emptis.

Nunc

1 Negotium cum Aeschino, sc. exigere argentum ab Aeschino.

Nunc si [1] hoc omitto, ubi [2] illinc rediero, [3] actum agam.

[4] Nihil est, [5] refrixerit res: [6] nunc [7] demùm [8] venis?

[9] Cur passus: [10] ubi eras? [11] ut sit satiùs perdere,

2 Ex Cypro.

Quàm aut hîc manere tam diu, aut [12] tum [13] persequi.

3 Nihil efficiam, frustrà cõtendam.

SY. *[14] Iam-ne enumerasti id, quod ad te rediturum putes?*

Sumptum à judiciis, ubi non licet causam iterum agere, de quâ jam sit pronuntiatum.

SA. *Hoccine [15] illo dignum est? hoccine incipere Æschinum?*

[16] Per oppressionem ut [17] hanc mihi eripere [18] postulet?

SY. *[19] Labascit: [20] unum hoc habeo: vide si satis placet,*

4 De argento.

Potiùs, quàm [21] venias in periclum, Sannio,

5 Totum hoc negotium de hac oppressione jam desierit esse recens, jam deferbuerit, jam non erit nova, sed obsoleta & rejecta. 6 Sc. *dicetur mihi à judicibus*. Est autem Mimêsis forensium. 7 Tandem, post tantum temporis. 8 Ad agendum de re sopitâ? 9 Cur passus es tam diu deberi tibi? Cur maturiùs debitum non reposcebas? 10 Cùm sc. tempus esset agendi. 11 Ita ut melius sit ex animo delere spem hujusce pecuniæ unquam adipiscendæ. 12 Cùm rediero. 13 Jus meum. 14 Donati commentarius revera hîc nugas habet. Reliquerat Syrus, veluti per dissimulationem, Sannioni spatium deliberandi; postquam is negaverat se peregrè iturum: nam hoc erat ulcus, quod Syrus callidè tangere, leno callide cõtegere cœperat: nunc, post interpositam moram, Syrus, jam-ne computasti & rationem satis subduxisti, quid sit, id est, quantum sit, quod ad te redibit, sive, quantum lucri sis facturus, Cyprium mercatum negotio Aeschini, aut hoc illi præferendo. Hac enim dubitatione animũ lenonis diversè trahere volebat. Sequentia clare id ostendunt: quando Sannio simulat. Cyprium iter se posthabiturum. 15 Aeschinum decet? 16 Per vim. 17 Puellam. 18 Velit? 19 Animus ejus cadit. Metaphora ab arbore, quæ succisa multis ictibus tandem ruinam minatur. Hoc dicit Syrus apud se: sequentia clare ad Sannionem. 20 Quod tibi queat promitti, aut cujus spem tibi facere ausim, Æschinum daturum esse (si statim sc. & antequam in Cyprum proficiscaris, argentum postules accipere) decem minas. 21 De summâ pecuniæ. 22 Puellam & pretium. 23 Fac divisionem, id est, divide illas viginti minas per medium: & declinatur *hoc dividuum, ui*. 24 Æschinus comparabit, abstrahet ab aliquo centum coronatos, qui sunt pro parte media. 25 Dolentis. 26 Quantum ad summam principalem, qua empta est puella, scilicet viginti minarum. 27 Periculum. 28 Aeschinum. 29 Labare, id est, ruere fecit ac decidere, & fregit mihi, ἐκρουσεν.

Præterea

Prætereà [1] *colaphis tuber est totum caput:*
Etiam insuper [2] *defraudet?* [3] *nusquam abeo.* SY. *ut lubet.*
Nunquid [4] *vis*, [5] *quin abeam?* SA. *imò herclè hoc quæso, Syre,*
[6] *Ut ut hæc sunt* [7] *facta*, [8] *potiùs, quàm* [9] *lites sequar,*
[10] *Meum mihi reddat, saltem quanti empta est, Syre.*
Scio te non usum antehac amicitiâ meâ:
[11] *Memorem me dices esse, &* [12] *gratum.* SY. [13] *sedulò*
Faciam: sed Ctesiphonem video: lætus est
[14] *De amicâ.* SA. [15] *quid, quod te oro?* SY. [16] *paulisper mane.*

1 Ex frequentia colaphorum, ex pugnorum ictibus totum meum caput est tumidum, tuberibus plenum. 2 Per fraudem eripiat pretium à me datum pro puella? 3 Non proficiscor in aliquem locum ad mercatum, sed agam adversùs Æschinum. 4 Aliquid mihi dicere? 5 Antequam. 6 Qualicunque modo, utcunque. 7 Inter me & Æschinum. 8 *Stultitia est, cui benè esse licet, eum pravertì litibus,* Plaut. 9 Litigem & agam in Æschinum. 10 Sortem, quam suprà recusavit. 11 Recordantem beneficii, si nunc juveris. 12 Gratiam referentem. 13 Laborabo vehementer, ut tuum ubi reddatur. 14 Propter amicam, quam Æschinus Lenoni eripuit. Sic Eun. 3,2. *Ecquid nec amas de fidicinâ istac?* 15 Cùm Syrus vidisset Ctesiphonem, & in occursum ejus tenderet, Sannio, ut mos est vehementer aliquid cupientium, deinde suum negotium volens commendare, aut aliquid de eo submonere, *quid, quod te oro?* id est, quid volui ampliùs de eo, quod te oro? vel sic, antequam abeas, oro te ut: sed Syrus interfatur, & retinet Sannionem. Cui conferas licet similem affectum Charini And. 4,2,28. &c. 16 Tantisper. Q. d. Ctesipho mihi alloquendus est; pòst ad te redeo.

ACTUS II. SCENA III.

CTESIPHO, SYRUS.

CT. *Abs* [1] *quîvis homine, cùm est opus, beneficium accipere gaudeas;*
Verùm enim verò id demùm [2] *juvat, si, quem æquum est* [3] *facere, is benefacit.*
O frater! frater! [4] *quid ego nunc te laudem? satis certò scio,*

1 Quovis, quolibet: nam *quivis* hîc est ablativus singularis. Ctesipho fratrem Æschinum laudat, agitque gratias absenti pro accepto beneficio. 2 Affert gaudium & delectat. 3 Benefacere. 4 Propter quid, cur?

Nun-

Nunquam ita [1] *magnificè quidquam* [2] *dicam*, [3] *id* [4] *virtus quin superet tua:*
Itaque unam hanc rem me habere [5] *præter alios præcipuam arbitror,*
[6] *Fratrem homini nemini esse* [7] *primarum* [8] *artium magis principem.*
SY. [9] *O Ctesipho!* CT. [10] *ô Syre! Æschinus ubi est?*
SY. [11] *ellum, te exspectat domi.* CT. [12] *hem!*
SY. [13] *Quid est?* CT. [14] *quid sit?* [15] *illius operâ, Syre, nunc vivo:* [16] *festivum caput!*
Omnia sibi qui [17] *postputârit esse* [18] *præ meo commodo,*
[19] *Maledicta,* [20] *famam, meum amorem, &* [21] *peccatum in se transtulit,*
[22] *Nihil pote* [23] *suprà. Sed quid-nam* [24] *foris crepuit?*
SY. *mane mane,* [25] *ipse exit foras.*

1 Honorificè. 2 De te. 3 Quod dicero magnificè. 4 In benefaciendo mihi. 5 Supra. 6 Neminem, id est, nullum hominem habere fratrem magis excellentem optimis virtutibus, scilicet, qui magis colat pietatem fraternam. Alii sic: Arbitror me habere fratrem hominem neminem esse, id est, fratrem talem, ut nemo homo sit magis princeps primarum artium. 7 Τῶν πρώτων ἀρετῶν κύριον, id est, dominum, possessorem. 8 Hic artes sunt, fores effringere, puellam emptam dirimere, lenonem pessimè afficere. Quanta est judicii depravati in adolescentulis amatoribus stoliditas! 9 Vocat Syrus Ctesiphonem, & gaudet. 10 Respondet Ctesipho. 11 Ecce illum. 12 Lætantis Interjectio. 13 Propter quod gaudes. 14 Scilicet *rogas*? 15 Aeschini industria atque auxilio nunc vivo, cùm priùs languerem, non habens amicam, quam deperibam. 16 O lepidum hominem, scilicet Æschinum: quem *festivum* dicit *caput*, ut alibi *festus dies hominis*, qui festum & lætum diem attulerit. 17 Putaverit esse postponenda sibi, id est, contemnenda à se. 18 In comparatione mei commodi, vel propter meum commodum. 19 Convitia, contumelias. 20 Infamiam, malum nomen. Virg. 4. Æn. *Neque enim spectare, famâve movetur.* Est enim vocabulum hoc ἐκ τῶν μέσων, quod in bonam pariter & malam usurpatur partem. Est enim *fama*, quicquid de aliquo dicitur, sive bonum, sive malum. 21 Meum de rapienda puella. 22 Non poterat facere aliquid, ultrà quam fecit. 23 Scilicet *esse*. 24 Ostium resonuit? Singularis Num. est, & Nom. casus. Plaut. Casin. 5, 1, 7. *vestra foris crepuit.* 25 Aeschinus.

ACTUS II.

ACTUS II. SCENA IV.

ÆSCHINUS, SANNIO, CTESIPHO, SYRUS.

ÆS. [1] UBi ille est [2] *sacrilegus*? SA. *me quærit*: [3] *num quid-nam efferri*? [4] *occidi*!

Nil video. ÆS. [6] *ehem*, [7] *opportunè, te ipsum quærito; quid* [8] *fit, Ctesipho?*

[9] *In tuto est omnis res: omitte* [10] *verò tristitiam tuam.*

CT. *Ego* [11] *illam verò* [12] *omitto, qui* [13] *te fratrem habeam quidem: ô mî Æschine!*

O mi [14] *germane!* [15] *ah vereor* [16] *coràm* [17] *in os te laudare* [18] *ampliùs.*

Ne id [19] *assentandi magis, quàm quòd habeam* [20] *gratum, facere existimes.*

ÆS. [21] *Age inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos, Ctesipho.*

[22] *Hoc mihi dolet, nos penè serò* [23] *scisse,* [24] *& penè in eum locum*

Rediisse, ut, si [25] *omnes* [26] *cuperent, nihil tibi possent* [27] *auxiliarier.*

CT. [28] *Pudebat.* ÆS. *ah! stultitia est istæc, non pudor, tam ob* [29] *parvulam*

1 Colloquuntur fratres: agitur de pecunia reddenda lenoni, & paranda cœna.

2 Nefarius leno. *Sacrilegus* proprie dicitur qui rem sacrã, aut è loco sacro furatur: à quo tale furtum *sacrilegium* appellatur.

3 An aliquid pecuniæ adfert, quod sim habiturus pro fidicina rapta?

4 Perii! 5 Nihil pecuniæ video eum adferre. 6 Exultantis. 7 Tempestive, sc. *advenisti.* 8 Agitur? 9 Totum negotium & de amicâ, & de lenonis jurgio, & de suspicione patris est extra periculũ, caret periculo. 10 Proinde. Adhortantis. 11 Tristitiam. 12 Abjicio, depono. 13 Tam diligentem in meis rebus. 14 Frater uterine. 15 Interjectio dolentis se non audere prorumpere in ejus laudes. 16 In præsentiã. 17 In conspectu tuo, ante faciem tuam: quod Græci dicunt κατὰ πρόσωπον αἰνεῖν, id est, *præsentem laudare.* 18 Ulteriùs: quia antea laudavit. 19 Adulandi, blandiendi, sc. *causâ, gratiâ.* Sal. *Privata arma opprimendæ libertatis cepit.* Τὸ δὲ παρόντα αἰνεῖν κολακείας ἐστί, id est, *præsentem laudare, assentationis est.* Aristot. 2. Rhet. 20 Tuum in me beneficium. 21 Ineptiæ arguit Ctesiphonem, à minori Q. d. Facturus idem officium fui vel ignoto: es igitur ineptus, qui, tibi fratri præstitum à me id esse, laudibus tantoperè extollis. Τὸ *inepte* ergo hîc jocantis est, fratris sc. majoris ad minorem. Vide Eun. 3, 3, 15, &c. 22 Hoc indignè fero. 23 Sciviſſe de tuo amore. 24 Et rem fere perveniſſe in eum ſtatum. 25 Cognati & amici. 26 Auxiliari tibi. 27 Auxiliari, sc. ſi fuiſſet fidicina apportata in Cyprum. 28 Pudebat me referre tibi de amore meo. 29 Parvi momenti & ponderis, nempe puellam amatam.

Rem penè [1] *è patriâ?* [2] *turpe dictu: Deos quæso ut* [3] *istæc prohibeant.*

CT. [4] *Peccavi. Æs.* [5] *quid ait tandem nobis Sannio?*
SY. *jam* [6] *mitis est.*

Æs. *Ego ad forum ibo, ut* [7] *hunc absolvam:* [8] *tu intrò ad illam Ctesipho.*

SA. *Syre,* [9] *insta.* SY. [10] *eamus: namque* [11] *hic* [12] *properat in Cyprum.* SA. [13] *ne tam quidem:*

[14] *Quamvis* [15] *etiam manes* [16] *otiosus hic.* SY. [17] *reddetur,* [18] *ne time.*

SA. [19] *At ut omnè reddat.* SY. [20] *omne reddet, tace* [21] *modò ac sequere hac.* SA *sequor.*

CT. [22] *Heus heus, Syre.* SY. *hem quid est?* CT. *obsecro hercle,* [23] *hominem istum* [24] *impurissimum*

[25] *Quàm primùm* [26] *absolvitote, ne, si magis,* [27] *irritatus fiet,*

Aliquid ad [29] *patrem* [30] *hoc* [31] *permânet, atque ego tum* [32] *perpetuò perierim.*

SY. [33] *Non fiet: bono animo es: tu cum* [34] *illa te intùs oblecta* [35] *interim,*

Et [36] *lectulos jube sterni nobis, & parari* [37] *cætera.*

1 Sc. *fugere*, id est, in exilium abire. Quia enim puella in Cyprum erat ad mercatum evehenda, una quoque Ctesipho volebat fugere.

2 Quod dicatur, sc. ut propter puellæ amorem patriâ velis carere.

3 Exilium fugamque patriæ avertant.

4 Non rectè feci in illo stulto amore dissimulato & propè exitii.

5 Apostrophe ad Syrum. 6 Placidus, qui antè erat irritatus, & debacchatus. 7 Sannioni argentum persolvam, & dimittam à me, reddito illi pretio, cui habendo tantoperè inhiat, & quasi ut a me solvam: ita ut non amplius sit alligatus ad debitum illud exigendum. 8 Ingredere, eas. 9 Urge Æschinum, ut mihi satisfaciat. 10 O Æschine. 11 Leno. 12 Festinat proficisci. Ironia. 13 Certe non tantum propero in Cyprum. Timet enim, ne eo dicto Æschinus avertatur à solvendo. 14 Quantumvis. 15 Adhùc, præterea. 16 Sine occupatione, exspectans pecuniam. 17 Argentum seu pretium puellæ restituetur tibi. 18 Noli timere. 19 Sed infla, fac ut reddat totum pretium. 20 Æschinus restituet tibi totum pretium. 21 Tantummodò. 22 Vox hæc est revocantis ex longinquo. 23 Lenonem. 24 Sordidissimum, avarissimum. 25 Citissimè. 26 Dimittite eu & Æschinus, eique satisfacite. 27 Ad iram incitatus non data pecunia. 28 Aliqua ratione, aliquo modo. 29 Demeam. 30 Iste raptus puellæ. 31 Perfluat, perveniat, id est, ne pater resciscat, ne ad patrem deferatur. 32 In perpetuum perditus fuerim. Metuit enim exheredationis pœnam, cujus causæ erant hæ: si filius cumberet; si voluntati paternæ repugnasset. 33 Non permanebit ad patrem factum hoc. 34 Psaltriâ. 35 Dum ego & Æschinus aliud curamus. 36 Discubitorios, in quibus accumbentes veteres comedebant. 37 Reliqua præter lectulos, quæ sunt necessaria ad convivium celebrandum.

Ego

Ego jam, [1] *transactâ re,* [2] *convertam me domum cum* [3] *opsonio.*

CT. [4] *Ita quæso:* [5] *quando hoc benè successit,* [6] *hilarem hunc sumamus diem.*

1 Placata lite, aut finito negotio de raptu puellæ.

conferam. 3 Edulia, quæ adduntur ultra panem & vinum. 4 Sc. *faciat.* 5 Quandoquidem hoc prosperè nobis contigit, sc. ut leno non moveret turbas, sed solveretur & amata potiremur. 6 Hilari animo atque vultu hunc diem sumamus nobis, usurpemus, ἰδιοποιῶμεν, consumamus, transigamus, id est, fruamur hoc die. Sic infrà 5, 3. *Et rei hunc sumamus diem.*

ACTUS III. SCENA I.

SOSTRATA, CANTHARA.

SO. [1] OBsecro, *mea tu* [2] *nutrix,* [3] *quid nunc fiet?*

CA. *quid fiet, rogas?*

Rectè adepol [4] *spero.* SO. [5] *modò* [6] *dolores,* [7] *mea tu,* [8] *occipiunt primulùm.*

CA. *Iam nunc times, quasi nunquam* [9] *adfueris, nunquam tute pepereris.*

SO. [10] *Miseram me! neminem habeo,* [11] *solæ sumus:* [12] *Geta autem hîc non adest;*

[13] *Nec quem ad* [14] *obstetricem mittam, nec qui accersat Æschinum.*

CA. *Pol* [15] *is quidem jam hîc aderit: nam nunquam unum* [16] *intermittit diem,*

Quin semper veniat. SO. [17] *solus mearum* [18] *miseriarum est* [19] *remedium.*

CA. [20] *E re natâ melius fieri haud potuit, quàm factum est, hera:*

[21] *Oblatum quando* [22] *vitium est,* [23] *quod ad* [24] *illum attinet* [25] *potissimùm,*

1 Solicitè inducitur Sostrata, ob filiæ, quæ ex Æschino gravida est, vicinæ partum. 2 Cantharam. 3 Quomodo res se habebit cum partu filiæ meæ? 4 Omnia futura cũ tua filia. 5 Nunc. 6 Filiæ meæ parturientis, ὠδίνες. Sic Andr. *laborat è dolore.*

7 Blandimentũ est muliebre. 8 Primùm incipiunt, intendunt se. 9 Parturienti mulieri interfueris, vel opem tuleris, tanquã esses ἀκήρατος ὠδίνων. 10 Exclamatio dolentis. 11 Ego & filia. 12 Servus noster non est præsens: interfuit enim rixæ, quâ Æschinus leno Psaltriam eripuit, uti mox narrabit ipse scenâ, quæ sequitur. 13 Sc. *est*, vel *habeo*. 14 Mulierem, quæ adesse solet seu ferre opem parturienti. 15 Æschinus. 16 Omittit, prætermittit. 17 Æschinus. 18 Calamitatum 19 Solatium, medela. 20 Prout res nata erat, id est, sortita erat eventum, id est, ex conditione illa vitiatæ virginis. Al. *è re nata*, id est, ex usu filiæ. 21 Quandoquidem vitiata est virgo, ab eo vitiata sit, qui erat expetendus ad matrimonium, 22 Stuprum, 23 Quantũ. 24 Æschinũ sc. qui eam vitiavit. 25 Imprimis.

1 *Talem,*

1 Tam formosum. Commendatio à bonis animi & corporis.

2 *Talem, tali genere, tali* 2 *animo, natum ex tantâ familiâ.* 16

SO. *Ita pol est, ut dicis:* 3 *salvus nobis, Deos quæso, ut siet.*

2 Sapientia, aut modestia. 3 Incolumis, superstes.

ACTUS III. SCENA II.

GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

1 Tempus, ille temporis articulus, negotium, periculũ. Geta, Sostratæ servus, valdè commotus, heræ nuntiat. Æschinũ, alio capt. amore, eripuisse lenoni puellam, deserta ac spreta Attica virgine, quam stupraverat.

GE. *Nunc* 1 *illud est, quòd,* 2 *si omnes omnia sua consilia* 3 *conferant,*
Atque 4 *huic malo* 5 *salutem* 6 *quærant, auxilii nihil afferant,*
7 *Quod* 8 *mihique, 9 heræque, filiæque* 10 *herili est:*
11 *væ misero mihi!*
12 *Tot res repentè* 13 *circumvallant,* 14 *undè* 15 *emergi non potest,*
16 *Vis,* 17 *egestas,* 18 *injustitia,* 19 *solitudo,* 20 *infamia.*
21 *Hoccine seclum? ô scelera! ô genera* 22 *sacrilega! ô*
23 *hominem impium!* 6

SO. 24 *Me miseram! quid nam est, quòd sic video*
25 *timidum & properantem Getam?*

GE. 26 *Quem neque* 27 *fides, neque* 28 *jusjurandum, neque ulla* 29 *misericordia*

2 Etsi. 3 Congregent. 4 Contra hoc malum, quod Æschinus alio amore captus, & virginis stupratæ desertor sit. 5 Remedium salutis. 6 Invenire studeant suis consiliis. 7 Malum. 8 Polysyndeton. 9 Sostratæ. 10 Ex hera mea natæ, sc. Pamphilæ, quæ nunc partui proxima est. 11 Interjectio exsecrantis. 12 Tot res malę. 13 Circumdant, premunt nos, tanquã inimica acies, quę vallo circum tat aut stipat se circa hostes, aut circumclud t vallo ipsos hostes, ne possint aufugere. Metaphora ergo est ab hostibus, vel a militari acie, à castris obsidione cingendis. 14 Ex quibus rebus. 15 A nobis evadi, id est, unde non possumus nos expedire. Metaphora à natantibus. 16 Violentia illata virgini ab Æschino. 17 Inopia ipsius puellæ. 18 Judicitorum iniquitas, injuria. 19 Desertio à defensoribus. 20 Ignominia ab his, qui credunt puellam esse vitiatam pretio. 21 An tales, id est, tam depravâti sunt homines hujus seculi? *O tempora! ô mores!* 22 Nefaria & impia, id est, ô homines perditissimos, qui nihili faciunt honestatem & leges. 23 Æschinum. 24 Est dolentis 25 Perturbatum. Sic Eun. 4,2. *Sed quid hoc, quòd timida subitò egreditur Pythias?* 26 Æschinum. Geta Sostratæ exclamationem non audivit, ideò pergit in sermone suo: ac proinde hęc verba adjungenda sunt illis: *ô hominem impium!* 27 Promissio data puellę, quam promisit se ducturum uxorem. 28 Juramentum, quo juravit se ducturum eam. 29 Quod ei vim intulit.

1 Re-

[1] *Repreſſit, neque [2] reflexit, 3 neque quòd partus inſtabat propè,*
4 Cui miſeræ 5 indignè per vim vitium [6] obtulerat.
SO. *non [7] intelligo*
Satis, quæ [8] loquatur. CA. *[9] propiùs obſecro accedamus, Soſtrata.* GE. *[10] ah*
Me miſerum! vix ſum [11] compos animi, ita [12] ardeo iracundiâ.
[13] Nihil eſt, quod malim, quàm totam [14] familiam [15] dari mihi obviam,
Vt iram hanc in eos [16] evomam omnem, [17] dum ægritudo hæc eſt recens:
[18] Satis mihi id habeam ſupplicii, dum illos ulciſcar modò.
[19] Seni [20] animam [21] primùm [22] exſtinguerem ipſi, [23] qui illud produxit ſcelus:
Tum autem Syrum [24] impulſorem, [25] vah! [26] quibus illum [27] laceravem modis!
[28] Sublimen [29] medium [30] arriperem, [31] capite primùm in terram [32] ſtatuerem,
Vt [33] cerebro [34] diſpergat viam:

1 Cohibuit, ne auderet id moliri.
2 Revocavit, retraxit, ne id faceret grande facinus.
3 Neque id repreſſit eum, quod partus ejus puellæ imminebat, appropinquabat.
4 Filiæ herili.
5 Impiè ſtupirer.
6 Intulerat.
7 Ea.
8 Geta.
9 Propiùs quius. Adverbiũ comparativi gradus, à *propè*.

10 Interjectio dolentis vel indignantis. 11 Sanæ mentis, compoſiti animi. Ira enim, rationi inimica, tollit mentem de cardine: cujus faciem vide apud Senecã l. 1. de Irâ, c. 1. *Flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, exæſtuante ab imo præcordiis ſanguine,* &c. 12 Incendor. 13 Accurate expreſſit iraſcentis mores. 14 Demeam, Micionem & ipſum Æſchinum. 15 Occurrere mihi. 16 Ejiciam, effundam. Sic Hecyr. 3, 5. *Atque in eam hæc omne, quod mihi agrè eſt,* evomam. Et infrà 3, 5. *Ibo, requiram fratrem, ut in eum hæc* evomam. Metaphora ſumpta à ſerpentibus. 17 Quamdiu hæc mentis meæ iracundia ac perturbatio eſt nova. Nam paulatim progreſſu temporis efferveſcit ira, quæ, cùm recens eſſet, erat vehementiſſima. 18 Putarem me habere ſufficiens de illis ſupplicium, ſi modò eos puniam ob injuriam nobis illatam: nam *Vindicta bonum vitâ jucundius ipſâ.* Juv. Sat. 13. 19 Demeæ. 20 Vitam & anhelitum ſeu ſpiritum, quo vivimus, id eſt, aërem; ut mox: *Animam recipe.* 21 Imprimis. 22 Interciperem, id eſt, ſenem ipſum ſuffocarem. Metaphora ab igni. Reſpexit autem Poëta ad illorum opinionem, qui putabant animam eſſe ignem, qui exſtingui poſſet. 23 Qui illum ſceleratum filium Æſchinum genuit, procreavit. 24 Suaſorem, auctorem iſtius ſceleris. 25 Hîc oſtendit vehementiam affectus in Syrum. 26 Q. d. acerbis, aſperis. 27 Dilaniarem. 28 In altum ſublatum, ut caderet graviùs. 29 Per medium corporis. 30 Celeriter & cum impetu caperem eum. *Medium arripere,* eſt ita tenere, ut extricare ſe nullo modo poſſit. 31 Al. *capite prænum,* id eſt, pronum in caput, præcipitem. 32 Immitterem & præcipitem eum darem. 33 Effuſione cerebri. 34 Diverſis partibus ſpargeret.

1 Cùm sit cælebs. 2 Patribus. 3 Sciunt, re ipsâ quid sit patrem esse. Al. *sient*, id est, qui vere patres sunt, id est, natura, non adoptione. 4 Generatione naturali. Q. d. Tu es illi pater naturalis. 5 Æschino. 6 Ego sum pater illi sua omnibus & adhortationibus.

[1] *Pater esse disce ab* [2] *illis, qui verè* [3] *sciunt.* 45
MI. [4] *Naturâ tu* [5] *illi pater es,* [6] *consiliis ego.*
DE. [7] *Tu-n' consulis quidquam?* MI. [8] *ah! si* [9] *pergis, abiero.*
DE. *Siccine agis?* MI. *an ego toties de eâdem re audiam?*
DE. [10] *Curæ* [11] *est mihi.* MI. *& mihi curæ est: verùm, Demea,*
Curemus æquam uterque partem: [12] *tu alterum,* 50
[13] *Ego item* [14] *alterum: nam* [15] *ambos curare, propemodum*
[16] *Reposcere illum est, quem* [17] *dedisti.* DE. [18] *ab Micio!*
MI. *Mihi sic* [19] *videtur.* DE. [20] *quid istuc? tibi si istuc placet,*
[21] *Profundat,* [22] *perdat, pereat,* [23] *nihil ad me attinet.*
Iam si [24] *verbum unum posthac.* MI. *rursum, Demea,* 55
Irascere? DE. *an non* [25] *credis?* [26] *repeten' quem dedi?*
[27] *Ægrè est?* [28] *alienus non sum: si obsto: hem desino.*

Q. d. Tu genuisti illum, ego verò educavi eum, & quæ sunt illi facienda, suadeo. Plus autem est, consilius patrem esse, quam natura: quia naturalis pater tantum est causa τοῦ γενέσθαι; τοῦ δὲ καλῶς γενέσθαι. Vide Juv. Sat. 7. 7 Tu-ne suades ei aliquid, quod si illi utile atq; honestum? 8 Interjectio indignantis. 9 Perseveras expostulare mecum. 10 Q. d Naturæ illi patersum, non possum abjicere omnem de moribus ejus & educatione curam. 11 Æschinus. 12 Tu Demea cures alterum filium, sc. Ctesiphonem. 13 Curem. 14 Æschinum. 15 Ctesiphonem & Æschinum. 16 Repetere: cùm ex meo filio tuum vis facere, quem adoptio ex tuo meum fecit. 17 Mihi in adoptione. 18 Quid dixisti? Interjectio dolentis. 19 Te velle reposcere. 20 Formula est ægrè concedentis ut jam aliquoties notatum est. 21 Aeschinus prodigat consumat omnia Metaph ab aquâ, quæ profunditur ex vasis. *Profundere* enim propriè est large & copiosè fundere. Permissio Ironica. 22 Amittat quicquid illi potest contingere. 23 Nihil moror. 24 Sc. *addidero*, dixero. Apostopesis est irascentis. 25 Sc. *me irasci?* Q. d Meritò iracor. 26 An repoſco à te filium meum, quem de mi adoptandum? Minimè certè: non tam iniquus sum. 27 Sed molestum est mihi eum luxu & scortatione perdi. tum vivere. 28 Quamvis Aeschini pater amoliùs non sim, illo à te adoptato, tamen alienus illi non tum, sed adhùc natura pater. 29 Si tamen hanc quoque sollicitudinem ferre non potes, concedam tuæ voluntati: verbum posthac unum non addam.

1 *Unum*

[1] Vnum vis curem : curo : [2] & est Diis gratia,
[3] Cùm ita, ut volo, est : [4] iste tuus ipse sentiet
Posteriùs : nolo in illum [5] gravius dicere.
MI. *[6] Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit : tamen*
[7] Nonnihil molesta hæc sunt mihi : sed ostendere,
Me ægrè pati, [8] illi nolui : nam [9] ita est homo:
[10] Cùm placo, advorsor sedulo, & deterreo,
Tamen [11] humanè vix [12] patitur : verùm si [13] augeam,
Aut etiam [14] adjutor sim ejus iracundiæ,
Insaniam profectò cum [15] illo : etsi Æschinus
[16] Nonnullam [17] in hac re [18] nobis facit injuriam.
Quam [19] hic non amavit meretricem, aut [20] cui non dedit
Aliquid? Postremo nuper (credo jam [21] omnium
Tædebat) dixit [22] velle uxorem ducere.
Sperabam jam [23] defervisse adolescentiam:
Gaudebam : ecce autem [24] de integro : [25] nisi quidquid est,
[26] Volo scire, atque [27] hominem [28] convenire, si apud [29] forum est.

1 Ctesiphonem. 2 Et habetur Diis gratia. 3 Quoniam meus filius talis est, ut cupio. Fallitur Demea : nam amat itidem Ctesipho. 4 Filius adoptivus Æschinus percipiet postea malum, quod sequetur ex nimia tua indulgentia 5 Pejus. 6 Hæc mala, quæ de Æschino dicit Demea, non sunt omninò falsa, neque omnia, quæ dicit, vera sunt. Hęc secum Micio dicit, abeunte Demea. 7 Hæc, quæ fecit Aeschinus, aliquantulùm mihi displicent. 8 Demeæ. 9 Talis est, talibus moribus, tam morosus est ille frater meus. 10 Cùm volo placare eum, non obsequor (quò pacto alîus ingenii homines flecti solent) sed contradico illi vehementer, & deflecto eum ab illa opinione, quam concepit de eo, propter quem irascitur. 11 Modestè, patienter. 12 Se placari frater, vel ea, quæ dixi. 13 Iracundiam ejus. 14 Assentiar illi in irâ ejus, dicamque eum rectè irasci. 15 Fratre meo Demea. 16 Aliquam. 17 Quòd effregerit fores, &c. 18 Mihi & fratri. 19 Aeschinus. 20 Meretrici. 21 Meretricum. 22 Scilicet se. 23 Vehementem & flagrantem amoris vim imminutam. Metaphora 24 Denuò, ἀρχῆθεν, scilicet *amare cœpit*. 25 Sed. 26 Quomodo sit factum. 27 Æschinum. 28 Alloqui. 29 Venale, vel causarum.

ACTUS II. SCENA I.

SANNIO, ÆSCHINUS.

1 Omissis senibus, describitur Æschini factum, jurgantis cum leno-ne, propter puellam ereptam.

SA. [1] OBsecro, [2] populares, ferte misero atque [3] innocenti auxilium:
[4] Subvenite [5] inopi. ÆS. [6] otiosè nunc jam illicò hîc consiste:
[7] Quid respectas? nihil periclî est: nunquam, [8] dum ego adero, [9] hic te
Tanget. SA. [10] ego [11] istam [12] invitis omnibus.

2 O cives. Supra in Eun. Chærea adolescens suos æquales vocat *populares*.

ÆS. Quanquam est sceleste, [13] non committet hodiè unquam iterum ut [14] vapulet. 5
SA. Audi, Æschine, ne [15] ignarum fuisse te [16] dicas meorum [17] morum.
[18] Ego leno sum. ÆS. [19] scio. SA. at [20] ita, ut usquam fuit [21] fide quisquam optimâ.

Infrà in Phorm. servus Davus cõservum Getam *popularem* vocat.

Tu quod te [22] posteriùs purges, nolle [23] hanc injuriam mihi
Factam esse: [24] hujus non faciam: [25] crede hoc, ego meum jus persequar:

Sic & hîc Leno suæ sortis aut fortunæ homines sordidos vocat *populares*. Et apud Salust. *populares* Catilinę vocantur conjurationis socii. Quæ Demea scena præcedente commemoravit Micioni, hîc contingere posterius videntur. Sed omninò videtur Demea, mox ubi Æschinus fores effregit, & Psaltriam eripuit, id à populo intellexisse, & Micioni retulisse. Interea autem dum colloquuntur, Æschinus, quam eripuit meretricem, deducit ad fratrem Ctesiphonem in domum Micionis: Psaltriam autem tenet & sequitur in via Leno, & inclamat hæc, *Obsecro, populares*, &c.

3 Qui non meruerim vapulare. 4 Succurrite. 5 Mihi destituto omni ope. 6 Securè, amoto omni metu istic mane, dum puer aperit fores. Nempe hæc dicuntur Psaltriæ sibi adhùc à Lenone metuenti & trepidanti. 7 Cur frequenter respicis? 8 Quamdiu. 9 Leno Sannio. 10 Scilicet *abducam, recipiam*. Apoliopesis. 11 Puellam, vel Psaltriam. 12 Nolentibus. 13 Tamen non efficiet, non perficiet. Cic. *Non committam, ut tibi stultus videar*. 14 Verberibus afficiatur. 15 Nescium. 16 Posteà in judicio. 17 Conditionis, vitæ. 18 Ego sum puellarum venditor, fateor: nihil autem tibi hoc proderit, quo minus ereptæ mulieris nomine reus peragi possis: tam mihi jus dicetur, quàm alii. 19 Te esse Lenonem. 20 Talis sum. 21 Præstandi sc. quod vel pollicitus, vel minatus fuero. 22 Posteà in judicio excusare velis. 23 Vapulationis meæ, & ablationis puellæ. 24 Non tanti faciam, nihili faciam tuam purgationem, οὐκ λόγου: nam τὸ *hujus* cum summi digiti ostensione pronunciatur. 25 Hoc pro rato & certo habe.

Neque

Neque tu verbis [1] *solves unquam, quod* [2] *re mihi malefeceris.*

Novi ego [3] *vestra hæc:* [4] *nollem factum: dabitur* [5] *jusjurandum, esse te*
Indignum injuriâ hac: indignis cùm egomet sim [6] *acceptus modis.*

ÆS. [7] *Abi præstrenuè, ac* [8] *fores* [9] *aperi.* SA. *cæterùm* [10] *hoc nihil facies.*

ÆS. [11] *Intrò nunc jam.* SA. *at* [12] *enim non* [13] *sinam.* ÆS. *accede* [14] *illùc, Parmeno,*
Nimiùm abiisti istòc, [15] *hîc* [16] *propter hunc assiste.*
hem, [17] *sic volo:*
Cave nunc jam oculos à meis oculis [18] *quoquam dimoveas tuos,*
Ne mora sit, si [19] *innuerim, quin* [20] *pugnus continuò in malâ hæreat.*

SA. [21] *Istuc volo erga ipsum experiri.* ÆS. [22] *hem serva:* [23] *omitte mulierem.*

SA. [24] *O facinus indignum!* ÆS. [25] *geminabit, nisi caves.* SA. [26] *hei misero mihi!*

1 Satisfacies. 2 Ipso effectu. 3 Verba, quibus vos soletis excusare. Consutatiuncula per Mimesin. 4 Velim hoc non esse factum, facti me pœnitet. Satisfaciendi formula: in qua pœnitentia, & confessio injuriæ cum quadam palinodia conspicitur, adhibita jurisjurandi religione. Exemplum est apud Plaut. Amphitr. 3,2,50, &c. ubi Alcumena stupri arguta à marito, ac jam divortium parans, non placatur, nisi istiusmodi satisfactione. Hæc sunt verba Alcumenæ: *Neque me perpetiar probri Falsò insimulatam, quin ego illum aut deseram, Aut satisfaciat mihi, atque adjuret insuper, Nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit.* Quod & statim factum à Jove simulatitio marito. 5 Jurejurando affirmabo apud judicem. 6 Tractatus. 7 Præi diligenter, sine ullâ trepidatione puer. Sic Andr. 1,1. *I præ, sequar.* Apostrophe ad Parmenonem. 8 Ædium patris mei Micionis. 9 Ut ingrediamur cum puella. 10 Nihil proficis hoc, frustra id conaris: obsistit enim Leno, ut mox: *at enim non sinam;* dum rei suæ possessionem sibi vindicat, donec plagis coërcetur, ut ampliùs resistere nequeat. 11 Psaltriam alloquitur. 12 Certè. 13 Permittam, ut cum Parmenone ingrediatur puella. 14 Ad eum locũ, ubi leno est. 15 Δειχτικῶς. 16 Juxta lenonem. 17 Ut juxta lenonem stes. 18 Ne in aliquem locum vertas. 19 Dederim tibi nutu signum. 20 Manus compressa in os sive in genam lenonis impingatur. *Mala* enim est illa pars faciei prope oculos, quæ more *mali*, id est, pomi, est rotunda. 21 Volo de Parmenone facere periculum an pugnis me cæsurus sit. 22 Istum tibi à Parmenone colaphum: ita insultantis erit vapulanti lenoni. Nam Parmeno acceptam ab Æschino puellam abducere conabatur. Leno verò sequens, retrahere nitebatur. Alii Parmenoni dictum malunt, & tum *serva* pro τήρει, id est, observa jam, quid nutu significetur, accipiendum, & innuentis erit, ut pugnum ingerat. 23 Dimitte. 24 Quòd ita sum verberatus ab illo servo. 25 Parmeno conduplicabit verbera sive plagam, id est, iterabit, aliam impinget. 26 Interjectio dolentis. Cùm geminasset Parmeno, exclamat leno.

ÆS. 1 *Non innueram: verùm* 2 *in istam partem potiùs peccato tamen:*

3 *I nunc jam.* SA. 4 *quid hoc rei est?* 5 *regnum-ne, Æschine, hîc tu possides?*

ÆS. 6 *Si possiderem,* 7 *ornatus esses ex tuis virtutibus.*

SA. *Quid tibi rei mecum est?* ÆS. 8 *nihil.* SA. *quid? nostin'* 9 *qui sim?* ÆS. 10 *non desidero.*

SA. *Tetigin'* 11 *tui quidquam?* ÆS. *si* 12 *attigisses,* 13 *ferres infortunium.*

SA. *Quî tibi* 14 *magis licet* 15 *meam habere, pro* 16 *quâ ego argentum dedi?*

Responde. ÆS. *ante* 17 *ades non feciſſe erit* 18 *melius hîc* 19 *convitium:*

Nam si 20 *molestus pergis esse, jam* 21 *intrò abripiere, atque ibi*

Vsque ad necem 22 *operiere loris.* SA. 23 *loris liber?*

ÆS. 24 *sic erit.*

1 Non dederam tibi signũ. Parmeno, ut geminares plagam.

2 Ut verberes eum non jussus potiùs, quàm jussus non verberes.

3 Tu jam, ô leno, acceptis verberibus, quod scilicet quærebas, abi cum puella.

4 Quid hoc tibi vult?

5 Utrum sic dominaris & exercès tyrannidem Athenis, civitate libertatem semper adversus tyrannos asserent, eatque ubi Democratica administratio? 6 Hîc regnum 7 Haberes præmia vitiis & scelcribus tuis digna. Ironice hæc dicuntur, & κατ' αντιφρασιν. 8 Mihi tecum rei est 9 Qualis. 10 Nosse qualis sis. Catul. Ep. 94. *Nil nimium stud. o, Cæsar, tibi velle placere, Nec scire utrum sis albus an ater homo.* Adde Ph. 2, 3, 85. 11 Ex tuo corpore. Magna enim differentia est, si quis dicat, *tetigi aliquid tui*, & *tetigi aliquid tui*: nam prius significat me tetigisse aliquid, quod tuum erat, ut librum, vestimentum, vel aliud quippiam: sed *tetigi aliquid tui*, significat me tetigisse aliquod ex membris corporis tui. 12 Leniter tetigisses: quod multò minus est, quam tetigisses. 13 Patereris infelicem successum, id est, pessimè tecum ageretur, miserrimè te tractarem 14 Quàm mihi quicquam tui tangere. 15 Puellam. 16 Puellâ. 17 Meas. 18 Honestius, vel magis ex re tuâ. Habent hæc verba speciem suadentis, cùm interim graves minas denuncient, quas mox clarius exprimit Æschinus. 19 Vociferationem vel maledictum facere, id est, convitiari. 20 Vociferationibus, convitiis. 21 In in eriorem domum ab hoc loco rapieris. 22 Totus obruêris lororum notis, vibicibus ex lororum percussione; vel scutigis sive funiculis ex corio factis c dêris, flagellaberis, quibus cædebantur servi, ut conditionis reminiscerentur. Ut enim magistratus virgis in noxios utebantur; ita domini in servos loris. *Lorum* proprie corrigia est ex corio. *Lora* etiam habenas vocamus, & retinacula jumentorum. 23 Minitaris quod ego non servilis conditionis operiar, id est, cædar loris? Loris quippe cædere sive flagellare liberum hominem Athenis non licebat servorum id supplicium fuit. 24 Operiêre loris.

SA. *O hominem* [1] *impurum* ! [2] *hiccine libertatem ajunt æquam esse omnibus?*

ÆS. *Si satis jam* [3] *debacchatus es, leno, audisi vis nunc jam.*

SA. *Egon' debacchatus sum autem, an tu in me?* ÆS. [4] *mitte* [5] *ista, atque* [6] *ad rem redi.*

SA. [7] *Quam rem? quò redeam?* ÆS. *jam-ne me vis dicere, quod ad te attinet?*

SA. [8] *Cupio,* [9] *æqui modò aliquid.* ÆS. [10] *vah!* [11] *leno* [12] *iniqua me non vult loqui.*

SA. *Leno sum, fateor, pernicies* [13] *communis adolescentium,*

[14] *Perjurus, pestis: tamen tibi à me nulla est* [15] *orta injuria.*

ÆS. *Nam hercle etiam* [16] *hoc restat.* SA. [17] *illùc quæso redi, quò cœpisti, Æschine.*

ÆS. [18] *Minis viginti in* [19] *illam emisti,* [20] *quæ res tibi vertat malè:*

Argenti [21] *tantum* [22] *dabitur.* SA. [23] *quid, si ego illam nolo vendere,*

Coges me? ÆS. *minimè.* SA. *namque* [24] *id metui.*

ÆS. [25] *neque vendundam censeo,*

1 Impurum. 2 An homines dicunt, facultatem liberam agendi quidlibet esse æquabilem omnibus incolis hîc Athonis? Q. d. An non vivimus in Republicâ populari, ubi omnes cives, eo ipso quod cives sunt, æquo jure agitant, & libertatis beneficiis perfruuntur? Undè & Cicero pro C. Rabirio, legem Porciam, quæ exemplo juris Attici virgis cædi civem Romanum vetabat, libertatis favore commendat. 3 Insaniviſti. 4 Omitte. 5 Quæ antea sunt facta. 6 Ad negotium, de quo agitur inter nos, de puella scilicet, quam abstuli tibi. 7 Scilicet *omittam?* 8 Te aliquid dicere. 9 Dummodò proponas, dicas aliquid, quod sit justum ac honestum. 10 Interjectio irridentis. 11 Puellarum venditor. 12 Injusta, inhonesta. Q. d. Mirum est, lenonem patrocinari justit æ. Et sic religionem lenoni joculariter exprobrat. 13 Publica. 14 Violans fidem. 15 Nata. 16 Intuliſſe mihi injuriam reliquum est, id est, unus ego sum adhùc, cui tu injuriam non feceris. 17 Ad illud negotium, propositum redi planè, ad quod redire cœpisti, cùm dixisti: *mitte ista, atque ad rem redi.* 18 Ducentis coronatis Gallicis. 19 Puellam, quam rapui. 20 Quæ datio argenti in tuam cedat seu convertatur pernicem. Imprecatio est Æschini in malum emptorem. 21 Quanti scilicet empta est, id est, viginti minæ. 22 Tibi. 23 Scilicet *faciet*, vel *dicet?* 24 Ne me cogeres vendere. Ironia. 25 Q. d. Tu dicis, Sannio, cogi te non posse, ut mihi vendas mulierem: rectè: non cogam te: imò ostendam, nec fas tibi esse, vel mihi vel cuiquam mortalium eam vendere: libera est enim, quam tu hactenùs ut servam, ut venalem detinuisti: eo nomine te in jus vocabo, assertâque in libertatem muliere, ut sine omni pretio eam dimittere cogaris, efficiam.

[1] *Id quoque possum* [2] *ferre*, [3] *si modo* [4] *reddat*: *[5] quanquam injurium est.*
Verùm cogito id, [6] *quod res est*: *quando* [7] *eum quæstum occeperis,*
[8] *Accipiunda & mussitanda injuria adolescentium est.*
Sed nemo [9] *dabit*: *frustrà egomet mecum* [10] *has rationes* [11] *puto.*

1 Hanc moram, scilicet mox, credi.
2 Tolerare.
3 Dummodò.
4 Pecuniam debitam.

5 Quamvis differre solutionem, vel adigi ut vendas, quod nolis, sit inferrè injuriam. 6 Quod verum est. 7 Quærere lucrum in vendendis puellis. 8 Toleranda & dissimulanda sive tacenda. *Mussitare* enim propriè significat dissimulandi causa tacere: dictum à *muto*. 9 Argentum. 10 Quibus judico perferendam esse injuriam illatam. 11 Perpendo, computo.

ACTUS II. SCENA II.

SYRUS, SANNIO.

SY. [1] *Tace, egomet* [2] *conveniam jam* [3] *ipsum*: [4] *cupidè accipiat faxo, [5] atque etiam*
Benè [6] *dicat secum esse actum.* [7] *Quid istuc, Sannio, est, quòd te audio*
Cum hero nescio [8] *quid concertasse?* SA. [9] *nunquam vidi* [10] *iniquius*
Concertationem [11] *comparatam, quàm* [12] *hæc hodiè inter* [13] *nos fuit*:
Ego vapulando, [14] *ille verberando,* [15] *usque ambo defessi sumus.*

1 Syrus egrediens intrò loquitur ad Æschinum, quì jusserat eum ad Sannionem exire, ipsique persuadere, ut acciperet, quod oblatum erat.

2 Alloquar. 3 Lenonem Sannionem. 4 Statim faciam, ut accipiat pecuniam libenter. 5 Scilicet dicat. 6 Ut gratias quoque agat pro ea re, quòd non prorsùs periclitetur de summa rei. 7 Dissimulat se scire, quod probè novit, ne subornatus esse videatur. 8 Propter quam causam cum Æschino contendisse, & quidem usque eò, ut ad manus sit perventum. 9 In omni vita mea. Sannio queritur de injuria sibi facta ab Æschino, & Syri consiliis eludituɾ; qui eum callidè impellit, ut accipiat pretium pro erepta virgine. 10 Contentionem magis imparem, magis inæqualem. 11 Inter duos constitutam, concitatam. 12 Concertato. 13 Me & Æschinum. 14 Æschinus. 15 Multùm, valdè.

SY.

SY. [1] *Tua culpa.* SA. *quid agerem?* SY. [2] *adolescenti morem gestum oportuit.*

SA. *Quî potui* [3] *meliùs? qui hodiè* [4] *usque os præbui.* SY. [5] *age, scis quid loquar?*

Pecuniam [6] in loco negligere, maximum interdum est lucrum: [8] *hui!*

Metuisti, si nunc de tuo jure [9] *concessisses paululum,*

Atque [10] *adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime,*

[11] *Ne non tibi istuc fœneraret?* SA. *ego* [12] *spem* [13] *pretio non emo.*

SY. *Nunquam* [14] *rem facies:* [15] *abi, nescis* [16] *inescare homines, Sannio.*

SA. *Credo* [17] *istuc* [18] *melius esse: verùm ego nunquam adeò astutus fui,*

Quin, quidquid possem, mallem [19] *auferre potiùs* [20] *in præsentiâ.*

1 Sc. *Puis*, quæ effecit ut ita vapulares: *vel*, id factum est tua culpa, id est, per tuam culpam, in ablativo.

2 Æschino morem gerere seu obtemperare te oportuit.

3 Morem gerere adolescenti.

4 Assiduè faciem percutiendam obtuli.

5 Hic corripientis est Adverbium. 6 Velim dicere? 7 In tempore, ubi opportunitas postulat. Q d Interdum commodum est pecuniâ negligere, sed non semper, ut in hac parte. Sic Heaut 4, 5 *Obsecundato in loco.* Nam quę *in loco* sunt aut fiunt, convenienter tempori loco ve & opportunè fieri dicuntur. 8 Interjectio ridentis. 9 Decessisses, id est, si paululùm tuum jus prætermisisses, capiendo pecuniâ ab adolescente, & illi morē gerendo. 10 Æschino morē gessisses, illius mores tolerasses, id est, animo ejus & voluntati obsecutus fuisses. 11 Quod non istud argentū quod sc. potuisses habere, adferret tibi fœnus, id est, lucrum? Nam aliquid dicitur *fœneratum*, quod cum fœnore, id est, lucro redditū est & multiplicatū. Interdum tamē *fœnerare* Activum, & *fœnerari* Deponens, est pecuniam, sive aliam rem fœnori sive ad usuram dare, id est, quę ab accipiente cum lucro reddatur & multiplicetur. Aliquando *fœnerare* est accipere ad usuram: ut, *Ego à Joanne fœneravi pecunias*, id est, ad usuram accepi. 12 Exspectationem futuri boni, id est, lucri futuri ab Æschino. 13 Negligendo sc. pecuniam, quam habere præsentem possem. *Spem pretio emere* proverbialiter ergo dicitur pro eo quod est, certum & præsens detrimentum facere spe incerti lucri. 14 Ditesces, accumulabis divitias, augebis rem familiarem, facies lucrum. 15 Discede à tuâ professione sordidâ, quam nescis exercere: *vel*, abi in malam crucem, in malam rem. 16 Astutiâ & illecebris fallere. Similitudo petita est ab iis, qui prefixo æri cibo pisces allicunt. Unde Plato [illegible] κακῶν, id est, *voluptatem malorū escam* dixit, quòd eâ videlicet homines capiātur, ut hamo pisces. 17 Quod dicis, sc. concedere de iure suo, & differre solutionē. 18 Aptius ad inescandū homines, quam sc. futura lucra sperare ex illâ inescatione incerta & vaga. 19 Ab aliquo accipere pecuniā. 20 Sine dilatione, in tempore præsenti. Ita Læna quędam apud Plaut. in Asin. adolescenti montes aureos pollicenti inquit: *Semper oculata nostra sunt manus: credunt quod vident.*

SY.

SY. [1] *Age, novi tuum: animum, [3] quasi [4] quidquam tibi sint viginti minæ.* [5]

[6] Dum [7] huic [8] obsequare: præterea autem te [9] ajunt proficisci Cyprum. SA. [10] *hem!*

SY. [11] *Coëmisse, hinc quæ illùc veheres, multa:* [12] *navem conductam: hoc scio,*

Animus [13] *tibi pendet:* [14] *ubi illinc, spero, redieris, tamen* [15] *hoc ages.*

SA. [16] *Nusquam pedem. Perii hercle!* [17] *hac illi spe hoc inceperunt.* SY. [18] *timet:*

[19] *Injeci scrupulum homini.* SA. [20] *ô scelera! illud vide,*

[21] *Ut in ipso* [22] *articulo* [23] *oppressit!* [24] *emptæ* [25] *mulieres*

Complures, & item hinc [26] *alia, quæ porto Cyprum,*

Ni [27] *eò ad* [28] *mercatum venio,* [29] *damnum maximum est.*

1 Advertit animum hortatur lenonem, ut attendat ad verba sua.

2 Sc. *liberalem*, quòd contemnas argentum pro puella arrepta.

3 Quasi tu viginti minas alicujus facias. Dicit enim eum viginti minas non magnifacere, nec eas ullo apud eum loco & numero esse. 4 In aliquo pretio, in aliquâ æstimatione. 5 Dummodo. 6 Æschino. 7 Morem geras. 8 Homines scilicet, rumor est. 9 In Cyprum, insulam Veneri consecratam: undè Venus dicta est *Cypria*. Sic apud Cornelium Nepotem legitur *proficisci Ægyptum*, id est, in Ægyptum. 10 Hîc est novo & insperato aliquo dicto percussi Q. d. Quid dicis! 11 Ajunt te emisse multa mercimonia, quæ abduceres ex Athenis in Cyprum. 12 Quâ tua lis vecturus. 13 Suspensus est, in æquilibrio est, dubitat apud te, utrùm hîc maneas, an illuc sc. in Cyprum, proficiscaris. A libra Metaphora est, quæ in neutram in partem vergit. 14 Post reditum unum è Cypro quanquam longinquum & tardum. 15 In hac lite persequendâ occupaberis, id est, exiges debitum seu pecuniam ab Æschino: nam *hoc agere* dicimus eum, qui instat negotio suo 16 Sc. *movere, progredi*. 17 Quia speraverunt me profecturum Cyprum adolescentes, ideò hoc moliti sunt, hoc consilium inierunt a me eripiendi puellam meam Sic infra: *Hoccine illo dignum est? hoccine* incipere *Æschinum?* 18 Sannio! lenonem metuit Hoc Syrus secum dicit. 19 Incussi molestiam & solicitudinem lenoni. *Scrupuli* sunt minuti lapilli, qui inter ambulandum insiliunt calceos hominis, ac pedem torquent Indè *injicere scrupulum* dicitur, qui solicitudinem injicit animo cujuspiam: & *scrupulum eximit*, qui solicitudinem eximit 20 O scelestos homines! 21 Quomodo. 22 Temporis puncto, momento quo mihi ad mercatum eundum erat, id est, quàm tempestive Cic. *Ut cum fris conditionibus in ipso articulo temporis astringeret* Ab articulis membrorum, id est, junctûris, qui commodè ad varios vitæ usus flectuntur, Metaphora est. 23 Obruit, præoccupavit Æschinus! 24 Amc. 25 Meretrices. 26 Multa præter mulieres. 27 Cyprum. 28 Nundinas *Mercatus* significat & locum mercaturæ exercendæ destinatum, & tempus, quo homines in aliqua loca confluunt ad negotiandum sive mercaturam exercendam. 29 Ex illis rebus emptis.

Nunc

Prætereà [1] *colaphis tuber est totum caput:*
Etiam insuper [2] *defraudet?* [3] *nusquam abeo.* SY. *ut lubet.*
Nunquid [4] *vis,* [5] *quin abeam?* SA. *imò herclè hoc quæso, Syre,*
[6] *Ut ut hæc sunt* [7] *facta,* [8] *potiùs, quàm* [9] *lites sequar,*
[10] *Meum mihi reddat, saltem quanti empta est, Syre.*
Scio te non usum antehac amicitiâ meâ:
[11] *Memorem me dices esse, &* [12] *gratum.* SY. [13] *sedulò*
Faciam: sed Ctesiphonem video: lætus est
[14] *De amicâ.* SA. [15] *quid, quod te oro?* SY. [16] *paulisper mane.*

1 Ex frequentia colaphorum, ex pugnorum ictibus totum meum caput est tumidum, tuberibus plenum. 2 Per fraudem eripiat pretium à me datum pro puella? 3 Non proficiscor in alium locum ad mercatum, sed agam adversùs Æschinum. 4 Aliquid mihi dicere? 5 Antequam. 6 Qualicunque modo, utcunque. 7 Inter me & Æschinum. 8 *Stultitia est, cui benè esse licet, eum præverti litibus.* Plaut. 9 Litigem & agam in Æschinum. 10 Sortem, quam suprà recusavit. 11 Recordantem beneficii, si nunc juveris. 12 Gratiam referentem. 13 Laborabo vehementer, ut tuum tibi reddatur. 14 Propter amicam, quam Æschinus Lenoni eripuit. Sic Eun. 3,2. *Ecquid nos amas de fidicinâ istac?* 15 Cùm Syrus vidisset Ctesiphonem, & in occursum ejus tenderet, Sannio, ut mos est vehementer aliquid cupientium, denuò suum negotium volens commendare, aut aliquid de eo submonere, *quid, quod te oro?* id est, quid volui ampliùs de eo, quod te oro? vel sic, antequam abeas, oro te ut: sed Syrus interfatur, & retinet Sannionem. Cui conferas licet similem affectum Charini And. 4,2,28. &c. 16 Tantisper. Q. d. Ctesipho mihi alloquendus est; pòst ad te redeo.

ACTUS II. SCENA III.

CTESIPHO, SYRUS.

CT. *Abs* [1] *quîvis homine, cùm est opus, beneficium accipere gaudeas;*
Verùm enim verò id demùm [2] *juvat, si, quem æquum est* [3] *facere, is benefacit.*
O frater! frater! [4] *quid ego nunc te laudem? satis certò scio,*

1 Quovis, quolibet: nam *quivis* hîc est ablativus singularis. Ctesipho fratrem Æschinum laudat, agitque gratias absenti pro accepto beneficio. 2 Affert gaudium & delectat. 3 Benefacere. 4 Propter quid, cur?

Nun-

Nunquam ita [1] *magnificè quidquam* [2] *dicam*, [3] *id* [4] *virtus quin superet tua:*
Itaque unam hanc rem me habere [5] *præter alios præcipuam arbitror,*
[6] *Fratrem homini nemini esse* [7] *primarum* [8] *artium magis principem.*
SY. [9] *O Ctesipho!* CT. [10] *ô Syre! Æschinus ubi est?*
SY. [11] *ellum, te exspectat domi.* CT. [12] *hem!*
SY. [13] *Quid est?* CT. [14] *quid sit?* [15] *illius operâ, Syre, nunc vivo:* [16] *festivum caput!*
Omnia sibi qui [17] *postputârit esse* [18] *præ meo commodo,*
[19] *Maledicta,* [20] *famam, meum amorem, &* [21] *peccatum in se transtulit,*
[22] *Nihil pote* [23] *suprà. Sed quid-nam* [24] *foris crepuit?*
SY. *mane mane,* [25] *ipse exit foras.*

1 Honorificè. 2 De te. 3 Quod dixero magnificè. 4 In benefaciendo mihi. 5 Supra. 6 Neminem, id est, nullum hominem habere fratrem magis excellentem optimis virtutibus, scilicet, qui magis colat pietatem fraternam. Alii sic: Arbitror me habere fratrem hominem neminem esse, id est, fratrem talem, ut nemo homo sit magis princeps primarum artium. 7 Τῶν πρώτων ἀρετῶν κύριον, id est, dominum, possessorem. 8 Hic artes sunt, fores effringere, puellam emptam diruere, lenonem pessimè afficere. Quanta est judicii depravati in adolescentulis amatoribus stoliditas! 9 Vocat Syrus Ctesiphonem, & gaudet. 10 Respondet Ctesipho. 11 Ecce illum. 12 Lætantis Interjectio. 13 Propter quod gaudes. 14 Scilicet rogas? 15 Aeschini industria atque auxilio nunc vivo, cùm priùs languerem, non habens amicam, quam deperibam. 16 O lepidum hominem, scilicet Æschinum: quem festivum dicit caput, ut alibi festus dies hominis, qui festum & lætum diem attulerit. 17 Putaverit esse postponenda sibi, id est, contemnenda à se. 18 In comparatione mei commodi, vel propter meum commodum. 19 Convitia, contumelias. 20 Infamiam, malum nomen. Virg. 4. Æn. Neque enim specie, famâve movetur. Est enim vocabulum hoc ἐκ τῶν μέσων, quod in bonam pariter & malam usurpatur partem. Est enim fama, quicquid de aliquo dicitur, sive bonum, sive malum. 21 Meum de rapienda puella. 22 Non poterat facere aliquid, ultrà quàm fecit. 23 Scilicet esse. 24 Ostium resonuit? Singularis Num. est, & Nom. casus, Plaut. Casin. 5, 1, 7. Vestra foris crepuit. 25 Aeschinus.

ACTUS II. SCENA IV.

ÆSCHINUS, SANNIO, CTESIPHO, SYRUS.

ÆS. [1] *UBi ille est* [2] *sacrilegus?* SA. *me quærit:* [3] *num quid-nam effert?* [4] *occidi!*

[5] *Nil video.* ÆS. [6] *ehem,* [7] *opportunè, te ipsum quærito; quid* [8] *fit, Ctesipho?*

[9] *In tuto est omnis res: omitte* [10] *verò tristitiam tuam.*

CT. *Ego* [11] *illam verò* [12] *omitto, qui* [13] *te fratrem habeam quidem: ô mî Æschine!*

O mi [14] *germane!* [15] *ah vereor* [16] *coràm* [17] *in os te laudare* [18] *ampliùs.*

Ne id [19] *assentandi magis, quàm quòd habeam* [20] *gratum, facere existimes.*

ÆS. [21] *Age inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos, Ctesipho.*

[22] *Hoc mihi dolet, nos penè serò* [23] *scisse,* [24] *& penè in eum locum*

Rediisse, ut, si [25] *omnes* [26] *cuperent, nihil tibi possent* [27] *auxiliarier.*

CT. [28] *Pudebat.* ÆS. *ah! stultitia est istęc, non pudor, tam ob* [29] *parvulam*

1 Colloquuntur fratres: agitur de pecunia reddenda lenoni, & paranda cœna.

2 Nefarius leno. *Sacrilegus* proprie dicitur qui rem sacrã, aut è loco sacro furatur: à quo tale furtum *sacrilegium* appellatur.

3 An aliquid pecunię adfert, quod sim habiturus pro fidicina rapta?

4 Perii! 5 Nihil pecuniæ video eum adferre. 6 Lętantis. 7 Tempestive, sc. *advenisti.* 8 Agitur? 9 Totum negotium & de amicâ, & de lenonis jurgio, & de suspicione patris est extra periculũ, caret periculo. 10 Proinde. Adhortantis. 11 Tristitiam. 12 Abjicio, depono. 13 Tam diligentem in meis rebus. 14 Frater uterine. 15 Interjectio dolentis se non audere prorumpere in ejus laudes. 16 In præsentiâ tuâ. 17 In conspectu tuo, ante faciem tuam: quod Græci dicunt κατὰ ςόμα ἐπαινεῖν, id est, *præsentem laudare.* 18 Ulteriùs: quia antea laudavit. 19 Adulandi, blandiendi, sc. *causâ, gratiâ.* Sal. *Privata arma opprimendæ libertatis cepit.* Τὸ δὲ ἐπαινεῖν παρόντα, κολακείας ἐςί, id est, *præsentem laudare, assentationis est.* Aristot. 2. Rhet. 20 Tuum in me beneficium. 21 Ineptiæ arguit Ctesiphonem, à minori Q. d. Facturus idem officium fui vel ignoto: es igitur ineptus, qui, tibi fratri præstitum à me id esse, laudibus tantoperè extollis. Tò *inepte* ergo hîc jocantis est, fratris sc. majoris ad minorem. Vide Eun. 1, 3, 15, &c. 22 Hoc indignè fero. 23 Scivisse de tuo amore. 24 Et rem fere pervenisse in eum statum. 25 Cognati & amici. 26 Auxiliari tibi. 27 Auxiliari, sc. si fuisset fidicina asportata in Cyprum. 28 Pudebat me referre tibi de amore meo. 29 Parvi momenti & ponderis, nempe puellam amatam.

Rem

Rem penè [1] *è patriâ?* [2] *turpe dictu: Deos quæso ut* [3] *istæc prohibeant.*

CT. [4] *Peccavi.* ÆS. [5] *quid ait tandem nobis Sannio?* SY. *jam* [6] *mitis est.*

ÆS. *Ego ad forum ibo, ut* [7] *hunc absolvam: tu intrò ad illam Ctesipho.*

SA. *Syre,* [9] *insta.* SY. [10] *eamus: namque* [11] *hic* [12] *properat in Cyprum.* SA. [13] *ne tam quidem:*

[14] *Quamvis* [15] *etiam maneo* [16] *otiosus hîc.* SY. [17] *reddetur,* [18] *ne time.* 15

SA. [19] *At ut omne reddat.* SY. [20] *omne reddet, tace* [21] *modò ac sequere hac.* SA *sequor.*

CT. [22] *Heus heus, Syre.* SY. *hem quid est?* CT. *obsecro hercle,* [23] *hominem istum* [24] *impurissimum*

[25] *Quàm primùm* [26] *absolvitote, ne, si magis,* [27] *irritatus fiet,*

[28] *Aliquâ ad* [29] *patrem* [30] *hoc* [31] *permânet, atque ego tum* [32] *perpetuò perierim.*

SY. [33] *Non fiet: bono animo es: tu cum* [34] *illa te intùs oblecta* [35] *interim,* 20

Et [36] *lectulos jube sterni nobis, & parari* [37] *cætera.*

1 Sc. *fugere*, id est, in exilium abire. Quia enim puella in Cyprum erat ad mercatum evehenda, una quoque Ctesipho volebat fugere.

2 Quod dicatur, sc. ut propter puellæ amorem patriâ velis carere.

3 Exilium fugamque patriæ avertant.

4 Non rectè feci in illo stulto amore dissimulato & propè exitii ili.

5 Apostrophe ad Syrum.

6 Placidus, qui anteà erat irritatus, & debacchatus.

7 Sannioni argentum persolvam, & dimittam à me, reddito illi pretio, cui habendo tantoperè inhiat, & quasi ut a me solvam: ita ut non amplius sit alligatus ad debitum illud exigendum.

8 Ingredere, eas.

9 Urge Æschinum, ut mihi satisfaciat.

10 O Æschine.

11 Leno.

12 Festinat proficisci. Ironia.

13 Certe non tantum propero in Cyprum. Timet enim, ne eo dicto Æschinus avertatur à solvendo.

14 Quantumvis.

15 Adhùc, præterea.

16 Sinè occupatione, exspectans pecuniam.

17 Argentum seu pretium puellæ restituetur tibi.

18 Noli timere.

19 Sed insta, fac ut reddat totum pretium.

20 Æschinus restituet tibi totum pretium.

21 Tantummodò.

22 Vox hæc est revocantis ex longinquo.

23 Lenonem.

24 Sordidissimum, avarissimum.

25 Citissimè.

26 Dimittite tu & Æschinus, eique satisfacite.

27 Ad iram incitatus non data pecunia.

28 Aliqua ratione, aliquo modo.

29 Deneam.

30 Iste raptus puellæ.

31 Perfluat, perveniat, id est, ne pater resciscat, ne ad patrem deferatur.

32 In perpetuum perditus fuerim. Metuit enim exheredationis pœnam, cujus causæ erant hæ: si filius noctu foris cubuisset; si comme saretur; si Lenones pultasset, si libidini incumberet; si voluntati paternæ repugnasset.

33 Non permanebit ad patrem factum hoc.

34 Psaltriâ.

35 Dum ego & Æschinus aliud curamus.

36 Discubitorios, in quibus accumbentes veteres cœnabant.

37 Reliqua præter lectulos, quæ sunt necessaria ad convivium celebrandum.

Ego

Ego jam, [1] *transactâ re,* [2] *convertam me domum cum* [3] *opsonio.*

CT. [4] *Ita quæso:* [5] *quando hoc benè successit,* [6] *hilarem hunc sumamus diem.*

1 Placata lite, aut finito negotio de raptu puellæ.

conferam. 3 Edulis, quæ adduntur ultra panem & vinum. 4 Sc. *faciat.* 5 Quandoquidem hoc prosperè nobis contigit, sc. ut senex non moveret turbas, sed solveretur & amata potiremur. 6 Hilari animo atque vultu hunc diem sumamus nobis, usurpemus, ἰδιοποιῶμεν, consumamus, transigamus, id est, fruamur hoc die. Sic infrà 5, 3. *Et rei hunc sumamus diem.*

ACTUS III. SCENA I.

SOSTRATA, CANTHARA.

SO. [1] *OBsecro, mea tu* [2] *nutrix,* [3] *quid nunc fiet?*

CA. *quid fiet, rogas?*

Rectè adepol [4] *spero.* SO. [5] *modò* [6] *dolores,* [7] *mea tu,* [8] *occipiunt primulùm.*

CA. *Iam nunc times, quasi nunquam* [9] *adfueris, nunquam tute pepereris.*

SO. [10] *Miseram me! neminem habeo,* [11] *solæ sumus:* [12] *Geta autem hîc non adest;*

[13] *Nec quem ad* [14] *obstetricem mittam, nec qui accersat Æschinum.*

CA. *Pol* [15] *is quidem jam hîc aderit: nam nunquam unum* [16] *intermittit diem,*

Quin semper veniat. SO. [17] *solus mearum* [18] *miseriarum est* [19] *remedium.*

CA. [20] *E re natâ melius fieri haud potuit, quàm factum est, hera:*

[21] *Oblatum quando* [22] *vitium est,* [23] *quod ad* [24] *illum attinet* [25] *potissimùm,*

1 Solicita inducitur Sostrata, ob filiæ, quæ ex Æschino gravida est, vicinâ parium. 2 Cantiara. 3 Quomodo res se habebit cum partu filiæ meæ? 4 Omnia futura cũ tua filia. 5 Nunc. 6 Filiæ meæ parturientis, ὠδίνες. Sic Andr. *laborat è dolore.*

7 Blandimentũ est muliebre. 8 Primùm incipiunt, intendunt se. 9 Parturienti mulieri interfueris, vel opem tuleris, tanquã esses ἀκήρατος ὠδίνων. 10 Exclamatio dolentis. 11 Ego & filia. 12 Servus noster non est præsens: interfuit enim rixæ, quâ Æschinus lenoni Psaltriam eripuit, uti mox narrabit ipse scenâ, quæ sequitur. 13 Sc. *est*, vel *habeo*. 14 Mulierem, quæ adesse solet seu ferre opem parturienti. 15 Æschinus. 16 Omittit, prætermittit. 17 Æschinus. 18 Calamitatum 19 Solatium, medela. 20 Prout res nata erat, id est, sortita erat eventum, id est, ex conditione illa vitiatæ virginis. Al. *è re natâ*, id est, ex usu filiæ. 21 Quandoquidem vitiata est virgo, ab eo vitiata sit, qui erat expetendus ad matrimonium. 22 Stuprum. 23 Quantũ. 24 Æschinũ sc. qui eam vitiavit. 25 Imprimis.

1 Tam formosum. Commendatio à bonis animi & corporis.

[1] *Talem, tali genere, tali* [2] *animo, natum ex tantâ familiâ.* 16

SO. *Ita pol est, ut dicis:* [3] *salvus nobis, Deos quaeso, ut siet.*

2 Sapientia, aut modestia. 3 Incolumis, superstes.

ACTUS III. SCENA II.

GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

1 Tempus, ille tempor s articulus, negotium, periculũ. Geta, Sostratæ servus, valdè commotus, heræ nuntiat. Æschinũ, alio capiũ amore, eripuisse lenoni puellam, deserta ac spreta Attica virgine, quam stupraverat.

GE. *NVnc* [1] *illud est, quòd,* [2] *si omnes omnia sua consilia* [3] *conferant,*
Atque [4] *huic malo* [5] *salutem* [6] *quærant, auxilii nihil afferant,*
[7] *Quod* [8] *mihique,* [9] *heræque, filiæque* [10] *herili est:* [11] *væ misero mihi!*
[12] *Tot res repentè* [13] *circumvallant,* [14] *undè* [15] *emergi non potest,*
[16] *Vis,* [17] *egestas,* [18] *injustitia,* [19] *solitudo,* [20] *infamia.*
[21] *Hoccine seclum? ô scelera! ô genera* [22] *sacrilega! ô* [23] *hominem impium!* 6
SO. [24] *Me miseram! quid nam est, quòd sic video* [25] *timidum & properantem Getam?*
GE. [26] *Quem neque* [27] *fides, neque* [28] *jusjurandum, neque ulla* [29] *misericordia*

2 Etsi. 3 Congregent. 4 Contra hoc malum, quod Æschinus alio amore captus, & virginis stupratę desertor sit. 5 Remedium salutis. 6 Invenire studeant suis consiliis. 7 Malum. 8 Polysyndeton. 9 Sostratæ. 10 Ex hera mea natæ, sc. Pamphilæ, quæ nunc partui proxima est. 11 Interjectio exsecrantis. 12 Tot res malę. 13 Circumdant, premunt nos, tanquã inimica acies, quę vallo circum fat aut stipat se circa hostes, aut circumcludit vallo ipsos hostes, ne possint aufugere. Metaphora ergo est ab hostibus, vel à militari acie, à castris obsidione cingendis. 14 Ex quibus rebus. 15 A nobis evadi, id est, unde non possumus nos expedire. Metaphora à natantibus. 16 Violentia illata virgini ab Æschino. 17 Inopia ipsius puellæ. 18 Judiciorum iniquitas, injuria. 19 Desertio à defensoribus. 20 Ignominia ab his, qui credunt puellam esse vitiatam pretio. 21 An tales, id est, tam depravati sunt homines hujus seculi? *O tempora! ô mores!* 22 Nefaria & impia, id est. ô homines perditissimos, qui nihili faciunt honestatem & leges. 23 Æschinum. 24 Est dolentis 25 Perturbatum. Sic Eun. 4, 2. *Sed quid hoc, quòd timida subitò egreditur Pythias?* 26 Æschinum. Geta Sostratæ exclamationem non audivit, ideò pergit in sermone suo: ac proinde hęc verba adjungenda sunt illis: *ô hominem impium!* 27 Promissio data puellę, quam promisit se ducturum uxorem. 28 Juramentum, quo juravit se ducturum eam, 29 Quod ei vim intulit.

1 Re-

1 *Repreſsit, neque* 2 *reflexit,* 3 *neque quòd partus inſtabat propè,*
4 *Cui miſeræ* 5 *indignè per vim vitium* 6 *obtulerat.*
SO. *non* 7 *intelligo*
Satis, quæ 8 *loquatur.* CA. 9 *propiùs obſecro accedamus, Soſtrata.* GE. 10 *ah*
Me miſerum! vix ſum 11 *compos animi, ita* 12 *ardeo iracundiâ.*
13 *Nihil eſt, quod malim, quàm totam* 14 *familiam* 15 *dari mihi obviam,*
Vt iram hanc in eos 16 *evomam omnem,* 17 *dum agritudo hæc eſt recens:*
18 *Satis mihi id habeam ſupplicii, dum illos ulciſcar modò.*
19 *Seni* 20 *animam* 21 *primùm* 22 *exſtinguerem ipſi,* 23 *qui illud produxit ſcelus:*
Tum autem Syrum 24 *impulſorem,* 25 *vah!* 26 *quibus illum* 27 *laceravem modis!*
28 *Sublimen* 29 *medium* 30 *arriperem,* 31 *capite primùm in terram* 32 *ſtatuerem,*
Vt 33 *cerebro* 34 *diſpergat viam:*

1 Cohibuit, ne auderet id moliri.
2 Revocavit, retraxit, ne id faceret grande facinus.
3 Neque id repreſſit eum, quod partus ejus puellæ imminebat, appropinquabat.
4 Filiæ herili.
5 Impiè turpirer.
6 Intulerat.
7 Ea.
8 Geta.
9 Propinquius. Adverbiũ comparativi gradus, à *propè.* 10 Interjectio dolentis vel indignantis. 11 Sanæ mentis, compoſiti animi. Ira enim, rationi inimica, tollit mentem de cardine: cujus faciem vide apud Senecã l. 1. de Irã, c. 1. *Flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, exæſtuante ab imo præcordiis ſanguine,* &c. 12 Incendor. 13 Accurate expreſſit iraſcentis mores. 14 Demeam, Micionem & ipſum Æſchinum. 15 Occurrere mihi. 16 Ejiciam, effundam. Sic Heeyr. 3, 5. *Atque in eam hæc omne, quod mihi agrè eſt,* evomam. Et infrà 3, 5. *Ibo, requiram fratrem, ut in eum hæc* evomam. Metaphora ſumpta à ſerpentibus. 17 Quamdiu hæc mentis meæ iracundia ac perturbatio eſt nova. Nam paulatim progreſſu temporis efferveſcit ira, quæ, cùm recens eſſet, erat vehementiſſima. 18 Putarem me habere ſufficiens de illis ſupplicium, ſi modò eos puniam ob injuriam nobis illatam: nam *Vindicta bonum vitâ jucundius ipsâ.* Juv. Sat. 13. 19 Demeæ. 20 Vitam & anhelitum ſeu ſpiritum, quo vivimus, id eſt, aërem; ut mox: *Animam recipe.* 21 Imprimis. 22 Interciperem, id eſt, ſenem ipſum ſuffocarem. Metaphora ab igni. Reſpexit autem Poëta ad illorum opinionem, qui putabant animam eſſe ignem, qui exſtingui poſſet. 23 Qui illum ſceleratum filium Æſchinum genuit, procreavit. 24 Suaſorem, auctorem iſtius ſceleris. 25 Hic oſtendit vehementiam affectus in Syrum. 26 Q. d. acerbis, aſperis. 27 Dilaniarem. 28 In altum ſublatum, ut caderet gravius. 29 Per medium corporis. 30 Celeriter & cum impetu caperem eum. *Medium arripere,* eſt ita tenere, ut extricare ſe nullo modo poſſit. 31 Al. *capite pronum,* id eſt, pronum in caput, præcipitem. 32 Immitterem & præcipitem eum darem. 33 Effuſione cerebri. 34 Diverſis partibus ſpargeret.

1 Æschino.
2 Quibus amore puellæ captus est.
3 Eruerem, effoderem, extraderem.
4 Post illud factum, sc. ereptis oculis, præcipitarem ac dejicerem eum ab aliquo editiore loco.
5 Scelerum duces, qui sunt de illa familia.
6 Prosternerem. *Ruere* hîc habet activam

1 *Adolescenti ipsi* 2 *oculos* 3 *eriperem*, 4 *post hæc præcipitem darem*:
5 *Cæteros* 6 *ruerem*, 7 *agerem*, 8 *raperem*, 9 *tunderem*, *&* 10 *prosternerem*. 20
Sed cesso 11 *hoc malo* 12 *heram* 13 *impertiri* 14 *properè*? SO. 15 *revocemus*. 16 *Geta*. GE. 17 *hem*!
18 *Quisquis es, sine me*. SO. *ego sum* 19 *Sostrata*. GE. *ubi ea est*? *te ipsam quærito*:
Te exspecto: 20 *oppidò* 21 *opportunè te obtulisti mihi obviam*,
Hera. SO. *quid est*? 22 *quid trepidas*? GE. 23 *hei mihi*! SO. 24 *quid festinas mi Geta*?
25 *Animam recipe*. GE. 26 *prorsùs*! SO. *quid istuc prorsùs ergo est*? GE. 26 *periimus*! 25
27 *Actum est*. SO. *obsecro te* 28 *quid sit*. GE. 29 *jam*! SO. *quid jam Geta*?
GE. 30 *Æschinus*! SO. *quid ergo* 31 *is*? GE. 32 *alienus est ab nostrâ familiâ*. SO. *hem*!
33 *Perii*! 34 *quare*? GE. *amare occepit* 35 *aliam*. SO. 36 *væ miseræ mihi*!

significationem, significatq; toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt, qui præcipites alios prosternunt. Proprié *ruere*, est concidere. Virg. Ruit *alto à culmine Troja*. 7 Agitarem, nimia celeritate persequerer. 8 Raptim illos comprehenderem. 9 Contunderem, comminuerem fabrorum more, qui malleis tundunt sæpè incudem, ictus repetentes. *Tundere* enim est percutere. 10 Interrâ dejicerem. 11 Quod Æschinus cœpit amare aliam. 12 Sostratam. 13 Hujus mali participem facere? Sic *participare aliquem prandii*, apud Plautum est prandii participem facere. Dicimus autem, *impertior tibi consilia mea*, *& impertior te consiliis meis*, id est, tibi communico consilia mea. 14 Festinanter. 15 Sc. *eum*: incipiebat enim Geta domum versùs ire. 16 Vocat eum suo nomine. 17 Indignantis est. 18 Quicunq; sis, permitte me ire ad impertiendam heram hoc malo eventu: & hoc dicit Geta, nondum visa Sostrata, præ nimia ira. Similis locus apud Plaut. in Asinar. 2. 4. ubi Leonidæ verba sunt: *Non mercle te prævideram; quajò ne vitio vertas, Ita iracundia obstitit oculis*. 19 Tua hera. 20 Valde. Adverbium intendendi. 21 In tempore. 22 Propter quid, quare. 23 Exclamatio dolentis. 24 Quare es ita perturbatus & anhelans more festinantis, usque adeò ut crebriora verba continuare nõ possis præ anhelitu nimio? 24 Spiritum anhelitum resume, & incipe respirare. 26 Omninò, sc. *periimus*, quod sequitur: sed illud proferre non potuit præ anhelitu nimio. 25 Verba sunt desperationis. Nam *actum est* dicitur in eâ re, de qua sit jam lata sententia. 28 Sc. *dicito*. 29 Anhelans Geta & singultus emittens dici: *jam*. 30 Sc. *alienus est à nostrâ familiâ*, ut posteà sequitur; sed suspirio impeditus dixit tantùm *Æschinus*. 31 Sc. *fecis*? 32 Alienatus, alienus factus. 33 Dolentis. 34 Sc. *est alienus à nobis*? 35 Puellam: ideò sc. est alienus. 36 Exclamatio dolentis.

GE.

GE [1] *Neque id occultè fert : à lenone [2] ipsus eripuit palàm.*

SO. [3] *Satin' hoc certum?* GE. *certum: [4] hisce oculis egomet vidi, Sostrata.* SO. [5] *ah*
Me miseram! quid credas jam? aut [6] cui credas?
[7] nostrum-ne Æschinum,
[8] Nostram vitam omnium, in [9] quo nostræ spes
[10] opesque omnes [11] sitæ erant,
[12] Qui sinè [13] hac jurabat se unum nunquam victurum diem,
Qui in [14] sui gremio [15] positurum [16] puerum dicebat patris, [17] ita
[18] Obsecraturum, ut [19] liceret [20] hanc uxorem ducere.
GE. *Hera, lacrymas [21] mitte, ac potiùs, quod ad hanc rem [22] opus est, [23] porrò prospice;*
Patiamur-ne, an [24] narremus cuipiam? CA. [25] *au, au! mi homo, [26] sanun' es?*
An [27] hoc [28] proferendum tibi usquam esse videtur?
GE. *mihi quidem non [29] placet.*
Iam primùm, [30] illum alieno animo à nobis esse, res ipsa indicat.
Nunc si [31] hoc palàm proferimus, [32] ille inficias ibit, [33] sat scio;

1 Et non occultè habet, non occultat, non celat illud, scilicet se amare aliam. Sic *præ se ferre*, & *præ se habere*, est palàm habere, monstrare, ostendere.

2 Comicum est.

3 Scilicet est?

4 Δειχλικοῖς testibus certissimis, *pluris* enim est *oculatus testis unus*, *quàm auriti decem.*

5 Interjectio flentis. 6 Cui homini confidas? 7 Est-ne verum, nostrum Æschinum, qui nobis tam familiaris sit, talia fecisse? Est enim Ecliptica oratio perturbatis apta. 8 Ita charum, ut est nobis chara vita. 9 Æschino. 10 Auxilium, salus. 11 Positæ, collocatæ. 12 Æschinus. 13 Filia mea Pamphila. 14 Supra genua patris sui, more matrum. 15 Scilicet *se.* 16 Cùm natus esset ex illa, *vel*, cujus partus imminet. 17 Hoc modo. 18 Patrem suum. 19 Voluntate patris. 20 Filiam meam. 21 Omitte, id est, noli fiere ampliùs. 22 Necessarium. 23 In futurum consilio provide; nam *res turbidæ consilium, non fletum, expetunt.* 24 Quod Æschinus amare cœpit aliam. 25 Interjectio indignantis. 26 An compos mentis es? 27 Tam indignum factum Æschini. 28 Divulgandum. 29 Ut usquam proferatur. 30 Æschinum habere animum alienatum à nobis. 31 Illud factum Æschini. 32 Æschinus negabit. A *facio* fit *inficior* Deponens, quod significat nego: à quo fit nomen *inficias*, solùm habens accusativum in plurali numero, & solùm cum verbo *ire* jungitur. Dicimus enim, *inficias eo*, id est, nego, & quasi *infectum*, id est, non factum testor. 33 Non dubito.

Tua [1] *fama, &* [2] *gnatæ vita in* [3] *dubium veniet:* [4] *tum si maximè*
Fateatur, cùm amet aliam, non est utile [5] *hanc* [6] *illi* [7] *dari.*
Quapropter, [8] *quoquo pacto tacito est opus.* SO. [9] *ah!* [10] *minimè gentium:*
[11] *Non faciam.* GE. *quid ages?* SO. [12] *proferam.* GE. [13] *hem, mea Sostrata, vide quam rem agas.*
SO. [14] *Pejore res loco non potis est esse, quàm in hoc, quo nunc sita est.*
Primùm [15] *indotata est: tum prætereà,* [16] *quę secunda ei dos erat,*
[17] *Periit:* [18] *pro virgine dari nuptum non potest:* [19] *hoc reliquum est,*
[20] *Si inficias ibit,* [21] *testis mecum est annulus, quem* [22] *amiserat.*
Postremò, [23] *quando ego conscia mihi sum,* [24] *à me culpam hanc procul esse, nec*

1 Bonum nomen: quia crimini erit tibi vitiatam esse filiam.
2 Filiæ tuæ Pamphilę.
3 Periculum.
4 Prętereà etsi Æschinus maxime confiteatur se vitiasse filiam tuam.
5 Filiam tuam Pamphilam.
6 Æschino, impedito alio amore,
7 Nuptui.

8 Quocunque modò celato est opus. Sic Sall. *Prinsquam incipias consulto, & ubi consulueris, maturè facto opus est.* 9 Repudiantis vox est. 10 Nequaquam opus est tacere: ubi genitivus *gentium* ponitur cum *minimè*, non necessitate significationis, sed ornatus gratiâ: ut etiam dicimus, *nusquam gentium, terrarum, locorum.* 11 Non tacebo. 12 Divulgabo filiam vitiatam ab Æschino. 13 Monentis. 14 In pejore statu res cum mea filia non potest esse, quàm in quo statu nunc est collocata. 15 Sinè dote, id est, paupercula est. 16 Virginitas, pudor. *Non ego* (inquit Alcmena apud Plautum) *illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur; sed pudicitiam, & pudorem, & sedatam cupidinem, Deûm metum, parentum amorem, & cognatûm concordiam.* 17 Præterita est, nunquam reditura: nam (ut ait Ovidius) *Læsa pudicitia, deperit illa semel.* 18 Pamphila non potest collocari vel nubere tanquam virgo. Dicimus *dare nuptum filiam; admittere spectatum; dare venum ædes:* quæ verba quamvis motum non significent eundi de loco ad locum, tamen junguntur priori supino: nam (ut loquuntur) in se latenter motum obtinent. Alii volunt *dari nuptum* dici ἐλλειπτικῶς, pro dari ad nuptum, id est, nuptias. 19 Quantum ad cætera. 20 Si Æschinus negabit. 21 Loco testis apud me, vel pro me, qui testabitur ipsum factum. 22 Æschinus. 23 Quan loquidem ego ipse scio apud me. *Conscia mens recti famæ mendacia ridet.* Ovid. 4. Fast. *Hic murus aheneus esto, Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ,* Horat. Cic. l. 6. Ep. fam. *Conscientia rectæ voluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum, nec est ullum malum præter culpam.* 24 Me non esse reum hujus culpæ de stupro filię.

1 *Pretium*

1 *Pretium, neque* 2 *rem ullam* 3 *intercessisse* 4 *illâ, aut me, indignam;* 5 *experiar, Geta.*

GE. 6 *Quid istuc?* 7 *accedo,* 8 *ut melius dicas.* SO. 9 *tu,* 10 *quantum potes, abi,*
Atque Hegioni cognato 11 *hujus rem omnem narrato* 12 *ordine.*
Nam 13 *is* 14 *nostro Simulo fuit* 15 *summus, & nos* 16 *coluit maximè.*
GE. 17 *Nam herclè alius nemo respicit nos.* SO. *propera tu, mea Canthara,*
Curre, 18 *obstetricem accerse, ut, cùm* 19 *opus sit, ne in morâ nobis siet.*

1 Pecuniam, donum.
2 Internunciam, pactum clam, aut promissum, ut habet Donatus.
3 Interveniſſe, interpositum esse.
4 Filia mea.
5 Actionem intendam in judicio, apud judices agam. Cic. pro Quint. *Si quid in controversiam veniret, intra parietes, aut summo jure* experiretur. 6 Formula est ægrè consentientis. 7 Accedo ad tuam sententiam, id est, assentior tibi, hera, pedibus in tuam eo sententiam, ut rectiùs proferatur hoc crimen, quàm celetur, ut priùs sentiebam. *Accedere* enim *alicui*, est assentiri. Solebant enim in Republica Romana Senatores, quibus censendi jus non erat, suo loco relicto transire, sive *accedere* ad eos, quorum sententiam approbabant. 8 Ut hoc loco caulam efficientem denotat, id est, utpote quæ, vel quia me veris & solidis rationibus vincis. Certe hunc esse genuinum hujus loci sensum, vel inde videre est, quod dehinc nihil disputant Sostrata & Geta, sed consilium rem omnem proferendi mox exsequuntur, abeunte ad Hegionem Getâ. 9 Geta. 10 Citissimè. 11 Filiæ meæ. 12 Per ordinem, eodem tenore, quo facta est. 13 Hegio. 14 Marito meo, patri hujus Pamphilæ meæ. 15 Familiaris amicus. 16 Amavit, in honore habuit nos plurimùm, defunctò sc. marito. 17 Benè dicis, ut id narrem Hegioni, nam sanè nemo præter eum curat, tuetur, adjuvat nos, favet nobis: ut dicimus *Deum respicere nos*, cum nostri miseretur, ac benigne exaudit. Sic Andr. *Age, me in tuis secundis rebus* respice. 18 Mulierem parturientibus opem ferentem. 19 Eam adesse parturienti.

ACTUS III. SCENA III.

DEMEA, SYRUS.

DE. 1 *Disperii! Ctesiphonem audivi filium*
Vnà fuisse in 2 *raptione cum Æschino.*

1 Variis modis perii! actum est de me!

Male habet Demeæ, quod Ctesiphonem filium audiverit unà adfuisse, cùm eriperet mulierem Æschinus. Commendatur deinde Ctesipho, vituperantur Micio & Æschinus: callidè utrumque Syrus facit. Demea autem narratione virtutum Ctesiphonis plurimùm gaudet. 2 Abductione seu violentâ ablatione puellæ Psaltriæ. *Raptio* est violenta perpetratio injuriæ: *raptus*, vis & injuria perpetrantis: *rapina*, lucrum injustum & præda per vim rapta.

1 Ut se. alter filius Ctesipho corrumpatur lascivia.
2 Filium Ctesiphonem.
3 Æschinus.
4 Qui aliquid negotii facit, *vel*, cui aliqua virtus inest.
5 Ad lasciviam attrahere.
6 Ctesiphonem.
7 Eum invitum attractum in aliquem locum, scilicet

1 *Id misero restat mihi mali. si* 2 *illum* 3 *potest,*
4 *Qui alicujus rei est, etiam eum* 5 *ad nequitiem abducere.*
Vbi ego 6 *illum quæram? credo* 7 *abductum in ganeum*
Aliquò: 8 *persuasit ille impurus, sat scio.*
Sed eccum 9 *ire Syrum video:* 10 *hinc scibo jam, ubi siet.*
Atque herclè 11 *hic* 12 *de grege illo est: si me* 13 *senserit*
14 *Eum* 15 *quæritare,* 16 *nunquam dicet* 17 *carnifex.*
18 *Non ostendam* 19 *id me velle.*
SY. *Omnem* 20 *rem* 21 *modò* 22 *seni,*
23 *Quo pacto se haberet,* 24 *enarramus* 25 *ordine.*
26 *Nil quidquam vidi lætius.* DE. 27 *prô Iupiter!*
28 *Hominis stultitiam!* SY. 29 *collaudavit filium:*
Mihi, 30 *qui id dedissem consilium, egit gratias.*
DE. 31 *Disrumpor!* SY. 32 *argentum* 33 *adnumeravit illicò:*

in lupanar seu fornicem, id est, in domum meretricis, ubi γάνονται, id est, luxuriæ indulgent homines nequam. Inde *ganeo* dicitur ganeorum frequentator. 8 Æschinus ille improbus induxit Ctesiphonem, non dubito. *Suadere* facientis est; *persuadere* perficientis est. 9 Venire. 10 Ex hoc Syro jam sciam, ubi sit Ctesipho. 11 Syrus. 12 De illo sodalitio, de illo hominum genere, qui filiis operam præstant in amoribus promovendis, & parentibus imponunt. Sic Eun. *Unum etiam hoc vos oro, ut me in vestrum* gregem recipiatis. Metaphora. 13 Syrus perceperit. 14 Ctesiphonem. 15 Instanter quærere. 16 Non. Tantùm enim hic negandi Adverbium sine ullâ temporis adsignificatione. Sic Act. 4. Sc. 1. & 2. Phorm. 2, 2. 17 Tortor ille Syrus, qui me excarnificat & dolore afficit. 18 Dissimulabo. 19 Eum quæritate, vel scire ubi sit Ctesipho. 20 Totum negotium & factum Æschini de raptione puellæ fidicinæ, quam senex scire volebat. Syrus, tanquam non videns Demeam, hæc loquitur: & Demea ea audiens verba, tacitè sua intermiscet. Multi hic novam scenam faciunt sine ullâ necessitate. 21 Paulò autè. 22 Micioni. 23 Quomodo jam existeret, id est, quomodo rapuisset Lenoni puellam. 24 Enarravimus; ut, *omnis humo* fumat *Neptunia Troja.* 25 Per ordinem uti erat factum. 26 Neminem unquam vidi lætiorem fere Micione, cùm narrassemus rem: est enim neutra oratio pro masculinâ. Cic. *Quid nobis duobus laboriosius?* 27 Irascentis exclamatio. 28 Deest ô, id est, ô Micionis stoliditatem, qui lætatur de improbitate filii adoptivi. 29 Syrus persequitur secum sermonem, non videns Demeam, dicens: Micio simul cum lætitia suâ laudavit Æschinum propter illud factum. 30 Qui fuissem autor ut ita res fieret, quemadmodũ narrabam ei. 31 Laceror, dilanior ira ac dolore. 31 Quo erat opus. 33 Ad numerum ab Æschino postulatum numeravit Sannioni.

1 *Dedit*

[1] *Dedit prætereà in sumptum* [2] *dimidium minæ:*
[3] *Id distributum sanè est ex sententiâ.* DE. [4] *hem,*
Huic mandes, si quid rectè curatum velis.
SY. [6] *Hem Demea,* [7] *haud aspexeram te:* [8] *quid agitur?*
DE. [9] *Quid agatur?* [10] *vestram nequeo mirari satis*
Rationem. SY. [11] *est herclè inepta, ne dicam dolo, atque*
Absurda. [12] *Pisces cæteros* [13] *purga,* [14] *Dromo:*
Congrum istum maximum in aquâ sinito [15] *ludere*
[16] *Tamisper: ubi ego rediero,* [17] *exossabitur;*
Priùs [18] *nolo.* DE. [19] *hæccine flagitia!* SY. *mihi quidem non* [20] *placent:*
Et [21] *clamo sæpè:* [22] *Salsamenta hæc,* [23] *Stephanio,*
Fac [24] *macerentur pulchrè.* DE. *Dii* [25] *vestram fidem!*
[26] *Utrum studio-ne* [27] *id sibi* [28] *habet, an laudi putat*
Fore, si [29] *perdiderit* [30] *gnatum?* [31] *væ misero mihi!*

1 Micio nobis.
2 Dimid. 2. tam minam, dimidiam partem minæ, id est, quinos coronatos.
3 Dimidium minæ est certe in diversa tributum, id est, dispertitum secundùm votum nostrum.
4 Interjectio indignantis, & simul Ironiam ostendentis. 5 Committas Syro, rectiùs quàm Micioni aut Æschino: quia enim Syrus jactitabat distributum esse ex sententia id dimidium minæ; per Ironiam dicit Demea; *Huic mandes*, &c. qui non distribuet, sed dilapidabit. Plaut. Asin. v. 107. *Eidem homini, si quid rectè curatũ velis, mandes.* 6 Interjectio hîc est commoti re subita & nova. 7 Hîc Syrus fingit se Demeam non aspexisse in scena, ex primo illo consilio senem deridendi. 8 Blandientis est, non interrogantis. 9 Sc. *rogas.* 10 Non possum satis cum admiratione reprehendere vestrum modum vivendi non satis probandum. 11 Certe, ne mentiar, sed sine dolo & seriò loquar, nostra ratio vivendi est stulta & sibi repugnans, non benè cohærens. Concessio, ut faciliùs derideat Demeam. 12 Aversus Dromoni & conservis, qui intùs, mandat de piscibus exenterandis, desquammandis, & exossando congro. 13 Eviscera. 14 Nomen servi. 15 Moveri, natare & vivere. 16 Dum eo. 17 Ossa eximentur, purgabitur, sicut & alii. *Exossare* enim hîc est purgare, & quasi ossa removere, & auferre spinas ex piscibus. 18 Exossari sive purgari eum. 19 Fieri oportet, vel ferenda sunt. 20 Hæc flagitia, quæ fiunt apud fratrem tuum. 21 Objurgo, increpo profusores nostros, Micionem & Æschinum. Vide infrà v. 5. 4. Syrus ergo dicit, se indignabundum clamare contra ineptias domus & domini, non verò dicendo: *Salsamenta hæc, Stephanio*, &c. 22 Hęc opsonia salita ob diuturnum usum, scilicet pisces salsi & lardum. *Salsamenta* ergo generaliter dicuntur cibi, qui sunt salsi. Hîc iterum aversos conservos adhortatur, de culina admodum solicitus. 23 Nomen conservi. 24 Mollificentur, aut madefiant, ut salsugo perluatur rectè ut decet. 25 Vestram fidem imploro! 26 Utrum-ne studio id sibi habet, id est, in studio habet? Tmesis. 27 Perdere filium suum. 28 An Miciore putat id ad studium, id est, studiosè facit, ita ut de lita opera ejus perditioni vacet, &c. 29 Corruperit, sc. subministrando sumptus. 30 Filium suum Æschinum. 31 Exclamatio præ nimia iracundia.

1 Imaginatio est futuri periculi sensibus aptissima. 2 Illud tempus. 3 Quo die, & quo tempore Æschinus egenus longè discedet à patre ex hoc loco, scilicet Athenis, ad aliquem locum ad militandum, sive ad stipendia facienda. 4 Illa est vera & solida sapientia.

1 *Videre videor jam* 2 *diem illum*, 3 *cùm hinc egens*
Profugiet aliquò militatum. SY. *ô Demea,*
4 Istuc est sapere, non quod 5 ante pedes modò est,
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt,
6 Prospicere. DE. *quid ipsi hæc jam* 7 *penes vos* 8 *psaltria est?*
SY. *Ellam intùs.* DE. 9 *eho, an domi* 10 *est habiturus?*
SY. 12 *credo,* 12 *ut est*
Dementia. DE. 13 *hæccine fieri?* SY. 14 *inepta lenitas*
Patris, & 15 *facilitas prava.* DE. 16 *fratris me* 17 *quidem*
Pudet, 18 *pigetque.* SY. *nimiùm* 19 *inter vos, Demea, ac*
20 *Non quia ades præsens, dico hoc, perniminùm interest.*
Tu, 21 *quantus quantus,* 22 *nihil nisi sapientiæ es:*
23 *Ille somnium: sineres verò* 24 *illum* 25 *tu tuum*
Facere 26 *hæc?* DE. *sinerem* 27 *illum? an non sex*
28 *totis mensibus*

5 Τὰ πρὸ ποδός, id est, quæ sunt præsentia. *Quod est ante pedes nemo spectat, cœli scrutantur plagas.* Cic. 2. de Divinat. sumptum à Thalete Milesio, qui sidera contemplans, ea, quæ ante pedes erant, neglexerat, & in scrobem ceciderat. 6 Prævidere. 7 In ædibus fratris. *Penes* & *apud* sic differunt. *Penes* propriè significat dominium rei: *Apud* verò significat loci & personæ conjunctionem. 8 Cantatrix, fidicina: à ψάλλω, id est, *canto.* 9 Interjectio attentionem movens. 10 An frater Micio retinebit eam psaltriam, tanquam si ipse foret Æschini uxor? 11 Illam eum domi habiturum esse. 12 Prout dementi est. 13 An oportet hæc flagitia fieri à meo fratre? 14 Stulta indulgentia ad permittendum. 15 Ejus bonitas ad ignoscendum pernitiosa sibi & filio, scilicet *facit hæc*, vel *est causa* talium flagitiorum. 16 Micionis, qui nimis est lenis & facilis. 17 Equidem, certè. 18 Doleo fratris causâ, vel propter fratrem, qui tam male sibi & filio consulit. *Pudet* nos eorum, quæ turpiter fiunt: *Piget* eorum, quæ cum damno & malo fiunt. 19 Interest inter te & fratrem. Commendatio Ironica prudentiæ Demeæ per collationem amplificata. 20 Non in os laudo, non hoc do auribus tuis. 21 Quantuscunque, id est, totus. 22 Ex omni parte es sapiens. 23 Frater tuus Micio est vanus & inutilis, quale est somnium. 24 Filium tuum Ctesiphonem. 25 Sapientia apta. 26 Flagitia. 27 Facere hæc? 28 Integris.

Priùs [1] *olfeciſſem, quàm* [2] *ille* [3] *quidquam cœperit?*
SY. [4] *Vigilantiam tuam tu mihi narras?* DE. *ſic*
[5] *ſiet*
Modò, ut nunc eſt. SY. [6] ut quiſque ſuum vult eſſe,
ita eſt.
DE. *Quid* [7] *eum? vidiſtin' hodiè?* SY. [8] *tuum-ne*
filium?
([9] *Abigam hunc rus*) [10] *jam dudùm aliquid ruri*
agere arbitror.
DE. *Satis ſcis* [11] *ibi eſſe?* SY. [12] *eh, quem egomet* [13] *pro-*
duxi. DE. *optimè eſt:*
Metui, ne [14] *hæreret hîc.* SY. *atque* [15] *iratum admo-*
dùm.
DE. [16] *Quid autem?* SY. [17] *adortus jurgio* [18] *fratrem*
apud forum
[19] *De Pſaltriâ iſtac.* DE. [20] *ain' verò?* SY. [21] *vah!*
[22] *nil reticuit:*
Nam, [23] *ut* [24] *numerabatur fortè argentum,* [25] *in-*
tervênit
[26] *Homo de improviſo: cœpit clamare, ô Æſchine,*
Hæccine flagitia [27] *facere te? hæc te* [28] *admittere*

1 Senſiſſem, deprehendiſſem ipſum hoc eſſe facturum, more odoriferi canis, qui, quod nondum videtur oculis, jam docet odoratu aut præſtò aut propè eſſe? Metaphora ergo petita à canibus lagacibus. 2 Meus filius. 3 Iſtorum flagitiorum. 4 Quid mihi de tua in educando filio diligenti obſervatione memoras? quam memini, & ſcio ſingularem eſſe planè; ſicut dixi. 5 Vigilantia mea, vel, filius meus talis tantùmmodò maneat, qualis nunc eſt. 6 Prout ſuum quiſque filium educatione formârit, talem habebit: in nobis enim ſitum eſt, quales tandem liberos habere velimus. Quod vivo exemplo in duobus illis ex eâdem matre canibus, quorum alter venationibus, alter culinæ aſſuetus erat, Lycurgus demonſtravit. 7 Filium meum Cteſiphonem. 8 Interrogas, an viderim filium tuum? 9 Expellam, fugabo Cteſiphonem in agrum ad laborandum. Averſus hæc & ſecum dicit Syrus. 10 Puto filium in agro operari jampridem. *Agere* enim propriè, eſt operari. 11 Filium eſſe ruri? 12 Interjectio indignantis, quod ei non credatur. 13 Porrò duxi, comitatus ſum cùm iret. 14 Maneret apud fratrem, & inciperet amare. Similitudo petita eſt à viſco aucupum. 15 Scilicet *produxi eum.* 16 Propter quid, quare erat iratus? 17 Aggreſſus eſt jurgatione, id eſt, objurgavit. 18 Æſchinum. 19 Propter iſtam pſaltriam raptam. Ficta narratio. 20 Dicis-ne verum? 21 Interjectio irridentis ſenem tam difficilem ad credendum. 22 Cteſipho nihil celavit fratrem, ſed aperte eum criminatus eſt. 23 Quando. 24 Ab Æſchino, ut daret Lenoni pro pſaltria rapta. 25 Præter ſpem ſubitò advênit. *Intervenire* eſt in medio negotio, quaſi ex inſidiis ſupervenire, & opprimere in ipſo actu eos, qui rem celatam vellent. 26 Cteſipho. 27 Sc. *decet.* Μίμησις. 28 Committere.

1 Quæ de decorante nostram familiam?
2 Interjectio hîc lætantis est.
3 Lachrymas effundo præ lętitia. Dicitur etiam *lacrumor* Deponens.
4 Quia aut nimia crapula peribis, aut lascivia ad nimiam inopiam redigeris.
5 Erit beatus.

1 *Indigna genere nostro?* DE. 2 *oh!* 3 *lacrumo gaudio.*
SY. *Non tu hoc argentum perdis, sed* 4 *vitam tuam.*
DE. 5 *Salvus sit, spero: est similis* 6 *majorum* 7 *suûm.*
SY. 8 *hui!*
DE. *Syre,* 9 *præceptorum plenus istorum* 10 *ille.*
SY. 11 *phi,*
12 *Domi* 13 *habuit,* 14 *undè disceret.* DE. 15 *fit sedulò:*
16 *Nil prætermitto:* 17 *consuefacio: denique*
18 Inspicere, 19 tanquam in speculum, in vitas omnium
Jubeo, atque ex 20 aliis sumere exemplum sibi.
21 *Hoc* 22 *facito.* SY. 23 *rectè sanè.* DE. 24 *hoc fugito.*
SY. 25 *callidè.*
DE. 26 *Hoc laudi est.* SY. 27 *isthæc res est.* DE.
28 *hoc vitio datur.*
SY. 29 *Probissimè.* DE. 30 *porrò autem.* SY. *non herclè otium est*

6 Prædecessorum ac parentum, quia ante eum vixerunt. Per *Majores* enim indifferenter possunt intelligi omnes illi, qui antè nos fuerunt. Alioqui per *Majores* solent intelligi quicunque avi, abavi, proavi, atavi, tritavi, & ante hos in infinitum. 7 Suorum, id est, insistit vestigiis majorum suorum. 8 Interjectio admirantis, quasi admiretur Syrus, quæ narret Demea. 9 Documentorum de vitâ rectè instituendâ. 10 Ctesipho est. 11 Interjectio admirantis. 12 *Domi nobis ista nascuntur.* Cic 2. Academic. 13 Sc. *aliquem*, nempe te præceptorem magnum & exemplum. 14 A quo bonos mores sibi acquireret. 15 Laboratur vehementer, nulli labori parcitur in filio erudiendo. 16 Nihil omitto, quod ei utile fore putem. 17 Assuetum efficio in bonis moribus. 18 Jubeo eum diligenter considerare vivendi modos hominum. 19 Sicut videtur habitudo faciei in speculo; sic vitas hominum volo illum animadvertere. Unde Socrates monebat juvenes formosos, ut inspicerent speculum, & pulchram sibi adstruerent formam. Plato item jubebat ebrios & iratos in speculo se contemplari, ut, visa deformitate, vitia fugerent. Confer hûc Satyram 4 Horatii l. 1. sub finem, citantis παραδείγματα sibi à patre tradita, quæ sequeretur, quæ fugeret. 20 Aliorum moribus. Hinc illud Mimianum: *Ex vitio alterius sapiens emendat suum.* Et, *Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.* 21 Scilicet *dicendo ei.* 22 Quia bonum & laudabile est. 23 Scilicet *mones*, vel *facis.* 24 Quia vitio dari solet. 25 Astute, scilicet *facis.* 26 Exemplum. 27 Illa est vera instituendi ratio. 28 Hoc factum vertitur in vituperium. 29 Rectissimè, scilicet *imperas.* 30 Sc. *ita impero.* Initium ulterioris orationis interruptæ per Syrum. Garruli sunt ut plurimùm senes, & suarum rerum laudatores.

Nunc

Nunc mihi [1] *auscultandi: pisces ex* [2] *sententiâ*
[3] *Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur*, [4] *cautio est,*
Nam [5] *id nobis* [6] *tam flagitium est*, [7] *quàm illa, Demea,*
Non facere vobis, quæ modò dixti: & [8] *quod queo,*
[9] *Conservis* [10] *ad eundem isthunc præcipio* [11] *modum.*
[12] *Hoc salsum est, hoc* [13] *adustum est, hoc* [14] *lautum est parùm:*
[15] *Illud rectè.* [16] *iterum sic memenso:* [17] *sedulò*
Moneo, quæ possum pro meâ sapientiâ:
Postremò, tanquam in speculum, [18] *in patinas, Demea,*
[19] *Inspicere jubeo, & moneo, quid facto* [20] *usus sit.*
[21] *Inepta hæc esse, nos quæ* [22] *facimus, sentio,*
Verùm quid [23] *facias?* [24] ut homo est, ita morem geras.
Nunquid vis? DE. *mentem vobis meliorem* [25] *dari.*
SY. *Tu* [26] *rus hinc ibis?* DE. *rectâ.* SY. *nam quid tu* [27] *hîc agas,*
Vbi, si quid benè præcipias, nemo [28] *obtemperet?*
DE. *Ego* [29] *verò* [30] *hinc abeo,* [31] *quando* [32] *is,* [33] *quamobrem huc veneram,*
Rus abiit: [34] *illum curo* [35] *unum:* [36] *ille ad me attinet:*
[37] *Quando ita* [38] *vult* [39] *frater, de* [40] *isthoc* [41] *ipse* [42] *viderit.*

1 Quæ dicere vis de tuo filio.
2 Sc. *animi*, id est, ut volebam, qui bene respondent votis meis.
3 Inveni atq; comparavi mihi.
4 Oportet me cavere, mihi incumbit.
5 Si pisces non rectè curentur, sed corrumpantur.
6 Pari modo delictum credimus.
7 Quemadmodum vos flagitium ducitis, si non honestè vivatis.
8 Quantum possum.
9 Aliis, qui mecum serviunt, quibus tamen præsum.
10 Juxta.
11 Quem ex te audivi.
12 Hoc opsonium est nimio sale conditum. Mimetis verborum Syri ad conservos.
13 Combustum.
14 Non satis mundum, seu munde paratum.
15 Illud opsonium est rectè lautum & paratum.
16 Vide ut secundò seu alio tempore sis memor parare hoc modo, ut te doceo.
17 Diligenter doceo conservos, secundùm scientiam meam condiendi cibos, & efficiendi eos sapidos. Τὸ *sapientia* autem hîc διασυρτικῶς accipitur, ut Donatus notavit, quia condimenta gustu ac sapore temperant coci.
18 In vasa coquinaria. Facetè verba Demeæ transfert Syrus. Nam quæ Demea ad animum retulerat. Syrus ad culinarum sapientiam coëgit.
19 Conservos.
20 Quid opus sit fieri.
21 Absurda, stulta.
22 Apud fratrem tuum.
23 Faciat aliquis.
24 Quibus moribus aliquis est, eo modo illi morem geri oportet.
25 Scilicet *volo*.
26 Ad agros: nam in urbe erat.
27 In urbe.
28 Obtemperat, id est, obedit.
29 Certe, sane.
30 Ex urbe.
31 Quandoquidem.
32 Filius Ctesipho.
33 Propter quem, cujus causâ.
34 Ctesiphonem.
35 Solum.
36 Ctesiphonem.
37 Quoniam.
38 Vult me curare hunc.
39 Micio.
40 Æschino.
41 Frater meus Micio.
42 Ipse suum curet filium.

1 De tribu nostra, è curia nostra. Populus Atheniensis distributus erat in tribus duodecim ad mensium numerum. 2 Si rectè video. 3 Hic Interjectio est exultantis præ adventu amici. 4 Qui nos amavit. 5 Ab ineunte ætate, id est, cum adhuc pueri essemus. 6 Exclamatio est propter paucitatem bonorum. 7 Certè. 8 Talium, qual's est Hegio, id est, qui sunt tam boni & pii. 9 Egestas. 10 Est homo honestate vitæ ac veritate & fidelitate probâ, purâ, quâ antiotii pollebant: nam *antiquitas proxime ad Deos accedit.* Cic. 2. de Leg. Itaque antiquos omnes viros bonos ac probos appellamus. Sic *homines antiqui*, id est, simplices ac probi, a Cicerone dicuntur pro Sext. Roscio. *Vide quàm sim antiquorum hominum* ad Attic. l. 9. ep. 18. 11 Facilè. 12 In Republica. 13 Homines reliquos. 14 Est lætantis Interjectio. 15 Exspectabo. 16 Hegionem. 17 Eum. 18 Colloquium cum eo familiare habeam.

Sed quis illic est, quem video procul? ist-ne hic Hegio
Tribulis noster? si satis cerno, is hercle est: vah!
Homo amicus nobis jam indè à puero. Dii
boni! 86
Nè illiusmodi jam magna nobis civium
Penuria est: antiquâ homo virtute ac fide.
Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè.
Quàm gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Restare video: vah! vivere etiam nunc lubet. 91
Opperiar hominem hîc, ut salutem, & colloquar.

ACTUS III. SCENA IV.

HEGIO, GETA, DEMEA, PAMPHILA.

1 Trascentus exclamatio, & Deos in testimonium vocans. 2 Hegio docet Sostratæ filiam iniquè ab Æschino tractatam, tandem vitiatam esse: id factum nunc demùm narrat. 3 Turpe scelus admissum est ab Æschino. 4 Non interrogantis est, sed admirantis indignitatem facti. 5 Quemadmodum dixi. 6 Inhonestum, & libero homine indignum, qualis est Æschinus. 7 Miror, vel nefarium est. 8 Apostrophe ad Æschinum. 9 Certè non perpetrasti istud facinus ad exemplum patris Demeæ, qui adeò honestus est, 10 Sine omni dubio.

HE. *Prò Dii immortales! facinus indignum! Geta*
Quid narras? GE. *sic est factum.* HE. *Ex illane familiâ*
Tam illiberale facinus esse ortum? ô Æschine?
Pol haud paternum istuc dedisti. DE. *videlicet*

De [1] *Psaltriâ hæc* [2] *audivit* : [3] *id illi nunc dolet*
Alieno ; [4] *pater id nihili pendit: hei mihi !*
Vtinam hîc propè [5] *adesset alicubi, atque audiret*
[6] *hæc !*
HE. [7] *Ni facient, quę illos* [8] *æquum est, haud sic* [9] *auferent.*
GE. *In te spes* [10] *omnis, Hegio, nobis* [11] *sita est:*
[12] *Te solum habemus : tu es* [13] *patronus, tu* [14] *parens :*
Ille tibi moriens nos commendavit [15] *senex.*
Si [16] *deseris tu,* [17] *periimus.* HE. *Cave* [18] *dixeris :*
[19] *Neque faciam, neque me satis piè posse arbitror.*
DE. [20] *Adibo* : [21] *salvere Hegionem plurimùm*
[22] *Iubeo.* HE. [23] *oh ! te quærebam ipsum : salve*
Demea.
DE. [24] *Quid autem ?* HE. [25] *major filius tuus Æschinus,*
Quem [26] *fratri adoptandum dedisti, neque* [27] *boni,*
Neque [28] *liberalis functus* [29] *officium est viri.*
DE. [30] *Quid istuc ?* HE. *nostrum amicum noras Simulum, atque*
[31] *Æqualem ?* DE. [32] *quid ni ?* HE. [33] *filiam* [34] *ejus virginem*
[35] *Vitiavit.* DE. [36] *hem' !* HE. *mane, nondum audisti,*
Demea,
Quod est gravissimum. DE. *an* [37] *quid est etiam*
[38] *amplius ?*

1 Raptu ab Æschino.
2 Hegio.
3 Illud factum Æschini displicet Hegioni, qui non est de familia nostra. Dicimus, *tuus casus dolet mihi*, & *dolet tuum casum.*
4 Micio, qui Æschinum adoptavit, pro nihilo habet illud factum, quod dolet alieno.
5 Ipse pater Micio, frater meus.
6 Quæ dicuntur ab Hegione, *vel*, querelam hanc de Æschino. 7 Si non facient parentes Æschini & Æschinus. 8 Oportet facere. 9 Scilicet inultum peccatum, crimen, id est, non ita evadent : nam (ut ait Horatius) *Culpam pœna premit comes.* 10 Tota. 11 Posita, collocata. 12 In quo spem reponamus. 13 Defensor viduæ & filiæ. 14 Tanquam parens. 15 Simulus, pater puellæ, maritus Sostratæ. 16 Nos in tanta necessitate. 17 Tunc actum est de nobis. 18 Ne dixeris, scilicet me deserturum esse vos. 19 Non deseram vos, neque arbitror me posse facere, quin videri possim impius. 20 Ibo ad Hegionem. 21 Salvum esse, salutari. 22 Volo. 23 Interjectio optantis. 24 Scilicet *res est*, vel, cur quærebas me? 25 Quia tantum duo erant, ideò *major* dicit, non *maximus*. Comparativo enim utimur, cùm sermo est de duobus. 26 Micioni. 27 Probi. 28 Honesti, ἀνεπιλήπτου. 29 Officio. Archaïsmus. 30 Est, quod tu dicis? 31 Coætaneum. 32 Cur non noverim eum, cùm fuerit mihi amicissimus? 33 Camphilam. 34 Simuli. 35 Æschinus stupravit. 36 Interjectio est dolentis & irati. 37 Aliquid flagitii. 38 Majus.

HE,

HE. [1] *Verò ampliùs : nam* [2] *hoc quidem* [3] *ferundum aliquo modo est :*
[4] *Persuasit* [5] *nox,* [6] *amor,* [7] *vinum* [8] *adoloscentia:*
[9] *Humanum est :* [10] *ubi scit factum, ad* [11] *matrem virginis*
Venit ipsus ultrò, lacrumans, orans, obsecrans,
[12] *Fidem dans, jurans se* [13] *illam* [14] *ducturum domum.*
[15] *Ignotum est,* [16] *tacitum est,* [17] *creditum est:* [18] *virgo ex* [19] *eo*
Compressu gravida facta est : mensis hic [20] *decimus est :*
[21] *Ille* [22] *bonus vir* [23] *nobis* [24] *psaltriam, si Diis* [25] *placet,*
[26] *Paravit,* [27] *qui cum vivat,* [28] *illam deserit.*
DE. *Pro* [29] *certon' tu* [30] *isthæc dicis ?* HE. [31] *mater virginis*
[32] *In medio est, ipsa* [33] *virgo,* [34] *res ipsa :* [35] *hic Geta*

1 Certè, imò verò est aliquid majus. Sæpe verò est affirmative respondentis: atque eâ significatione est modo Postpositivum (ut Andr. 1, 2. & 2. 1. Heaut. 3, 2.) modò Prępositivum, ut hîc apparet.

2 Vitium virginis.

3 Tolerandum. 4 Impulit eum ad id faciendum quod fecit. Undè Ovid. *Nox, & amor, vinumque nihil moderabile suadent: Illa pudore vacat: Liber amorque metu.* Virg. *Bacchus & ad culpam causas dedit.* 5 Temporis opportunitas. 6 Ardor & furor amoris. 7 Vinolentia. 8 Juvenilis ętas, quæ plerumque lubrica est. 9 Id est ab humana fragilitate incitatum. 10 Cùm Æschinus sentiret postridiè se peccasse ob vitiatā virginem. 11 Sostratam. 12 Promittens. 13 Pamphilam. 14 Recepturum in uxorem: nam maritus ducere solet domum suam uxorem, cùm eam sibi copulatam conjugio habuerit. 15 Venia est Æschino à matre nata, quia sic oraba: ab *ignoscitur, ignoscebatur*, verbo impersonali. 16 Nihil est revelatum, res est celata: à *tacetur*. 17 Fides habita est ei sive promissis ejus. 18 Pamphila. 19 Eâ compressione Æschini. 20 Ex quo Æschinus compressit eam, & jam illa parturit. Decimo verò mense olim pariebant mulieres, quia breviores erant veterum menses, quam nostri, cùm ad Lunę cursum eos metirentur, non Solis. Hinc Virg. *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.* 21 Æschinus. 22 Ironia. 23 In nostrum ludibrium. 24 Fidicinam, quam rapuit Lenoni. 25 Sc. hoc, quod neque bonum, nec æquum est, ac proinde Diis non placet. Ad invidiam conciliandam hoc interposuit. 26 Acquisivit, superinduxit. 27 Cum quâ psaltriâ vitam agat. 28 Filiam Simuli amici nostri, quam vitiavit. 29 Vero, explorato, seu re certa & explorata. 30 Facinora Æschini. 31 Sostrata. 32 Populi, civium, in media urbe versatur. à quovis adiri potest, præstò est, testificatura de hac re: quod enim est in medio loci alicujus, non est absconsum, ut in corona hominum sedentium, qui stat in medio circi, multum est in luce & in promtu. Hinc phrases illæ: *venire, prodire, procedere in medium* &c. Itē *tollere è medio.* i. removere aliquem è medio hominum de hac luce. i. è vitâ. 33 Stuprata & gravida. 34 Ipsum crimen seu pondus uteri, ex actis ad pariendum mensibus, sc. *est in medio.* 35 Sc. *est in medio*, ut testificetur de hac re, si sit opus.

Pra-

Prætreà, [1] *ut captus est servorum,* [2] *non malus,*
[3] *Neque iners,* [4] *alit illas, solus omnem familiam*
[5] *Sustentat: hunc* [6] *abduce,* [7] *vinci:* [8] *quærere rem.*
GE. *Imò herclè* [9] *extorque, nisi* [10] *ita factum est, Demea.*
Postremò non [11] *negabit, coràm ipsum cedo.*
DE. [12] *Pudet: nec, quid* [13] *agam, neque quid* [14] *huic respondeam.*
Scio. PA. [15] *Miseram me,* [16] *differor doloribus!*
[17] *Iuno Lucina fer opem,* [18] *serva me obsecro.* HE. [19] *hem!*
Num-nam illa quæso [20] *parturit?* GE. [21] *certè, Hegio.*
HE. [22] *hem!*
[23] *Illac fidem nunc vestram implorat, Demea:*
[24] *Quod vos jus cogit, id voluntate* [25] *impetret.*
Hæc primùm [26] *ut fiant, Deos quæso, ut* [27] *vobis decet:*
[28] *Sin aliter animus vester, ego, Demea.*
Summâ vi defendam [29] *hanc, atque* [30] *illum mortuum.*
[31] *Cognatus mihi erat: unà à pueris* [32] *parvuli*

1 Quantum capacitas, intellectus, conditio, fors.
2 Tolerabilis, bonus & fidelis. Κατὰ Αἰτότητα dictum est.
3 Et non sine arte, id est, imò solers & gnavus sive industrius: eadem figura.
4 Nutrit matrem & filiam, quærendo victum, undè hæ vivant.

5 Fovet. 6 Abduc, id est, rape tecum, etsi nolit, hunc Getam in aliquem locum, ubi tu possis etiam per tormenta extorquere rei veritatem. 7 Liga eum: est enim secundæ personæ Imperativi modi, à *vincio, vincire.* 8 Rei veritatem inquire ab eo. 9 Per tormenta, torquendo me veritatem elice, exquire: solas enim catenas pro pœnâ adjecerat. 10 Ut dixit Hegio meo relatu. 11 Ipse Æschinus. 12 Scilicet *me,* id est, pudore afficior ob tam turpe facinus. 13 In illa re. 14 Hegioni. 15 Pamphila, filia Sostratæ, parturiens clamat inùs. 16 Discrucior, divellor, dilanior propter dolores partus. 17 Diana, quæ lucem præbes natis. Hæc à parturientibus invocabatur. Hic versus ex Andria 3, 1. repetitus est. 18 Parturientem. 19 Mirantis hîc est repentinum partum. 20 In puerperio laborat, desiderat parere? *Parturire* enim, est partum desiderare. Cic. *Utinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod jam diu* parturit. 21 Scilicet *parturit.* 22 Interjectio puerperæ conditionem misereſcentis. 23 Pamphila ab Æschino vitiata auxilium vestrum nunc poscit. 24 Pamphila æquatur cum benevolentia vestra id, scilicet conjugium cum Æschino, quod æquitas legum coget vos facere. 25 A vobis. 26 Ut impetret cum voluntate. 27 Vos decet facere, ὑμῖν πρέπει. Helleniſmus. 28 Sed si aliter vultis, scilicet ut hæc fiant. 29 Pamphilam parturientem. 30 Patrem ejus Simulum, qui mortuus est. 31 De cognatione meâ, Αἰτιολογία, cur tueatur puellam. 32 Cùm essemus adhùc parvi.

Sumus [1] *educti: unà semper* [2] *militiæ, &* [3] *domi*
[4] *Fuimus: paupertatem unà* [5] *pertulimus gravem.*
Quapropter [6] *nitar,* [7] *faciam,* [8] *experiar: denique*
[9] *Animam relinquam potiùs, quàm illas deseram.*
Quid mihi respondes? DE. [10] *fratrem conveniam, Hegio:*
[11] *Is quod mihi* [12] *de hac re dederit consilium, id* [13] *sequar.*
HE. *Sed, Demea, hoc tu facito cum animo cogites,*
Quàm vos [14] *facillimè agitis, quàm estis maximè*
[15] *Potentes,* [16] *dites, fortunati,* [17] *nobiles,*
[18] *Tam maximè vos* [19] *æquo animo* [20] *æqua noscere*
Oportet, si vos vultis [21] *perhiberi probos.*
DE. [22] *Redito: fient, quæ fieri æquum est, omnia,*
HE. *Decet te facere. Geta, duc me intrò ad* [23] *Sostratam.*
DE. [24] *Non me indicente hæc fiunt: utinam hoc sit modò*

1 Educati. Sic Heaut. 1, 2. *Attamen habet benè ac pudicè* eductam, *ignaram artis meretriciæ.*
2 In bello.
3 In civitate, scilicet tempore pacis.
4 Versati sumus.
5 Passi sumus.
6 Toto studio hoc unum agam.
7 Moliar: conabor.

8 Jure, id est, litem intendam, agam causam seu persequar jus puellæ in judicio. Vide supra 3, 2. 9 Vitam relinquam, id est, moriar. 10 Micionem alloquar, in cujus potestate est Æschinus. 11 Hic versus habetur in Phorm. 2, 4, 21. 12 De hoc facto. 13 Exsequar. 14 Sine magno labore vitam agitis, vel vivitis, id est, quò magis vivitis in abundantia omnium rerum. *Agere vitam*, est vivere. *Facilè* autem *agere* dicuntur divites, qui facile nulloque negotio in rerum copia vivunt. Undè *facilis victus*, id est, abundans, largus. Virg. *Fundit humo* facilem victum *justissima tellus*. Sic & Dii, quibus nihil deest, ῥεῖα ζῶντες ab Homero & Hesiodo, id est, *facilè viventes* dicuntur. Hinc *difficultas* nonnunquam paupertatem significat, sicut apud Ciceronem 4. in Ver. *Ostendit se in summâ* difficultate *esse nummariâ*. 15 Præ aliis omnibus. 16 Divites. 17 Omnibus noti, id est, opibus, genere & factis potissimùm clari, illustres. 18 *Rectè præcipere videntur, qui monent, ut, quanto superiores sumus tantò nos submissius geramus*. Cic. 19 Sponte, libenter. Donat. *Benè dixit, æquo animo: quia potentiori & fortiori contra naturam est æquitas.* 20 Τὰ εἰκότα φρονεῖν. 21 Judicari, haberi nemini injuriam facientes. 22 Ad me. Acerbè satis præcedentia Hegio ingesserat, ac simul abiturus tergum verterat, veluti subiratus, quod nihil planius quicquam Demea respondisset, sed tantummodò se fratrem conventurum: itaque Demea eum revocat & prolixiùs pollicetur. 23 Matrem virginis. 24 Hæc flagitia fiunt ab Æschino me dicente, non tacente, id est, dixi hæc sic eventura esse. Hæc referuntur ad dicta supra 1, 2. *Cùm ita, ut volo, est, &c. Iste tuus sentiet posteriùs: nolo in illum graviùs dicere.*

1 De-

[1] *Defunctum: verùm nimia illa* [2] *licentia*
Profectò [3] *evadet in aliquod magnum malum.*
Ibo, [4] *requiram* [5] *fratrem, ut* [6] *in eum* [7] *hæc* [8] *evo-*

1 Ultimum sit, finitum sit in hoc negotio, nec Æschinus 65

pergat ulterius, & pejora committat. Verbum *defungi* hîc & alibi, quandoquam Deponens, impersonaliter usurpatur. 2 Libertas, quæ datur illi à fratre Micione. 3 Perveniet, id est, deterius aliquid committet. 4 Diligenter quæram. 5 Micionem. 6 Contra. 7 Flagitia scilicet, quæ mihi molesta sunt. 8 Ejiciam, effundam, utpote quæ me ægrum faciunt, quibus me levabo, cùm languor ille ejectus erit. Sic supra 3, 2. *Ut iram hanc in eos* evomam *omnem.* Metaphora à stomacho. Ut enim stomachus nimio cibo aut potu oneratus per vomitum levatur, ita animi dolor maledictis aut lachrymis egeritur, juxta illud Ovidii, *Expletur lachrimis, egeriturque dolor.*

ACTUS III. SCENA VI.

HEGIO.

[1] *Bono animo fac sis, Sostrata,* [2] *istam,* [3] *quàm potes,*
Fac consolere: ego Micionem, si apud forum est,
[4] *Conveniam, atque,* [5] *ut res gesta est, narrabo ordine.*
[6] *Si est,* [7] *ut facturus officium siet suum,*
Faciat: [8] *sin aliter* [9] *de hac re ejus sententia est;*
Respondeat mihi, ut, [10] *quid agam,* [11] *quamprimùm sciam.*

1 Da operam, ut habeas bonum animum. Hegio Sostratam consolatur, & 5 dilemmate consilium suum concludit.

Inter eundum hæc intrò ad Sostratam loquitur. 2 Filiam tuam Pamphilam puerperam. 3 Quantum. 4 Alloquar. 5 Sicut. 6 Talis Micio. 7 Ut velit facere, quod decet. 8 Sed si Micio nolit facere, quod peto. 9 De ducenda vitiata. 10 Ut in jus vocem, causam ad judices deferam. 11 Citissimè.

ACTUS IV. SCENA I.

CTESIPHO, SYRUS.

CT. [1] *An* [2] *patrem hinc abiisse rus?* SY. [3] *jam dudum.* CT. [4] *dic sodes.* SY. *apud Villam est: nunc* [5] *eum maximè* [6] *operis aliquid facere credo.* CT. [7] *utinam quidem,*

[8] *Quod cum salute* [9] *ejus fiat, ita se* [10] *defatigarit velim,*

Ut [11] *triduo hoc perpetuo è lecto prorsùs nequeat surgere.*

SY. [12] *Ita fiat, &* [13] *istoc si quid potis est rectius.*

CT. [14] *ita: nam hunc diem* 5

[15] *Miserè nimis* [16] *perpetuum, ut cœpi, cupio in lætitiâ* [17] *degere:*

Et [18] *illud rus nullâ aliâ causâ tam* [19] *malè odi, nisi quia* [20] *propè est:*

Quòd si [21] *abesset longiùs,*

Priùs nox [22] *oppressisset* [23] *illic, quàm* [24] *hùc* [25] *revorti posset iterùm.*

Nunc, ubi me [26] *illic non videbit, jam hùc* [27] *recurret,* [28] *sat scio:* 10

[29] *Rogitabit me, ubi fuerim:* [30] *quem ego hodiè toto non vidi die.*

Quid [31] *dicam?* SY. [32] *nihil ne in mentem?* CT. [33] *nunquam quidquam.* SY. *tantò* [34] *nequior.*

1 Aïs-ne Syrus Ctesiphonem instituit, quomodo respondere debeat patri.

2 Demeam.

3 Sc. *rus abiit.*

4 Sc. *verum.*

5 Al. *cùm*

6 Aliquid operari, laborare.

7 Esset apud villam, aut faceret aliquid operis. Potest etiam ad sequentia referri, ut sit, utinam quidem se defatigarit.

8 Quod defatigari ita tamen fiat, ut non moriatur ex illa fatigatione. 9 Demeæ. 10 Operando. 11 Per tres hos integros dies. 12 Idem ego quoque opto. 13 Istâ re si quid rectius fieri potest, id est, si mori hominem contingat. 14 Scilicet *opto.* 15 Vehementer. 16 Integrum. 17 Transigere. 18 Illam villam suburbanam patris mei. 19 Valdè, vehementer. 20 Civitatem. 21 Rus ab urbe esset situm. 22 Eum, id est, patrem meum. 23 Ruri. 24 In urbem. 25 Ad me quærendum. 26 Ruri. 27 Celeriter redibit. 28 Certò. 29 Rediens domum. 30 Patrem. 31 Respondebo patri? 32 Scilicet *venit?* Sic Heaut. *Ego dicam, quod mihi in mentem.* 33 Nihil quicquam in mentem venit. Sic suprà 1, 2. *Homine imperito* nunquam *quidquam injustius.* 34 Deterior, sc, *tu es,* quod tibi nihil in mentem veniat, i. tardus & stupidus sis.

[1] *Cliens*, [2] *amicus*, [3] *hospes* [4] *nemo* [5] *est vobis?* CT. [6] *sunt*: [7] *quid postea?*

SY. [8] *Hisce opera ut data sit.* CT. [9] *qua non data sit? non potest fieri.* SY. *potest.*

CT. [10] *Interdiu*: *sed si* [11] *hîc* [12] *pernocto*, [13] *causæ quid dicam, Syre?*

SY. [14] *Vah! quàm vellem etiam* [15] *noctu amicis* [16] *operam mos esset dari.*

Quin tu [17] *otiosus es*: [18] *ego illius sensum pulchrè callec: Cùm* [19] *fervet maximè, tam* [20] *placidum quàm ovem* [21] *reddo.* CT. [22] *quo modo?*

SY. [23] *Laudarier te audit libenter*: [24] *facio te apud illum Deum*:

Virtutes narro. CT. [25] *meas?* SY. [26] *tuas*: [27] *homini* [28] *illicò lacrumæ cadunt,*

Quasi [29] *puero*, [30] *gaudio*: [31] *hem tibi autem?* CT. *quid nam est?* SY. [32] lupus in fabulâ.

CT. *Pater adest?* SY. *ipsus est.* CT. *Syre, quid agimus?* SY. *fuge* [33] *modò* [34] *intrò*: [35] *ego videro.*

CT. *Si quid* [36] *rogabit*, [37] *nusquam tu me*: *audistin'?* SY. *potin' ut desinas?*

1 Cujus causa sit defendenda. Nam *cliens* est, qui operam patroni seu advocati egens, cum sequitur, ut sua ab eo causa defendatur.

2 Cujus amicitiæ venia danda est. & mos gerendus.

3 Amicus externus, qui te hospitio excepit.

4 Nullus.

5 In urbe.

6 Clientes, amici & hospites. 7 Quid inde vis deducere? 8 Dic patri, roganti te ubinam fueris, quod opem talibus amicis tuleris. 9 Opera. 10 De die potest credi opera data esse. 11 Apud puellam. 12 Permaneo tota nocte, neque domum redeo. 13 Quàm adferam excusationem? 14 Interjectio ridentis. 15 Tempore nocturno, non solum interdiu: & hoc sermone ridet Ctesiphonem, cùm nihil aliud dicendum succurrat: subest enim obscœnitas. 16 Inservire. 17 Securus, sinè curâ. 18 Ego patris tui animum seu conditionem & mores ejus callide & optime novi. 19 Excandescit, irritatus est, & æstuat irâ, quæ est ebullitio sanguinis circa cor. 20 Mitem placatum. 21 Efficio. 22 Quâ ratione id a mitigas patrem meum? 25 Laudari. Paragoge. Τεκνων ἀρετὴ δόξα πατέρων .i. *liberorum virtus, patrum gloria est.* 24 Sumnis laudibus ad cœlum usq; te extollo, ac si laudarem Deum. Hyperbole est proverbialis, de singulari laude dignis. Cic. *In quo tu mihi* Deus *esse videris.* i. singularis ac summus. 25 Virtutes narras? 26 Sc. *virtutes narro.* 27 Patri tuo Demea. 28 Statim, ut virtutes tuas narro. 29 Qui statim in lachrymas prorumpit. 30 Pro gaudio. 31 Tibi dico, Ctesipho. Interjectio monentis de inopinato adventu patris. 32 In sermone, qui fit de lupo, lupus ipse apparet. Plaut. Sticho: *Atque eccum lupum in sermone.* Silentii indictio, quoties venit, de quo loquimur, & nobis aufert loquendi facultatem i. cum forte fortunâ in medio sermone intervenit is, cujus mentio fiebat: nam homines obmutescere creditum est, quos prior viderit lupus. Virg. Ecl. 9. *Vox quoque Mœrin Ipsa fugit, lupi Mœrin vidêre priores.* 33 Tantummodò. 34 Ad amicam. 35 Illud mihi cura erit, sc. quid agendum sit. 36 De me pater. 37 Dic te nusquam vidisse me.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA II.

DEMEA, CTESIPHO, SYRUS.

DE. [1] NÆ ego homo sum infelix! primùm [2] fratrem nusquam invenio [3] gentium: Prætereà autem, dum illum quaro, [4] à villâ [5] mercenarium Vidi: [6] is [7] filium negat esse suum: nec, quid agam, scio.

CT. [8] Syre. SY. quid ais? CT. men' quærit? SY. [9] verùm. CT. perii! SY. [10] Quin tu animo bono es.

DE. [11] Quid hoc, [12] malum, infelicitatis? nequeo satis [13] decernere: Nisi me credo [14] huic esse natum rei, [15] ferundis miseriis. Primus sentio [16] mala nostra: primus [17] rescisco, omnia: Primus porrò [18] obnuncio: ægrè solus, si quid sit [19] fero.

SY. [20] Rideo hunc: primum ait se scire: [21] is solus [22] nescit omnia.

DE. Nunc [23] redeo: si fortè [24] frater redierit, [25] viso.

CT. Syre,

1 Quæritur Demea, quod fratrem non reperierit: idem à Syro deluditur, locum, in quo sit frater, bifariam describente.

2 Micionem.

3 Pleonasmus.

4 De villa nostra, vel redeuntem à villa nostra.

5 Operarium aliquem mercede conductum, seu præmio aliquid facientem.

6 Mercenarius. 7 Ctesiphonem. 8 Vocantis est. 9 Adverbium est affirmandi. 10 Ne te sollicites. 11 Quæ hæc est infelicitas? Demea solus loquitur, nondum animadvertit Syrum. 12 Malum sit mihi, capiti meo, id est, væ mihi, væ fato iniquo meo. Nam τὸ *malum* hîc non abundat, ut putat Donatus, sed indignantis Demeæ imprecatio est in malum fatum suum, seu potiùs in se ipsum infelicem. 13 Dijudicare, qualis sim. 14 Ad hanc rem. 15 Ad tolerandas scilicet calamitates. Appositive dictum. 16 Infortunia. 17 Cognosco. 18 Aliis mala, quæ acciderunt, nuntio, & quasi malum omen nuntio: qui enim mala nuntiat, *obnunciat*, id est, contrà nunciat; qui verò bona, *annunciat*. Nam propriè dicuntur *obnuntiare* augures, cùm aliquid mali ominis viderunt. 19 Patior. 20 Derideo Demeam, *vel*, rideo propter Demeam. Hoc Syrus dicit Ctesiphoni. 21 Demea. 22 Nam Micio scit, quomodo res sese habeat, similiter Syrus, similiter Ctesipho & Æschinus. 23 In domum fratris. 24 Micio. 25 Venio ad videndum.

Obsecro,

Obsecro, vide ne ille [1] *hùc prorsùs se* [2] *irruat.* SY. [3] *etiam taces?*

Ego [4] *cavebo.* CT. *nunquam hercle hodiè ego* [5] *istuc* [6] *committam tibi.*

Nam me jam in [7] *cellam aliquam cum* [8] *illâ concludam: id tutissimum est.*

SY. [9] *Age, tamen ego* [10] *hunc amovebo.* DE. *sed eccum sceleratum Syrum.*

SY. [11] *Non hercle hic quidem* [12] *durare quisquam,* [13] *si sic fit, potest.*

Scire equidem volo, [14] *quot mihi sint domini: quæ hæc est miseria!* DE. *quid*

[15] *Ille gannit? quid vult? quid ais* [16] *bone vir? hem, est* [17] *frater domi?*

SY. [18] *Quid, malum, bone vir mihi narras? equidem* [19] *perii.* DE. *quid tibi est?*

SY. [20] *Rogitas? Ctesipho me* [21] *pugnis miserum, & istam* [22] *psaltriam*

[23] *Usque occîdit.* DE. [24] *hem! quid narras?* SY. [25] *hem,* [26] *vide ut discidit labrum.*

DE. [27] *Quamobrem?* SY. *me* [28] *impulsore* [29] *hanc emptam esse* [30] *ait.* DE. [31] *non tu eum rus* [32] *hinc* [33] *modò*

1 In hanc domum, in quâ ego sum.
2 Impetuosè inferat se, irrumpat. Usus est verbo Neutro, tanquam Activo.
3 Tace.
4 Ne irruat.
5 Negotium amovendi patris, vel cavendi ne prorsùs irruat se hùc.
6 Committam.
7 Locum secretiorem, ubi celari possim.
8 Psaltria amica.
9 Fac quod dicis, conclude te cum illa. Assentientis est.
10 Abducam patrem tuum, abigam illum rus.
11 Simulat Syrus se esse verberatum à Ctesiphone.
12 Diu manere.
13 Si tanta sævitia exerceatur in servos.
14 Quàm multi.
15 Quid veterator ille conqueritur gannitu, ploratu? Metaphora à vulpibus, ad ploratus vapulantium, quarum proprium est gannire.
16 Omnium pessime, improbissime. Ironia.
17 Micio.
18 Quid, malum, me contumeliæ causa appellas? quid mihi illud tuum, *bone vir* (μιμητικῶς, quo me sc. irrides & vituperas) occinis? quasi non satis afflictus, satis miser sim, injuria sc. filii tui.
19 Perditus sum præ nimiis ictibus.
20 Quid mihi sit?
21 Ictibus pugnis factis.
22 Puellam fidicinam.
23 Ferme aut propè interfecit; *vel*, valdè cecîdit: & tum compositum pro simplici ponitur.
24 Interjectio admirantis vel timentis.
27 Dolentis, vel ostendentis.
26 Vide quomodo Ctesipho disrupit ac fregit labium meum. Ostendebat autem seni parùm videnti & intra os.
27 Quare ita discidit labrum tibi?
28 Suasore, auctore.
29 Psaltriam.
30 Ctesiphone.
31 Nonne.
32 Ex urbe.
33 Paulò antè.

1 Produxe ajebat? SY. 2 *factum*: *verùm* 3 *pòst* 4 *venit* 5 *insaniens*:
6 *Nil pepercit*: 7 *non puduisse verberare hominem* 8 *senem*,
Quem ego 9 *modò* 10 *puerum tantillum in manibus* 11 *gestavi meis*?
DE. 12 *Laudo, Ctesipho*: 13 *patrissas*: 14 *abi*, 15 *virum te judico*.
SY. 16 *Laudas*? 17 *næ ille continebit posthac, si sapiet, manus*.
DE. 18 *Fortiter*. SY. 19 *perquam*! *quia* 20 *miseram mulierem, & me servulum*,
Qui 21 *referire non audebam, vicit*: 22 *hui*, 23 *perfortiter*!
DE. *Non potuit* 24 *melius*: 25 *idem, quod ego, sensit, te esse huic rei caput*.
Sed est-ne 26 *frater* 27 *intùs*? SY. *non est*. DE. *ubi* 28 *illum quæram, cogito*.
SY. *Scio ubi* 29 *sit: verùm hodie* 30 *nunquam monstrabo*.
DE. 31 *hem quid ais*? SY. 32 *ita*.
DE. 33 *Diminuetur tibi quidem jam cerebrum*. SY. *at nomen nescio*
34 *Illius hominis, sed* 35 *locum* 36 *novi ubi sit*. DE. *dic ergo locum*.

1 Produx isse. Syncope. 2 Sc. *est*, id est, modò produxi eum rus. 3 Postea. 4 In urbem. 5 Mentis impos & demens. 6 Nullatenùs temperavit ab ictibus. 7 Sc. *operuit*. 8 Syrum. 9 Nuper. 10 Cùm esset puer tantillus, id est, parvulus, quantillum tu scis eum fuisse, cum à me gestaretur: & dicendo *tantillum*, ostendit ei digito vel manu mensuram, & quantitatem ejus, quâ erat, cùm à se gestaretur. 11 Portavi. 12 Est Apostrophe ad absentem Ctesiphonem. 13 Patrem imitaris, seu mores paternos, sequeris vestigia patris. 14 Euge, age. 15 Virili animo præditum, scientem moderari tibi. 16 Laudas eum, quod me verberavit? 17 Certè Ctesipho comprimet ac temperabit manus à verberibus infligendis post hoc tempus, si sit sapiens. Comminatur servus vel fugam, vel repercussionem. 18 Strenuè fecit Ctesipho meus te cædendo & Psaltriam. 19 Valdè fortiter fecit. Ironia. 20 Citharistriam imbellem & calamitosam, à lenone abreptam. 21 Repercutere percutientem. 22 Interjectio deridentis. 23 Valdè strenuè se gessit! Ironia. 24 Facere, quàm fecit. 25 Eandem habuit sententiam, quam ego habui, sc. te esse hujus emptionis Psaltriæ præcipuum autorem. 26 Micio. 27 Domi. 28 Fratrem Micionem. 29 Frater. 30 Non. 31 Interjectio indignantis. 32 Ita dico, ut audivisti, me hodiè non monstraturum, ubi sit frater. 33 Tanto ictu percutiam caput tuum hoc baculo, ut cerebrum in minutas partes frangatur: & sic baculum sustuliisse videtur Demea. 34 Apud quem est. 35 In quo est frater. 36 Scio.

SY.

SY. *Nostin* [1] *porticum apud macellum hanc* [2] *deorsum*? DE. *quid ni noverim*?

SY. *Præterito hac rectâ plateâ* [3] *sursùm: ubi* [4] *eò veneris*,

[5] *Clivus* [6] *deorsùm* [7] *versus est*, [8] *hac te præcipitato: posteà*

Est ad hanc manum [9] *sacellum*: [10] *ibi* [11] *angiportum* [12] *propter est*.

DE. *Ubi-nam*? SY. [13] *illic, ubi etiam* [14] *caprificus magna est*. DE. *novi*. SY. [15] *hac pergito*.

DE. [16] *Id quidem angiportum non est pervium*. SY. [17] *verum herclè*: [18] *vah!*

[19] *Censen' hominem me esse*? [20] *erravi*: *in* [21] *porticum rursum redi*.

Sanè [22] *hac multò* [23] *propriùs* [24] *ibi, & minor est* [25] *erratio*.

Scin' Cratini hujus [26] *ditis* [27] *ædes*? DE. *scio*. SY. *ubi* [28] *eas præterieris*,

[29] *Ad sinistram hac rectâ plateâ; ubi ad* [30] *Diana veneris*,

1 Locum deambulando aptum. *Porticus* olim ædificia erant propter imbres evitandos, & propter umbram captandam, atque deambulationem ædificata.

2 Versùs inferiorem partem in loco depresso sitam.

3 Versùs superiorem partem.

4 Ad porticum.

5 Parvus collis & facilis. 6 Versùs partem inferiorem. 7 Adversum te est. 8 Per hanc viam citò descende, vel præcipitem te dato in hunc clivum. Nam vox *præcipitato* ambigua, hîc à servo irato de industria usurpata fuisse videtur, in hominem odiosum & invisum Demeam. 9 Parvum templum, quasi sacra cella. 10 Apud sacellum. 11 Angustus vicus sive tranſitus, στενὸς πόρος: ab *angendo* dictus, quod propter *angustiam* nihil per eos agi possit in portus. Vide Eun. 5, 2. 12 Propè, juxta Virg. *Templum de marmore ponam* Propter *aquam*. 13 Angiportum est. 14 Ficus sylvestris, nunquam maturos fructus habens, sed omnia loca, in quibus nascitur, penetrans: undè *Caprificus* dicta, quod muros & parietes *carpat*. 15 Viâ. 16 Ea certè angusta via non est facilis ut illac transeatur: vel quia non patet exitus, cum ingressus fueris intrò. 17 Id angiportum non esse pervium. 18 Interjectio ridentis se ipsum, quod erraverit. 19 Non censes me posse labi & errare more hominum? Q. d. Humanum est errare. Epanorthosis quasi errantis. 20 De angiporto. Errorem simulat Veterator, qui nullus erat: nam cùm planè sciret non esse pervium, ludos faciebat seni, quem ut hominem rusticum id nescire putabat. 21 Quam jam tibi demonstravi. 22 Viâ 23 Propinquiùs & breviùs, quasi verò erraſſe profuerit, ut ait Donatus. 24 Ad eum locum, ubi est frater. 25 De viatio, id est minùs errabis. 26 Divitis. 27 Domum. 28 Ædes Cratini. 29 Sc. *ito*. 30 Sc. *templum, adim.* Liv. *Ad Spei* (sc. templum) *pugnatum est*.

Ito ad dextram: priùs, quàm ad [1] *portam veniat, apud ipsum* [2] *lacum*
Est [3] *pistrilla, &* [4] *ex adverso est* [5] *fabrica:* [6] *ibi* [7] *est.* DE. *quid ibi facit?*
SY. [8] *Lectulos in sole ilignis pedibus faciundos dedit,*
Vbi potetis vos. DE. [9] *benè sanè: sed cesso ad* [10] *eum* [11] *pergere?*
SY. *I sanè: ego te* [12] *exercebo hodiè, ut* [13] *dignus es,* [14] *silicernium.*
Æschinus [15] *odiosè cessat: prandium* [16] *corrumpitur:*
Ctesipho autem [17] *in amore est totus: ego jam* [18] *prospiciam mihi.*
Nam jam [19] *adibo, atque unumquodque, quod quidem erit* [20] *bellissimum,*
[21] *Carpam, &* [22] *cyathos sorbillans* [23] *paulatim hunc* [24] *producam diem.*

1 Civitatis. 2 Lavatorium equorum. Nam semper lacus portis additus fuit ob usum jumentorum introeuntium & exeuntium, atque ut adversùs hostilem ignem portis de proximo subveniretur.

3 Parvum pistrinum, id est, taberna sive officina, in quâ pinsitur, id est, teritur seu contunditur frumentum trusatili molâ, quæ vel ab equis, vel à viris circumagitur. *Pistrilla* autem Diminutivum est a *pistrinâ* ἀρχαίως pro *pistrino*: ut *textrina*, & similia. 4 Ex opposito, è regione. 5 Officina fabrorum. 6 In eo loco, sc. apud fabricam. 7 Micio frater tuus. 8 Discubitorios. Habebant enim veteres lectos tricliniares & discubitorios, in quibus cœnabant. Ordo est: *Dedit*, id est, commisit, locavit, *lectulos faciundos ilignis pedibus*, id est, habentes pedes seu fulcra ex ilice arbore facta, *ubi*, id est, in quibus lectulis accubantes, *vos*, id est, tu & ipse, *potetis*, id est, simul bibatis & genio indulgeatis, *in sole*, id est, in aprico, in loco soli exposito, & sole calefacto. Veteres enim vel in sole, vel sub dio, vel in umbra, vel sub tecto, pro anni tempestate convivia agitabant. Distinctę aliter in quibusdam libris sunt personæ. Nam, *Vbi potetis vos?* cum indignatione & stomacho interrogat Demea: cui callidè & serviliter Syrus respondet. *Benè sanè*. Quæ sequuntur rursus ad Demeam pertinent, præ nimiâ irâ abeuntem. 9 Sc. *facit*. Ironia. 10 Micionem. 11 Me conferre. 12 Vexabo. 13 Qui exercearis. 14 O tu senex decrepite, qui silices cernis, dum incurvus es, vel stratæ saxo viæ intentus, vel sarcophago jam jam propinquanti tibi. 15 Cum tędio tædiosè moratur, ἀηδῶς βραδύνει. 16 Propter illam moram. 17 Omni cogitatione intentus est amor. 18 Providebo, consulam, id est, aliquid edam & bibam. 19 Ibo ad locum convivii. Al. *abibo*. sc. domum. 20 Optimum, delicatissimum: nam *bellus a, um*, est Diminutivum à bonus, a, um. *Belli* autem *cibi* eâdem ratione dicuntur, quâ secundę mensæ, *bellaria*. 21 Decerpam, eligam unumquodque ex opsoniis. 22 Cyathos parùm absorbens seu hauriens. *Sorbello, as*, est Diminutivum à *sorbeo*, quasi parùm sorbeo. 23 Sensim. 24 Protraham, quàm potero longum faciam, finiam, edendo sc. & bibendo.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA IV.

MICIO, HEGIO.

MI. [1] *Ego in* [2] *hac re nihil reperio, quam ob rem lauder tantoperè, Hegio.*
Meum [3] *officium facio: quod peccatum à* [4] *nobis* [5] *ortum est,* [6] *corrigo:*
Nisi si in illo me credidisti esse hominum numero, qui [7] *ita putant*
Sibi fieri injuriam: [8] *ultrò, si* [9] *quam* [10] *fecêre ipsi,* [11] *expostulant,*
Et ultrò accusant: [12] *id quia non est à me factum, agis gratias?*
HE. [13] *Ah!* [14] *minimè: nunquam te* [15] *aliter,* [16] *atque es, in animum induxi meum.*
Sed quaeso, ut unà mecum ad [17] *matrem virginis eas, Micio,*
Atque istaec [18] *eadem, quae mihi dixti, tute dicas* [19] *mulieri,*
[20] *Suspicionem hanc propter* [21] *fratrem* [22] *ejus esse, & illam* [23] *psaltriam.*
MI. *Si ita aequum* [24] *censes, aut si ita opus est* [25] *facto,* [26] *eamus.* HE. *benè facis:*

[1] Rogat Micionem Hegio, ut Sostratam adeat, narraturus illi, suspicionem alienati à Pamphilâ Æschini ortam esse propter ereptam Ctesiphoni Psaltriam. [2] Hoc negotio de conjugio Æschini & Pamphilæ, quod fieri debere & dico & volo.

Vide Andr. 2, 1, 30. Pergit autem Micio γνωμολογεῖν: ut & Hegio, per totam scenam. [3] Quod patrem decet. [4] Nostris, id est, filio meo Æschino, cujus peccatum in meum etiam dedecus redundat. [5] Profectum, commissum est. [6] Emendo. [7] Scilicet ut tu fecisti, qui Pamphilæ negotium agens mecum expostulasti. Atque ita Emphasis erit in τῶ ita. [8] Suâ sponte, nemine lacessente. [9] Aliquam injuriam. [10] Aliis. [11] Cum eo, cui facta est injuria. [12] Quia non expostulavi, nec te accusavi. [13] Interjectio dolentis. [14] Nequaquam eam ob rem te laudo, aut tibi ago gratias. [15] Alium esse, id est, semper judicavi te esse probum virum. [16] Quam. [17] Sostratam. [18] De negotio filii tui. [19] Sostratæ, matri virginis. [20] Quam habent, scilicet quod Æschinus amet Psaltriam, quam lenoni eripuit. [21] Ctesiphonem. [22] Æschini. [23] Fidicinam, quam amat Ctesipho. [24] Judicas. [25] Fieri. [26] Ad mulierem.

1 Aitiολογία petitionis.
2 Soſtratæ, vel Pamphilæ.
3 Recreabis, reſocillabis eam.
4 Injuriæ acceptæ ab Æſchino.
5 Deficit, perit, conficitur. *Tabeſcere* enim, eſt animi vel corporis morbo confici.

1 *Nam & illi animum jam* 3 *relevabis, quæ* 4 *dolore ac miseriâ*
5 *Tabeſcit*, 6 *& tu officio fueris functus: ſed* 7 *ſi aliter putas,*
Egomet 8 *narrabo, quæ mihi* 9 *dixti.* MI. *imò ego ibo.*
HE. *benè facis*:
10 Omnes, quibus res ſunt 11 minùs ſecundæ,
12 magis ſunt neſcio quo modo
13 Suſpicioſi: 14 ad contumeliam 15 omnia accipiunt 16 magis: 15
Propter ſuam 17 impotentiam ſe ſemper 18 credunt
19 negligi.
Quæ propter te ipſum 20 *purgare* 21 *ipſi cordi,* 22 *placabilius eſt.*
MI. *Et* 23 *rectè, &* 24 *verum dicis.* HE. *ſequere me ergo*
hac 25 *intrò.* MI. 26 *Maximè.*

Derivatur à *taber*, quod proprie eſt tarda corruptio ex cura, aut animi ægritudine procedens. 6 Et tu facies, quod facere debes. 7 Si aliter tibi videtur, ſi aliter faciendum eſſe putas, neque te velle ire. 8 Mulieri ea. 9 Dixiſti, ſcilicet hanc rem ortam eſſe ex fratre, non Æſchino. Syncope. 10 Vide Act. 2. Aululariæ Plaut. Sc. 2. 11 Parùm proſperæ, id eſt, qui ſunt in aliqua miſeria, qui ſunt inopes & tenuioris fortunæ. *Secundus* enim ſæpiùs idem eſt quod proſper: ut *ſecunda fortuna*, id eſt, proſpera, quæ vel nobis adeſt, vel nobis obſequitur: ſic *res ſecunda*, quæ pro noſtro deſiderio ſequuntur. 12 Quàm alii homines. 13 Pleni ſuſpicionibus, id eſt, magis ſuſpicantur de malo aliquo, quàm alii. 14 Ad contemptum, injuriam, εἰς ἀτιμίαν καὶ καταφρόνησιν. Sic Hecyr. 1, 2. *Viri omnes ferre & tegere* contumelias. 15 Omnia facta interpretantur. 17 Infirmitatem, vel inopiam. 18 Putant. 19 Contemni ab illis, qui ſunt fortunati. Hinc *minus ribus major emulandi cura*, apud Tacitum 4. H. 48. 20 Excuſare. 21 In conſpectu & præſentia ipſius mulieris. 22 Aptius eſt ad eam placandem. Sic Phorm. 5, 7. *Id noſmet indicare* placabilius eſt. Τὸ ergo *placabilius* hîc eſt activæ ſignificationis, à *placabilis*, ἱλαστήριος, id eſt, placativus: tale eſt *penetrabilis*: unde *penetrabile telum, penetrabile fulmen, penetrabile frigus*, &c. 23 Quantum ad verba. 24 Quantum ad rem & ſententiam. 25 In domum Soſtratæ. 26 Libentiſſime te ſequar.

ACTUS IV. SCENA IV.

ÆSCHINUS.

[1] *Discrucior* [2] *animi: hoccine* [3] *de improviso mali mihi* [4] *objici*
[5] *Tantum,* [6] *ut neque quid de me faciam, neque quid* [7] *agam,* [6] *certum siet?*
[8] *Membra* [9] *metu* [10] *debilia sunt: animus timore* [11] *obstupuit:* [12] *pectore*
Consistere nihil consilii quicquam potest. [13] *Vah! quo modo*
Me [14] *ex hac turbâ expediam? tanta nunc* [15] *suspicio de me incidit,*
Neque ea [16] *immeritò.* [17] *Sostrata credit,* [18] *mihi me emisse hanc Psaltriam:*
[19] *Anus indicium id fecit mihi.*
Nam [20] *ut* [21] *hinc fortè* [22] *ea ad* [23] *obstetricem missa erat, ubi* [24] *eam vidi, illicò*
Accedo, [25] *rogito, Pamphila quid agat:* [26] *jam partus adsiet:*
[27] *Eò ne obstetricem accersat:* [28] *illa exclamat,* [29] *abi, abi, jam, Æschine,*

1 Animus meus cruciatur variis cogitationibus, & quidem displicentibus: componitur enim ex *dis* & *crucior*, quasi vario modo crucior in animo meo. Dolet vehementer Æschinus, in suspicionem se venisse apud Sostratam & Pamphilam, quòd amare Psaltriam cœperit; quam non sibi, sed fratri ut gratum faceret, à lenone eripuerat. 2 Pro *animo*: casus pro casu. Est autem constructio Græca: sic & Livius de Lucretiâ, *Ægram animi consolantur.* 3 Non opinanti, præter exspectationem. 4 Imponi. 5 Adeò magnum & molestum. 6 Ut nesciam. 7 In illo negotio propter fratrem. 8 Mea. 9 Propter patrem. 10 Est enim metus causa, cur sanguis ad cor se recipiens, exteriora membra suo vigore destituat. 11 Non sum apud me. 12 In animo meo nihil deliberationis vel boni remedii residere & morari potest. 13 Interjectio indignantis & dolentis. 14 Ex hac turbatione, quam describit, & secum ipse conqueritur, explicabo? 15 Mala opinio apud meam amicam Pamphilam, & matrem, quod aliam cœpi amare, de me contigit. 16 Scilicet *incidit*. 17 Mater Pamphilę. 18 In meum usum, scilicet ut habeam uxorem. 19 Cantharа, missâ ad obstetricem quærendam, significavit mihi suspicionem incidisse de me. 20 Postquam. 21 A domo Sostratæ. 22 Anus. 23 Scilicet *accersendam*. 24 Anum exeuntem. 25 Anum. 26 An sit vicina partui. 27 Ideò ne, eam ob rem, scilicet quia partus adest. 28 Anus. 29 Non est, quod mecum loquaris.

Satis diu [1] *dediſti verba :* [2] *ſat adhùc tua nos fruſtrata eſt fides.*

Hem, quid [4] *iſtuc obſecro inquam eſt?* [5] *valeas, habeas* [6] *illam, quæ placet.*

[7] *Senſi illicò* [8] *id illas ſuſpicari : ſed me* [9] *repreſſi tamen,*

Ne quid de [10] *fratre* [11] *garrulæ illi dicerem, ac* [12] *fieret palàm.*

[13] *Nunc quid faciam? dicam-ne* [14] *fratris eſſe* [15] *hanc?*

[16] *quod minimè eſt opus* 15

[17] *Vſquam efferri :* [18] *age,* [19] *mitto : fieri* [20] *potis eſt,*

[21] *uti ne quâ exeat.*

[21] *Ipſum id metuo* [23] *uti credant :* [24] *tot concurrunt veriſimilia :*

Egomet [25] *rapui :* [26] *ipſe egomet* [27] *ſolvi argentum :*

[28] *ad me abducta eſt domum :*

[29] *Hæc* [30] *adeò meâ culpâ fateor fieri : non me* [31] *hanc rem* [32] *patri,* [33] *ut ut*

Erat geſta, [34] *indicaſſe!* [35] *exoraſſem, ut* [36] *eam* [37] *ducerem domum.* 20

2 Decepiſti nos tuis verbis, illuſiſti.

2 Satis hùc uſque tua promiſſio, quam feciſti deducendâ Pamphilâ, decepit nos. Sic Andr. *Etſi hercle ſæpe jam me ſpes hæc* fruſtrata eſt.

3 Interjectio res novas audientis.

4 Quod tu dicis, id eſt, quò tendit iſta tua reſponſio?

5 Abeas & diſcedas à nobis, reſpondit anus. Sic Andr. 4, 2. Valeant, *qui inter nos diſſidium volunt.* Indignantis eſt. 6 Pſaltriam. 7 Ex ſermone anus intellexi. 8 Quòd amem Pſaltriam. 9 Cohibui, nec volui auferre illam ſuſpicionem, detegendo amorem fratris. 10 Amore fratris. 11 Illi vetulæ Canthararæ loquaci ac verboſæ, quæ ſilere non poteſt, ſed quicquid audivit, effutit. Taceri quod vis, nemini dicas, ne mulieri quidem, cui ſi quid narraveris, hoc erit quod ait Antiphanes, πᾶσι τοῖς κήρυξιν ἐν ἀγορᾷ φράσαι. 12 Publicaretur ab ea vetula amor fratris. 13 Deliberat ſolus ſecum. 14 Amicam. 15 Pſaltriam. 16 Hanc eſſe amicam fratris Cteſiphonis. 17 In aliquem locum diſſeminari, divulgari, fieri palàm. 18 Adverbium hortantis ſe ipſum in deliberando. Omitto conſilium indicandi fratrem; vel potiùs metuum, ne, ſi Soſtratæ rem omnem aperiat, fiat palàm. 19 Poteſt. 20 Ut non illud de fratre aliqua ratione ſeu via erumpat in lucem, divulgetur. 21 Vereor quod mulieres non credant me rapuiſſe Pſaltriam fratri, & non mihi. 22 Ne non. 23 Tot probabilia ſeu probabiles rationes ſimiles veri, id eſt, ſimilitudinem habentes veritatis, congeruntur adverſùs me, ut facilè credatur meam eſſe. 24 Pſaltriam à lenone. Prima ratio. 25 Secunda ratio. 26 Apud forum lenoni dedi. 27 Tertia ratio. 28 Illam eſſe de me ſuſpicionem. 29 Certè, nunc. 30 Stuprum Pamphilæ illatum. 31 Micioni, qui eſt adoptivus pater. 32 Utcunque, ſive benè, ſive malè ea res eſſet facta. 33 Sc. *operuit!* 34 Orando ab eo impetraſſem. 35 Pamphilam. 36 Haberem in uxorem, quemadmodum promiſeram Soſtratæ.

Ceſſa-

Cessatum est usque adhùc : [1] *nunc porrò, Æschine,* [2] *expergiscere.*

Nunc [3] *hoc primum est : ad* [4] *illas ibo, ut* [5] *purgem me : accedam* [6] *ad fores :*

Perii ! horresco semper, [8] *ubi fores* [9] *pulsare hasce occipio miser.*

[10] *Heus ! heus ! Æschinus ego sum,* [11] *aperite aliquis actutùm ostium.*

[12] *Prodit* [13] *nescio quis :* [14] *concedam hùc.*

1 Apostrophe ad se ipsum. 2 Excita te ipsum, neque amplius cessa, & otiosus esto. *Expergisci* enim per Metaphoram significat res suas diligenter curare. 3 Quod faciam. 4 Sostratam & Pamphilam. 5 Excusem me, liberem me hac suspicione, rejiciendo a me crimen in fratrem, secretò tamen. 6 Ad ostium domus Sostratæ. 7 Contremisco. 8 Postquam. 9 Percutere. 10 Adverbium vocantis. 11 Aliquis è vobis aperiat januam citò seu celeriter. Synthesis. 12 Exit veniens ad aperiendas fores. 13 Tenendum est, in Græciâ passim id obtinuisse, ut non introrsum, sed in publicum pulsæ fores aperirentur: itaprius esse, qui aperiret, quàm quis esset videri potuit, cùm intermedia obstaret janua, quamdiu non tota patebat. Hinc etiam factum est, ut crepare passim apud Comicos fores dicantur, priusquam pateiscant. Nempe intus sono quodam, aut crepitu exiturus prætereuntem, aut fortè in publico præ foribus stantem, præmonebat, ne ab impulsâ de improviso januâ lederetur. 14 Conferam me.

ACTUS IV. SCENA V.

MICIO, ÆSCHINUS.

MI. ITa [1] *uti dixti, Sostrata,*
[2] *Facite : ego Æschinum* [3] *conveniam, ut, quomodo* [4] *acta hæc sint,* [5] *sciat.*
Sed quis ostium hoc [6] *pulsavit ?* **ÆS.** [7] *pater herclè est : perii !* **MI.** [8] *Æschine.*
ÆS. [9] *Quid huic hîc negotii est ?* **MI.** *tu-ne has* [10] *pepulisti fores ?* [11] *tacet.*

1 Quemadmodum. Exordium ex abrupto. Novum incutit metum Æschino pater fa ceto commento; ostendens alii vero nupturam Pamphilam. Tandem amoto ludo agere ser o incipiens, filii animum gaudio explet, futurum promittens, ut illam ipse ducat uxorem. 2 Tu & filia : undè apparet Micionem jam multa dixisse. 3 Alloquar. 4 Transacta hæc sint, sc. quòd auctor his nuptiis factus sim, quòd velim hodiè apparari nuptias, eâq; de re vobiscum omnia transegerim. 5 Ex me cognoscat. 6 Percussit ? 7 Micio pater adoptivus est hîc intra domum. 8 Vocat eum. 9 Quod negotium habet Micio pater meus in domo Sostratę? Per indignationem hoc dicit. 10 Pulsasti, percussisti. Inde *pulso, as,* Frequentativum. 11 Obmutuit Æschinus Hoc secum dicit Micio, cùm non responderet Æschinus. Conscii ex improviso rogati, tacent: neque animum ad cogitandum instituere subitò possunt. Unde proverbium : *Qui tacet, is reus est.*

Cur [1] *hunc* [2] *aliquantisper non* [3] *ludo? melius est:*
Quandoquidem [5] *hoc nunquam mihi ipse voluit*
[6] *credere.* 6
Nil mihi respondes? ÆS. *non equidem* [7] *istas,* [8] *quod*
sciam.
MI, [9] *Ita? nam mirabar, quid* [10] *hîc* [11] *negotii esset*
tibi.
[12] *Erubuit: salva res est.* ÆS. *dic* [14] *sodes, pater,*
Tibi verò quid [15] *istic est rei?* MI. [16] *nihil mihi*
quidem. 10
Amicus quidam me à foro [17] *abduxit modò*
Hùc advocatum sibi. ÆS. [18] *quid?* MI. *ego dicam tibi.*
[19] *Habitant hîc quædam mulieres pauperculæ:*
Opinor [20] *eas non nosse te, & certò* [21] *scio:*
Neque enim diu [22] *hùc* [23] *commigrârunt.* ÆS. *quid*
tum posteà? 15
MI. *Virgo est cum matre.* ÆS. *perge.* MI. *hæc virgo*
[24] *orba est patre:*
[25] *Hic meus amicus* [29] *illi* [27] *genere est proximus:*
[28] *Huic leges cogunt nubere hanc.* ÆS. [29] *perii!* MI.
[30] *quid est?*

1 Æschinum.
2 Aliquamdiu.
3 Illudo faceto aliquo commento.
4 Ut à me ludatur, quàm ut dimittatur.
5 Amorem filiæ Softratæ.
6 Committere, secretò dicere ac detegere.
7 Sc *fores populi.*
8 Quantum.

Non est plane negantis. 9 Est-ne ita, ut ais, sc. te fores non pepulisse? Hæc dicuntur Ironicè. 10 Ante fores. 11 Si non pepulisti. 12 Rubore est suffusus, in eo pudor est. Hæc secum ad spectatores dicit Micio. 13 Nam rubor est virtutis dolor: & ita magnum est argumentum nondum perfricuisse frontem, & omnem deposuisse pudorem. 14 Si audes, & si tibi cordi est: & est Comicum verbum blandienti aptissimum, & jam familiariter loqui incipienti. 15 Apud Softratam. 16 *Sc est istic negotii.* 17 Deduxit paulò antè ad Softratam intercessorem & mediatorem pro se, sc. ut omnia de nuptiis filiæ & ipsius transigerentur meâ intercessione. Nam *advocatus* dicitur, qui causam alicujus agit, & intercedit apud judicem: est enim *advocatus* omnis homo defendere alium paratus, etiamsi nihil dicat agatque. 18 Cur, in quâ re abduxit te advocatum sibi? 19 Morantur. Delusurus Æschinum Micio, narratiunculam de abducenda per cognatum amica comminiscitur: in qua verisimilia immiscens, in summum metum injicit filium. 20 Mulieres. 21 Te non nosse. 22 Athenas. 23 Ceperunt sedes. 24 Caret. *Orbus* dicitur, qui aliqua re chara privatus est: ut parens dicitur liberis *orbus*; & contrà liberi dicuntur *orbi* parente. 25 Qui me à foro abduxit hùc advocatum sibi. 26 Virgini. 27 Cognatione. 28 Athenienses cogunt hanc puellam nuptui collocari huic amico meo, qui est genere proximus. Sic Phorm. 1, 2. *Lex est, ut orbæ, qui sint genere proximi, iis nubant; Et illos ducere eadem hæc lex jubet.* 29 Vox dolentis. 30 Quid mali est, quod sic periisse te dicas?

ÆS.

ÆS. [1] *Nihil*: [2] *rectè*: [3] *perge*. MI. [4] *is* [5] *venit, ut secum* [6] *avehat*:
Nam habitat [7] *Mileti*. ÆS. [8] *hem*, [9] *virginem ut secum avehat*?
MI. *Sic est*. ÆS. [10] *Miletum usque obsecro*? MI. [11] *ita*.
ÆS. [12] *animo malè est*.
Quid [13] *ipsæ*? *quid ajunt*? MI. *quid illas* [14] *censes*? *nihil* [15] *enim*.
[16] *Commenta* [17] *mater est*, [18] *esse ex alio viro*
Nescio quo puerum natum, neque [19] *eum nominat*:
[20] *Priorem esse illum, non oportere* [21] *huic dari*
ÆS. [22] *Eho, non-ne* [23] *hæc justa tibi videntur* [24] *post eà*?
MI. [25] *Non*. ÆS. *obsecro* [26] *non*? *an illam hinc* [27] *abducet, pater*?
MI. [28] *Quidni illam abducat*? ÆS. [29] *factum à vobis* [30] *duriter*,
[31] *Immisericorditerque, atque etiam, si est, pater*,
Dicendum [32] *magis apertè*, [33] *illiberaliter*,
MI. *Quam ob rem*? ÆS. *rogas me*? *quid* [34] *illi tandem creditis*

1 Nihil mali est.
2 Benè est, nedum male mihi sit.
Hoc respondet Æschinus patri, ne ex auditis dolere videatur.
3 Loqui, quod cœpit.
4 Amicus.
5 Athenas.
6 Tanquam uxorem.
7 In urbe Ioniæ, quæ est Athenensium colonia.
8 Dolentis est Interjectio & vehementer commoti. 9 Scilicet *dicis eum venisse*? 10 Scilicet *vel secum avehere virginem*? Longinquitatem loci admiratur amator, cùm tamen propinquissima esset ab Attica in Cariam usque & expeditissima. 11 Certum est. 12 Animo linquor, animus meus æger est dolore, quem ex sermone patris concepi. Hoc ad spectatores conversus dicit, ita ut pater non audiat. 13 Mulieres, mater & virgo. 14 Putas, scilicet *posse dicere*? 15 Certè, scilicet *dicunt*, quod alicujus momenti sit. Alii distinctionem ponunt post *nihil*: atque *tò enim* pro *sed* positum volunt, ut Phorm. 5, 9. 16 Excogitavit, finxit. 17 Soštrata. 18 Ut se agnoscat suamque causam Æschinus. 19 Virum, ex quo natus est puer. 20 Commenta mater est, illum virum, ex quo natus est filius, esse præferendum, id est, cui potiùs sit collocanda puella. 21 Amico meo Milesio. 22 Interjectio audientis quod optabat. Q. d. quid? cùm hæc ex matre virginis audires, an non justior postea tibi causa hæc visa est, quàm amici illius tui, qui te advocatum sibi hùc adduxerat. 23 Quæ dixit Soštrata, scilicet illum, ex quo natus est puer, esse priorem & præferendum. 24 Audita causa. 25 Non videntur mihi justa. 26 Dicis non videri illa tibi justa? 27 Abstrahet amicus tuus? 28 Cur non? 29 In hac causâ. 30 Crudeliter, & mente inflexibili. 31 Sinè misericordiâ, & cum rigore. 32 Apertiùs, clariùs. 33 Iniustè, inhoneste, viris liberis indigne. Suprà 3, 4. *Ex illa ne familiâ tam* illiberale *faciamus esse ortum*? 34 Milesio.

Fore animi misero, qui illi [1] *consuevit priùs,*
(Qui [2] *infelix, haud scio, an* [3] *an illam* [4] *miserè nunc amat)*
Cùm hanc sibi videbit [5] *præsens præsenti* [6] *eripi,*
Abduci [7] *ab oculis?* [8] *facinus indignum, pater!*
MI. *Quâ ratione* [9] *istuc? quis* [10] *despondit? quis* [11] *dedit?*
[12] *Cui quando nupsit?* [13] *auctor his rebus quis est?*
Cur duxit [14] *alienam?* ÆS. *an* [15] *sedere oportuit*
Domi virginem [16] *tam grandem,* [17] *dum cognatus* [18] *hinc*
[18] *Illinc veniret, exspectantem?* [19] *hæc, mi pater,*
Te dicere æquum fuit, & [20] *id defendere.*
MI. [21] *Ridiculè: adversum ne* [22] *illum* [23] *causam dicerem,*
[24] *Cui veneram advocatus? sed quid, Æschine,*
[25] *Nostrâ? aut* [26] *quid nobis cum* [27] *illis? abeamus: quid est?*
[28] *Quid* [29] *lacrumas?* ÆS. *pater, obsecro, ausculta,*
MI. *Æschine,* [30] *audivi omnia,*

1 Consuetudinem & conversationem habuit priùs cum illa puella. Sic Phorm. 5, 6. *Cum ejus consuevit matre in Lemno clanculum.* Et Hecyr. 4, 1. *Nam si is posset ab eâ se derepentè avellere, Qui cum tot consuêsset annos, non eum hominem ducerem, nec virum satis firmum gnatæ.* 2 Propter hanc surreptionem. 3 Cum quâ consuevit. 4 Perditè, valdè. 5 Ante oculos. 6 Auferri ab alieno. 7 A conspectu suo. 8 Quod facinus indignum est. Appositivè. 9 Dicis, sc. esse indignum facinus. 10 Promisit illam ei adolescenti, quem tu defendis? Latenter ex obliquo perstringit Æschinum, qui sinè patris consensu & auctoritate se nuptiis illaqueaverat. 11 Tradidit puellam huic adolescenti in manus? 12 Quando data est illa huic nuptui? 13 Quis præest seu præfuit his rebus faciendis, scilicet de nuptiis? 14 Eam quæ sibi non erat desponsata neque data, alterius matrimonio debitam, cùm non esset genere proximus sive cognatus. 15 Conditionem exspectare, non nubere. 16 Tantæ ætatis, quantę est, id est, nubilem, maturam viro. Veteres enim *grandem* non ad corpus, sed tantùm ad ætatem retulerunt jam penè adultam: quod si *natu* addatur, provectiorem ætatem significat, & jam penè senilem. Nunc tamen *grandem* pro magno ponimus. 17 Donec aliquis de cognatione veniret ex hac aut illâ parte? 18 Alicunde. Sed jam designatus erat locus, undè exspectaretur cognatus. *Hac* igitur malim, sc. Athenas, *illinc*, sc. Mileto. 19 Quæ dixi, sc. eam retineret. 21 Sc. *dictum id est.* 22 Amicum. 23 Nove hoc dictum. cùm hoc sit proprium reo, quando accusationibus respondere cogitur. 24 Ad cujus defensionem veneram intercessor futurus & defendere paratus? 25 Sc. *id refert?* id est, qui hæc fama de puellâ ad nos spectat? 26 Sc. *negotii est?* 27 Mulieribus. 28 Propter quid, cur. 29 Fles? 30 Totum negotium est mihi cognitum, ac proinde detegere noli. Non vult pater filium torqueri in confitendo crimine suo.

Et

Et [1] *scio: nam amo te:* [2] *quò magis, quæ agis, curæ* [3] *sunt mihi.*

ÆS. *Ita velim me* [4] *promerentem ames, si dum vivas, mi pater,*

Vt me [6] *hoc delictum* [7] *admisisse in me id mihi* [8] *vehementer dolet,*

9 *Et me tui pudet.* MI. [10] *credo herclè:* [11] *nam ingenium novi tuum*

Liberale: sed vereor, ne [12] *indiligens nimiùm sies.*

[13] *In quâ civitate tandem te arbitrare vivere?*

Virginem vitiasti, quam te [14] *jus non fuerat tangere.*

Iam [15] *id peccatum primùm magnum,* [16] *magnum, at* [17] *humanum tamen:*

[18] *Fecere alii sæpè,* [19] *item boni: at postquam* [20] *evênit, cedo,*

Nunquid [21] *circumspexti? aut nunquid tute* [22] *prospexti tibi,*

Quid fieret? [23] *quâ fieret? si te ipsum mihi puduit dicere,*

[24] *Quâ rescisscerem?* [25] *hæc dum dubitas, menses* [26] *abierunt decem.*

[27] *Prodidisti te, &* [28] *illam miseram, &* [29] *gnatum,* [30] *quod quidem in te fuit.*

1 Quomodo hæc sint acta.
2 Quâre, scilicet quia te amo.
3 Ea.
4 Bene merentem, & dignum qui a te amer.
5 Quamdiu vivis, id est, per omnem vitam. Deprecatur culpam Æschinus.
6 De virginis stupro. *Delictum* propriè est, cùm non fiunt, quæ fieri debent: à *delinquendo* dictum, quia is, qui peccat, *delinquit* officium suum. 7 Committendo recepisse in me. 8 Maximum adfert dolorem. 9 Et ita me ames, sicut pudore afficior, quod sum tibi causa pudoris, id est, tui causâ, propter te quem offendi. Sic *pœnitet me peccati*, scilicet causa, id est, quòd peccaverim. 10 Te pudere & facti & mei. 11 Nam scio naturam tuam esse bonam & honestam. 12 Negligens in vita rectè instituenda & formanda. 13 An utique oblitus es te Athenis vivere, ubi legibus vivitur? 14 Non licebat, οὐ θεμιτόν. 15 Vitiare, virginem. 16 Scilicet *inquam*. 17 A fragilitate humana profectum. 18 Illud peccatum. 19 Similiter, itidem probi adolescentes ut tu es, id est, cives Attici, bonis parentibus nati, generosi. 20 Hoc factum est, id est, vitiata puella. 21 Circumspectando alicunde auxilium quæsiviſti tibi? 22 Providisti. 23 Quâ ratione, quomodo. 24 Per quos, vel quâ ratione cognoscerem, quod feceras? 25 De his, id est, dum non audes hæc mihi dicere, ac talia me celas. 26 Fluxerunt. Q. d. Interim est puer natus. 27 Perdidisti, decepisti. 28 Puellam. 29 Filium tuum jam natum. 30 Quantum.

Quid? credebas [1] *dormienti* [2] *hæc tibi* [3] *confecturos Deos?*

Et sinè tuâ operâ illam in cubiculum [5] *iri deductum donum?*

Nolim [6] *cæterarum rerum te socordem* [7] *eodem modo.*

[8] *Bono animo es, duces uxorem hanc.* ÆS. [9] *hem!* MI. *bono animo es, inquam.* ÆS. *pater,*

Obsecro, nùm [10] *ludis tu nunc me?* MI. [11] *ego te? quam ob rem?* ÆS. *nescio:*

Nisi, quia tam [12] *miserè* [13] *hoc esse cupio verum,* [14] *eò* [15] *vereor magis.*

MI. *Abi domum, ac Deos comprecare,* [16] *ut uxorem accersas: abi*

ÆS. *Quid? jamne* [17] *uxorem?* MI. *jam.* ÆS [18] *jam?* MI. *jam* [19] *quantum potest.* ÆS. *Dî, me, pater,*

Omnes [20] *oderint,* [21] *ni magis te, quàm* [22] *oculos nunc amo meos.*

MI. [23] *Quid?* [24] *quàm illam?* ÆS. [25] *æquè.* MI. [26] *perbenignè.* ÆS. *quid? ille ubi est* [27] *Milesius?*

MI. [28] *Abiit,* [29] *periit,* [30] *navem ascendit: sed cur* [31] *cessas?* ÆS. *abi pater:*

[32] *Tu potiùs Deos comprecare: nam tibi eos, certò scio,*

1 Cessanti & non vigilanti in tuis negotiis. 2 Ut tibi crimen ignoscereretur, & connubium transigeretur. 3 Curaturos, ad plenum facturos? Adhùc ejus negligentiam perstringit Milio. Otioso enim Deus non favet: &, ut Cato apud Sallustium inquit: *Non votis, neque supplicüs muliebribus auxilia Deorum parantur: vigilando, agendo, benè consulendo prosperè omnia cedunt: ubi socordiæ atque ignaviæ te tradideris, nequicquam Deos implores; irati infestiqs sunt.* 4 Tuo labore & industriâ 5 Deducendam esse. 6 In aliis rebus negligentem & ignavum. Ita apud Tacitum *socordem futuri* legas. 3. Hist. 31. 7 Quo fuisti in hoc negotio. 8 Habeas bonum animum. 9 Interjectio gaudentis. 10 Illudis, derides. 11 Sc. *luderem?* 12 Valdè. 13 Me Pamphilam ducturum uxorem. 14 Ideo. 15 Sc. *verùm non esse.* 16 Ut sis felix in illo matrimonio. 17 Sc. *accersam, ducam?* 18 Admirantis est. 19 Quàm potest ocissimè. 20 Odio habeant. 21 Nisi. 22 Quod enim quis unicè charum habet, id *plus oculis suis amare* dicitur: ocularum enim sensus nobis charissimus est. Catul. *Ni te plus oculis meis amarem.* 23 Sc. *dicis?* 24 Amas me magis, quàm Pamphilam? 25 Æqualiter te amo, atque Pamphilam. 26 Valdè benignè, humanissimè, sc. *loqueris.* Horat. Ep. 7. *Mirari secum tacitus; quod multa?* benignè, *Respondes.* 27 Vir de Mileto, qui ad eam ducendam venerat. 28 Discessit. 29 Quoniam is nullus fuerat. 30 Quâ veheretur Miletum. 31 Moraris, nec mihi obsequeris abeundo ac Deos comprecando, ut uxorem accersas? 32 Meo loco.

Quò

Quò vir melior multò es, quàm ego sum, [2] *obtempe-*
raturos magis.

MI. *Ego eo intrò, ut, quæ* [3] *opus sunt, parentur:* [4] *fac*
tu, ut dixi, si sapis.

ÆS. [5] *Quid hoc negotî? hoc est* [6] *patrem esse, aut*
[7] *hoc est* [8] *filium esse?*
Si frater aut [9] *sodalis esset,* [10] *quî magis morem ge-*
reret?
[11] *Hic non amandus? hiccine non* [12] *gestandus in sinu*
est? [13] *Hem!*
[14] *Itaque* [15] *adeò magnam mihi* [16] *injecit suâ* [17] *com-*
moditate [18] *curam,*
Ne fortè [19] *imprudens faciam, quod* [20] *nolit:* [21] *sciens*
cavebo.
Sed cesso ire intrò, [22] *ne morę meis nuptiis egomet sim?*

1 Quantò.
2 Morem gesturos, exaudituros.
3 Necessaria ad nuptias.
4 Tu comprecare Deos.
5 Quid hoc sibi vult, quod pater mihi facit? Admiratur Æschinus benignitatem patris, & pariter laudat.
6 Uti severitate patris?
7 Quod ego facio, ita familiariter agendo cum patre.
8 Uti timore filiali, quo solent angi filii, apud parentes de vitiis respondsuri?
9 Convictor, pari familiaritate utens esset pater meus. *Sodales* enim propriè dicuntur, qui ejusdem sunt collegii, aut certè, qui rerum leviorum, jucundiorumque inter se sunt participes.
10 Quomodo, quâ ratione magis indulgeret mihi, quàm indulgeat?
11 Talis pater non est amore dignus?
12 Immodico favore amplectendus est? A Φιλοστοργία matrum in liberos infantes, proverbium natum.
13 Interjectio admirantis, vel timentis offendere.
14 Hoc dicit Æschinus, sibi nunc imprimis curæ fore, ut pro tantis beneficiis & summa indulgentia patri contrà referat gratiam obsequio cultuque.
15 Valdè.
16 Incussit, intulit.
17 Bonitate ac clementiâ.
18 Sollicitudinem.
19 Per imprudentiam.
20 Scilicet *me facere.*
21 Attendens providebo, ne quid faciam, quod nolit.
22 Ne ego ipse impediam nuptias meas?

ACTUS IV. SCENA VI.

DEMEA.

[1] *Defessus sum* [2] *ambulando:* [3] *ut, Syre, te*
[4] *cum tuâ*
[5] *Monstratione* [6] *magnus perdat Iupiter!*

1 Demea ambulando fatigatus, de Syro queritur, quod non apertè satis commonstraverit locum, ubi frater esset Micio.
2 Dum quæro fratrem meum. Anhelans, solus hæc secum loquitur.
3 Utinam. Imprecantis est.
4 Particula ista, *cum*, indignationi exprimendæ servit: ut in Eun. *I hinc, quò dignus es,* cum *donis tuis tam lepidis.*
5 Iniquissima sc. & falsissima.
6 Supremus.

Perreptavi [2] *usque* [3] *omne oppidum ad portam, ad* [4] *lacum,*
[5] *Quò non? neque* [6] *fabrica ulla erat, neque* [7] *fratrem* [8] *homo*
Vidisse se ajebat quisquam. Nunc verò [9] *domi*
[10] *Certum obsidere est,* [11] *usque donec* [12] *redierit.*

[1] Lento passu incessi, quia senex. *Reptare* enim significat tarde incedere, seu lento passu ambulare, ut faciunt senes, ampliùs progredi non valentes: tardus enim incessus non perambulatio, sed perreptatio dici debet. Hoc igitur verbo exprimit senilem in gradiendo moram & imbecillatem. Sic Horat. l. 1. Sat. 5. *Millia tum pranfi tria* repsimus. Vide quæ nos ibidem. [2] Continuè. [3] Totam urbem, sc. Athenas. [4] Quem mihi monstraverat Syrus. [5] In quem locum urbis non perreptavi? Q. d. Ubique fui, nullus est locus, quem non perscrutatus sum. [6] Officina fabri. Amandârat enim Demeam Syrus ad fabricam, quæ nulla erat: suprà Sc. 2. hujus Actus. [7] Micionem. [8] Interrogatus à me. [9] In domo fratris. [10] Decrevi, constitutum est sedere, tanquam in aliquâ obsidione. [11] Continuè. [12] Frater Micio.

ACTUS IV. SCENA VII.

MICIO, DEMEA.

MI. [1] *Ibo* [2] *illis dicam nullam esse in* [3] *nobis* [4] *moram.*
DE. *Sed* [5] *eccum ipsum: te jam dudùm quæro, Micio.*
MI. [6] *Quid-nam?* DE. *fero alia flagitia* [7] *ad te ingentia*
[8] *Boni illius adolescentis.* MI. [9] *ecce autem.* DE. [10] *nova,*
[11] *Capitalia.* MI. [12] *ohe!* [13] *jam.* DE. [14] *ah! nescis*
[15] *qui* [16] *vir fiet.* MI. *scio.*
DE. *O stulte! tu de* [17] *psaltriâ me somnias*
[18] *Agere:* [19] *hoc peccatum* [20] *in virginem est civem.*
MI. *scio.*

[1] Demea de vitio virgini oblato & nuptiis rescisciti: is fingitur jam tumultuari, sed postea placatur. [2] Soltratæ & filiæ ejus Pamphilæ. [3] Me & filio. [4] De nuptiis, id est, dicam nuptias jam debere fieri. [5] Fratrem Micionem. [6] Cur quæsivisti me? [7] Tanquam ad auctorem. [8] Ironia. Q. d. pessimi, flagitiosissimi illius Æschini. [9] Ecce autem hominem querulum nostrum fratrem Demeam: rursus queri incipit. [10] Recentia, qualia nemo hactenùs audivit, sc. *fero flagitia.* [11] Propter quæ dignus sit capite puniri. [12] Interjectio fastidientis. [13] Satis dixisti, sufficit. desine nunc ista loqui. [14] Interjectio dolentis. [15] Qualis. [16] Æschinus. [17] Quæ fuit rapta à lenone. [18] Loqui. [19] De quo jam loquor. [20] Contra virginem civem Atticam: ac propterea grave & capitale per leges.

DE.

DE. 1 *Obe!* 2 *scis,& 3 patere?* MI. *quid ni patiar?* DE. *dic mihi,*
Non 4 clamas? non 5 insanis? MI. 6 *non: 7 malim quidem.*
DE. *Puer 8 natus est.* MI. 9 *Dii benè vortant.* DE. 10 *virgo nihil habet*
MI. 11 *Audivi.* DE. *& ducenda 12 indota est?* MI. 13 *scilicet.*
DE. *Quid nunc 14 futurum est?* MI. 15 *id 16 enim, 17 quod res ipsa fert:*
18 *Illinc 19 hùc 20 transferetur 21 virgo.* DE. 22 *ô Iupiter!*
23 *Istoccine pacto oportet?* MI. *quid faciam amplius?*
DE. 24 *Quid facias? si non 25 ipsâ re tibi 26 istuc 27 dolet,*
28 *Simulare certè est hominis.* MI. 29 *quin jam virginem*
Despondi: 30 res composita est: 31 fiunt nuptiæ:
32 *Dempsi metum omnem: 33 hæc magis sunt hominis.* DE. *cæterùm*
Placet tibi 34 factum, Micio? MI. 35 *non, si queam*
Mutare: nunc, cum non 36 queo, 37 æquo animo fero.
38 Ita vita est hominum, 39 quasi, cùm ludas 40 tesseris;

1 Interjectio irascentis.
2 Illud sc. flagitium feciſſe filium?
3 Tolerat?
4 Indignaris?
5 Præ indignatione.
6 Sc. *clamo.*
7 Sc. illud flagitium non esse factum: sed quoniam quod factum est, infectum fieri nequit, æquo animo fero; in quam sententiam, hanc orationem persequitur v. 20.
8 Ex Pamphilâ.
9 Benè feliciterque eveniat. 10 Pamphila est pauper. 11 Nihil habere. 12 Sinè dote. 13 Certe est ducenda indotata. Adverbium affirmandi est. 14 De hac re. 15 Futurum est. 16 Certè. 17 Quod fieri debet. 18 Ex ædibus Sostratæ matris. 19 In ædes meas. 20 Traducetur. 21 Pamphila, quæ etiam cum viro fuit. Virg. Ecl. 6 *Ah virgo infelix!* de Pasiphaë. Eadem ratione *puellam* vocat Gellius *virginem*, quæ recens peperit l. 12. c. 1. 22 Irascentis exclamatio. 23 An oportet fieri nuptias isto modo quem dicis, etiam sine dote? 24 Sc. *rogas?* 25 Ipso effectu, in veritate. 26 Factum filii, vel nuptias fieri indotatas. 27 Est tibi dolori. 28 Saltem spectat ad hominem probum, & decens est fingere dolorem ad correctionem filii. 29 Imò verò tanquam socer futurus filio meo Æschino petivi illam filiam. 30 Negotium de conjugio est transactum, confectum. 31 Parantur. 32 Quia factum est meâ voluntate. 33 Hæc (sc. ut nuptiæ fiant, cùm res sit composita) magis decent hominem, id est, viro digniora sunt, quam illa, quæ dixisti, *simulare certè est hominis.* 34 Quòd vitavit virginem civem. 35 Placet mihi. 36 Possum mutare. 37 Patienter tolero, neque me ob id excruciandum duco. Nam *levius fit patientia, Quicquid corrigere est nefas.* Horat. 38 Talis, ejusmodi. 39 Tanquam. 40 Talis.

1 Q. d. Ita est vita hominum, ut emendes id, quod accidit, consilio & industriâ, quasi cùm ludas tesseris, si jactu tesseræ illud, quod maxime opus est, non cadit, ita est ludus, sive necesse est, ut corrigas arte, quod forte cecidit.

2 In ludo tesserarum.

3 Dicis corrigendum esse.

1 Si illud, quod maximè opus est 2 jactu, non cadit,
Illud, quod cecidit fortè id arte ut corrigas.
DE. 3 *Corrector!* 4 *nempe tuâ arte viginti minæ*
Pro Psaltriâ periêre: quæ, 5 *quantum potest,*
6 *Aliquò abjicienda est;* 7 *si non pretio, at gratiis.*
MI. 8 *Neque est, neque illam sanè* 9 *studeo vendere.*
DE. *Quid igitur* 10 *facies?* MI. *domi erit.* DE. 11 *prô Divûm fidem!*
12 *Meretrix, &* 13 *mater-familias unà in domo!*
MI. *Cur non?* DE. 14 *sanum-ne te credis esse?* MI. *equidem* 15 *arbitror.*
DE. 16 *Ita me Dii ament,* 17 *ut video ego tuam ineptiam,*
18 *Facturum credo, ut habeas* 19 *qui cum* 20 *cantites.*
MI. 21 *Cur non?* DE. *& nova* 22 *nupta* 23 *eadem hæc discet?* MI. 24 *scilicet.*
DE. *Tu inter* 25 *eas* 26 *restim ductans* 27 *saltabis.* MI. 28 *probè.* DE. 29 *probè?*
MI. Et 30 *tu nobiscum unà, si* 31 *opus sit.* DE. *hei mihi!*

arte, quod accidit, qualis corrector tu es, & emendator illius, in quo est erratum. Q. d. Tu es insignis corrector. Hoc dicit Ironicè ridendo eum. 4 Certè tuo consilio & tuâ correctione ducenti coronati perditi sunt pro Psaltria: quia frustrà empta est, cùm ille aliam ducat. 5 Quàm celerrime. 6 In aliquem locum detrudenda, ejicienda est. 7 Si non abjici ac possit revendi alicui, qui det pretium, quo constitit, saltem sine pretio aliquò abjicienda est. 8 Aliquò abjicienda. 9 Laboro, vo'o. 10 Cum Psaltriâ, si neque vis abjicere, neque vendere. 11 Imploro opem Divorum! Tragica exclamatio propter indignitatem rei. 12 Psaltria. 13 Pamphila, uxor honesta, scilicet *erit*. 14 Sanè mentis. 15 Me esse sanum & præditum ratione. 16 Jurantis & affirmantis est. Postquam apertis convitiis non potest ad iracundiam concitare, joco aggreditur. 17 Prout, quantum. 18 Habiturum te eam domi. 19 Cum quâ. 20 Frequenter canas amatoria cantica & meretricia, more juvenum, cùm jam sis senex. 21 Haberem aliquam, qui cum canerem? 22 Pamphila. 23 Quæ fient à Psaltriâ. 24 Certe discet hæc eadem. Adverbium affirmandi. 25 Novam nuptam sive nurum, & Psaltriam. 26 Tu qui in choreis præsultor & moderator eris, funem duces, quem alii, eodem fune apprehenso, te præeuntem sequentur. Ex eodem genere est illa Metaphora apud Cic. in Epist. *Familiam ducere*, pro principem esse & auctorem alicujus sectæ, *Restim ductare*, idem videtur esse quod χόρδακα ἕλκειν Aristophani, id est, manibus nexos in orbem saltare. 27 Tripudiabis, choreas duces. 28 Pulchre id faciam. 29 Sc. *ais?* 30 Sc. *saltabis.* 31 Aliquo saltatore.

Non

Non te [1] *hæc pudent?* MI. [2] *jam verò omitte, Demea,*
Tuam istanc iracundiam, atque ita, uti decet,
[3] *Hilarum ac* [4] *lubentem* [5] *fac te* [6] *gnati in nuptiis:*
Ego [7] *hos conveniam,* [9] *pòst hùc redeo.* DE. *ô Jupiter!*
[10] *Hanccine vitam!* [11] *hoscine mores!* [12] *hanc dementiam!*
Vxor [13] *sinè dote veniet:* [14] *intus Psaltria est:*
[15] *Domus sumptuosa:* [16] *adolescens luxu perditus:*
[17] *Senex delirans: ipsa,* [18] *si* [19] *cupiat,* [20] *Salus*
[21] *Servare prorsùs non potest* [22] *hanc familiam.*

1 Horum pudet? Ubi *pudet*, personale est verbum, à *pudeo*, et, habetque accusativum post se: ut, *hoc pudet me*, id est, affert mihi pudorem. 2 Pòstquam & disputatum & lusum satis esset, vultu serio, sed comi, Micio Demeam, ut tandem omissa iracundia, vultum animumque tempori ac nuptiis filii convenientem caperet, exhortatur. Sed, digresso Micione, adhùc ringitur. 3 Hilarem. Dicitur enim *hilarus, a, um*, & *hilaru, is*; ita ut sit secundæ & tertiæ declinationis. 4 Facilem & benevolum. 5 Exhibe, præbe. 6 Filii Æschini. 7 Filium, Sostratam & sponsam. 8 Alloquar. 9 Posteà. 10 An decet talem vitam agi vel duci! 11 Scilicet *decet esse*! 12 Esse convenit, ut nesciant, quid sit faciendum! 13 Paupercula. 14 In domo Micionis. 15 Familia, id est, homines de familia sunt multa consumentes, & immoderatè sumptus facientes. 16 Æschinus ipse est corruptus libidine & lascivia. 17 Micio est desipiens, & à recta lira, id est, à recto tramite recedens. *Lirare* enim dicuntur agricolæ, cùm crate dentata, vel tabula aratro annexa, quasi liræ testudine operiunt semina. Primò autem terra aratur, quod dicunt proscindere: deinde secunda aratione excitatæ grandiores glebæ franguntur; quod vocant effringere: tertiâ aratione, jacto semine, boves *lirare* dicuntur, id est, cùm tabulis & vomere simul, & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant in fossas, quò pluvia aqua dilabatur. Ab hac *liratio* primò *deliratio* dicta est, cùm quis non rectè sulco tegendo semen inserebat. Deinde per Metaphoram ad insaniam hoc vocabulum translatum est: undè & *deliri*, insani dicuntur; & *delirare*, insanire. 18 Etiamsi. Epiphonema Hyperbolicum est, quo summa desperatio notatur. 19 Scilicet *servare*. 20 Dea salutis: quemadmodum *Concordia*, *Victoria*, *Pax*, &c. Undè *Salutaris porta* Romæ appellata est, ab hujus Deæ æde, quæ ei proxima fuit. Colebatur autem Salus à Romanis non aliter, ac à Græcis ὑγίεια: cujus ædes à C. Junio Bubulco Censore locata fuit. Nam eam Consul bello Samnitum vovit, mox idem Dictator eam dedicavit, & hæc à Fabio Pictore depicta esse creditur. Liv. l. 9. 1. decad. 21 Conservare incolumem. 22 Quæ est corruptissimis moribus.

ACTUS V. SCENA. I.

SYRUS, DEMEA.

1 Exit probè potus Syrus multum exsultans, laute se ac opipare cœnatum esse: hunc Demea ob temulentiam objurgat.

SY. [1] Æ *Depol,* [2] *Syrisce, to* [3] *curasti* [4] *molliter,*
[5] *Lautèque* [6] *munus administrasti tuum.*
[7] *Abi. Sed postquam intus sum omnium* [8] *rerum satur,*
[9] *Prodeambulare* [10] *hùc libitum est.* DE. *illud* [11] *sis* [12] *vide*
[13] *Exemplum disciplinæ.* SY. *ecce autem hîc adest*
[14] *Senex noster: quid fit?* [15] *quid tu es tristis?* DE. [16] *oh scelus!*
SY. [17] *Ohe!* [18] *jam tu verba* [19] *fundes* [20] *hîc sapientiâ?*
DE. [21] *Tun? si* [22] *meus esses.* SY. [23] *dis quidem esses, Demea,*
Actuam rem constabilîsses. DE. [24] *exemplum omnibus*
Curarem ut esses. SY. [25] *quamobrem? quid feci?*
DE. *rogas?*

2 *Syrisc-um* se appellat diminutiva forma, blandiendi causa.
3 Tractasti te.
4 Delicatè.
5 Splendidè.
6 Officium, edendo quicquid esset lautum, & cyathos sorbillando.
7 *Abi* verbum vel sibi, vel alteri (ut ait Donatus) cum laude blandientis: nam sic dicunt, qui compotes sunt votorum omnium. Suprà: *Laudo, Crespho, patrissas*: abi: *virum te judico.*
8 Ferculorum repletus, id est, satis edi & bibi.
9 Longiùs exspatiari, quasi *porro*, id est longe, *deambulare*. Sic *producere, proferre, prodire*, eâdem figurâ dicuntur.
10 Ante fores.
11 Si vis.
12 Consideret aliquis.
13 Syrum, quem quasi exemplum, eò quo senior jam sit, imitari debeant cæteri conservi. Per ἀντίφρασιν significat in totum jacere disciplinam.
14 Demea.
15 Apta est ebrio interrogatio.
16 O scelerate serve.
17 Interjectio ridentis.
18 Jam tu copiosè hîc loqueris ac proferes sapientem orationem? Nam *verba fundere*, est copiosè loqui. Cic. *Antipater ille Sidonius solitus est versus Hexametros, aliosque variis modis atque numeris* fundere *ex tempore.* Al. *fundis.* Apud servum ebrium.
21 Scelerate, tu-ne hæc facias?
22 Sc. *servus*, id est, si esses sub imperio meo, curarem ut esses exempli loco omnibus.
23 Dives esses, & res tua familiaris bene administraretur & augeretur, si tuus essem servus. Ebrius multa de rei familiaris administratione per suam industriam promittit.
24 Documentum omnibus aliis servis, ne inebriarentur. Et sic persequitur sermonem Demea, quem inceperat.
25 Velles in me statuere exemplum?

In ipsâ [1] *turbâ, atque in* [2] *peccato maximo,*
Quod vix sedatum satis est, potasti [4] *scelus,*
Quasi re bene gestâ. SY. *sanè* [6] *nollem hùc exitum.*

1 Turbatione. 2 Raptione Citharistriæ.

3 Quod peccatum nondum pacatum, compositum est. 4 Sceleratè. 5 Quasi res benè se habuisset, nec fuisset crimen admissum, ut fuit. *Rem gerere* veteres dicebant proprie, cùm hostibus confligere, eosque fundere, insignemque aliquam victoriam ex iis referre. Horat. Rem gerere, *& captos ostendere civibus hostes, Attingit solium Iovis, & cœlestia tentat.* 6 Vellem me non exiviſſe hùc ad prodeambulandum; quoniam à Demeâ non objurgatus fuissem.

ACTUS V. SCENA II.

DROMO, SYRUS, DEMEA.

DR. [1] *HEus, Syre, rogat te Ctesipho, ut* [2] *redeas.* [3] SY. *abi.*
DE. *Quid Ctesiphonem hic* [4] *narrat?* SY. *nihil.*
DE. [5] *eho,* [6] *carnifex,*
Est Ctesipho [7] *intus?* SY. [8] *non est.* DE. *Cur* [9] *hic* [10] *nominat?*
SY. *Est alius* [11] *quidam* [12] *parasitaster* [13] *parvulus,*
[14] *Nostin?* DE. *jam* [15] *scibo.* SY. [16] *quid agis? quò abis?* DE. [17] *mitte me.*
SY. [18] *Noli inquam.* DE. [19] *non manum abstines,* [20] *mastigia?*
An tibi jam mavis cerebrum [21] *dispergam hîc?* SY. [22] *abiit.*

1 Vocantis est. Exitu parasiti cujusdam Ctesipho Demeæ proditur. Syrus Demeam ab ingressu avertere conatur: sed frustrà 2 Ad se, undè ebrius venisti.

Arcanum demens detegit ebrietas: quod versutus Syrus diu celârat, prodit Dromo ebrius. 3 Vade in malam rem, in malam crucem. Hoc modestè dicit Syrus, indignatus quod nominasset Ctesiphonem coram patre per imprudentiam. 4 Nominat? 5 Indignantis. 6 Tortor, qui me excrucias, & mori me denique cogis tuâ improbitate. 7 In ædibus Micionis apud Psaltriam? 8 Sc. *ictus*. 9 Dromo. 10 Nominavit? 11 Hoc nomine Ctesipho. 12 Imitator parasitorum. 13 Per quod ostendit, *tò parasitaster* non esse Diminutivum, sed potiùs Imitativum. 14 Cognoscis-ne esse alium tali nomine? 15 Sciam, sit-ne intus, nec ne. 16 Dehortantis. 17 Dimitte me. Impediebat enim eum, ne iret. 18 Scilicet *intrare*. 19 Non amoves manum à me impediendo? 20 Improbe serve, verbero, ut qui dignus sis verberibus. *Mastigia* enim est servus, qui aut flagris cęditur, aut certe iisdem cędi dignus est: à μάστιξ, *flagrum*. 21 Ut dissundam, frangam ictu hujus baculi, quem teneo. Al. *dispergi*. 22 Senex evasit mihi è manibus: & hoc dicit tristi vultu.

Ede-

Ædepol [1] *commissatorem haud sanè commodum,*
Præsertim Ctesiphoni: quid ego nunc agam?
Nisi, dum hæ [2] *silescunt turbæ, interea in angulum*
Aliquò abeam, atque [3] *edormiscam hoc* [4] *villi: sic*
agam. 11

1 Convivan ingratum, importunum, scilicet *habebunt.*

2 Pacantur turbationes, quæ statim futuræ sunt. 3 Dormiendo, per somnum decoquam. 4 Vinulum, paululùm vini, quod bibi minimùm. *Villum* enim Diminutivum est à *vinum.*

ACTUS V. SCENA III.

MICIO, DEMEA.

MI. [1] *Parata à nobis* [2] *sunt, ut dixi, Sostrata,*
Ubi vis: quis-nam [4] *à me* [5] *pepulit*
tam graviter fores?
DE. [6] *Hei mihi! quid faciam? quid agam? quid*
clamem? aut querar?
O cœlum! ô terra! ô maria [8] *Neptuni!* MI. [9] *hem tibi,*
Rescivit [10] *omnem rem:* [11] *id nunc* [12] *clamat:* [13] *ilicet,* 5
[14] *Paratæ lites:* [15] *succurrendum est.* DE. [16] *eccum*
[17] *adest*
[18] *Communis* [19] *corruptela nostrûm liberûm.*
MI. *Tandem reprime iracundiam, atque* [20] *ad te redi.*

1 Quæ scilicet requiruntur ad nuptias. Cognito Ctesiphonis amore, Demea exclamat, & Micionem objurgat, ut liberorum corruptelam: per quem placatur tandem & Æschino & Ctesiphoni.

2 Omnia. Sunt verba discedentis. 3 Quando volueris, sc. hùc venire cum filia tua. Aposiopesis, audito pulsu ædium suarum. 4 E domo mea exiens. Vide suprà 4, 4, 25. 5 Pulsavit, percussit? 6 Præ dolore nimio exclamat. 7 Omnia accusat iracundus. Et hoc est, quod ait Horatius in arte Poëticâ: *Interdum tamen & vocem Comœdia tollit, iratusque Chremes tumido delitigatore.* 8 Quibus præest Neptunus, Saturni & Opis filius, cui in orbis totius divisione maris regnum obtigit. Dictus autem est *Neptunus* vel à *nando* ut Ciceroni placet, vel (ut Varro existimat) à *nubendo*, quod mare terras *nubat*, id est, tegat. 9 Ecce tibi hominem, ô spectator. Suprà 4, 6. *Ecce autem.* 10 Totum negotium de emptione Psaltriæ & amore Ctesiphonis. 11 Propter id. 12 Indignatur. 13 Ire licet. Desperantis hîc est & perturbati. 14 Jurgia erunt parata mihi. 15 In tempore, ut possim eum placare. 16 Ecce eum. 17 Micio. 18 Qui tam suum, quàm meum filium corrupit sua indulgentia. 19 Corruptio nostrorum liberorum. 20 Irati enim exierunt de potestate, id est, de consilio, de ratione, de mente. Undè P Syrus: *Homo extra corpus est suum, cum irascitur, Et istinc, cùm ad se redit, sibi tum irascitur.*

DE.

DE. [1] *Repressi*, [2] *redii*, [3] *mitto maledicta omnia*: [4] *Rem ipsam putemus*: [5] *dictum hoc inter nos fuit*,
Ex te [6] *adeò est* [7] *ortum, ne te curares* [8] *meum*,
Ne-ve [9] *ego* [10] *tuum*: [11] *responde*. MI. [12] *factum est*, [13] *non ego*.
DE. *Cur nunc apud te* [14] *potat? cur recipis meum?*
Cur emis amicam, Micio? nam [15] *quî minùs*
Mihi idem jus æquum est esse, quod mecum est tibi?
[16] *Quando ego* [17] *tuum non curo, ne cura* [18] *meum*.
MI. *Non æquum dicis, non: nam vetus* [19] *verbum hoc quidem est*,
Communia esse amicorum inter se omnia.
DE. [20] *Facetè: nunc demùm* [21] *istæc nata oratio est*.
MI. *Ausculta paucis, nisi* [22] *molestum est, Demea:*
Principio, si id te [23] *mordet, sumptum filii*
Quem faciunt, quæso facito hæc tecum cogites:
Tu illos [24] *duos olim* [25] *pro re tolerabas tuâ*.
[26] *Quòd* [27] *satis putabas tua bona* [28] *ambobus fore*,
Et me [29] *tum uxorem credidisti* [30] *scilicet*
Ducturum: eandem illam [31] *rationem antiquam obtine*:
[32] *Conserva*, [33] *quære*, [34] *parce*: *fac* [35] *quam plurimum*

1 Compescui iracundiam.
Quàm subita mutatio! qui modò præ iracundia tantoperè exclamaverat, qui fratri contumelias dixerat, nunc ad unam ejus vocem, quâ iracundiam reprimere, atque ad se redire monebatur, mitescit.
2 Ad me, id est, placatus sum.
3 Omitte.
4 Rei ipsius inter nos pactæ computemus,

sive expendamus rationes. 5 Nos ita convenimus. 6 Prætereà. 7 Hoc pactum processit. 8 Filium Ctesiphonem. 9 Curarem. 10 Filium tuum Æschinum. 11 Mihi. 12 Quod dicis. Concessio est. 13 Ita esse factum. 14 Bibit in tuis ædibus filius meus, si non curas meum? 15 Quare non licet mihi eodē jure uti, quo tu uteris, cùm causa sit æqualis? Tu habes jus in meum filium, æquum est, me habere tantum juris in tuum filium. 16 Quandoquidem, quoniam. 17 Filium Æschinum. 18 Filium Ctesiphonem. 19 Proverbium. 20 Lepidè quidem hoc nunc dixisti, sed tunc cum mecum pactum de filiis nostris curandis inibas, de hoc ne cogitaras quidem; mirum itaque, si tibi sic sapientia crescat in horas. 21 Istud proverbium exortum, excogitatum est, sc. communia esse amicorum inter se omnia. 22 Si tibi placet. 23 Affligit, offendit. Sic Eun. 3, 1. *Denique tu par pari referto, quod eam remordeat.* 24 Filios tuos. 25 Secundùm facultates tuas alebas & sustentabas. 26 Quia. 27 Sufficientia. 28 Filiis tuis. Æschino & Ctesiphoni. 29 Cùm essent tui liberi. 30 Certè. 31 Considerationem illam, quam priùs habebas, serva. 32 Omnia tua acquisita custodi. 33 Collige, acquire nova. 34 Omnibus utere modicè. 35 Bonorum.

Illis [1] *relinquas* : [2] *gloriam tu istam obtine* :
[3] *Mea, quæ* [4] *præter spem evenêre,* [5] *utantur sine* :
[6] *De summâ nihil* [7] *decedet* : *quod* [8] *hinc* [9] *accesserit*,
Id [10] *de lucro putato esse* : [11] *omnia si hæc voles*
In animo [12] *verè cogitare, Demea,*
Et [13] *mihi, &* [14] *tibi, &* [15] *illis* [16] *dempseris molestiam.*
DE. [17] *Mitto rem* : *consuetudinem ipsorum.* MI. [18] *mane* :
[19] *Scio* : [20] *istùc ibam* : [21] *multa in homine, Demea,*
[22] *Signa insunt, ex quibus* [23] *conjectura facilè fit*,
Duo cùm [24] *idem faciunt, sæpè ut possis dicere*,
Hoc licet [25] *impunè facere* [26] *huic,* [27] *illi non* [28] *licet* :
Non quòd dissimilis [29] *res sit, sed quòd* [30] *is, qui* [31] *facit* :
[32] *Quæ ego esse in* [33] *illis* [34] *video* : [35] *ut confidam fore ita*,
[36] *Vt volumus. Video sapere,* [37] *intelligere*, [38] *in loco*
[39] *Vereri,* [40] *inter se amare* : *scire* [41] *est liberum*

1 Ut relinquas post mortem tuam. 2 Laudem de ditandis filiis. 3 Meis bonis. Archaismus. 4 Nam cùm putares me uxorem ducturum, non exspectabas à me bona pro filiis tuis. 5 Permitte ut hi filii tui utantur. 6 De patrimonio.

7 Diminuetur. 8 Ex meis bonis. 9 Liberis tuis addetur ex bonis meis. 10 Pro lucro habeto: cùm antè putares nihil esse accessurum illis. 11 Jam dicta de te, & de officio meo. 12 Recte expendere, considerare. 13 Quia non audiam illas querelas. 14 Quia excrucias te illis cogitationibus. 15 Filiis tuis. 16 Demes. Enallage modi. 17 Omitto de pecuniâ, quam filii nostri prodigunt queri, fortunæ bona nihil moror: sed loquor seu defleo malam ipsorum conversationem ac depravatos mores. 18 Interrumpit Micio sermonem Demeæ, dicens: tace, noli pergere in eo, quod incepisti dicere. 19 Intelligo, quid velis dicere. 20 Volebam istud dicere, quod te velle dicere intelligo. 21 Homini intelligenti facile est de vitâ & moribus adolescentium æstimare animum ipsorum & ingenium: adeo etiam, cùm duo idem facere videntur, dicat tamen peritus rerum æstimator, *hoc licet impunè* &c. 22 Indicia. 23 Conjectatio futuræ probitatis. 24 Eandem actionem. 25 Sinè punitione & reprehensione. 26 Alteri, qui sc. liberali ingenio prędituus est, nec facile corrumpi potest. 27 Qui per naturæ improbitatem obsequio abutitur. 28 Sc. *facere hoc impunè*. 29 Quæ sit ab eis. 30 Dissimili ingenio sit. 31 Ea. 32 Signa prędicta inhęrentia homini, ex quibus mores futuri possunt conjectari. 33 Filiis tuis, sc. Æschino & Ctesiphone. 34 Sentio. 35 Ut certissime credam vel sperem eos nostris votis in posterum suis probatis moribus responsuros. 36 Quales eos optamus. 37 Intelligentes esse filios, quid faciant in rem suam. Enumerat signa. 38 Ubi est opus & opportunum. 39 Timere, αἰδεῖσθαι. 40 Mutuo amore se prosequi. 41 Licet vel datur intelligere, id est, facilè ex iis, quæ in his duobus adolescentibus insunt, signis cognoscas, indolem eorum esse liberalem & honestam, ob quam non nihil ipsis indulgere liceat.

In-

Ingenium atque animum : quovis illos tu die
[1] *Reducas. At* [2] *enim metuas*, [3] *ne ab re sint tamen*
[4] *Omissiores paulò : ô noster Demea,*
[5] *Ad omnia alia* [6] *ætate sapimus* [7] *rectiùs:*
Solum unum hoc [8] vitium adfert senectus [9] hominibus,
[10] Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est :
[11] *Quod illos sat ætas acuet.* DE. [12] *ne nimium modò*
Bona tua istæ nos [13] *rationes, Micio,*
Et tuus iste animus æquus [14] *subvertat.* MI. *tace,*
[15] *Non fiet:* [16] *mitte jam istæc :* [17] *da te hodiè mihi :*
[18] *Exporrigere frontem.* DE. [19] *scilicet, ita tempus fert :*
Faciendum est : cæterùm rus cras cum [20] *filio*
[21] *Cum primâ luce ibo* [22] *hinc.* MI. *imò de nocte censeo :*
Hodiè modò hilarum te [23] *face.* DE. *& istam* [24] *psaltriam*

1 Revocare possis in bonam vitæ viam illos filios, quandocunque libuerit tibi eos revocare : non enim in malis pertinaces sunt.
2 Certè possis metuere. Occupatio, quâ occurrit argumento, quod Demea objicere poterat, nempe interim perire rem familiarem, dum eis convivia & amores concedantur.
3 Quòd negligentiores sint in patrimonio conservando, sed rem familiarem imminuant, eique minùs studeant : quia potant, amant & olent unguenta.
4 Negligentes nimis. Sic Heaut. 5, 2. *Ubi te animo vidi esse* omisso, &c.
5 Præterquam ad avaritiam.
6 Per ætatem nostram. Nam tempus multam & variam doctrinam parat. *Non omnia grandior ætas, Quæ fugiamus, habeat : sera venit usus ab annis.*
7 Melius.
8 Avaritiæ.
9 Senio confectis.
10 Diligentiores & magis anxii ad divitias comparandas nos omnes senes sumus, quàm æquum est.
11 Ad quod, ad quam rem, sc. ut sint attentiores ad rem, id est, quod illos senectus docebit.
12 Vide modò, ne bonæ istæ tuæ rationes, & iste animus tuus æquus nimiùm nos subvertat.
13 Argumenta, quæ adduxisti pro excusatione.
14 Perdat penitus. Al. *subvertant.*
15 Tale quiddam.
16 Omitte jam ista, quæ tu times.
17 Accommoda te voluntati meæ hodiè, & morem geras mihi.
4, 7. Explica frontem, quam contraxisti in rugas præ tristitiâ, id est, hilaris esto. *Frons* enim est tristitiæ, hilaritatis, clementiæ & severitatis indicium. Hinc *frons* accipitur pro animi nostri affectu, quem ex fronte perspicimus. Inde *frontem exporrigere*, vel *explicare* dicimur, cùm hilarescimus ; *contrahere*, cùm ringimur, id est, ubi quid molestum est. *Frontem perfricare*, est pudorem deponere.
18 Certè, ut video, tempus nuptiarum filii postulat ita, ut scilicet frontem exporrigam.
19 Ctesiphone.
20 Cum primùm illuxerit.
21 Ex tuis ædibus.
22 Ut eas etiam noctu : dummodò hunc diem lætum transigamus.
23 Exhibe.
24 Cantatricem.

1 Cum filio.
2 Rus.
3 Ex hac urbe abducam invitam.
4 Rem magnam feceris, viceris.
5 Eo modo, scilicet abducendo tecum Psaltriam, alligabis omninò filium illi Psaltriæ. id est, sine Psaltriâ esse non poterit.

1 *Vnà* 2 *illuc mecum* 3 *hinc abstraham.* MI. 4 *pugnaveris* :
5 *Eo prorsus pacto illi alligaris filium.*
6 *Modò facitò, ut* 7 *illam* 8 *serves.* DE. *ego* 9 *istuc videro* : *atque*
10 *Illi* 11 *favillæ plena, fumi, ac* 12 *pollinis* 60
13 *Coquendo* 14 *sit* 15 *faxo, &* 16 *molendo* : 17 *præter hæc,*
18 *Meridie ipso, faciam, ut* 19 *stipulam colligat* :
20 *Tam excoctam reddam atque atram, quàm carbo est.* MI. *placet.*
Nunc mihi videre sapere; atque equidem filium,
21 *Tum, etiamsi nolit,* 22 *cogas, cum* 23 *illâ unà* 24 *cubet.* 65
DE. *Derides?* 25 *fortunatus, qui isto* 26 *animo sies* :
Ego sentio. MI. *ah!* 27 *pergis-ne?* DE. *jam* 28 *desino.*
MI. *I ergo intrò, &* 29 *cui rei est, ei rei hilarem hunc*
30 *sumamus diem.*

Alii *illi* exponunt illic, scilicet ruri. 6 Tantummodò. 7 Psaltriam. 8 Ne scilicet in urbem revertatur. 9 Curabo hoc ut illam servem. 10 Filio Ctesiphoni. 11 Scintillæ exstinctæ & desertæ ab igne : sic dictæ, quod ignem tectum foveat. 12 Farinæ tenuis & minutæ, quæ volitat ex molâ, cùm molitur : qua farinula molitores & pistores sunt toti obruti & candidati. 13 Quia perpetuò debet esse in culinâ. 14 Psaltria. 15 Faciam. 16 Pinsendo, frangendo fruges mola. 17 Quod debeat coquere & molere. 18 Quasi in ipso fervore & æstu Solis : quo tempore Sol est vehementior. 19 Culmum segetum. *Stipula* enim est calamus frumenti, ut tritici, hordei, farris, & similium. 20 Tantum à Sole desiccatam atque nigram sive calore Solis exustam efficiam, quantum carbo est excoctus atque ater. Differt *carbo* à *prunâ*, quòd *carbo* nominatur, cùm exstincta fuerit pruna : *pruna* autem dicitur, quamdiu illa ardet. Est autem hîc suppliciorum meditatio, quibus ulcisci statuimus eos, qui nos lęserunt : quod dolorem non parùm levat. 21 Cùm tam atram reddideris Psaltriam. 22 Cogere deberes. 23 Psaltriâ. 24 Scilicet *ut*. 25 In hoc felix videris, quod miseriarum sensu careas : ego verò sentiam. 26 In ferendis malis. 27 In tuis jurgiis? 28 Irasci. 29 Cui rei licet sumere, sc. lętitiæ & gaudio nuptiali. 30 Impendamus, consumamus : unde & *sumptum* dicimus pecuniam, quæ consumenda est.

ACTUS V. SCENA IV.

DEMEA.

[1] NUnquam ita [2] quisquam [3] benè subducta ratione ad [4] vitam fuit,
[5] Quin [6] res, [7] ætas, [8] usus, semper aliquid [9] apportet [10] novi,
Aliquid [11] moneat: ut illa, quæ te scire credas, [12] nescias,
Et, quæ tibi [13] putâris [14] prima, [15] in experiundo ut repudies.
[16] *Quod* [17] *mihi evenit nunc. Nam ego vitam* [18] *duram,* [19] *quam vixi* [20] *usque adhùc,*
[21] *Propèjam decurso spatio, mitto:* [22] *id quamobrem?*
[23] *re ipsâ repperi,*
[24] Facilitate nihil esse homini melius, neque [25] clementiâ: [26] *id*
Esse verum. [27] *ex me, atque ex fratre cuivis facile est noscere.*
Vitam [28] *ille suam semper* [29] *egit in* [30] *otio,* [31] *conviviis:*

1 Nunquam ita quisquam tam prudenter vitam suam instituit. Demea cùm videat, non probari vulgò severitatem in liberos, diversam institutionis viam meditatur: atque ex duro & agresti studet fieri benignus

2 Aliquis. 3 Considerata rectè vivendi via. Metaphora à calculatoribus. 4 Instituendam, id est, ad vivendum. 5 Quod non. 6 Experientia. 7 Ætatis conditio, tempus. 8 Exercitatio in modo vivendi. 9 Adferat. 10 Quod priùs erat ignotum. 11 Animos cognoscendi & proficiendi cupidos. 12 Intelligas te nesciviſſe antè. Undè P. Syrus: *Discipulus est prioris, posterior dies.* 13 Anteà esse. 14 Præcipua, optima, priore loco ponenda. 15 In probando ea rejicias. Q. d. Nemo unquam tam exactè & prudenter vitam suam instituit, qui non usu & experientia factus prudentior, non nihil suum vitæ institutum immutet & corrigat. 16 Nescire, quæ credebam me scire, & repudiare, quæ prima mihi putabam. 17 Qui sum senex; *vel*, qui bene subduxeram rationem ad vitam. 18 Laboriosam, asperam. 19 Vitam. 20 Hùc usque, hactenùs, in hunc præsentem diem. 21 Fere jam traducto cursu vitæ meæ, id est, in extrema fere senectute, omitto, muto. Metaphora est à cursoribus, qui in spatio currunt ad certas metas. 22 Si quis me interroget, quare faciam id, id est, omittam pristinam vivendi rationem? 23 Experientia ipsa deprehendi, scilicet *respondebo.* 24 Bonitate, comitate. 25 Benignitate, iraſcentia, ut ita dicam. *Facilis est*, cujus ira citò placatur; *clemens*, qui non iraſcitur. 26 Facilitate nihil esse homini melius, neque clementiâ. 27 Ex consideratione & comparatione mei, & fratris Micionis. 28 Frater meus Micio. 29 Traduxit, transegit. 30 Tranquillitate ac pace, absque sollicitudine, id est, semper fuit animo læto & hilari. 31 Sodalitatibus.

Cle-

[1] *Clemens*, [2] *placidus*, [3] *nulli lædere os*, [4] *arridere omnibus*: [10]

[5] *Sibi vixit*: *sibi* [6] *sumptum fecit*: *omnes benè* [7] *dicunt, amant.*

[8] *Ego ille* [9] *agrestis*, [10] *sævus*, [11] *tristis*, [12] *parcus*, [13] *truculentus*, [14] *tenax*,

[15] *Duxi uxorem*: [16] *quam* [17] *ibi miseriam* [18] *vidi*! [19] *nati filii*,

Alia cura: [20] *porrò autem*, [21] *illis dum* [22] *studeo ut* [23] *quam plurimùm*

Facerem, [24] *contrivi in* [25] *quærendo vitam, atque ætatem meam*: [15]

Nunc, [26] *exactâ ætate, hoc* [27] *fructi pro* [28] *labore ab* [29] *iis* [30] *fero*,

[31] *Odium*: [32] *ille alter sinè labore* [33] *patria potitur commoda*:

[34] *Illum amant*: *me fugitant*: [35] *illi* [36] *credunt* [37] *consilia omnia*:

Illum diligunt: *apud illum sunt* [38] *ambo*: *ego* [39] *desertus sum*:

[40] *Illum, ut vivat, optant*: *meam autem mortem exspectant* [41] *scilicet.*

1 Mansuetus egit vitam. 2 Pacificus. 3 Nullum præsentem offenderet. Cùm enim aliquis præsens molestiâ sermonis afficitur, tunc *os*, id est, facies seu vultus offenditur ac lædi-tur: nam statim os ejus rubore perfundi cernimus. 4 Risu suo omnibus benignitatem suam seu favorem ostendere. 5 Suo more, suo arbitratu vixit frater. 6 Sumptuosus fuit. 7 Loquuntur de eo. 8 Demea. 9 Inurbanus sermone & incultus. 10 Crudelis. 11 Mœstus, severus. 12 In sumptibus faciendis. 13 Terribilis ipso aspectu. *Tristis* enim dicitur animo, *truculentus* vultu. 14 Nimis tenens ea, quæ largiri deberem & mihi & aliis. 15 Cùm frater cælebs vixerit. 16 Quantam. 17 In conjugio. 18 Sensi, expertus sum. 19 Nam nati sunt mihi duo filii, Ctesipho & Æschinus, qui sunt mihi alia sollicitudo, præter uxorem, cujus cùra marito præcipua est. 20 Post omnes illas molestias. 21 Filiis meis. 22 Laboro, operam do. 23 Scilicet *bonorum*, id est, quamplurimas divitias accumularem, relinquerem. 24 Consumpsi. 25 Acquirendo illis divitias. 26 Decurso spatio, ætate mea finita. 27 Pro *fructus*, id est, hunc fructum. Archaïsmus. 28 Meo. 29 Filiis meis. 30 Reporto, aufero. 31 Sc. odium: quia me odio prosequuntur. 32 Frater meus Micio. 33 Patris commodis fruitur, id est, fructibus seu delectationibus, quibus frui solent felices patres in suis liberis. Archaïsmus. 34 Filii mei amant Micionem. Enumerat autem illa commoda, quibus potitur Micio. 35 Micioni. 36 Committunt. 37 Arcana, decreta, deliberationes suas. 38 Æschinus & Ctesipho. 39 Derelictus ab illis, tanquam contemptui habitus. 40 Precantur illi sc. Micioni longiorem vitam. Modus dicendi veterum est. 41 Scire licet, id est, ut apparet.

Ita

Ita [1] *eos, meo labore* [2] *eductos maximo,* [3] *hic* [4] *fecit suos*
Paulo sumptu: miseriam omnem ego [6] *capio,* [7] *hic potitur gaudia.*
[8] *Age, age, jam experiamur porrò* [9] *contrà, & quid ego possiem*
[10] *Blandè dicere, aut* [11] *benignè facere,* [12] *quando* [13] *hùc* [14] *provocat.*
[15] *Ego quoque à* [16] *meis me amari &* [17] *magnipendi postulo.*
Si [18] *id* [19] *fit dando atque obsequendo, non* [20] *posteriores* [21] *feram:*
[22] *Deerit: id meâ minimè* [23] *refert, qui sum natu maximus.*

1 Filios meos.
2 A parvulo educatos, nutritos.
3 Frater Micio.
4 Ut habeant illum pro patre.
5 Parva impensa.
6 Ex liberis.
7 Frater Micio fruitur gaudiis, ex benevolentiâ filiorum procedentibus.
8 Adhortatur Demea se ipsum ad imitandum mores fratris benignos.
9 Vicissim, contra illam vitam, quam vixi.
10 Leniter, amabiliter.
11 Mansuetè, id est, ut sim munificus erga liberos.
12 Quandoquidem.
13 Ad hoc experiendum, scilicet quid ego possim blandè dicere, aut benignè facere.
14 Incitat me frater.
15 Qui sustinui tantos labores. Confer Plauti Asinariam 1, 1. *Omnes parentes*, &c.
16 Filiis.
17 Magni æstimari.
18 Ut amer & magni pendar.
19 Efficitur largiendo illis ac morem gerendo, indulgendo.
20 Scilicet *partes*. Est enim Metaphora sumpta à partibus histrionum in fabula: inter quos *primas agunt*, qui maximam fabulæ partem sustinent: *secundas* ac *tertias*, qui illis sunt inferiores.
21 Non vincar à Micione dando atque obsequendo, sed in eâ re primus ero, non posterioris munere fungens.
22 Si deerit mihi facultas & potestas, vel non satis erit mihi, quia res mea diminuetur nimiùm dando & obsequendo.
23 An mihi multæ sint opes an paucæ, eò quod sim natu maximus, adeòque vitæ meæ spatium prope decursum sit, atque ita paucissimis egeam: sed juniores maneat, quæ metuenda sit, egestas.

ACTUS V. SCENA. V.

SYRUS, DEMEA.

SY. [1] *HEus Demea, rogat* [2] *frater, ne abeas longiùs.*
DE. [3] *Quis homo?* [4] *ô Syre noster, salve: quid fit? quid agitur?*

1 Blandientis vox. Demea Syro præter naturam adulatur, & contra ingenium suum blandus esse conatur.
2 Sc. tuus Micio.
3 Sc. *est, qui me vocat?* Respicientis vox est.
4 Cicero 2. de Orat. *Qui neque naturâ, neque arte lepidi sunt, prudenter tacent: aut non loquuntur, nisi necessariò. Alioqui dum facetì esse studeut, inepti, ridiculi, aut etiam molesti fiunt.*

1 Scilicet agitur.
2 Audio hæc libenter.
3 Hoc submissè & apud se dicit.
4 Vocabula, verba, quæ sequuntur.

SY. [1] *Rectè.* DE. [2] *optimè est : [3] jam nunc hæc [4] tria primùm addidi*
Præter naturam, [6] *ô noster! quid fit? quid agitur?* 5
[7] *Servum haud illiberalem præbes te, & tibi*
Lubens benè faxim. SY. [8] *gratiam habeo.* DE. *atqui, Syre,*
[9] *Hoc* [10] *verum est, & ipsâ re* [11] *experiere* [12] *pròpe diem.*

5 Contra consuetudinem meam : nam semper antehac fui severus. 6 Hæc sunt tria illa verba, quæ dixit Demea præter naturam: *ô noster*, est primum verbum : *quid fit*, est secundum : *quid agitur*, tertium. Mimêsis. 7 Servum haud improbum, minimè malum, sed æquum, justum ac bonum te præstas atque exhibes, & tibi benefaciam bono animo. 8 Pro illo tuo officio, quod ita me commendas, & polliceris mihi operam tuam. *Habere gratiam*, fit animo : *Agere gratias*, fit verbis. 9 Quod jam dixi, sc. me benefacturum esse tibi. 10 Factum sum, verum erit : ne itaque existimes me dicere mendacium. 11 Me officiosum esse. 12 Citò, ταχέως, brevi tempore, quasi jam propè sit dies.

ACTUS V. SCENA VI.

GETA, DEMEA.

1 Pergit Demea adulando comis videri, dicens : ô Domina mea Sostrata, mater puellæ nupturæ, &c.
2 Micionem & Æschinum.

GE. [1] *Hera, ego hùc ad* [2] *hos* [3] *provisò,* [4] *quàm mox virginem*
Accersant : sed eccum Demeam : [5] *salvus sies.*
DE. [6] *Oh!* [7] *quî vocare?* GE. [8] *Geta.* DE. *Geta,*
[9] *hominem maximi*
Pretii esse te hodiè judicavi animo meo :
Nam is [10] *mihi est profectò servus* [11] *spectatus satis,*
[12] *Cui dominus curæ est, ita uti* [13] *tibi sensi, Geta:* 6
Et tibi [14] *ob eam rem, si quid usus* [15] *venerit,*

3 Procedo, eo ad videndum. Hîc Geta in foribus stans, intus existentem heram alloquitur. 4 Quàm citò, quàm statim, id est, quando virginem accersituri sint, ut sc. nuptiæ fiant. Sic Eun. 4, 7. THR. *Sed eccam Thaïdem ipsam video* GN. quàm mox *irruimus*, &c. 5 Salve. 6 Hac Interjectione utimur, ubi ex intervallo notos videmus. 7 Quomodo, quo nomine. 8 Sc. *vocor.* 9 Hodiè judicavi secundũ animi mei sententiã te esse hominem plurimi æstimandũ. Ridicula morositatis fuga, & affabilitatis affectatio; ubi dominus servulo, grandior minori blanditur. Sed, *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.* Horat. 10 Quantum ad judicium meum pertinet. 11 Fidelis, probatus, δεκιμαστὸς. 12 Servo. i. qui diligenter agit rem domini, sive præsente, sive absente eo. 13 Sc. dominum *tuam esse curæ.* 14 Propter eam causam, quia es fidelis & spectatus servus. 15 Acciderit, in quo possim tibi prodesse.

Lubens

Lubens benè [1] *faxim:* [2] *meditor esse affabilis,*
Et benè [3] *procedit.* GE. *bonus es,* [4] *cùm hæc existimas.*
DE. [5] *Paulatim* [6] *plebẽ* [7] *primulùm facio* [8] *meam.*

1 Faciam. 2 Conor, studeo esse sermone suavis & benignus, quasi facilis, quem possit unusquisque *affari*, id est, alloqui. Hęc ad spectatores conversus dicit. 3 Succedit ipsa meditatio, ut quotidie efficiar magis amabilis. Sibi gratulatur suam morum humanitatem. 4 Quoniam hæc, quæ de me dixisti, judicas, ὑπολαμβάνεις. 5 Sensim. Et hęc ad spectatores. 6 Servos. Q. d. A servis & plebe initium sumo: mox ab his rudimentis & experimentis ad dominos ascendam. 7 Nunc primùm, vel imprimis, τὸ πρῶτον. 8 Mihi faventem. Nam plebs mansuetis favere solet, & austeris adversari.

ACTUS V. SCENA VII.

ÆSCHINUS, DEMEA, SYRUS, GETA.

ÆS. [1] *Occîdunt me equidem, dum nimis* [2] *sanctas nuptias*
Student [3] *facere, in* [4] *apparando* [5] *consumunt* [6] *diem.*
DE. *Quid agitur, Æschine?* ÆS. [7] *hem! pater mi, tu* [8] *hîc* [9] *eras?*
DE. [10] *Tuus herclè* [11] *verò &* [12] *animo, &* [13] *naturâ pater,*
[14] *Qui te plus quàm oculos hosce: sed cur non domum*
Uxorem accersis? ÆS. [15] *cupio: verùm* [16] *hoc mihi moræ est,*

1 Summa molestiâ afficiunt me, nimis cruciant certè hi, scilicet Micio & pater Demea. 2 Magnificas, splendidè ac religiosâ pompâ apparatas, in quibus nihil ceremoniarum negligitur. 3 Celebrare. 4 Præparandis nuptiis cum magno apparatu. 5 Conterunt, traducunt. 6 Integrum, vel solum. 7 Interjectio deprehensi & insperantis alterius adventum. 8 Cùm prædicta loquerer & quererer apud me. 9 Aderas? 10 Scilicet *ego sum.* 11 Certe, sanè. Affirmantis est. 12 Affectione paternâ. 13 Generatione, quod non est in Micione. 14 Scilicet *amo.* Sic suprà 4, 5. *Di me, pater, omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos.* 15 Scilicet *accersere domum uxorem.* 16 Hoc me impedit.

[1] *Tibicina,* & [2] *Hymenæum qui cantent.* DE. [3] *eho,* [4] *Vin' tu* [5] *huic seni* [6] *auscultare?* ÆS. [7] *quid?* DE. [8] *missa hæc fac,*

[9] *Hymenæum,* [10] *turbas,* [11] *lampadas,* [12] *tibicinas:* *Atque hanc* [13] *in horto* [14] *maceriam jube* [15] *dirui,* [16] *Quantum potest,* [17] *hæc transfer,* [18] *unam fac domum:*

[19] *Transduce* & [20] *matrem,* & [21] *familiam omnem* [22] *ad nos.* ÆS. [23] *placet,*

Pater [24] *lepidissime.* DE. [25] *euge, jam* [26] *lepidus* [27] *vocor.*

[28] *Fratri ædes fient pervia:* [29] *turbam domum* *Adducet, sumptum* [30] *admittet:* [31] *multa: quid* [32] *meâ?*

Ego [33] *lepidus* [34] *ineo gratiam: jube nunc jam* *Dimmeret* [35] *illi* [36] *Babylo* [37] *viginti minas.*

1 Mulier tibiâ canere tolita in nuptiis. 2 Ille Musicus, qui canat carmen nuptiale, Epithalamium, hymnum virginalium nuptiarum. Hymenæus Liberi & Veneris filius fuit, Deus nuptiarum præses; qui primus certas nuptias instituisse dicitur: ideò per laudem cantatur in virginalibus nuptiis ob hujusmodi meritum. 3 Interjectio movens seu captans attentionem, 4 Vis-ne? 5 Mihi Demeæ, qui sum senex. 6 Obedire? 7 In quo vis me auscultare tibi? 8 Omitte illam pompam, de quâ dicam. 9 Hymnum nuptialem qui canat. 10 Multitudinem convivarum. 11 Lucernas, faces nuptiales, seu tædas: quinque enim faces à pueris novæ nuptæ, dum domum deduceretur, præferebantur. 12 Mulieres tibia canendi peritas. 13 Stantem in horto olitorio, ubi nascuntur herbæ, quibus vescimur. 14 Hunc parietem constantem ex lapidibus sinè calce. 15 Dejici. 16 Quam celerrimè fieri potest. 17 Sc. *viâ*, id est, per hanc maceriam traduc ad nos sponsam tuam. 18 Diruendo muros, intersecantes domos vestras, effice ut sit tanquam una domus, ita ut eatur de domo in domum, ac si esset una domus. 19 Traduc, transporta. 20 Sostratam. 21 Omnes servos. 22 Ad ædes nostras. 23 Quod dicis, vel suades. 24 Suavissime. 25 Interjectio gaudentis. 26 Suavis sermone & jucundus. 27 A filio meo. Hæc autem dicit non Æschino, sed vel apud se, vel Syro servo, irridens adolescentis animum. 28 Domus fiet fratri transitu facilis, destructa sc. maceria. 29 Æschinus ducet multitudinem fœminarum in domum. 30 Adjunget, id est, faciet multos sumptus, & longè majores solito. 31 Alia fient incommoda. 32 Sc. *interest, refert?* Nam hæc omnia fient sumptu ejus. 33 Suavis pater. 34 Amicos mihi comparo, habent mihi gratiam. Nam *inire gratiam alicujus*, est conciliare sibi alicujus amicitiam. 35 Æschino. 36 Hæc verba fuerunt Micionis (odiosè nunc à Demeâ, ei velut insultante, repetita) quibus ille aliquando, in sumptum nimis facilis, à fœneratore, cui Babylo nomen fuerit, viginti minas Æschino annumerari jusserat. Id ergo dicit Demea, hoc verbo dehinc sæpiùs opus fore, ubi, traducta hac omni familia, damno non levi auctus Micio, graves admiserit sumptus. Q. d. Micio viginti minis ad fidiciæ emptionem datis, gratiam Æschini & Ctesiphonis sibi comparavit: ego autem hac meâ comitate illos ad me retraxi: periit ergo ipsi suus sumptus, ego enim jam lepidus vocor, ego lepidus ineo gratiam: atq; hinc insultatio: Dimmeret nunc illi Babylo viginti minas. 37 Ducentos coronatos.

Syre,

Syre, ceſſas [1] *ire, ac* [2] *facere?* SY. *quid* [3] *ergo?* DE. [4] *dirue:*
[5] *Tu,* [6] *illas, abi, &* [7] *traduce.* GE. *Dii tibi, Demea,*
[8] *Benè faxint, cùm te* [9] *video* [10] *noſtræ familiæ*
Tum ex animo [11] *factum velle.* DE. [12] *dignos arbitror.*
[13] *Tu* [14] *quid ais?* ÆS. [15] *ſic opinor.* DE. *multò* [16] *rectiùs eſt,*
Quàm illam [17] *puerperam nunc duci* [18] *hùc per* [19] *viam*
[20] *Ægrotam.* ÆS. *nihil enim vidi* [21] *melius, mi pater.*
DE. [22] *Sic ſoleo: ſed eccum, Micio egreditur foras.*

1 Ad diruendam maceriam.
2 Quod juſſi, ſc. diruere maceriam?
3 Sc. *facerem?*
4 Disjice maceriam.
5 Geta.
6 Matrem & familiam omnem.
7 Transfer ad nos.
8 Benefaciant.

9 Intelligo. 10 Soſtratæ, & filiæ ejus, & cæteris de familia. 11 Benè cupere, commodis ejus ſtudere. 12 Vos omnes eſſe dignos, quibus talia fiant, ſc. ut maceria diruatur, & familia ad nos traducatur. 13 Æſchine. 14 Q. d. Nonne illa familia eſt digna, cui tali modo conſulatur? 15 Eſſe dignos, quibus hæc contingant beneficia. 16 Melius eſt, ſc. maceriam dirui, & illam traduci uxorem. 17 Non multò antè partu liberatam. 18 Ad nos. 19 Plateam. 20 Propter partum. 21 Hoc tuo judicio. 22 Sc. *ſuadere benè*. Formula applaudendi ſibi, ut ſuprà aliquoties; nec ſinè εἰρωνείᾳ tamen, quaſi verò ædes ſuas in filiorum gratiam diruere ſit ſolitus.

ACTUS V. SCENA VIII.

MICIO, DEMEA, AESHCINUS.

MI. [1] *Jubet* [2] *frater? ubi is* [3] *eſt? tu jubes* [4] *hoc, Demea?*
DE. *Ego* [5] *verò* [6] *jubeo, &* [7] *hacre, &* [8] *aliis omnibus*
[9] *Quam maximè unam facere nos* [10] *hanc familiam,*
[11] *Colere, adjuvare,* [12] *adjungere.* ÆS. [13] *ita quæſo, pater.*

1 Maceriam dirui in horto? Videtur Micio interdixiſſe ſervis, ne maceriam diruerent, & quæſiviſſe, quiſnam iis autor eſſet illius diruendæ, reſpondiſſe ſervos, *Jubeo hoc frater tuus*, Micioni ſuadetur in hac Scenâ, ut uxorem ducat Soſtratam: ac vix tandem perſuadetur, & Demea præter naturam facilis eſſe ſtudet. 2 Demea. 3 Ut interrogem, an verum ſit. 4 Maceriam dirui? 5 Certè. 6 Volo, cupio ut diruatur maceria 7 Diruptione maceriæ. 8 Sc. *rebus*. 9 Quantum fieri poteſt. 10 Soſtratæ & filiæ. 11 Amare, honorare. Sic ſuprà: *Et nos* coluit *maximè*. 12 Per affinitatem conjungere ac devincire. 13 Ut fiat, id eſt, ut ſit una familia.

MI. [1] *Haud aliter censeo.* DE. *imò hercle ita* [2] *nobis* [3] *decet.*

[4] *Primùm* [5] *hujus* [6] *uxoris est mater.* MI. [7] *quid posteà?*

DE. *Proba & modesta.* MI. *ita ajunt.* DE. [8] *nata grandior.*

MI. [9] *Scio.* DE. *parere jam diu* [10] *hæc* [11] *per annos non potest:*

Nec, qui eam [12] *respiciat,* [13] *quisquam est:* [14] *sola est.*

MI. *quam* [15] *hîc rem agit?*

DE. [16] *Hanc te æquum est ducere,* [17] *& te operam, ut fiat, dare.*

MI. [18] *Me ducere autem?* DE. [19] *te.* MI. *me?* DE. *te, inquam.* MI. [20] *ineptis.* DE. [21] *si tu sis homo,*

[22] *Hic faciat.* ÆS. [23] *mi pater.* MI. *quid? tu autem* [24] *huic, asine,* [25] *auscultas?* DE. *nihil* [26] *agis:*

Fieri aliter non potest. MI. [27] *deliras.* ÆS. *sine te* [28] *exorem, mi pater.*

MI. *Insanis?* [29] *aufer.* DE. [30] *âge,* [31] *da veniam filio.* MI. *satis* [32] *sanus es?*

Ego novus [33] *maritus anno* [34] *demùm quinto & sexagesimo*

Fiam, atque [35] *anum decrepitam ducam?* [36] *id-ne estis auctores mihi?*

1 Ego etiam subscribo vestræ sententiæ.

2 Προσήκει, πρέπει. Græcismus. Suprà 3,5. *ut vobis decet.*

3 Facere, ut fiat una familia.

4 Primò hujus uxor habet matrem. Vel sic: *Ego jubeo nos unam facere hanc familiam, &c. primùm quòd hujus uxoris est mater proba & modesta.*

5 Æschini. 6 Pamphilæ. 7 In quem finem dicis ista, quid ex eo vis concludere? 8 Annosa est mater uxoris hujus. 9 Esse natu grandiorem. 10 Softrata. 11 Propter ætatem. 12 Adiuvet, tueatur: quia est anus. 13 Sc. *homo.* 14 Deserta. 15 Demea. 16 Softratam. 17 Et oportet te, Æschine, laborare, ut pater tuus adoptivus ducat eam uxorem. 18 Sc. *æquum est?* Repudiantis vox. 19 Sc. *æquum est.* 20 Ineptè loqueris. 21 Si, Æschine, hominis virtus in te sit, si te dignum facere studeas, efficies & persuadere juvabis, ut hic faciat. Æschinum enim alloquitur. 22 Micio duceret Softratam, socrum tuam, uxorem. 23 Blanditur ei. Q. d. obtempera petitis. 24 Demeæ, patri tuo naturali. 25 Obtemperas, aures præbes? 26 Proficis. 27 Desipis. 28 Ut vincam persuasione meâ, sc. ut uxorem ducas. 29 Sc. *te*, id est, abi: vel, *aufer*, sc. *manum*, orans enim patrem, manu prensabat Æschinus. 30 Hortantis Adverbium. 31 Præsta illi hoc beneficium, concede quod petit, sine te exorari à filio. 32 Mentis compos? 33 Nuptus, sponsus. 34 Tandem. 35 Vetulam ultimæ senectutis capiam in uxorem? 36 An vos estis mihi suasores, id est, an suadetis mihi hoc, sc. ut ducam anum decrepitam. Eleganter autem dicitur: *Sum tibi auctor ut hoc facias*, id est, suadeo seu consulo tibi ut hoc facias.

ÆS.

ÆS. [1] *Fac* : [2] *promisi ego* [3] *illis*. MI. [4] *promisti autem* ? [5] *de te largitor puer*.

DE. [6] *Age*, [7] *quid* ? *si* [8] *quid te majus oret* ? MI. *quasi* [9] *hoc non sit maximum*.

DE. [10] *Da veniam*. ÆS. [11] *ne gravere*. DE. *fac*, [12] *promitte*. MI. [13] *non omittis* ?

ÆS. [14] *Non, nisi te* [15] *exorem*. MI. [16] *vis hæc quidem est*. DE. *age, age*, [17] *prolixè Micio*.

MI. *Etsi* [18] *hoc* [19] *pravum*, [20] *ineptum*, [21] *absurdum, atque* [22] *alienum à* [23] *vitâ meâ*
Videtur; *si vos tantoperè* [24] *istuc vultis, fiat*. ÆS. [25] *benè facis* :
Meritò te amo DE. [26] *verùm quid* ? *quid ego dicam* ? *hoc cùm fit, quod volo*.
[27] *Quid nunc quod restat* ? *Hegio cognatus* [28] *his est proximus*,
[29] *Affinis nobis, pauper*: *benè nos aliquid facere* [30] *illi decet*.
MI. [31] *Quid facere* ? DE. [32] *agelli est hîc* [33] *sub urbe* [34] *paulum, quod* [35] *locitas foras* :

1 Duc eam uxorem.
2 Pollicitus sum anteà te facturum, & ducturum matrem uxorem.
3 Sostratę, & Hegioni, & filiæ.
4 Promisisti illis id de me ? Syncope.
5 Tu adhùc imprudens & pauca expertus, fac promissiones & largitiones tuas de tuo, & non de meo. 6 Corripientis hîc est. 7 Sc. *faceres*, vel *diceres* ? 8 Si filius Æschinus petat à te aliquid majus ? 9 Ducere anum decrepitam. 10 Fac, concede, quod petit filius. 11 Ne tibi sit grave ac molestum id facere : *vel* ne te difficilem & inexorabilem præstes in hac re. Nam *gravem se præbet*, qui id facilè non præstat in beneficio, quod potest. 12 Te ducturum eam uxorem. 13 Sc. *me* ? Manu enim prensum tenebat Æschinus, ut supra dictum est. 14 Sc. *emittam*. 15 Orando à te impetrem ut ducas uxorem. 16 Hęc efflagitatio certè est coacta impulsio. Hęc phrasis quasi proverbialis fuisse videtur apud veteres, cùm violentiùs tractarentur. Plaut. *Vis hæc quidem herclè est, & trahi & trudi simul*. 17 Benignè, largè, sc. *promitte*. Cic. Epist. 7, 5. *Neque minùs ei* prolixè *de tuâ voluntate promisi*. *Prolixus* ex *pro* & *laxus* compositum est. 18 Ducere anum decrepitam. 19 Non rectum : quia sum homo senio confectus. 20 Stultum. 21 Inconveniens, indignum auditu. *Absurdum* enim dicitur, à quo, tanquam indigno quod audiatur, avertimus aures ut surdi. 22 Abhorrens. 23 Quam semper vixi cœlibem. 24 Ut ducam uxorem. 25 Quod ducas uxorem. 26 Verùm quid ego amplius faciendum proponam? quandoquidem omnia, quæ volui & proposui, facta sunt. Verba sunt Demeæ secum loquentis, & meditantis sibi novam comitatis laudem, Micioni aliam exercendæ liberalitatis materiam : undè mox de Hegione in mentem venit. 27 Quid nunc restat faciendum, quod faciendum proponam ? Restat Hegio scilicet. 28 Sostratæ & filiæ Pamphilę uxori tui filii. 29 Propinquus propter nuptias : nam uxoris cognati marito affines sunt. 30 Hegioni. 31 Benè nos illi decet ? 32 Prædioli. 33 Suburbani. Plaut. *Est ager* sub urbe *hîc nobis ; eum dabo dotem sorori*. 34 Parùm. 35 Per usum pretio concedis nescio cui alieno & foris posito. Locum autem posuit pro personâ.

[1] *Huic* [2] *demus*, [3] *qui fruatur.* MI. *paulùm* [4] *id autem?* DE. [5] *si* [6] *multum fiet,*
Faciundum est: [7] *pro patre huic est: bonus* [8] *est:* [9] *noster est:* [10] *rectè datur.*
[11] *Postremò nunc meum illud verbum facio,* [12] *quod tu Micio*
Benè & sapienter dixti dudùm: vitium commune omnium est,
[13] Quòd nimiùm ad rem in senectâ attenti sumus:
[14] *hanc maculam nos decet.*
[15] *Effugere*: [16] *dictum est vere, & re ipsâ* [17] *fieri oportet, Micio.*
MI. [18] *Quid istic?* [19] *dabitur, quandoquidem* [20] *hic vult.* ÆS. [21] *mi pater,*
DE. *Nunc tu mihi* [22] *germanus es pariter corpore & animo.* MI. *gaudeo.*
DE. [23] *Suo sibi gladio hunc jugulo.*

1 Hegioni pauperi. 2 Hunc agellum. 3 Ut, vel quo fruatur, id est, fructum ex eo percipiat, non ut proprietatem habeat. 4 Sc. *est* 5 Etiamsi. 6 Agelli esset. 7 Hegio est Pamphilę nutrici nostrę, Sostratæ filiæ, loco patris, quantum ad affectionem. 8 Hegio. 9 Nobis affinitate vel amicitiâ junctus. 10 Justè, meritò collocatur apud talem virum beneficium, cùm bonus sit, & noster. 11 Denique nunc libet uti illa adversùm te, uti mihi dudùm eam objeciisti. Undè mox velut insultans Micioni subjicit Demea, *Suo sibi gladio hunc jugulo.* Al. *non.* Q. d. Non volo id in me quadrare, ut dicar *ad rem in senectâ attentior.* Atqui hactenus quidem Demea culpam hanc non satis à se amovet, cùm non de se largiatur, sed ad largiendum tantummodò Micionem adhortetur. Prius ergo placet magis. 12 Verbum. 13 Quòd plus æquo incumbentes & inhiantes pecuniæ congerendæ & rei familiari augendæ in senectute sumus. 14 Hanc labem sive ignominiam cupiditatis seu avaritiæ. 15 Vitare: ne videamur nimis ad rem attenti esse. *Turpe est doctori, cùm culpa redarguit ipsum.* 16 A te 17 A te quoque. 18 Hoc dicit, videns se victum propriis verbis. 19 Ille agellus dabitur Hegioni, Æschines 20 Demea. 21 Scilicet fac, quod suadet Demea, da fruendum Hegioni hunc agellum. Blandientis est dictum & applaudentis. 22 Frater uterinus. 23 Occido, neco fratrem Micionem ense proprio sibi, id est, suis ipsum verbis convinco aliquem contra se locutum, & in verba, sibi noxia, erupisse, vel quando suis se verbis prodidit, rectè *suo sibi se gladio jugulari* dicitur: ubi *sibi* redundat per Pleonasmum. Est autem Metaphora translata ab his, qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties confodiuntur. Hannibal apud Livium, suis se artibus peti conqueritur.

ACTUS V. SCENA IX.

SYRUS, DEMEA, MICIO, ÆSCHINUS.

SY. [1] *Factum est, quod jussisti, Demea.*
DE. *Frugi homo es: ego* [2] *ædepol* [3] *hodiè* [4] *meâ quidem sententiâ*
Judico, Syrum fieri æquum liberum. MI. [5] *istum liberum?*
Quod-nam ob [6] *factum?* DE. [7] *multa.* SY. *ô noster Demea, ædepol vir* [8] *bonus es:*
Ego [9] *istos* [10] *vobis* [11] *usque à pueris* [12] *curavi ambos sedulò,*
[13] *Docui, monui, benè præcepi semper, quæ potui, omnia.*
DE. [14] *Res apparet: & quidem* [15] *porrò,* [16] *opsonare,* [17] *cum fide*
Scortum adducere, apparare [18] *de die convivium:*
[19] *Non mediocris hominis hæc sunt officia.* SY. [20] *ô lepidum caput!*
DE. *Postremò hodiè in Psaltria istâ emundâ* [21] *hic* [22] *adjutor fuit,*
[23] *Hic curavit:* [24] *prodesse æquum est:* [25] *alii* [26] *meliores erunt:*

1 Materia diruta est. Hortatu Demeæ Syrus cum uxore libertate donatur, & filiis ambobus optatæ uxores conceduntur. Causam etiam Micioni refert Demea, cur tam repentè mores mutaverit.

2 Modestus. *Frugi* autem est omnis generis, & indeclinabile. 3 Ne differatur res. 4 Meo certè judicio, meâ opinione judico justum esse, Syrum servum hodiè manumitti ac libertate donari. 5 Scfieri æquum judicas? 6 Benè factum. Q. d. Quæ est causa manumissionis? Donatus: *jure: asscribi enim causas manumissionis, in jure formula est.* Ita suprà in Andr. 1, 1, 11, & 12. *feci è servo ut esses libertus mihi, Propterà quòd serviebas liberaliter* Undè & *pretium* v. seq. appellatur libertas, ob merita sc. persolutum. 7 Propter multa facta, multas causas. 8 Quia tam sollicitus es pro me. 9 Æschinum & Ctesiphonem. Enumerat causas manumissionis. 10 In vestrum commodum. 12 Assiduè ab incunte ætate, cùm adhùc pueri essent. 12 Curę habui ac custodivi. 13 Tanquam pędagogus. 14 Res ipsa loquitur, te fuisse tam diligentem pędagogum. Hoc dicit ridendo eum. 15 Hæc sequentia docuisti. 16 Providere de opsoniis, id est, de omnibus eduliis præter panem & vinum, opsonia coëmere. 17 Fideliter: *vel*, meretricem adducere, quæ fidibus canat. 18 Sc. medio, id est, interdiu. Turpe veteribus fuit de die convivium apparare: quod Horatius nominat *diem frangere, aut partem solido demere de die.* 19 Magni, id est, non quilibet hęc effice e potest, à singulari ingenio proveniunt. 20 O homo festive & jucunde: nam *caput*, præcipuam partem, ponit pro toto homine, per Synecdochen. 21 Syrus servus. 21 Impulsor, auctor. 23 Al. *hæc*, id est, hanc rem sc. fidicinæ raptum. 24 Benefacere tali servo propter illa beneficia. 25 Servi. 26 Obsequentiores. Ironia.

1 Æschinus. *Denique* [1] *hic vult* [2] *fieri.* MI. *vin'* [3] *tu* [4] *hoc fieri?*
ÆS. *cupio.* MI. [5] *si quidem*

2 Ut libertate Syrus donetur. *Tu vis, Syre,* [6] *eho* [7] *accede hùc ad me, liber esto.* SY.
[8] *benè facis:*

3 Æschine. *Omnibus gratiam habeo, &* [9] *seorsum tibi* [10] *præterea,*
4 Ut Syrus libertate donetur? *Demea.*

5 Quandoquidē. DE. [11] *Gaudeo.* ÆS. *&* [12] *ego.* SY. [13] *credo: utinam*
hoc [14] *perpetuum fiat gaudium, ut* 15

6 Interjectio admonentis & attentionē concitantis. *Phrygiam uxorem meam unà mecum videam liberam.* DE. [15] *optimam*
Mulierem quidem. SY. *&* [16] *quidem nepoti tuo,* [17] *hujus filio,*

7 Dominus enim caput, aut aliud membrum servi tenens, dicebat, *hunc hominem liberum esse volo.* *Hodiè* [18] *primam mammam dedit* [19] *hæc.* DE. *herclè*
vero [20] *seriò,*
Siquidem [21] *primam dedit, haud dubium, quin*
[22] *emitti æquum siet.*

8 Quòd me manumittis. Gratiarum actio. ÆS. [23] *Ob eam rem?* DE. *ob* [24] *eam: postremo à me*
argentum, [25] *quanti est, sumito.* 20
SY. *Dii tibi, Demea, omnes semper omnia optata*
[26] *adferant.*

9 Separatim, particulariter, præcipuè imbeo gratiam. MI. *Syre,* [27] *processisti hodiè pulchrè.* DE. *siquidem*
porro, Micio,
Tu [28] *tuum officium facies, atque* [29] *huic* [30] *aliquid*
paulùm [31] *præ manu*
Dederis, [32] *undè utatur:* [33] *reddet tibi citò.* MI.
[34] *istoc vilius.*

10 Præter alios. 11 Te esse liberum factum. Gratulantis vox est. 12 Sc. *gaudeo.* 13 Quòd ambo gaudeatis meâ libertate. 14 Nusquam interruptum, solidum, perfectum, cui nulla ægritudo comes intercedat. 15 Judico, cognovi eam esse mulierem admodum probam. 16 Equidem, certè. 17 Æschini. 18 Prima. 19 Uxor mea Phrygia. 20 Extra jocum. 21 Sc. *mammam.* 22 Eam extra servitutem mitti, manumitti, liberam fieri. 23 Quæ nullius est momenti? 24 Sc. *rem.* 25 Quanto pretio Phrygia empta est, vel æstimabitur. 26 Præstent. 27 Ad magnū bonum provectus es hodiè, omnia tibi feliciter successerunt, quod te & uxorem manumitti obtinuisti. 28 Patrocini sc. ut libertū nō deseras, sed alas manumissum, ut Donatus rectè interpretatur. 29 Syro servo. 30 Pecuniæ. 31 In manū, in manibus, & in promptu Plaut. *Reddidi patri omne argentum, quid fuit mihi præ manibus.* 32 Quo alatur, vivat de quo usumfructū capiat. 33 Sortem & usurā. 34 Ille non reddet mihi etiam minus vel minoris valoris istâ re vilissimâ, quam tibi ostendo. Floccum enim aut aliud quippiam tale ostendens Micio, *istoc vilius*, id est, nihil, redditurum dicit. Satis id apparet ex responsu Æschini, & mox ipsius firmantium fidem.

ÆS.

ÆS. [1] *Frugi homo* [2] *est.* SY. [3] *reddam hercle : da* [4] *modò.* ÆS. *age pater.* MI. [5] *pòst consulam.*
DE. [6] *Faciet.* SY. *ô* [7] *vir optime!* ÆS. *ô pater mi* [8] *festivissime!*
MY. [9] *Quid istuc? quæres tam repentè* [10] *mores mutavit tuos?*
Quod [11] *prolubium? quæ istæc* [12] *subita est largitas?*
DE. [13] *dicam tibi:*
[14] *Vt id ostenderem, quod te* [15] *isti* [16] *facilem &* [17] *festivum putant,*
Id non fieri [18] *ex verâ vitâ, neque adeò ex* [19] *æquo & bono,*
Sed ex [20] *assentando,* [21] *indulgendo, &* [22] *largiendo, Micio.*
Nunc [23] *adeò si* [24] *ob eam rem vobis mea vita* [25] *invisa est, Æschine,*
[26] *Quia non justa injusta prorsus omnia omninò obsequor:*
[27] *Missa facio,* [28] *effundite, emite, facite quod vobis lubet.*
[29] *Sed si id vultis potiùs, quæ vos propter adolescentiam*

1 Parcus, modestus.
2 Ille Syrus.
3 Pecuniam, quam præ manu dederis.
4 Tantummodò.
5 Posteà deliberabo, quod ad eã rem attinet.
6 Micio faciet, quod petitur, id est, pecuniam dabit.
7 Sc. Demea.
8 Jucundissime, lepidissime.
9 Sc. *vis est?*
10 Durissimos: quia anteà fuisti durus, nunc factus es lenis. 11 Quæ est hæc promptitudo ad largiendum? Q. d. Undè ista immoderata profusio & liberalitas exstitit? Al. *proluvium*, quod à *proluo*, id est, decoquo, derivatum est. 12 Repentina, inspera ta, cùm priùs parcus esses. 13 Ingenuè fatebor, quare mutaverim mores. 14 Sc. *feci*, Sic enim Demea respondet fratri: Quod ex me quæris, quod proluvium istuc sit, quæ hæc subita largitas mea, dicam tibi: hoc feci, ut id ostenderem, &c. 15 Filii mei. 16 Benignum. 17 Jucundum. 18 Ex vero vivendi modo, ex verâ & laudabili naturę tuæ facilitate, ex bonis moribus, quos recta ratio format; verùm ex fallaci vitâ. 19 Vera æquitate. 20 Blanditiis, assentatione. 21 Indulgentia, plus æquo permittendo. 22 Ex nimia pecuniæ largitate: quæ vitia sunt à vera virtute prorsùs aliena. 23 Certè. 24 Quòd non possim assentari, indulgere & largiri. 25 Odiosa. 26 Quia obsequendo vobis nõ promitto sive concedo prorsùs ista omnia, sive justa, sive injusta sint, quæ promittit frater. 27 Omitto omnia illa. Guyetus legit, *Missos facio*, sc. *vos, ô filii*, id est, dimitto vos, & vestro arbitratu vivere sino. 28 Consumite omnia. 29 Ordo est: *Sed si vultis potius id*, sc. *me reprehendere*, id est, improbare, *& corrigere*, id est, emendare, recta facere, *obsecundare*, id est, obsequi vobis, & indulgere, prospera facere, *in loco*, id est, ubi opportunũ & commodum erit, pro re natâ, *hæc, quæ vos minùs videtis*, id est, non animadvertitis, non intelligitis, *propter adolescentiam*, id est, propter juventutem, quæ est imbecillior, & quæ *cupitis magis impensè*, id est, magis acriter seu vehementer, quàm æquum est, & quæ *parùm consulitis*, id est, non satis prospicitis, cogitatis, quid porrò futurum sit.

1 Habetis me in promptu & ante oculos.

Minùs videtis, magis impensè cupitis, consulitis parùm,
Hæc reprehendere me, & corrigere, obsecundare in loco:
[1] *Ecce me, qui* [2] *id faciam vobis.* ÆS. [3] *tibi, pater, permittimus;*
[4] *Plus scis, quid facto opus est: sed de* [5] *fratre quid fiet?* DE. [6] *sino*
Habeat: [7] *finem in istac faciat.* ÆS. [8] *istuc rectè:*
[9] *plaudite.*

2 Reprehendam, corrigam, & obsecundabo hæc omnia. Offert suam operam.

3 O pater, tuæ voluntati ac dispositioni relinquimus omnia. 4 Quàm nos: quia es homo senio confectus. Valet enim consilio senectus, pollet prudentiâ, excellit permultarum rerum usu & experientiâ. 5 Cteſiphone, id est, de nuptiis fratris, seu illius amore. 6 Permitto, ut habeat Psaltriam uxorem. 7 Modum suo amori, & suæ libidini faciat in illa Psaltria, id est, vitam suam transigat cum eâ, neque velit amare aliam, sed hac sola sit contentus. 8 Sc. *est*, vel *dicitur*. 9 Congratulamini Poëtæ & actoribus complosione manuum.

PHOR-

PHORMIO

PUBLII TERENTII

Carthaginiensis Afri.

1 ACTA 2 LUDIS ROMANIS, L. POSTHUMIO ALBINO, ET L. M. CORNELIO MERULA, 3 ÆDILIBUS CURULIBUS. 4 EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO, ET L. ATTILIUS PRÆNESTINUS. 5 MODOS FECIT FLACCUS. 6 CLAUDII, TIBIIS IMPARIBUS. TOTA GRÆCA. 7 APOLLODORUS. 8 EPIDICA ZOMENOS. 9 FACTA. 10 QUARTO, CN. FANNIO STRABONE, ET M. VALERIO MESSALA, CONSULIBUS. ANNO AB URBE CONDITA DXCIII. ANTE CHRISTUM NATUM CLIX.

1 Exhibita, recita. 2 Eo tempore, quo ludi Romani exhiberentur. Intelligit autem Megalenses, qui in honorem magnæ matris Deorum fiebant. 3 Cùm essent Ædiles Curules, id est, quorum cura erat ædificiorum, tam sacrorum, quàm profanorum ludorum, & earum rerum, quæ ad usum Reip. spectabant. 4 Actores fuerunt. 5 Modulationes, cantica composuit, quæ tibiis exprimi aut cani solent. Omnia enim carmina quondam canebantur ad tibias, vel ad modum aliquem Musicum. 6 Scilicet *filius*. 7 Apollodori illius Comici. 8 Qui vindicat rem suam. 9 Acta, edita. 10 Sc. *loco*.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

ANTIPHO, *adolescens.*
CHREMES, *senex.*
CRATINUS, *advocatus.*
CRITO, *advocatus.*
DAVUS, *servus.*
DEMIPHO, *senex.*
DORIO, *leno.*
GETA, *servus.*
HEGIO, *advocatus.*
NAUSISTRATA, *matrona.*
PHÆDRIA, *adolescens.*
PHORMIO, *parasitus.*
SOPHRONA, *nutrix.*

PERSONÆ MUTÆ.

DORCIO, *ancilla.*
PHANIUM, *adolescentula.*
STILPHO, *adolescens.*

IDIO-

IDIOMATA PERSONARUM PRÆCIPUARUM.

Antipho, *adolescens, patris reverens, acuticulosus, & simplicior.*
Chremes, *senex pauci consilii, sed liberalis, & in gaudio sollicitus, uxorem multum metuens.*
Davus, *servus probus & fidelis.*
Demipho, *senex concitatior, sed prudens, atque in gaudio apertus, ad rem attentior.*
Dorio, *leno impurus, superbus, durus.*
Geta, *servus callidus, vafer, fallax.*
Nausistrata, *mulier nobilis, & dotata ac cordata.*
Phædria, *adolescens majoris animi, ac confidentior.*
Phormio, *parasitus audax & impudens sycophanta.*
Sophrona, *nutrix provida & fidelis.*

RATIO NOMINUM.

Antipho, *vid. Eunuch.*
Chremes, *vid. Andr.*
Cratinus, *à* κράτος, *robur, ut à Valens, Valentinus.*
Crito, Davus, } *vid. Andr.*
Demipho, *quasi τῦ δήμυ Φῶς, populi claritas.*
Dorio, *nomen gentile. vid. Eunuch.*
Geta, Hegio, } *vid. Adelph.*
Nausistrata, *à copiis navalibus, quarum gloriâ populus Athenienſium aliquando excelluit.*
Phædria, *vide Eunuch.*
Phormio, *ἀπὸ τῶν Φορμῶν, quæ sunt sarmenta sive codices, vel stramenta nautica.*
Sophrona, *vid. Adelph.*

PHOR-

PHORMIONIS

ARGUMENTUM,

C. SULPITIO APOLLINARI

AUCTORE.

1 CHremetis frater 2 aberat 3 peregrè Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes 4 clam habebat 5 Lemni uxorem & 6 filiam,
7 Athenis aliam 8 conjugem, & amantem 9 unicè
10 Gnatum 11 fidicinam: 12 mater è Lemno advenit
Athenas: 13 moritur: 14 virgo sola (15 aberat Chremes)
16 Funus procurat: 17 ibi 18 eam visam 19 Antipho
Cùm amaret, 20 operâ 21 parasiti uxorem accipit.
22 Pater & Chremes 23 reversi 24 fremere: dein
25 minas
Triginta 26 dant parasito, ut 27 illam conjugem
Haberet 28 ipse: 29 argento hoc 30 emitur 31 fidicina.
32 Uxorem retinet Antipho à 33 patruo agnitam.

1 Protasis est.
2 Ab urbe. Athenis.
3 Longè. Profectus enim erat in Ciliciam.
4 Secreto, nesciente uxore Nausistratâ.
5 In Lemno, insula una ex Cycladibus, patria Vulcani.

6 Phanium ex illa uxore. 7 Scilicet *habebat*. 8 Uxorem. 9 Singulariter. 10 Filium, scilicet Phædriam, habebat ex illa uxore. 11 Citharistriam. 12 Phanii puellæ, quam duxit uxorem Antipho. 13 Mater moritur Athenis, absente marito Chremete. 14 Phanium. 15 In Lemno. 16 Exsequias matris mortuæ. Sic Andr. 1,1. *Curabat una funus*. Cic. *Funus* curavi illi amplissimum. 17 In procuratione funeris, vel in pompa funebri. Epitasis hujus fabulæ. 18 Phanium. 19 Filius Demiphonis. 20 Industria, auxilio. 21 Phormionis, qui aliorum mensas & cibaria sequebatur. 22 Antiphonis, scilicet Demiphonis. 23 Ille ex Cilicia, hic ex Lemno. 24 Fremebant, id est, indignè ferebant. 25 Trecentos coronatos, qui faciunt 450. florenos. 26 Ipsi senes. 27 Puellam Phanium. 28 Parasitus Phormio. 29 Triginta minis. 30 A Lenone. 31 Amata à Phædriâ. 32 Phanium. 33 Chremete. Catastrophe fabulæ.

ALIUD M. ANT. MURETI.

CHremes & Demipho fratres Athenienſes erant. Chremes Athenis uxorem divitem ac bene dotatam duxerat Nauſiſtratam: & ex ea ſuſceperat filium Phædriam. Habebat Nauſiſtrata, præter cæteras opes, opima prædia in Lemno: eo igitur Chremes quotannis, ad ea locanda capiendoſque fructus, commeabat, dum illic reſidet, pauperculæ cujuſdam mulieri amore correptus, eam quoque ducit uxorem, & ex ea ſuſcipit filiam Phanium: ac ne res emanaret, commutato nomine, Stilphonem ſe Lemni vocari jubet. Detrahebat autem è fructibus prædiorum uxoris Athenienſis, quantum ſatis eſſet ad illam alteram una cum filia nutriendam: deinde Athenas reverſus, aut calamitatem, aut vilitatem, aut tale aliquid cauſabatur. Erat Demiphoni filius Antipho. Cum igitur Phanium quindecim jam haberet annos, conveniunt inter ſe Chremes & Demipho, ut Chremes quidem & Lemniam uxorem, & Phanium Athenas clanculum adduceret; Demipho vero Phanium filio ſuo uxorem daret: ejus rei cauſa proficiſcitur in Lemnum Chremes. Eodem tempore accidit, ut Demiphoni quoque iter eſſet in Ciliciam: abeuntes, ambo Getæ (is Demiphonis ſervus erat) filios committunt ſuos: profectis ſenibus, Phædria ſe ſtatim citharistriæ cujuſdam amore implicat. Sed hoc erat incommodi, quod, qui à lenone emeret, quod daret, nihil habebat: interea uxor Lemno, quæ, propter paupertatem viri, diutius forte quam ſolebat, morantis adventum exſpectare non poſſet, conſcenſa navi, Athenas una cum filia & nutrice ipſius venit: quærunt Stilphonem fruſtra. Athenis, qui quenquam eo nomine noſſet, reperiebatur nemo: ibi mater (tanta eam ægritudo ceperat) moritur. Ei funus una cum nutrice procurantem Phanium cum adſpexiſſet Antipho, ſubito amore illius exarſit. Venit ad nutricem poſtridie, ut ejus ſibi copiam faceret, obſecrans: illa ſe, niſi puellam uxorem duceret, facturam negat. Illi, cum & quidvis facere cuperet, & patrem abſentem vereretur, paraſitus Phormio hoc conſilium dedit: Lex erat Athenis, ut orbas puellas, qui eis genere proximi eſſent, ducere, aut, ſi id nollent, dotem eis dare cogerentur: ego, inquit paraſitus, ſimulabo, me patri virginis amicum fuiſſe, ideoque cauſam illius ſuſcipere: vocabo te in judicium, tanquam illius cognatum, tecumque lege agam, ut eam ducas: tu ita te defendes, ut mihi facilem victoriam præbeas: ita condemnabere. Sic fiet, ut & tu potiaris tua, & patre reverſo, paratam excuſationem habeas: ita fiunt omnia, ut paraſitus ſuaſerat. Confectis jam nuptiis, eodem die ambo redeunt ſenes: turbari uterque: ille, quòd filius indotatam uxorem, ſe abſente, duxiſſet: hic, quòd vereretur, ne, erepta ſibi hac collocandæ filiæ occaſione, tota res fieret palam. Eo ipſo die,

leno,

leno, citharistriæ, quam Phædria amabat, dominus, nisi sibi pro ea triginta minæ darentur, venditurum se eam, minitabatur: ad eas conficiendas hanc fallaciam Geta confingit: ait senibus, se cum Phormione collocutum: Phormionem vero, si sibi dotis triginta minæ darentur, paratum eam uxorem accipere, quam duxisset Antipho. Eam pecuniam Demipho à Chremete sumptam numerat Phormioni: is eam Phædriæ, Phædria lenoni pro amica tradit: cum hæc jam confecta essent, agnoscitur Phanium. Ibi vero senes gaudere, quod, quas nuptias ipsi facere moliebantur, eæ ipsis absentibus atque inscientibus, factæ essent: sed dolebant, sibi periisse triginta minas. Eas dum à Phormione primo blanditiis, postea etiam per vim eripere conantur; Phormio, qui jam de duabus Chremetis uxoribus: deque tota re intellexerat, inclamat Nausistratam, eique aperit omnia: illa cum aliquandiu de viro conquesta esset, tandem placatur, filiique ipsius judicio omnia se permissuram pollicetur,

PRO-

PROLOGUS.

1 Luscius Lavinius, æmulus Terentii.

2 Qui jam diu est, ut vinum vetus dicimus; non qui jam diu fuit, ut Ennius. Don.

3 Terentium.

4 Cùm quadam violentia abstterrere, revocare ab exercitio scribendarum Comœdiarum; vel *a studio*, ut suprà loquitur, *Musico*.

POstquam [1] Poëta [2] vetus [3] Poëtam non potest
[4] Retrahere à studio, & [5] transdere [6] hominem
in [7] otium;
[8] Maledictis [9] deterrere, [10] ne scribat, [11] parat:
[12] Qui ita [13] dictitat, quas antehac [14] fecit [15] fabulas,
[16] Tenui esse oratione, & [17] scripturâ levi,
Quia [18] nusquam [19] insanum [20] scripsit adolescentulum
Cervam [21] videre [22] fugere, & [23] sectari canes,
Et [24] eam [25] plorare, orare ut [26] subveniat sibi.
Quòd si [27] intelligeret, [28] olim cùm [29] stetit nova,
[30] Actoris [31] operâ [32] magis stetisse, quàm [33] suâ:
[34] Minùs multò audacter, quàm nũc [35] lędit, [36] lęderet,

5 Tradere, traducere, permovere. 6 Poëtam Terentium. 7 Vacationem studii & cessationem laboris, id est, ut desinat scribere. 8 Calumniis, convitiis, quæ postrema sunt imperitorum tela. 9 Deflectere, dehortari. 10 Ut non componat Comœdias. 11 Poëta vetus studet, conatur. 12 Poëta vetus. Μιμητικῶς verba adversarii sive criminatoris refert, quibus Poëtam reprehendat. 13 Frequenter dicit. 14 Composuit Poëta noster Terentius. 15 Comœdias. 16 Exili, humili, nullius ponderis, id est, soliditatem nullam esse in sententiis. 17 Familiari stilo, id est, non esse compositam verbis gravibus & exquisitis, sed levibus & facilibus. 18 In nullo loco Comœdiarum suarum. 19 Furibundum; quæ Tragœdiæ aptiora, quàm Comœdiæ. *Versibus exponi Tragicis res Comica non vult.* 20 Scribendo effinxit Terentius. 21 Nempe per furorem. Insani enim & furentes putant se videre, quod non vident, εἴοντα ἰδεῖν τα μὴ ὄντα. Sic per quietem dicimur videre, quod somniantes non videmus, sed videre nobis videmur. 22 In venatione. 23 Insequi, urgere eam cervam. 24 Cervam. 25 Flere. 26 Adolescentulus opem ferat cervæ. 27 Poëta vetus, scilicet Luscius Lavinius. Plinius de cervis: *Urgente vi canum, ultrò confugiunt ad hominem.* 28 Jam pridem, cùm esset scriptorum penuria, nec scribere Poëta noster incepisset. 29 Comœdia ejus nova, & propterea placens, placuit populo, & peracta est tota, cùm primum in scenam inferretur, cùm non est explosa. Comœdiæ enim dicuntur *stare*, quando placent populo. Est Phrasis Comica. 30 Histrionis, scilicet in ea repræsentranda. 31 Industria, studio & diligentia. 32 Potiùs eam placuisse, & ad finem usque peractam. 33 Opera sive industria, quâ usus fuit in eâ componendâ. 34 Non tam impudenter. 35 Offendit, maledicit. 36 Malediceret, offenderet, carperet Poëta vetus noster Poëtam.

Et

Et magis [1] *placerent, quas fecisset* [2] *fabulas.*
[3] *Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,*
[4] *Vetus si Poëta non* [5] *lacessîsset prior,*
Nullum [6] *invenire Prologum potuisset* [7] *novus,*
Quem [8] *diceret, nisi* [9] *haberet, cui malediceret:*
[10] *Is sibi* [11] *responsum hoc habeat,* [12] *in medio omnibus*
[13] *Palmam esse positam,* [14] *qui artem tractant musicam.*
[15] *Ille ad* [16] *famem* [17] *hunc* [18] *ab studio* [19] *studuit rejicere:*
[20] *Hic* [21] *respondere voluit, non* [22] *lacessere.*
[23] *Benedictis si certassent,* [24] *audîsset benè:*
[25] *Quod ab illo allatum est, sibi id esse relatum putet.*
[26] *De illo jam finem faciam dicendi mihi,*
[27] *Peccandi* [28] *cùm ipse* [29] *de se finem non* [30] *facit.*
Nunc quid velim, animum [31] *attendite: apporto* [32] *novam*

1 Et fabulæ, quas fabulas fecisset, magis placerent populo.
2 Antiptôsis. Sic in Prolog. Andr. *Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.*
3 Occurrit tacitæ objectioni: poterat enim objici, Terentium non potuisse Prologos scribere, nisi materiam

habaret maledicendi adversario. 4 Luscius Lavinius. 5 Provocasset, irritasset 6 Excogitare præfationem. 7 Poëta noster Terentius. 8 Aptè componeret, eloqueretur. 9 Aliquem, sc. veterem Poëtam. 10 Qui hoc dicit, aut sic cogitat. Huic objectioni jam respondet. 11 Responsionem hanc. 12 In communi, ἐν μέσῳ, ex quo omnibus Comicis. Nimirum præmia ante certamen in conspectu proponuntur, incitamentum certantibus. Virg. 5. Æn. *Munera principio ante oculos, circoque locantur. In medio, sacri tripodes, viridesque coronæ, Et palmæ, pretium victoribus, armaque, & ostro Perfusæ vestes, argenti aurique talenta.* 13 Victoriam, præmium victoriæ, id est, unicuique Poëtæ licere certare ad consequendam palmam. 14 Qui exercent artem Poëticam, cui præsunt Musæ, qui scribunt Comœdias. Sic suprà Prol. Heaut. *Repente ad studium hunc se applicasse Musicum.* 15 Vetus Poëta Luscius Lavinius. 16 Esuriem, inopiam, quæ illi erat subeunda, nisi industria sua composuisset Comœdias, quas Ædilibus venderet, undè victum quæritaret. 17 Poëtam nostrum Terentium. 18 Ab industria componendi sive scribendi Comœdias, id est, ut cessante studio & industria, fame periret & inopiâ. 19 Conatus est repellere, conjicere, redigere. 20 Terentius. 21 Maledictus. 22 Irritare. 23 Si vetus Poëta bonis sermonibus & benevolis provocasset. 24 Laudatus à Poëta nostro fuisset. Nam *benè audire*, est audire benè dici, laudari: contrà *male audire*, est audire male dici sibi aut de se, id est, vituperari. 25 Poëta vetus putet id, quod maledictum est ab illo, esse retortum in se: q. d. quod dedit, recepit. 26 De ipsius maledicentiâ & calumniis. 27 Maledicendi mihi, calumniandi. 28 Quoniam, quamvis. 29 Propria voluntate & motu, nulla à me injuria provocatus, ἀφ' ἑαυτῆς. 30 Pro *faciat*. 31 Attentum præstare. 32 Comœdiam.

Æpidi-

1 Ab Antipilione de quo judicium est: ἐπιδικάζεσθαι, est in judicio quippiam asserere & adjudicare: nimirum hîc Phanium, agente Phormione, Antiphoni adjudicatur. Donatus hîc *Epidicazomenon* in fœminino genere ex Apollodoro scribendum esse contendit: sed pace ejus dixerim, τὸ *Epidicazomenon* rectum videri, & à Terentio hîc Antiphonis respectu, ut diximus, positum esse, qui in hac fabulâ ἐπίδικος seu, ἐπιδικαζόμενος introducitur, id est, de quo in judicio contenditur inter Demiphonem patrem & puellam Chremetis filiam. 2 Quam jure suo Græci ἐπιδικαζόμενον vocare possint, propter ejusdem Apollodori similis argumenti fabulam, quam ἐπιδικαζομένην nominavit, id est, τὴν ἐπιδικαζομένην παρθένον, id est, puellam, de quâ in judicio contenditur. 3 Ratio cur Latinis *Phormio* hæc fabula vocetur. 4 Præcipua officia in toto fabulæ progressu. *Primarum partium actores* seu *personæ* in Dramatis ex dici possunt, quæ plurimùm versantur in Dramate, seu quarum major ratio habetur; quam potissimum respicit fabula, & à quâ plerumque nomen fabulæ imponitur; ut *Andromacha*, *Euripidis*, *Andria Terentii*, *Amphitruo Plauti*. 5 Æquo materia fabulæ præcipuè procedet. 6 Affectus, favor vester. 7 Poëtæ nostro assenserit ac faverit. 8 Succurrite nobis. 9 Sitis candidi judices. 10 Infortunio. 11 Sicut. 12 In agenda Hecyra. 13 Gladiatorum & funambulorum. Vide Prol. Hecyræ. 14 Nostra multitudo & caterva actorum. 15 Perdidit locum sibi ab Ædilibus destinatum. 16 Locum turbatum. 17 Histrionis decora actio. 18 Histrionibus. 19 Iterum agendi Comœdias. 20 Favor in spectando. 21 Actorem. 22 In ignoscendis erratis.

ACTUS I. SCENA I.

DAVUS.

1 Davus exiens, dicit adferre se, quam debet Getæ, pecuniam.

A*Micus summus meus, & [2] popularis Geta*
Heri ad me venit: erat [3] ei [4] de ratiunculâ

2 Ejusdem gentis vel civitatis, cujus ipse sum. Plautus *Curialem* vocat. *Popularis* propriè dicitur, quod est populi. Interdum *popularis* dicitur gratus & charus populo, qui sibi populi favorem conciliat, quique populi est studiosus. Cic. *Nihil tam* populare, *quam bonitas*. 3 Getæ. 4 Propter supputationem aliquam restantem. *De* enim hîc causam denotat.

1 *Iam*

1 *Iam pridem apud me* 2 *reliquum pauxillulùm*
Nummorum: 3 *id ut* 4 *conficerem*: 5 *confeci*: *affero.*
Nam 6 *herilem filium* 7 *ejus duxisse audio*
Vxorem: 8 *ei credo* 9 *munus hoc corraditur.*
10 Quàm iniquè comparatũ est, ii, qui minus habẽt,
Ut semper aliquid addant 11 divitioribus?
12 *Quod* 13 *ille* 14 *unciatim* 15 *vix* 16 *demenso de suo,*
17 *Sunm defraudans genium,* 18 *comparsit miser,*
19 *Id* 20 *illa universum* 21 *abripiet,* 22 *haud existimans*
Quanto labore 23 *partum*: *ponò autem Geta*
24 *Ferietur alio munere, ubi* 25 *hera pepererit*:
Porrò 26 *alio autem, ubi* 27 *erit puero natalis dies*;
Vbi 28 *initiabunt*; *omne hoc* 29 *mater auferet*:
Puer 30 *causa erit* 31 *mittendi*: *sed video-ne Getam?*

1 Olim.
2 Reliquũ.
3 Pauxillulùm nummorũ, quod erat ei de ratiuncula reliquum.
4 Comparārem, colligerem, paratum habere, sc. *ad me venit*. Pendet enim à præcedẽti.
5 Collegi, cõparavi.
6 Filium domini ejus, sc. Antiphonem.
7 Getæ.
8 Herili filio.
9 Illa pecunia radendo, id est, cum magna difficultate, comparatur.
10 Quàm injustè cõstitutum est.
11 Ditioribus, minùs pauperibus adjungant.
12 Ordo est: *Illa abripiet universum id, quod ille miser, defraudans sunm genium, comparsit vix unciatim de demenso suo.*
13 Geta.
14 Per singulas uncias, obolos, id est, minimis portiunculis, particulatim. Est autem *uncia* duodecima pars assis, seu libræ Romanæ.
15 Ægre, difficulter.
16 Reservando de portione sua, qua abstinebat plerumque, ut peculium sibi conflaret. Servi enim singulis mensibus quaternos modios, id est, quasdam mensurulas frumenti, seu libras centum & quatuor cum besse accipiebant: & id *demensum* dicebatur, à *demetiendo*: nam illis frumentum, certa mensura dimensum, tradebatur.
17 Parcè vivens, & naturæ illud detrahens, quod appetere videbatur. *Genius* naturæ Deus est, & pro ipsa natura ponitur. Fingunt autem duos cuiq; homini esse genios, sc. bonum & malum. Hinc est *defraudare genium*, abstinere ab iis, quæ appetit natura: sicut contrà *indulgere genio*, est voluptuosè atque lautè vivere.
18 Parcendo custodivit: à *comparco*.
19 Totum illud simul.
20 Sponsa Antiphonis.
21 Abradet.
22 Non perpendens, considerans.
23 Id peculium acquisitum sit.
24 Onerabitur, premetur, grave erit ei dare, id est, per aliud munus Geta damnum accipiet, quasi per aliud vulnus, alio munere, velut malo ac damno, mactabitur. *Feritur* ergo *munere*, non qui recipit, sed qui dat præsertim invitus. Metaphora petita est à gladiatoribus, qui adversarios feriunt. Eâdem Metaphorâ usus est Horatius: *Majorum ne quis amicus Frigore te* feriat, id est, te frigidè acceptum contemnat.
25 Sc. *ejus*, id est, uxor herilis filii.
26 Munere ferietur Geta.
27 Celebrabitur.
28 A lacte depellent, & novi cibi potusque prebendi, & in lecto cubandi initium facient: quod non sinè religione sive cæremoniis fiebat: itaque tum initiabantur, id est, offerebantur, consecrabantur, ob esum, Deæ *Edulia*; ob potum, *Potica Dea*; sic cùm à cunis infans transmoveretur, initiabatur *Dea Cuba*; cùm fari inciperet, *Fabulino*; cum stare, *Statulino*. Guyetus sic: *Initiabunt*, id est, nomen dabunt.
29 Uxor Antiphonis. Ineptè hic quæritur à Donato, *an nutrix? an vera mater?* non enim nisi de verâ matre accipi debere, & Latinitas & contextus docet.
30 Occasio.
31 Mittendi, dandi hujusmodi munera.

ACTUS

ACTUS I. SCENA II.

GETA, DAVUS.

GE. [1] *Si quis me quæret rufus.* DA. [2] *præstò est,* [3] *desine.* GE. [4] *oh!*
At ego [5] *obviam* [6] *conabar tibi, Dave.* DA. [7] *accipe,* [8] *hem:*
[9] *Lectum est,* [10] *conveniet numerus, quantum debui.*
GE. [11] *Amo te, &* [12] *non neglexisse, habeo gratiam.*
DA. *Præsertim ut nunc sunt* [13] *mores;* [14] *adeò res redit:*
Si quis quid [15] *reddit, magna habenda est gratia.*
[16] *Sed quid tu es tristis?* GE. [17] *ego-ne? nescis quo in metu, &*
Quanto in periclo sim. DA. *quid istuc est?* GE. [18] *scies,*
Modò ut tacere possis. DA. *abi sis* [19] *insciens:*
Cujus tu fidem in [20] *pecuniâ* [21] *perspexeris,*
[22] *Verere ei* [23] *verba credere?* [24] *ubi* [25] *quid mihi lucri est*
Te [26] *fallere?* GE. *ergo ausculta.* DA. *hanc* [27] *operam tibi* [28] *dico.*

1 Sc. jube ut me exspectet, aut, me abiisse dicito. Aposiopesis: nam apparet plura dicturum fuisse, sed interceptus est sermo ejus à Davo, de quo loqui videbatur. Geta hîc narrat, quò sint profecti senes, Demipho & Chrem eo quâ occasione cœperit amare Demiphonis filius Antipho: & quomodo captus amore virginis, eam opera parasiti Phormionis uxorem duxerit. 2 In tertia persona de se loquitur Davus. 3 Noli ire ei obviam, siste gradum. 4 Interjectio ostendens lætitiam de adventu. 5 Sc. *ire* seu *procedere*. 6 Tentabam, properabam. *Conari* enim, est ἐνεργεῖν, ad agendum se expedire, ad opus accingi, tentare. 7 Debitum, pecuniam. 8 Admonentis est. 9 Probum, bonum, electum est argentum, ita ut nullus sit nummus adulterinus. Priùs de qualitate, deinde de quantitate sive de numero dicit. 10 Numerus horum nummorum sinè controversia erit tantus, sin quanto numero pecuniæ tibi debitor fui, id est, æquabitur. 11 Quòd sc. reddideris pecuniam debitam. Venusta est formula respondendi, cùm gratia nobis aut verba aut facta aliorum, significamus. Plaut. AN. *Quiesco ergo.* AD. *Amo te.* 12 Te non fuisse negligentem in pecunia conficienda & adferenda. 13 Hominum. 14 Eò, ad id res rediit. 15 Cui aliquid debet. 16 Transitio ad expositionem argumenti. 17 Queris, cur ego tristis sim? 18 Audies. 19 Stulte. 20 Certo tempore numeratâ. 21 Clarè & planè cognoveris, expertus sis. Argumentatur à Majore ad Minus: nam majus est, pecuniam credere, quàm verba. 22 Vereris, times. 23 Rem non tanti pretii. 24 In qua creditione verborum. 25 Q. d. Nihil. 26 Si non tacerem. 27 Auscultandi, audiendi, id est, dic, quantum volueris, ego te audiam. 28 Addico.

GE.

GE. [1] *Senis noſtri, Dave, fratrem majorem Chremem*
Noſtin'? DA. [2] *quidni?* GE. *quid? ejus* [3] *gnatum Phædriam?*
DA. *Tanquam te.* GE. [4] *evênit,* [5] *ſenibus ambobus ſimul,*
Iter [6] *illi in* [7] *Lemnum ut eſſet,* [8] *noſtro in* [9] *Ciliciam*
Ad [10] *hoſpitem antiquum:* [11] *is* [12] *ſenem per epiſtolas*
[13] *Pellexit,* [14] *modò non* [15] *montes auri pollicens.*
DA. [16] *Cui tanta erat res, &* [17] *ſupererat?* GE. [18] *deſinas:*
[19] *Sic eſt ingenium.* DA. [20] *oh!* [21] *regem me eſſe oportuit!*
GE. *Abeuntes ambo* [22] *hîc tum ſenes me* [23] *filiis*
Relinquunt quaſi [24] *magiſtrum.* DA. *ô Geta,* [25] *provinciam*
Cepiſti duram. GE. *mihi uſu venit, hoc ſcio,*

1 Demiphonis. Narratio, quæ argumentum fabulæ explicat.
2 Scilicet *noſſem?*
3 Scilicet *noſtin'?*
4 Exponit cauſam itineris Demiphonis, ſed Chremetis tacet.
5 Chremeti & Demiphonis.
6 Chremeti, cujus filius erat Phædria.
7 Inſulam in mari Ægeo, unam ex Cycladibus. 8 Demiphoni, cujus filius erat Antiphio. 9 Regionem in minori Aſiâ. 10 Veterem amicum exterum, id eſt, qui Demiphonem, cùm in Ciliciam veniret, hoſpitio excipiebat; & rurſus quem Demipho, cùm Athenis eſſet, hoſpitio excipiebat. 11 Hoſpes. 12 Demiphonem. 13 Blanditiis evocavit. 14 Tantum non, μόνον οὐχὶ, propemodum, fermè. 15 Immenſa promittens, ſpeſque ampliſſimas oſtentans. Sal. *Maria montesque polliceri cœpit.* A Perſarum arrogantiâ dictum, qui propter auri venas aureos montes jactabant. 16 Pellexit-ne dominum tuum, vel hoccine pollicebatur domino tuo, cui tantæ divitiæ erant, qui tantas divitias poſſidebat, & ultrà quàm uſus poſtulabat? 17 Abundabat divitiis, ἐπλεόναζε. 18 Mirari. 19 Talis eſt natura ejus, ſcilicet avara, ut omnia poſtponat lucro. 20 Interjectio benè de ſe ſentientis. 21 Divitem & opulentum, ut qui ſcirem uti bonis: ita ſum natura liberalis & magnanimus. Optat enim ſe habere divitias Demiphonis, quibus dicit ſe meliùs uſurum, quàm Demiphonem. 22 Al. *hinc*, ſcilicet Athenis. 23 Phædriæ & Antiphoni. 24 Pædagogum, & vitæ gubernatorem, οἷα παιδαγωγὸν καταλείπουσι. 25 Onus, officium grave, periculoſum ac moleſtum ſuſcepiſti, ſortitus es. Q. d. Regere alios, & aliorum negotiorum eſſe inſpectorem, eſt res difficillima ac duriſſima. *Capere provinciam* is dicitur, qui negotium aliquod curandum ſuſcipit. Sumpta eſt ſimilitudo à conſuetudine Romanorum, apud quos qui gerebant Magiſtratum, provincias alias alii ſortiebantur. Vide ſuprà. 26 Ita planè mihi accidit, συμβέβηκεν, re ipsâ expertus ſum, eſſe duram provinciam. Al. *uſus venit.*

1 Ita existimaveram. 2 Ab heris, à dominis custodem filiorum. 3 Malo, non satis propitio genio meo. Veteres autem, quoties prosperè quicquam evenerat, aut acceperant, *Diis propitiis*, id eveniſſe arbitrabantur: contra, quando mali quicquam evenerat, *Deo irato* id factum esse credebant. Pari modo, quia Geta ad malum suum relictus erat custos, dicit se *relictum* esse Deo irato suo, id est, genio suo & Deo, quem peculiarem nascendo sortiebatur. Q. d. Cum mœrore reminiscor, quod relinquor hîc ad malum & incommodum meum: quale solet evenire Deo irato. 4 Resistere adolescentibus, cùm in amorem incidérent. 5 Post abitum parentis. 6 Quid multa dicam? 7 Demipho. 8 Quamdiu præsto operam in regendis liberis. 9 Humeros. Synecdoche. 10 Scapularum mearum dominus esse desii, id est, scapulæ meæ carnificibus traditæ sunt cædendæ, adeò fuerunt verberibus attritæ scapulæ, ut me eas non habere, sed perdidisse putarem. Quia servi, natura contumeliosi, in scapulis verberari solebant; hinc natum est illud, *Scapulas perdidi*, sc. cædendo. 11 Jamdudum. 12 Sc. sic eventura esse. 13 Quæ dicis tibi accidisse. Q. d. Haud equidem miror id tibi contigisse. 14 Imperitia. 15 Domini filios, *vel*, adversus eum, qui te potentior est. 16 Sc. *jactare*, id est, stultum est repugnare & reluctari domini filiis, πρὸς κέντρα λακτίζειν. Metaphora petita est à bobus, quos agricolæ lignis præacutis à tergo fodiunt. Quod si quando calcibus repugnent adversus stimulum, graviùs etiam lædunturboves, tantum abest ut stimulo noceant. 17 Concedere. 18 Scivisti tempori servire, occasionem arripere, scivisti quid agendum hîc foret, negotiatorum exemplo, qui pro annonæ ratione pretium mercibus suis statuunt. Sen. *Utamur foro, & quod sors fert, æquo feramus animo.* Huic affine est, *servire scenæ.* 19 Antipho herilis filius, sc. *fecit.* 20 Δειχλικὸν. 21 Alter adolescens. Chremetis filius. 22 Fidicinam. 23 Præter modum & rationem, vehementer, ut homo perditus, cui nihil pensi quid agat, modò voti fiat compos. 24 Puella Chariſtria. 25 Ad quæstum. 26 Puellarum venditori turpissimo, avarissimo. 27 Lenoni ob pretium istius puellæ. 28 Erat apud filios. 29 Ne quid filii sui haberent, quo possent puellas emere à lenonibus. 30 Ambo, sc. Chremes & Demipho. 31 Amatori Phædriæ. 32 Satiare, id est, inani quadam voluptate sese oblectare. Metaphora à pecudibus, quæ pascendo saturantur.

1 *Ita existimaveram.*
2 *Ab heris, à dominis custodem filiorum.*
3 *Malo, non satis propitio genio meo.*

Memini relinqui me 3 *Deo irato meo.*
Cœpi 4 *adversari* 5 *primò:* 6 *quid verbis opus est?*
7 *Seni* 8 *fidelis dum fui,* 9 *scapulas* 10 *perdidi.* 26
DA. 11 *Venêre* 12 *in mentem* 13 *istæc mihi: namque*
14 *insciti a est,*
Adversum 15 *stimulum* 16 *calces.* GE. *cœpi his omnia*
Facere, 17 *obsequi, quæ vellent.* DA. 18 *sciſti ut fore.*
GE. 19 *Noster mali nil quidquam primò:* 20 *hic*
21 *Phædria* 30
Continuò quandam nactus est puellulam
22 *Citharistriam: hanc amare cœpit* 23 *perditè.*
24 *Ea* 25 *serviebat* 26 *lenoni impurissimo:*
Neque, quod 27 *daretur,* 28 *quidquam:* 29 *id curârant*
30 *patres.*
31 *Restabat aliud nihil, nisi oculos* 32 *pascere,* 35

Sectari,

[1] *Sectari, in* [2] *ludum ducere, & reducere:*
[3] *Nos* [4] *otiosi* [5] *operam dabamus Phædriæ.*
In quo [6] *hæc discebat ludo*, [7] *ex adverso* [8] *ei loco*
[9] *Tonstrina erat quædam:* [10] *hîc solebamus* [11] *ferè*
Plerumque eam [12] *operiri*, [13] *dum* [14] *inde iret* [15] *domum.*
Interea dum sedemus [16] *illic, intervenit*
Adolescens quidam lacrumans: nos [17] *mirarier?*
Rogamus, [18] *quid sit: nunquam æquè* ([19] *inquit*) [20] *ac modò*
Paupertas *mihi* onus [21] *visum est* & miserum, & grave.
Modò quandam vidi virginem [22] *hîc viciniæ*
Miseram, suam matrem [23] *lamentari mortuam:*
[24] *Ea* [25] *sita erat ex adverso: neque* [26] *illi* [27] *benevolens,*
Neque [28] *notus, neque* [29] *cognatus:* [30] *extra unam* [31] *aniculam,*
Quisquam aderat, qui [32] *adjutaret funus:* [33] *miseritum est:*
Virgo ipsa facie egregiâ. [34] *Quid verbis opus est?*
[35] *Commôrat omnes nos:* [36] *ibi continuò* [37] *Antipho,*

1 Comitari puellam in publicum prodeuntem. 2 Locum exercitii sive scholam, in quâ discebat artem Musicam. Nam omnis locus exercitii, qui Græcè *schola* dicitur, Latinè dicitur *ludus*. Inde *ludum litterarium* dicimus scholam, in quâ pueri literi dant operam. Hinc *ludimagister*, qui præest ludo litterario, ac litteras docet. 3 Ego & Antipho. 4 Otioso & tranquillo animo. 5 Adjuvabamus hac in re Phædriam. 6 Puella. 7 E regione illius loci, in quo discebat hæc Citharistria. 8 Al. *illicò*, id est, rectâ, statim, propè. 9 Officina tonsoria. 10 In hac tonstrinâ. 11 Ut plurimùm. 12 Exspectare. 13 Donec. 14 Ex ludo. 15 In domum lenonis. 16 In tonstrina exspectantes citharistriam. 17 Pro *mirari*, id est, admirabamus rei novitatem. Paragoge. 18 Quamobrem lachrymetur. 19 Adolescens. 20 Sicut paulò antè. 21 Refertur ad *onus*. Sal. *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.* 22 In hac vicinia, ubi multi vicini habitant. Nam *vicinia* complectitur homines inter se propinquos ac vicinos: *vicinitas* verò est domorum propinquitas. 23 Voce querulâ & tristi deflere. 24 Mater mortua. 25 Collocata, posita erat è regione puellæ. 26 Virgini. 27 Benevolus, qui patrocinium deserte, susciperet. 28 Quî ignaræ consilium impertiret. 29 Sanguine junctus. 30 Præter. 31 Quæ ætate & imbecillitate virium nihil poterat. 32 Curaret, vel auxiliaretur ad celebrandum funus, id est, ipsum officium exsequiarum. Heaut. *Atque illis onera adjuta.* 33 Misertus sum ejus puellæ, aiebat adolescens. 34 Finit orationem adolescentis lachrymantis. 35 Commoverat ad commiserationem adolescens illis lachrymis. 36 Tunc. 37 Scilicet *dixit*.

1 Ad visendum hanc puellam? Est autem constructio Græca: ut apud Virg. *populare penates Venimus.* 2 Adolescens inquit. Hoc Phædria vel quis alius ad adolescentem, qui virginem indicavit, conversus dicere videtur. 3 Ad eam. 4 Omnes nos. 5 Ubi erat virgo.

Vultis-ne eamus [1] *visere?* [2] *alius, censeo:*
Eamus, [3] *duc nos sodes:* [4] *imus,* [5] *venîmus,*
[6] *Videmus:* [7] *virgo pulchra: & quò magis* [8] *diceres,*
Nihil aderat [9] *adjumenti ad* [10] *pulchritudinem.* 55
Capillus [11] *passus,* [12] *nudus pes, ipsa* [13] *horrida:*
[14] *Lachrymæ, vestitus* [15] *turpis, ut, ni* [16] *vis boni*
In ipsâ inesset formâ, [17] *hæc formam exstinguerent.*
Ille, [18] *qui illam amabat* [19] *fidicinam, tantummodo,*
Satis [20] *scita, inquit:* [21] *noster verò.* DA. *jam scio:* 60
Amare cæpit. GE. *sci-n'* [22] *quàm?* *quò* [23] *evadat,*
vide:
Postridiè ad [24] *anum rectâ pergit: obsecrat,*
Ve [25] *sibi* [26] *ejus faciat* [27] *copiam: illa* [28] *enim se* [29] *negat*
Neque [30] *eum æquum ait* [31] *facere: illam civem esse*
Atticam,
[32] *Bonam,* [33] *bonis prognatam: si* [34] *uxorem velit,* 65
[35] *Lege* [36] *id licere facere:* [37] *sin aliter,* [38] *negat.*
[39] *Noster, quid ageret,* [40] *nescire: &* [41] *illam ducere*
Cupiebat, & [42] *metuebat* [43] *absentem patrem.*
DA. *Non, si* [44] *rediisset,* [45] *ei pater veniam daret?*
GE. [46] *Ille* [47] *indotatam virginẽ atq;* [48] *ignobilem* 70

6 Quemadmodum dixerat adolescens. Asyndeton: quale illud Cæsaris, *Veni, vidi, vidi.* 7 Sc. *erat.* 8 Eam esse pulchram. 9 Auxilii. 10 Commendandam & augendam. 11 Dispersus per totum collum, rejectus post tergum, id est, capilli ejus erant sparsi: à *pando, pandis.* Singularis pro plurali. 12 Pedes ejus erant sine calceis. 13 Inculta præ dolore. 14 Erant in ejus facie. 15 Propter matrem. 16 Abundantia pulchritudinis. 17 Quæ dixi, sc. solutio crinis, nuditas pedum, lachrymæ, vestitus turpis. 18 Phædria. Est enim periphrasis Phædriæ. 19 Citharistriam. 20 Formosa, pulchra, elegans est ut in Andr. Scitus *puer natus est Pamphilo.* 21 Antipho, sc. *cœpit amare*: sed intercepit sermonem Davus. 22 Sc. amare cœperit? 23 Perveniat. 24 Vetulam, quæ custodiebat puellam. 25 Antiphoni. 26 Puellæ. 27 Facultatem, id est, ut eam quamprimùm sibi aradat, ut potiatur eâ virgine. 28 Verò. Nam *tò enim* hîc non est Conjunctio causalis, sed adversativa, pro *sed*, vel *verò*. Vide Adelph. 4, 5. 29 Facturam copiam. 30 Antiphonem. 31 Quod hoc petit. 32 Probam, ingenuam, nobilem. Horat. *Fortes creantur fortibus & bonis, &c.* 33 Probis parentibus, majoribus. 34 Ducere hanc puellam. 35 Legitime, secundùm legem Atticam, ut civis civem ducat. 36 Quod petit, sc. copiam virginis. 37 Sed si alio modo velit sibi fieri copiam virginis. 38 Anus se facturam. 39 Antipho. 40 Nesciebat. 41 Puellam. 42 Nempe domum rediens, illum ædibus expelleret. 43 Qui in Cilicia erat. 44 Domum. 45 Non permitteret habere eam uxorem? 46 Pater, homo tam avarus. 47 Dote carentem. 48 Non natam ex claris parentibus, obscuro loco natam.

Daret

Daret illi? nunquam faceret. DA. [1] *quid fit deinque?*
GE. [2] *Quid fiat? eſt* [3] *paraſitus quidam Phormio,*
Homo [4] *confidens:* [5] *qui illum Dii omnes* [6] *perduint!)*
DA. *Quid is fecit?* GE. *hoc conſilium, quod dicam,*
[7] *dedit:*
[8] *Lex eſt, ut orbæ, qui ſint genere proximi,*
Iis nubant: & illos ducere eadem hæc lex jubet.
[9] *Ego* [10] *te* [11] *cognatum dicam, & tibi* [12] *ſcribam*
dicam:
[13] *Paternum amicum me aſſimulabo virginis:*
Ad judices veniemus: quis fuerit pater,
Quæ mater, [14] *quî cognata tibi ſit, omnia hæc*
[15] *Confingam:* [16] *quod erit mihi bonum atque commodum,*
Cùm tu [17] *horum nihil* [18] *refelles,* [19] *vincam* [20] *ſcilicet*
[21] *Pater* [22] *aderit: mihi paratę* [23] *lites: quid* [24] *meâ?*
[25] *Illa quidem* [26] *noſtra erit.* DA. [27] *jocularem audaciam!*
GE. *Perſuaſum eſt* [28] *homini:* [29] *factum eſt:* [30] *ventum eſt:* [31] *vincimur:*

1 Cum illo adoleſcente, id eſt, quis exitus rei tandem conſequitur?
2 Quæris, interrogas, quid factum fuerit? De præterito enim, tanquam de præſenti loquitur.
3 Qui alienum cibum ſectari ſoleat.
4 Audax, temerarius.
5 Sc. *dedit hoc conſilium, quod*

dicam: ſed conſideratione audaciæ ejus Geta confuſus, interrumpit hęc verba. 6 Perdant! Imprecatio eſt. 7 Sc. *ei*. 8 Sc. *inquit Phormio*. Eſt Mimêſis. Ordo eſt: *Lex eſt*, ſc. Athenis, *ut* virgines *orbæ*, id eſt, pupillę, parentibus privatę, *nubant iis*, ſc. adoleſcentibus, *qui ſint proximi genere*, id eſt, cognatione: *& hæc eadem lex*, ſc. Attica, *jubet illos*, ſc. proximos, *ducere*, ſc. illas orbas ſibi cognatas. Illa ergo lex talis: *Orba proximo nubat, orbam proximus ducat*. Vide Adelph. 4, 5. & infrà. 2. 3. 9 Inquit paraſitus Mimêſis eſt. 10 Antiphonem. 11 Virginis. 12 Litem intendam, diem dicam, in jus vocabo. Græca eſt phraſis δίκην γράφεσθαι, id eſt, *litem intendere*. *Dica* enim ſignificat actionem, quam contra aliquem in judicio experimur: vulgò *citationem* vocamus. 13 Fingam, comminiſcar me eſſe amicum patris virginis. 14 Quomodo, quâ ratione. 15 Comminiſcar. 16 Quatenus ex uſu meo videbitur, & quantum commodum erit. 17 Confingam. 18 Refutabis. 19 Superabo te in judicio. 20 Certè. Eſt particula affirmandi. 21 Pater tuus Demiphio. 22 Reverſus ex Cilicia. 23 Actiones & controverſiæ forenſes, ſcilicet *erunt*. 24 Sc. *intereſt, refert?* 25 Orba puella. 26 De grege noſtro: nam in judicio vincemus. Verba enim hæc ſunt adhùc Phormionis, qui cùm intimus eſſet Antiphoni, non poterat non etiam Phanio, ubi ab hoc deducta eſſet domum, itidem eſſe amicus. 27 O, *vel*, audio ex te, vel dicis audaciam joco ſimilem, ridiculam; *vel*, quæ joco & fabulæ ſimilior videtur, quàm rei geſtæ & veræ. Sic Andr. 5, 4. Jocularium *in malum inſciens penè incidi*. 28 Antiphoni, ut ſc. aſſentiretur conſilio callido. 29 Quemadmodum dixerat Phormio, id eſt, dixit paraſitus, quis fuiſſet pater, quæ mater, quomodo fuerit cognata, &c. 30 Ad judices. 31 Ab adverſariis noſtris in judicio.

1 Illam virginem.
2 De te, id est, quid tibi continget, qui magister reliquus sis Antiphoni?
3 Fortuna. Al. *fors.*
4 Talis est illa sententia apud Virg. *Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.* Et apud Horat. *Levius fit patientiâ, Quicquid corrigere est nefas.*
5 Placet mihi responsum tuum magnanimum & constans.

1 *Duxit.* DA. *quid narras?* GE. *hoc, quod audis.*
DA. *ô Geta!*
Quid 2 *te futurum est?* GE. *nescio herclè: unam hoc scio:*
Quod 3 *fors ferat,* 4 *feremus æquo animo.* DA. 5 *placet:*
6 *Hem,* 7 *istuc viri est officium.* GE. 8 *in me omnis spes mihi est.*
DA. 9 *Laudo.* GE. *ad* 10 *precatorem adeam,* 11 *credo, qui* 12 *mihi*
Sic oret: nunc 13 *amitte quæso* 14 *hunc: cæterùm*
Posthac si 15 *quidquam,* 16 *nihil* 17 *precor:* 18 *tantummodò*
Non addat, ubi ego hinc abiero, vel occidito.
DA. *Quid* 20 *pædagogus* 21 *ille, qui* 22 *citharistriam?*
23 *Quid rei gerit?* GE. *sic* 24 *tenuiter.* DA. *non multum habet*
Quod det fortasse. GE. *imò nihil, nisi spem* 25 *meram.*
DA. *Pater* 26 *ejus rediit, an non?* GE. 27 *nondum.* DA. *quid?* 28 *senem*
29 *Quoad exspectatis vestrum?* GE. *non certum scio:*
Sed epistolam ab eo allatam esse audivi modò, &

6 Hortantis hîc est. 7 Esse forti animo, *vel*, ut æquo animo ferat, quæ acciderint. 8 In mea solertia, ut strenuè me defendam. Ætiologia, quare velit æquo animo ferre fortunæ eventum. 9 Quod habeas fortem animum in rebus adversis. 10 Intercessorem, qui pro me intercedat. Sic Heaut. 5, 2. *Nec tu aram tibi, neque* precatorem *parâris.* 11 Ironia. Q. d. Non credo me facturum. 12 Pro me. 13 Dimitte. Prosopopœia est: inducitur enim precator loquens. 14 Servum Getam. 15 In aliquâ re, scilicet *deliquerit, peccaverit.* 16 Non. 17 Pro eo. 18 Verba sunt Getæ. 19 Verba sunt precatoris. 20 Phædria scilicet, quem priùs puellam *sectari, in ludum ducere & reducere* (quod pædagogi munus) dixerat Geta. Servi enim, qui heriles filios in scholas deducebant, atque inde domum reducebant. *Pædagogi* dicebantur, ἀπὸ τῆς παιδὸς ἄγεσθαι. Ita hîc per jocum Phædria, qui Citharistriam ducebat. 21 Sc. *facit?* 22 Sc. *sectatur, deducit, ad ludum citharœdicum, amat:* vel tale quid. Ellipsis. 23 Quomodo vivit? 24 Parcè, sobriè. Significat, Phædriam nihil habere, amicæ quod det. 25 Solam, puram. 26 Phædriæ, sc. Chremes. 27 Scilicet *rediit.* 28 Demiphonem. 29 Quando, ad quod tempus.

Ad

Ad [1] *portitores esse delatam* : [2] *hanc* [3] *petam.* IDA. *Nunquid, Geta, aliud me vis?* GE. *ut benè sit tibi.*

[4] *Puer* [5] *heus* : *nemon' hùc prodit?* [6] *cape, da hoc* [7] *Dorcio.*

1 Custodes portuum, qui in portu rebus inferendis operam dant.

Portitores enim dicuntur, qui Principis jussu aut magistratus cujusquam in portu ideò sedent, ut à prætervectigal exigant. 2 Epistolam. 3 Adferam. 4 Alloquitur mutam personam. 5 Adverbium vocandi. 6 Argentum hoc. 7 Ancillæ. Dorcium est fœm. gen. ut *Glycerium.*

ACTUS I. SCENA III.

ANTIPHO, PHÆDRIA.

AN. [1] *Adeon' rem rediisse, ut, qui mihi* [2] *consultum esse optimè velit,*

Phædria, patrem extimescam, [3] *ubi in mentem ejus* [4] *adventi venit!*

Quòd [5] *ni fuissem* [6] *incogitans,* [7] *ita* [8] *eum* [9] *exspectarem,* [10] *ut par fuit.*

PH. *Quid istuc est?* AN. *rogitas?* [11] *qui tam* [12] *audacis facinoris mihi conscius*

Sis? quod utinam ne Phormioni [13] *id suaderet in mentem incidisset,*

[14] *Neu me* [15] *cupidum* [16] *eò* [17] *impulisset,* [18] *quod mihi* [19] *principium est mali.*

[20] *Non potitus essem: fuisset tum mihi illos* [21] *ægrè aliquot dies:*

1 Fieri-ne potest, rem ad eum pervenisse statum! Querela Antiphonis metuentis patrem, & Phædriæ correptio hîc exhibetur: contendunt autê inter se, uter magis miser sit.

2 Provisum, id est, ut provideatur & prospiciatur optimè mihi, & cui res meæ cordi sunt. 3 Cum ego recordor ejus adventus. 4 Pro *adventus*, sc. Athenas ex Cilicia. Genitivus antiquus. Cic. *Venit enim mihi Platonis in mentem.* 5 Nisi. 6 Temerarius, præceps; quia pleraque mala potiùs ex incogitantiâ, quàm ignorantiâ. 7 Eo animo. 8 Patrem. 9 Exspectassem. Enallage temporis. 10 Sicut æquum fui seu decuit probum & obedientem filium eum exspectare. Q. d. Nequaquam duxissem uxorem, absente patre, adversando ejus voluntati. 11 Qui mecum scias, quàm audax facinus commiserim. 12 Contracti matrimonii, absente patre, sive quod duxerim uxorem, nesciente patre. 13 Ut ducerem uxorem. 14 Ne-ve. 15 Volentem, & incensum amore. 16 Ad id faciendum, sc. ad ducendam uxorem. 17 Instigasset. 18 Sc. me tam cupidum fuisse. 19 Præcipuum est malum, caput mali. 20 Verum quidem est, non essem consecutus rem amatam, id est, eam puellam. Occupatio. 21 Grave ac molestum, id est, ingens dolor extitisset in animo meo.

1 Respondet taciteæ objectioni.

1 *At non* 2 *quotidiana* 3 *cura hæc angeret animum.*

PH. 4 *audio.*

AN. 5 *Dum exspecto,* 6 *quàm mox* 7 *veniat, qui adimat hanc mihi* 8 *consuetudinem.*

PH. 9 *Aliis, quia* 10 *desit* 11 *quod amant,* 12 *ægrè est: tibi, quia* 13 *supereſt,* 14 *dolet:*

15 *Amore abundas, Antipho.*

Nam tua quidem 16 *herclè certè* 17 *vita hæc expetenda optandaque est.*

18 *Ita me Dii* 19 *benè ament,* 20 *ut mihi liceat* 21 *tam diu, quod amo,* 22 *frui,*

Iam depaciſci mortem cupio: 23 *tu conjicito cætera,*

24 *Quid ego ex hac* 25 *inopiâ nunc capiam, &* 26 *quid* 27 *tu ex istac* 28 *copiâ:*

29 *Vt ne* 30 *addam, quòd* 31 *sinè sumptu,* 32 *ingenuam,* 33 *liberalem* 34 *nactus es:*

Quòd habes, ita ut voluisti, uxorem, sine 35 *malâ famâ:* 36 *palam*

Beatus, 37 *nî unum desit, animus qui* 38 *modestè* 39 *istæc ferat.*

2 Quâ quotidie conficior.

3 Sollicitudo.

4 Audio quidem, quod dicis, sed longè aliter sentio, & nihil dicis: amore enim suo frui, ut facis, omnibus rebus anteponendum mihi videtur.

Τὸ audio sumitur hîc εἰρωνικὸν est, & κατ' ἀντίφρασιν sumitur, id est, non audio, non assentior. 5 Quamdiu exspecto, sc. *at non quotidiana cura*, &c. 6 Quàm citò. 7 Pater domum. 8 Conversationem, familiaritatem, quam cum eâ habui, τὴν συνουσίαν, usum fructumque amoris. 9 Adolescentibus. 10 Deest. Virg. *Lac mihi non æstate novum, non frigore* defit. Sic Eun. 2, 2. *Omnia habes, neque quicquam habes: nil cùm est, nil* defit *tamen.* 11 Rei amatæ fruitio. 12 Molestum est. 13 Quod amas, id est, potiundæ amicæ occasio abundans est. πλεονάζει, περισσεύει. 14 Dolori est. 15 Ex nimia satietate lascivis. 16 Particulæ asseverantis, ad significandam felicitatis magnitudinem & certitudinem. 17 Hic vitæ tuæ status, hæc commoda & voluptates vitæ tuæ. 18 Modus est jurandi. 19 Ardenter, vehementer. 20 Ut tam diu amore meo fruar, quamdiu tu tuo, paratus sum pactionem cum morte inire, vitam cum morte commutare. 21 Tantisper. 22 Citharistria mea, quam amo. 23 Tecum cogita, cætera tibi conjicienda relinquo, quæ sc. ex his sequuntur, id est, quàm tu sis fortunatus, & ego miser. 24 Molestiæ, id est, quos dolores ego patiar. 25 A moris sc. quod non possim frui, quod amo. 26 Voluptatis, id est, quæ gaudia. 27 Sc. *capias*, id est, percipias. 28 Abundantiâ rei optatæ: quia domi amicam habes. 29 Ut taceam. Præteritio, quâ Antiphonis amplificat felicitatem à persona novæ nuptæ. 30 His. 31 Quæ tibi sumptum non faciat. 32 Liberam, non servam, liberis parentibus ortam. 33 Honestam, benè moratam amicam. 34 Sortitus es. 35 Malo nomine. 36 Sinè omni dubitatione, sine controversia fortunatus es. 37 Nisi unum hoc tibi desit, animus sc. qui hæc ferat. 38 Moderatè. 39 Commoda, quæ tibi contigerunt, ferre possit, id est, qui his possit esse contentus, qui rectè possit uti talibus bonis.

Quòd

Quòd si tibi [1] *res sit cum* [2] *eo lenone,* [3] *quotum mihi est,* [4] *tum sentias.*
Ita plerique [5] *ingenio sumus omnes: nostri nosmet pœnitet.*
AN. *At tu mihi contrà nunc videre fortunatus, Phædria,*
Cui [6] *de integro est potestas etiam* [7] *consulendi, quid velis:*
[8] *Retinere, amare,* [9] *amittere: ego in eum* [10] *incidi infelix locum,*
[11] *Ut neque mihi ejus sit amittendi, nec* [12] *retinendi copia.*
Sed hoc quid est? videon' ego advenire hùc currentem Getam?
Is [13] *ipsus est.* [14] *Hei! timeo miser, quam nunc mihi hic rem nuntiet.*

1 Negotium. 2 Avarissimo scilicet. 3 Cum quo. Anastrophe. 4 Te reverà beatum esse; *vel*, quantum sit molestiæ illi, cui cum talibus est negotium. 5 Habemus talem naturam, ut nunquam sorte nostra contenti simus, sed semper alienam sortem magis miremur, nostram contemnamus, optemus inexperta, experta damnemus. Horat. *Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.* Et Ovid. *Fertilior seges est aliena semper in arvo, Vicinumque pecus grandius uber habet.* 6 De novo; *vel*, de rebus tuis adhùc integris. 7 Consultandi, deliberandi. 8 Fidicinam. 9 Dimittere à te, deserere eam. 10 Deveni miser in eum statum, id est, res meæ eò redactæ sunt. 11 Ut non habeam facultatem neque amittendi, neque retinendi ejus quod amo. 12 Propter patrem, qui mox hanc mihi consuetudinem est adempturus. 13 Ipse. Antiquum est. 14 Vox est ingemiscentis seu dolentis.

ACTUS I. SCENA IV.

GETA, ANTIPHO, PHÆDRIA.

GE. [1] *Nullus es, Geta, nisi jam aliquod tibi consilium* [2] *celere* [3] *reppereris:*
Ita subitò nunc [4] *imparatum tanta* [5] *te impendent mala:*

1 Periisti, actum est de te. Hæc secum loquitur Geta, rediens à portitoribus admodum tristis. Porrò Antiphoni nunciat Geta, è Ciliciâ rediisse patrem Demiphonem, quo nuntio tantus injicitur metus male sibi conscio adolescenti, ut subducat illicò sese. 2 Subitum, velociter inventum. Dicitur, *hic celere, hæc celeris, hoc celere.* 3 Inveneris, excogitaveris. 4 Minimè instructum consiliis. 5 In te pendent, tibi imminent. Compositum pro simplici.

1 Mala. 2 Quomodo. 3 Declinem, effugiam, priusquam irruant. 4 Ex illis malis, si in ea incidam. 5 Expediam. 6 Tegi, occultari. 7 Audax facinus, temeritas de conjugio tam temere facto, quod sc. Antipho duxerit uxorem, absente patre, cujus rei ego fui author.

1 *Quæ neque* 2 *uti* 3 *devitem scio, neque quo modo me* 4 *inde* 5 *extraham:*
Nam non potest 6 *celari nostra diutiùs jam* 7 *audacia:*
Quæ si non 8 *astu providentur, me aut* 9 *herum* 10 *pessumdabunt.* 5
AN. 11 *Quid-nam* 12 *ille* 13 *commotus venit?* GE. 14 *tum, temporis* 15 *punctum mihi*
16 *Ad hanc rem* 17 *est:* 18 *herus adest.* AN. *quid istuc est* 19 *mali?*
GE. 20 *Quod cùm* 21 *audierit, quid ejus* 22 *remedium inveniam iracundiæ?*
23 *Loquar-ne?* 24 *incendam:* 25 *taceam?* 26 *instigem:* 27 *purgem me?* 28 *laterem lavem.*
29 *Eheu me miserum!* 30 *cùm mihi parveo,* 31 *tùm Antipho me excruciat* 32 *animi:* 10
Ejus me miseret: ei nunc timeo: is nunc me 33 *retinet: nam* 34 *absque* 35 *eo*
Esset, rectè ego mihi 36 *vidissem, &* 37 *senis essem* 38 *ultùs iracundiam:*
Aliquid 39 *convasassem, atque hinc* 40 *me conjicerem protinùs in pedes,*

8 Astutè, astutiè. 9 Herilem filium Antiphonem. 10 Oppriment. Hic versus totidem verbis repetitur à Davo suprà Andr. 2, 3, 3. 11 Propter quid, cur. 12 Geta. 13 Perturbatus. 14 Præterea. Geta non videns juvenes, pergit in sermone suo. 15 Momentum, brevissimum tempus. Metaphora sumpta est à puncto Mathematico. 16 Ad huic rei providendum, ad deliberandum, quid mihi in hac re agendum sit. 17 Superest, restat. 18 Senex Demipho jam domum rediit. 19 Incommodi, quòd perturbatus loquitur Geta. 20 Uxorem duxisse Antiphonem filium. 21 Demipho. 22 Consilium, quo placari possit senis iracundia. 23 An interroganti de re tota hero respondeam? Q. d. Non. 24 Nam si loquar, inflammabo iracundiam viri, iracundiorem reddam. 25 Nihil respondendo. Q. d. Non. 26 Quia sic incitem eum ad iracundiam. 27 Excusem me, à me culpam & suspicionem omnem amoliendo? Q. d. Non. 28 Quia sic frustrà laborem, inanem operam sumam, sicut qui lavando latere, ut eum dealbet, operam perdit: nam lavando rubrior fit. 29 Interjectio dolentis. 30 Partim timeo, ne quid mali mihi accidat propter adventum Demiphonis. 31 Multò magis. 32 Animo, id est, me curis torquet, facit me perturbatissimum. Archaïsmus est. 33 Remoratur me, qui essem fugiturus, nisi res ad eum pertineret. 34 Plaut. *Nam absque eo esset, hodiè nunquam ad Solem occasum viverem.* 35 Antiphone. 36 Providissem, prospexissem. Aphæresis est. 37 Demiphonis. 38 Subita fuga. 39 Collegissem furto sarcinam aliquam, ac mecum asportassem, vasa collegissem. 40 Fugerem illicò.

AN.

AN. [1] *Quam* [2] *hic fugam aut* [3] *furtum parat?*
GE. *Sed ubi Antiphonem reperiam? aut* [4] *quâ quæ-*
rere insistam viâ?
PH. *Te nominat. AN. nescio quod magnum hoc nuntio*
exspecto malum.
PH. [5] *Ah! sanus-ne es?*
GE. *Domum ire pergam: ibi* [6] *plurimum est. PH. re-*
vocemus hominem. AN. sta illicò. GE. [7] *hem!*
Satis [8] *pro imperio,* [9] *quisquis es. AN. Geta. GE. ipse*
est, quem volui [10] *obviam.*
AN. [11] *Cedo,* [12] *quid portas, obsecro? atque id si* [13] *po-*
tes, [14] *verbo expedi.*
GE. [15] *Faciam. AN. eloquere. GE.* [16] *modò apud por-*
tum. AN. [17] *meum-ne? GE. intellexti. AN.*
[18] *occidi. PH. hem!*
AN. *Quid agam? PH. quid ais? GE.* [19] *hujus pa-*
trem [20] *vidisse me,* [21] *patruum tuum.*
AN. [22] *Nam quod ego huic nunc* [23] *subito exitio reme-*
dium inveniam miser?
[24] *Quòd si* [25] *eò meæ fortunæ redeunt, Phanium, abs te*
ut distrahar;
[26] *Nulla est mihi vita expetenda. GE.* [27] *ergo istæc*
cùm ita sint, Antipho,
Tantò magis te [28] *advigilare æquum est,* [29] Fortes
fortuna adjuvat.

1 Hæc dicit Antipho Phædriæ cognato.
2 Getæ.
3 Quia dixerat, *aliquid convasassim.*
4 Quam viam capiam ad eum quærendum?
5 Interjectio dolentis.
6 Sæpissime est propter amorem uxoris suæ.
7 Indignantis est. 8 Imperiosè, secundùm imperium, cum fiducia loqueris, agis, & sine timore, ut solent homines imperio freti. 9 Nondum enim animadvertit esse Antiphonem. 10 Mihi venire, dari. 11 Dic. 12 Scilicet *novi.* 13 Possibile est. 14 Paucis explica, quid portes nuntii. 15 Brevibus narrabo totam rem. 16 *Patrem tuum vidi*, dicturus erat Geta; sed prævenius est ab Antiphone, quem timor intelligentem fecerat. 17 Scilicet *patrem Demiphonem vidisti?* 18 Actum est de me. 19 Antiphonis. 20 Scilicet *dicit: ejus.* 21 Qui est patruus tuus, id est, frater patris tui. 22 Quod-nam. 23 Repentino malo, quod mihi imminet. 24 Apostrophe ad Phanium. 25 In eum statum, in eam angustiam eventus mei, res meæ revertuntur, rediguntur. 26 Ne Deorum quidem. 27 Itaque cùm tantoperè timeas ab eâ distrahi. 28 Vigilem esse, operam dare, ut eam conserves. 29 Audaces & animosos fortuna juvat. Undè Cato apud Sal. *Non votis, neque supplicüs mulierebribus auxilia Deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prosperè omnia cedunt: ubi socordiæ te atque ignaviæ tradideris, nequidquam Deos implores, irati infestique sunt.*

AN. [1] *Non sum apud me.* GE. *atqui opus est nunc cum maximè,* [2] *ut sis, Antipho:*
Nam si [3] *senserit te timidum pater esse, arbitrabitur*
[4] *Commeruisse culpam.* PH. *hoc verum est.* AN. [5] *non possum immutarier.*
GE. [6] *Quid si aliquid gravius tibi nunc faciendum foret?* 30
AN. *Cùm* [7] *hoc non possum,* [8] *illud minùs possem.*
GE. *hoc* [9] *nihil est, Phædria:* [10] *ilicet:*
[11] *Quid conterimus operam frustrà?* [12] *quin abeo?* PH. *& quidem ego.* AN. *obsecro,*
Quid si [13] *assimulo?* [14] *satin' est?* GE. [15] *garris.*
AN. [16] *vultum contemplamini:* [17] *hem,*
Satine sic est? GE. *non.* AN. *quid si sic?* GE. *propemodum.* AN. *quid si sic?* GE. *sat est*
[18] *Hem istuc* [19] *serva,* [20] *& verbum verbo, par pari ut respondeas,* 35
Ne suis te [21] *iratus sævis dictis* [22] *protelet.* AN. *scio.*
GE. [23] *Vi* [24] *coactum te esse* [25] *invitum,* [26] *lege,*
[27] *judicio:* [28] *tenes?*
Sed quis hic est senex, quem video in [29] *ultima plateâ?*
AN. [30] *ipsus est:*
Non possum [31] *adesse.* GE. [32] *ah! quid agis? quò abis, Antipho? mane,*

1 Præ nimio metu nihil possum incipere.
2 Apud te.
3 Intellexerit.
4 Commisisse.
5 Non possum facere contra naturam, non possum effici fortis & audax.
6 Sc. *facerem.*
7 Tolerare, quod est minùs grave, sc. esse animo forti.
8 Quod est gravius ac molestius.
9 Nullius momenti.
10 Ire licet.

actum est de Antiphone, id est, nulla in eo spes salutis reliqua est, id est firmitatis, constantiæ, frustrà hæc à nobis dicuntur. A judicierum consuetudine sumptum, ubi cùm finitum esset judicium, præco clamabat: Ilicet, id est, ire licet, finito judicio. 11 Cur inanem operam sumimus, monendo Antiphonem? 12 Sed, ἀλλὰ. 13 Fingo me esse animo forti, vel audacem apud patrem, quasi nullius rei mihi esiem conscius? 14 Vultum mutat, & ad confidentiam se componit Antipho, ut abeuntes, aut abire simulantes retineat. 15 Nihil est, nugaris. 16 Ait emergat tristitiæ signum. 17 Monentis est. 18 Admonentis. 19 Observa. 20 Fac ut in loquendo & respondendo semper tibi constes. Quid hoc sit, non melius potest intelligi, quàm ex contentione Demiphonis & Phædriæ scenâ sequenti: quod enim Antipho subterfugit, Phædria probè implevit officium. 21 Senex pater. 22 Perturbet, exagitet, & longè propellat. Metaphora petita est à crebro telorum jactu, quo perturbatur is, qui petitur. 23 Sc. *dic, fac respondeas.* 24 Ad ducendam uxorem. 25 Te nolente. Πλεονασμικῶς dictum est. 26 Atticè. 27 Sententia judicis, qua in te tulit. 28 Intelligis-ne? 29 Extrema parte plateæ: ut *imæ fores*, id est, forium pars ima. 30 Ipse pater est. 31 Patri, id est, exspectare adventum patris. 32 Interjectio dolentis.

Mane

Mane, inquam. AN. *egomet* [1] *me novi. &* [2] *peccatum meum:*
Vobis commendo Phanium, & [3] *vitam meam.*
PH. *Geta, quid nunc fiet?* GE. *tu jam* [4] *lites audies:*
Ego [5] *plectar pendens, nisi quid me fefellerit.*
Sed quod modò hîc nos Antiphonem monuimus,
[6] *Id nosmet ipsos facere oportet, Phædria.*
PH. [7] *Auser mihi* [8] *oportet:* [9] *quin tu, quid faciam, impera.*
GE. *Meministin',* [10] *olim ut fuerit vestra oratio*
In re incipiundâ ad defendendam [11] *noxiam?*
Iustam illam [12] *causam, facilem,* [13] *vincibilem, optimam.*
PH. [14] *Memini.* GE. [15] *hem! nunc* [16] *ipsâ eâ est opus, aut,* [17] *si quid potest,*
Meliore, & callidiore. PH. *fiet sedulò.*
GE. *Nunc prior* [18] *adito tu: ego* [19] *in insidiis hîc ero*
[20] *Succenturiatus, si* [21] *quid* [22] *deficies.* PH. [23] *age.*

1 Honem pdum.
2 Quod duxerim uxorem, absente patre.
3 Defensionem vitæ meæ.
4 Jurgia. Bene Donatus hùc comparavit locum Heaut. 2, 3, 115. *Tibi erunt parata verba, huic homini verbera:* ἐκ παραλλήλου enim hæc dicuntur.

5 Puniar, feriar. 6 Ut simus audaces seu forti animo. 7 Omitte illud *oportet*, ne dicas mihi amplius, oportet hoc vel hoc facere. 8 *Oportet* hîc materialiter est accipiendum. Dixerat enim Geta, *id nosmet ipsos facere oportet*: id corrigit Phædria & mutat, dicens: *quin tu, quid faciam, impera;* quo se paratissimum ostendat, quacunque ope possit, Antiphoni auxiliari. 9 Imò præscribe mihi leges. 10 Antehac, nuper, cùm sc. Geta moneret Antiphonem, ut responderet accusa ionibus prioribus, se invitum esse coactum, lege, judicio. 11 Noxam, id est, culpam, peccatum. 12 Defensionem. 13 Quæ facile vincatur. 14 Hanc fuisse orationem nostram. 15 Monentis est. 16 Scilicet *causâ, defensione*, vel *oratione*. 17 Si quâ ratione possibile est quippiam inveniri vel excogitari, εἴπως δυνατόν ἐστι. 18 Accede, adorire, aggredere eum. Virg. *Nec quisquam ex agmine tanto Audet* adire *virum*. 19 Alii melius *in subsidiis* legunt, teste Palmerio, id est, in secunda acie. Nam quæ deficientibus primis submittitur acies, *subsidia* dicuntur, non *acies*. 20 Substitutus, id est, succurrere ac supplere defectum paratus. Q. d. Ego diligenter tibi subserviam, diligenter te observabo, ne in confutandò sene, & in defendenda noxa Antiphonis deficias. Donatus admonet, Metaphoram esse à re militari sumptam. *Succenturiari* dicuntur, qui explendæ centuriæ militaris gratiâ subjiciunt se ad supplementum ordinum. 21 In aliquâ re. 22 Infacetior eris. 23 Fac quod dicis: vel est Adverbium hortandi.

ACTUS II. SCENA I.

DEMIPHO, GETA, PHÆDRIA.

Filium Antiphonem, se absente, uxorem duxisse, ægerrimè fert Demipho; Phædriâ ille & Getâ servo defenditur. Ad postremum Demipho Phormionem convenire constituit, ut injuriam cum eo expostulet, qui ducendæ puellæ auctor fuerat.

DE. [1] ITa-ne [2] *tandem uxorem duxit Antipho* [3] *injussu meo?*
Nec meum [4] *imperium, ac,* [5] *mitto imperium, non* [6] *simultatem meam*
[7] *Revereri saltem?* [8] *non pudere? ô* [9] *facinus audax! ô Geta*
[10] *Monitor!* GE. [11] *vix tandem.* DE. *quid mihi* [12] *dicent? aut quam* [13] *causam reperient?*
[14] *Demiror.* GE. *atqui* [15] *repperi jam:* [16] *aliud cura.*
DE. *an hoc* [17] *dicent mihi?*
[18] *Invitus fecit: lex* [19] *coëgit:* [20] *audio,* [21] *fateor.*
GE. *placet.*
DE. [22] *Verùm scientem, tacitum* [23] *causam tradere adversariis.*
Etiam-ne id facere lex [24] *coëgit?* PH. [25] *illud durum.*
GE. *ego* [26] *expediam:* [27] *sine,*

2 Hæc particula habet quiddam urgens & accelerans. 3 Contra meam voluntatem? 4 Paternam meam auctoritatem, sc. *reveritus est?* 5 Omitto. 6 Iram, odium. Donatus *jurgium & contentionem* exponit, quod sc. ex odio oriantur. *Simultas* propriè est odium tectum, latens, dissimulatum: à *simulando*, ut quidam volunt, dicta est; quia, qui simultates exercent, inter se *simulatâ* loquuntur. 7 Reveritus est, vel oportuit filium revereri? 8 An non puduit eum flagitii, vel mei, id est, mea causa? 9 Quia duxit uxorem invito patre. 10 Auctor nuptiarum, quia consilium dedisti, id est, huic mandes, si quid rectè curatum velis: hunccine ego filio meo quasi magistrum & monitorem reliqui? facinorum sc. monitor hic fuerit, non disciplinæ & probi moris magister. 11 Sc. *me nominat, meminit mei*, id est, denique post multa verba ad nomen meum pervenit. Exspectaverat enim Geta, ut se, velut huic rei caput, in primis accusaret. 12 Geta & filius. 13 Defensionem, excusationem. 14 Valdè miror, vel nescio: nam admirationem ignorantia facit. Sic enim Donatus interpretatur, & hanc interpretationem confirmat Getæ responsum. Sic Hecyr. 4, 1. PHI. *Credo: neque arbitrari patris est aliter: sed* demiror, *Quid sit, quamobrem tantoperè hunc omnes nos celare voluerit parcum*, id est, ego nescio, hoc quid sit. 15 Causam, quam dicam. 16 Noli de eo esse sollicitus, sed ad rem aliam confer curam tuam. 17 Antipho, Phædria & Geta. Occupatio. 18 Nolens duxit uxorem. Mimêsis. 19 Eum, ut duceret eam. 20 Admitto illam excusationem. 21 Legem coëgisse, vel id verisimile esse. 22 Confutatio objectionis. 23 Offerre victoriam in causa. 24 Q. d. Minimè. 25 Illud est magni momenti, vel periculosũ. 26 Totũ negotiũ. 27 Me facere, ut volo.

DE.

DE. *Incertum est, quid agam, quia præter spem, atque* [1] *incredibile* [2] *hoc mihi obtigit.*
Ita sum [3] *irritatus*, [4] *animum ut nequeam ad cogitandum instituere.*
[5] *Quamobrem* [6] Omnes, cùm secundæ res sunt maximè, tum maximè
Meditari secum oportet, quo pacto [7] adversam ærumnam ferant,
[8] *Pericla, damna*, [9] *exsilia*: [10] *peregrè rediens semper cogitet,*
Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ:
[11] *Communia esse hæc, fieri posse: ut ne quid animo sit* [12] *novum:*
Quidquid [13] *præter spem* [14] *eveniat,* [15] *omne id deputare esse in lucro.*
GE. *O Phædria, incredibile est, quantò herum* [16] *anteeo sapientiâ.*
[17] *Meditata mihi sunt omnia mea* [18] *incommoda*: [19] *herus si redierit,*
[20] *Molendum* [21] *usque in* [22] *pistrino*: *vapulandum*: *habendæ* [23] *compedes:*
Opus ruri faciundum: horum nihil quisquam accidet animo novum.

1 Quod nunquam fuissem creditturus.
2 Quod filius duxit uxorem, me absente.
3 Ad iram provocatus, commotus, perturbatus.
4 Ut non possim animum, improvisis filii Antiphonis nuptiis commotũ & turbatum, in cum statum disponere seu inducere, ut de eo, quod hîc agendum sit, seriò cogitare possim.

5 *Quamobrem oportet omnes* homines *meditari tum maximè*, id est, præcipuè, *cum res sunt maximè secundæ*, id est, prosperæ, &c. Quam commodè sententiam hanc dixerit Terentius à Philosophia sumptã, ostendit Cicero Tusc. 3. allato simili Euripidis loco. 6 Auson. in Periand. *Adversa rerum vel secunda prædicat Meditanda cunctis Comicus Terentius, Locare sedet, bellum gerere, aut ponere.* 7 Res adversas, calamitatem. 8 Asyndeton, & expositio ærumnarum. 9 Al. *exitia*. 10 Pater vel quicunque redit à longinquis regionibus. 11 Omnibus hominibus accidere posse. *Cuivis accidere potest, quod cuiquam potest.* Pub. Syrus. 12 Incogitatum, improvisum: q.d. ut nihil admiretur, si hoc acciderit. 13 Si illa mala non acciderint. 14 Accidat nobis. 15 Existimare id accidisse ex abundantia ultra id quod timebas futurum. 16 Præcello, supero. 17 Cogitata, considerata, provisa: ubi τὸ *meditata* passive sumitur, tanquam veniens à verbo Connumi *meditor*. Hæc est altera παρῳδία post illam in Adelphis 3, 3. 18 Pericula, mala. 19 Elegantem enumerationem addit suorum incommodorum. 20 Mihi erit. 21 Semper, assiduè. *Usque* significat durationem longi temporis. 22 Loco, in quo circumagebantur molæ trusatiles, & ita frumenta pinsebant, id est, molebantur. Vide Andr. 1, 2. 23 Vincula, catenæ colligantes pedes. Servi enim vincti erant in ergastulis, sed pedibus tantùm.

Quid-

Quidquid præter spem eveniet, omne id deputabo esse in lucro.

Sed [1] *quid* [2] *hominem* [3] *cessas adire, &* [4] *blandè in principio alloqui?*

DE. [5] *Mei fratris video* [6] *filium ire mihi obviam.*

PH. *Mi patrue salve.* DE. [7] *salve: sed ubi est Antipho?*

PH. [8] *Salvum advenire.* DE. [9] *credo:* [10] *hoc responde mihi.*

PH. [11] *Valet:* [12] *hîc est: sed satin'* [13] *omnia* [14] *ex sententiâ?*

DE. [15] *Vellem quidem.* PH. [16] *quid istuc?* DE. *rogitas, Phædria?*

[17] *Bonas, me absente, hîc* [18] *confecistis nuptias.*

PH. [19] *Eho! an* [20] *id succenses nunc illi?* GE. [21] *artificem probum!*

DE. *Ego-ne* [22] *illi non succenseam? ipsum* [23] *gestio*

[24] *Dari mihi in conspectum: nunc* [25] *suâ culpâ ut* [26] *sciat*

[27] *Lenem patrem illum factum me esse* [28] *acerrimum.*

PH. *Atqui nil* [29] *fecit, patrue,* [30] *quod succenseas.*

DE. *Ecce autem similia omnia: omnes* [31] *congruunt:*

[32] *Vnum cognôris, omnes nôris.* PH. *haud ita est.*

1 Propter quid, cur.
2 Demiphonem senem.
3 Apostrophe ad Phædriam.
4 Suaviter, lenibus verbis.
5 Chremetis.
6 Phædriam.
7 Resalutantis est.
8 Scilicet *te gaudeo.* Respondens hîc iterat Phædria salutationem.
9 Te gaudere propter meum adventum.
10 Quod te rogo.
11 Antipho.

Respondet de qualitate, cùm tamen interrogatus esset de loco. 12 Athenis agit res suas, ubi tu discedens reliquisti. 13 Scilicet *evenerunt, successerunt.* 14 Ex voto? 15 Omnia ex sententia mihi evenisse, successisse. 16 Quid accidit tibi, quòd sic mihi respondeas? 17 Per Antiphrasin & Ironiam ostendit bonas non esse nuptias, ut quæ sine patris jussu sint confectæ. 18 Conciliastis, celebrastis. 19 Interjectio admirantis. 20 Propter id, scilicet propter nuptias. 21 Scilicet ô Q. d. partes suas probè agere novit. Geta laudat Phædriam, quod defensionem patruelis eo astu inceptet, qui optabatur: fronte composita, verbis fidem asseverantibus: conferri debent v. 48. & 55. Hoc seorsum dicit, ut Demipho non audiat. 22 Filio meo. 23 Vehementer cupio. 24 Ante oculos meos, seu obviàm mihi venire. 25 Quod uxorem, me absente, duxerit. 26 Scire possit. 27 Facilem, indulgentem, scilicet *antehac.* 28 Difficillimum, durissimum. 29 Filius tuus. 30 Propter quod irascaris illi: Φ' ὦ ὀργισθείης. 31 Concordant, benè consentiunt, conveniunt, ὁμογνωμονοῦσι, συμφωνοῦσι. 32 Ex duobus, scilicet vel filium, vel Phædriam. Ita Virg. 2. Æn. *Accipe nunc Danaûm insidias, & crimine ab uno Disce omnes.*

DE.

DE. [1] *Hic in noxâ est,* [2] *ille ad* [3] *defendendam causam adest.*

[4] *Cùm ille est,* [5] *hic præsto est:* [6] *tradunt operas mutuas.*

GE. [7] *Probè eorum facta* [8] *imprudens* [9] *depinxit* [10] *senex.*

DE. *Nam* [11] *ni hæc ita essent,* [12] *cum illo haud stares, Phædria.*

PA. [13] *Si est, patrue, culpam ut Antipho in se admiserit,* 40

Ex quâ [14] *re* [15] *minus rei foret aut famæ temperans;*

[16] *Non causam dico, quin, quod meritus sit, ferat:*

Sed si quis fortè [17] *malitiâ fretus suâ,*

Insidias [18] *nostræ fecit* [18] *adolescentiæ,*

Ac [19] *vicit; nostran' culpa ea est, an judicum,* 45

[20] *Qui sæpè propter invidiam adimunt diviti,*

Aut propter misericordiam addunt pauperi?

GE. *Ni nossem* [21] *causam, crederem vera* [22] *hunc loqui.*

DE. *An quisquam judex est, qui possit noscere*

1 Antipho in culpa est, admisit culpam. Hos duos versus Guyetus plane expungit: nollem factum: satis enim probi & Terentio digni videntur: quos Donatus benè interpretatur, & exemplo Ciceroniano plane hùc convenienti illustrat.

2 Phædria.

3 Defendendam noxam sive culpam. 4 Cùm fratris filius Phædria in noxa sive culpa est. 5 Meus filius Antipho ad defendendum adest. 6 Mutuò se adjuvant, se vicissim in peccatis defendunt, mulus mulum scabit. Translatum videtur ab agricolis vicinis, qui mutuam inter sese operam commodare solent. Aut ab artificibus, qui mutuâ nonnunquam utuntur opera: maximè fabri ærarii. 7 Rectè, verè. 8 Nescicns amorem Phædriæ. Nondum enim ita rem se habere compererat Demipho, sed ex suspicione & irâ loquebatur. 9 Descripsit. Metaphora à pictoribus, qui coloribus exprimunt res ipsas. 10 Demipho. 11 Nisi enim tradederetis operas mutuas ac juvaretis alter alterum. 12 Non faveres illi, non ita defenderes meum filium Antiphonem, non esses ab illius partibus. Al. *pro illi*: ut apud Virg. 8. Æn. *In summo custos Tarpejæ Manlius arcis Stabat pro templo*, id est, pro defensione templi. *Stare* igitur *cum* vel *pro aliquo*, idem esse puto, quod Græcis, πρὸς τινος εἶναι, id est, alicui studere, favere, & cum tutari. Cic. *ab aliquo stare* dixit. 13 Si ita est. Huic apologiæ compara orationem Lysitelis apud Plautum Trinummo 2, 2, 46. &c. 14 Culpâ. 15 Non temperans foret rei familiaris, id est, utilitati, bonis, facultatibus suis, minùs, qui tum par esset, consulens, providens, quia indotatam duxit. 16 Non defendo illum, non intercedo pro illo. 17 Malitiosa sua confisus audacia. Translatio culpæ in Phormionem, & judices. 18 Nobis adolescentibus, qui sumus imperiti rerum. 19 Nos. 20 Qui sæpè divitibus tantas copias eripiunt, quia illis invident. 21 Scilicet aliam esse; quia coactus est suâ voluntate. 22 Phædriam.

[1] *Tua justa, ubi tute verbum non* [2] *respondeas,* 50
Ita ut [3] *ille fecit?* PH. *functus adolescentuli est*
[4] *Officium* [5] *liberalis: postquam* [6] *ad judices*
Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
Ita [7] *eum tum* [8] *timidum ibi obstupefecit pudor.*
GE. *Laudo* [9] *nunc: sed cesso adire quamprimùm*
[10] *senem?* 55
Here, salve: salvum te adveniisse gaudeo. DE. *oh!*
[11] *Bone custos salve,* [12] *columen* [13] *verò familiæ,*
[14] *Cui* [15] *commendavi* [16] *filium* [17] *hinc* [18] *abiens*
meum.
GE. [19] *Iamdudùm te omnes nos accusare audio*
Immeritò, & [20] *me* [21] *horum omnium* [22] *immeritissimò.* 60
Nam quid me [23] *in hac re facere voluisti* [24] *tibi?*
[25] *Servum hominem* [26] *causam orare* [27] *leges non*
[28] *sinunt,*
[29] *Neque testimonii dictio est.* DE. [30] *mitto omnia:*
addo
Istuc: [31] *imprudens timuit adolescens:* [32] *sino:*
[33] *Tu servus: verùm si cognata est maximè,* 65
Non fuit necesse [34] *habere; sed, id quod* [35] *lex jubet,*
[36] *Dotem daretis,* [37] *quæreret alium virum.*

1 Tuum jus, τὰ σὰ δίκαια, quid in causa justi habeas. 2 Ad accusationẽ. Reus enim, qui tacet, consentire videtur. 3 Filius meus Antipho. 4 Antiquè pro officio. 5 Boni, ac præ se ferentis bonam indolem. 6 In jus vocatus à Sycophantã. 7 Antiphonem. 8 Perturbatum. 9 Phędriam.

Q. d. Rectè quidem egit Phædria: sed & nonnihil à me dicendum supereſt. 10 Demiphonem. 11 Ironiatur *bene vir, bonas nuptias,* suprà. Q. d. O improbe, indiligentissime magister liberorum meorum. 12 Sustentatio, decus & columna, cui familia nostra innititur. Virg. *In te domus inclinata recumbit.* 13 Certe. 14 Sc. tibi. 15 Reliqui te tanquam magistrum. 16 Antiphonem. 17 Athenis. 18 In Ciliciam. 19 Paulò antè. 20 Sc. *accusas.* 21 Quos accusas. 22 Qui sum plane extra culpam, qui unus ex omnibus minimè merui accusari. 23 In accusatione filii apud judices. 24 In tuum commodum. 25 Ut *mulier ancilla* apud Sall. Objicit seni legem, quæ non admittit servum testem. 26 Oratione causam alicujus defendere vel agere in judicio. 27 Nostrę publicæ. 28 Permittunt. Lex talis est: *Servus homo causam ne orato.* 29 Neque licet servo testimonium veritatis dicere, non potest produci loco testis. *Dictio testimonii,* est facultas dicendi testimonium: quemadmodum *factio testamenti,* est testamenti faciendi facultas. 30 Omnia, quæ à te afferuntur, prætermitto, id est, concedo. 31 Imperitus. Mimẽlis. 32 Hoc concedo. 33 Sc. *es:* ideòque multa facere per leges vetitus. 34 Uxorem, ἔχειν γυναῖκα, id est, jure possidere. 35 Attica. 36 Dotem dare debebatis, debuissetis. Hîc affertur altera pars legis, post eam quæ ponebatur 1, 2, 75. &c. Integra ergo est: *Orbam proximus cognatus ducat, aut dotem det.* 37 Quærere debebat, debuit, sc. acceptâ dote.

[1] *Quâ ratione* [2] *inopem potiùs* [3] *ducebat domum?*
GE. *Non* [4] *ratio, verùm* [5] *argentum deerat.* DE. [6] *sumeret*
Alicundè. GE. *alicundè! nihil est dictu facilius.*
DE. *Postremò, si nullo alio* [7] *pacto,* [8] *fœnore.*
GE. [9] *Hui! dixti pulchrè, si quidem quisquam* [10] *crederet*
[11] *Te vivo.* DE. *non, non sic futurum est,* [12] *non potest.*
Ego-ne illam cum [13] *illo ut patiar nuptam unum diem?*
[14] *Nil suave meritum est.* [15] *Hominem commonstrarier*
Mihi istum volo, aut, ubi habitet, demonstrarier.
GE. *Nempe.* [16] *Phormionem.* DE. *istum* [17] *patronum mulieris.*
GE. *Iam* [18] *faxo hîc aderit.* DE. [19] *Antipho ubi nunc est?* PH. [20] *foris.*
DE. *Abi, Phædria, eum require atque* [21] *adduce hùc*
PH. [22] *eo,*
Rectâ viâ quidem illùc. GE. *nempe ad* [23] *Pamphilam.*
DE. *at ego*
[24] *Deos penates hinc salutatum domum*
Divertor: [25] *inde ibo ad* [26] *forum, atque aliquot mihi*
[27] *Amicos advocabo, ad hanc rem qui* [28] *adsient,*
Ut [29] *ne imparatus sim, si* [30] *adveniat* [31] *Phormio.*

1 Quo consilio, quo jure, quâ de causâ.
2 Uxorẽ.
3 Quod absolutè vulgò dicitur, *ducebat.*
4 Consilium, causa.
5 Pecunia, quam numerare et pro dote.
6 Sumpsisset, sumere debebat, id est, mutuatus esset.
7 Potuisset sumere argentum vel pecuniam.
8 Sumeret pecuniam.
9 Ludentis est.
10 Pecuniam.

11 Quamdiu vivis. Lex erat Athenis, quâ cavebatur, ne filio familias vivo etiam patre, mutuanti quisquam crederet: qui credidisset, petitionem ne haberet. 12 Sc. *fieri*, id est, non est possibile, ἀδυνατόν ἐστι. Hæc significatio τῷ *potest*, Terentio familiaris est. 13 Filio meo. 14 Antipho suis factis nihil suave à me, sed omnia acerba & dura meritus est: *vel*, nihil mihi fecit Antipho suave, ut ei aliquid esse suave permittã. Figura Αἰτότης. Donati annotatio plane inepta est. 15 Phormionem. 16 Cupis tibi demonstrari. 17 Defensorem. Patronus enim dicitur, qui aliquem in judicio defendit. 18 Faciam ut adsit. 19 Filius. 20 Sc. *est*, id est, prodiit. 21 Antiquè pro *adhuc*. 22 Quæsitum filium tuum. 23 Amicam accedis. 24 Deos domesticos & familiares hinc adoratum domum de viâ deflector. Mos erat apud veteres, ut & discedentes, locum, quem relinquebant, salutarent, vel ei ut valedicerent, & revertentes item salutarent: quod idem faciebant etiam primùm in regionem quampiam ingredientes, propter Genios sive Lares, quos locis adesse credebant. Erant enim Penates pa rii ac familiares cujusque Dii. Romæ publice habuerunt ædem in Velia, eo in loco, ubi Tullius Hostilius Rex primùm habitaverat. 25 Deinde, post precationes. 26 Causarum. 27 Advocatos adhibebo. 28 Præsidio sint. 29 Non. 30 Fortè advenerit. 31 Parasitus, qui harum nuptiarum auctor fuit.

ACTUS II. SCENA II.

PHORMIO, GETA.

PH. [1] Ita-ne patris ait conspectum [2] veritum [3] hinc [4] abiisse? GE. [5] admodùm.

PH. [6] Phanium relictam solam? GE. sic. PH. & iratum [7] senem?

GE. [8] Oppidò. PH. [9] ad te [10] summa solum, Phormio, rerum redit:

Tute hoc [11] intristi, tibi omne est exedendum: [12] accingere.

GE. [13] Obsecro te. PH. [14] si rogitabit. GE. in te spes est. PH. [15] eccere. 5

[16] Quid si reddet? GE. [17] tu impulisti. PH. [18] sic opinor. GE. [19] subveni.

PH. [20] Cedo senem: [21] jam instructa sunt mihi in corde consilia omnia.

GE. [22] Quid ages? PH. [23] quid vis? nisi uti [24] maneat Phanium, atque ex [25] crimine hoc Antiphonem [26] eripiam, atque in me omnem iram [27] derivem senis?

1 Num hoc affirmas? Adducitur Phormio, ut factum defendat, qui hîc se instruit, cum Demiphone litigaturus.
2 Antiphonem.
3 Ex ædibus.
4 Aufugisse?
5 Dico eum valdè veritum abiisse.
6 Scilicet uti esse?
7 Demiphonem.
8 Valdè.
9 Se ipsum alloquitur Phormio.
10 Caput principale horum negotiorum ad te solum recidit.
11 Pro *intristi*, a verbo *intero*, *intrivi*, *intritum*. Q. d. Tu author extitisti consilii de ducenda puella, æquum etiam est, ut tuo periculo rem expedias, tibi quoque ferendum, si quid ex eâ re incommodi acciderit: quod alio proverbio dicitur: *Cœlo quod aptasti, tibi ipsi uendum est.*
12 Præparate, atque expedi illud negotium.
13 Ista verba Getæ continuam orationem inter se constituunt: *Obsecro te, in te spes est, tu impulisti, subveni.* Nam verba, quæ interloquitur Phormio, nihil minùs quàm respondentis ad verba Getæ, sed potiùs cogitantis secum & consilium quærentis, esse videntur.
14 Si Demipho senex rogabit, undè sibi sit cognata Phanium.
15 Ecce rem. Succisa nimis hæc deliberantis vox, proinde obscuræ est significationis.
16 Quid si volet recipere me puellam Phanium?
17 Tu es author, ut duceret uxorem.
18 Eludam senem.
19 Succurre ergo Antiphoni & mihi.
20 Da senem, id est, sine ut veniat senex. Phormio inter deliberandum non attendit, quid Geta dicat: verùm ad conflictum se paratum sentiens, expoſcit adversarium.
21 Omnes modi, omnia argumenta quibus senem illudam, sunt jam in corde meo parata. Metaphora sumpta est ab exercitu. Q. d. Sic instruxi mea consilia, quasi aciem.
22 Cum sene in illa causa?
23 Ut agam aliud.
24 Hîc cum Antiphone.
25 Periculo, hac culpa, quo I, inscio & absente patre, uxorem duxerit.
26 Liberem.
27 Transferam, convertam. *Derivatio* dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quem nō pertinebat.

GE.

GE. [1] *O vir fortis, atque amicus! verùm hoc sæpè, Phormio.*

Vereor, ne istæc [2] fortitudo in nervum erumpat denique. PH. [3] *ah!*

[4] *Non ita est: [5] factum est periculum: [6] jam pedum visa est via.*

Quot me censes homines jam [7] deverberasse usque ad necem

[8] *Hospites? tum cives? quò magis [9] novi, [10] tantò sæpiùs.*

[11] *Cedo dum, en unquam injuriarum audisti mihi scriptam [12] dicam?*

GE. [13] *Qui istuc?* PH. [14] *quia* non rete [15] accipitri tenditur, neque [15] milvio,

[16] Qui [17] malè faciunt nobis: illis, qui [18] nihil faciunt, [19] tenditur:

Quia enim in [20] illis [21] fructus est, in [22] illis [23] opera luditur.

[24] *Aliis [25] aliunde est periculum, [26] undè aliquid [27] abradi potest:*

1 O Phormio, vir fortis atque amicus es,

2 Tam audax animi conatus, forensis illa litium peritia ad extremum in compedes & vincula redundet, id est, ne tu in carcerem conjiciaris.

Sic 4,4. *In nervum ibit.* Metaphora à Sagittariis sumpta est, qui immoderatis viribus arcum adducendo, non telum incitant, sed nervum rumpunt, idque non sinè suo periculo. Quadrat in temerariam consideratamque audaciam, quæ plerumque infelix esse solet, & in maximum malum aliquando adducere. 3 Reprehendentis est. 4 Nihil est periculi. 5 Experimentum, experientia facta est in aliis decipiendis. 6 Jam via pedum est provisa, jam via mihi explorata est, in quâ tutò pedem ponere liceat, & quâ aufugiam, si res cogat: adeòque id negotii nunc non primùm tento: ac proinde non est quod timeas. Metaphora à viatoribus, qui, nescientes vias, vestigia aliorum quærunt, qui i præcesserunt. 7 Litibus & sycophantis vexasse, indignissimè tractasse. Μεταφορικῶς καὶ ὑπερβολικῶς. 8 Peregrinos. 9 Hoc artificium. 10 Tantò plures quotidiè perdo & deverberare soleo. 11 Dic mihi. 12 Actionem injuriarum, id est, me esse accusatum injuriarum, me esse vocatum in jus? Vide suprà 1,2. 13 Quâ ratione illud accidit? 14 Venusta est Allegoria ab aucupibus sumpta de iis, qui bonis insidiantur, improbis dimissis. 15 Avibus rapacibus. Hinc Anacharsis Solonis leges aranearum telis similes dicebat: quas animalia fortiora perrumpunt, sed minuta in hærent. 16 Accipiter & milvius. 17 Ore & unguibus. 18 Scilicet *mali*. 19 Rete. 20 Qui nihil male faciunt. 21 Utilitas: quoniam non male faciunt nobis & esui sunt. 22 Qui male faciunt nobis. 23 Labor frustrà suscipitur, perditur: quia esui non sunt. 24 Divitibus. Accommodatio est Allegoriæ. 25 Ex alia causa, id est, aliis aliud periculum imminet. 26 A quibus, qui sc. sunt divites. 27 Per vim auferri, detrahi, extorqueri. Q. d. ditioribus magis solent strui insidiæ, quàm pauperibus.

Mihi

Mihi sciunt nihil esse. [1] *Dices, ducent damnatum domum.*

[2] *Alere nolunt hominem* [3] *edacem:* & [4] *sapiunt meâ quidem sententiâ,*

Pro [5] *maleficio si* [6] *beneficium summum nolunt* [7] *reddere.*

GE. *Non potest satis pro merito ab* [8] *illo tibi referri gratia.*

PH. [9] *Imò enim nemo satis pro merito gratiam* [10] *Regi refert.*

[11] *Te-ne* [12] *asymbolum venire,* [13] *unctum atq;* [14] *lautum* [15] *à balneis,*

Otiosum [16] *ab animo; cùm* [17] *ille &* [18] *curâ, &* [19] *sumptu* [20] *absumitur,*

[21] *Dum tibi sit, quod placeat:* [22] *ille ringitur, tu rideas:*

Prior bibas, prior [23] *decumbas: cœna* [24] *dubia apponitur?*

1 Objectio. Q. d. Dicere posses, quamvis injuriarum postulatus & damnatus nō habeam quod solvā, tamen astringi possum ad servitutem, ut, qui non sum solvendo. Alludit ad pœnam nexorum, qui à creditoribus, quibus satisfacere non poterant, mancipabantur, & ad operas damnabantur, & donec eis satisfeciſſent, in custodiâ tenebantur. Vide Liv. 1. Decad. 2 Q. d. Minimè ducent damnatum domum. Responsio. 3 Voracem, multi cibi. 4 Sapienter agunt meo quidem judicio. 5 Injuria sibi illata. 6 Alimoniam, id est, alere hominem edacem. Paronomasia. 7 Retribuere. 8 Antipho ne, pro quo ita laboras. 9 Correctio per collationem. Q. d. Nullus aulicus suo Regi tantum debet, quantum ego Antiphoni. 10 Locupleti, diviti, à quo alitur. Ita enim vocabant parasiti benefactores & alumnos suos. Ita Antipho *Rex* erat Phormionis. 11 Q. d. An non hoc summum beneficium dici debet? 12 Immunem, nihil conferentem ad convivium, sine symbolâ, sinè sumptu. Symbola est, quod pro suâ quisque parte ad communes dapes confert: à συμβάλλω, id est, *confero, conjicio*, eò quod in medium conferretur: undè *asymbolus*, qui nihil solvit. Vide Andr. 1, 1. 13 Oleo odorato. Consuetudo erat veterum, singulis diebus, antequam cibum caperent, in balneo se lavare, & posteà ungere. 14 Lotum. 15 E balneis. Plaut. Perl. 1, 3. *lautum credo à balneis jam hic affuturum.* 16 Animo, id est, expertem omnium curarum, tranquillo animo. Sic Plaut. *ager ab animo*, pro quo *ager animo*. Sic Catul. *ferox à robore Theseus*, id est, ferox robore. 17 Rex dives. 18 Sollicitudine in apparando. 19 Impensâ, consumendo bona sua. 20 Conficitur. 21 Dum tibi aliquid apponatur, *vel*, dum habeas. 22 Et dū Rex irascitur Metaphora petita est à canibus, qui propriè dicuntur *ringi*, cùm irritati, rictū diducunt, quasi latraturi aut morsuri. Itaq; *ringi* dicitur, qui irascendo gestus & modos canū ringentiū imitantur, ostendendo scilicet dentes, crispando nasum, & corrugando frontē. 23 Ad mensam sedeas, & in toro recumbas. 24 Opipara, & vario apparatu affluens, ut, quem cui cibū præferas, ignores seu dubius sis, &, ut ipse Phormio mox exponit, *ubi tu dubites, quid sumas potissimùm*. Eādē significatione & *dies dubius* dicitur, pro auspicato & felici: quasi in multis gaudiis quid prius, quid posterius sit, nescias.

GE.

GE. [1] *Quid istuc verbi est?* PH. [2] *ubi tu dubites,*
[3] *quid* [4] *sumas potissimùm.*
[5] *Hæc,* [6] *cùm rationem ineas, quàm sint suavia, &*
[7] *quàm cara sint;*
[8] *Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præsentem*
Deum?
GE. [9] *Senex adest, vide quid agas:* [10] *prima coitio*
est acerrima:
Si [11] *eam* [12] *sustinueris,* [13] *post illa jam,* [14] *ut lubet,*
[15] *ludas licet.*

1 Quid sibi vult hoc verbum *dubia?*
2 Explicatio cœnæ dubiæ?
3 Ciborum.
4 Carpas.
5 Superiora illa, sc. merita Regis, vel fercula cœnæ dubiæ. 6 Cùm tecum seriò reputes, perpendas. 7 Quàm magno pretio Regi constent. 8 Ordo est: *Non tu habeas*, id est, reputes, revereris, *hunc* sc. regem, *qui præbet ea*, sc. fercula, *planè*, id est, prorsùs *Deum*, id est, tanquam Deum, cui referri grat a non possit, *præsentem*, id est, propitium, potentissimum, *vel*, qui hisce in terris, ut Deus, colatur? 9 Demipho. 10 Primus congressus, conflictus seu impetus est vehementissimus. Metaphoram esse monet Donatus à prelio; *nam & congredi* (inquit) *militer, & coire dicuntur.* 11 Primam illam coitionem. 12 Sustentaveris, toleraveris non succumbendo. 13 Posteà, id est, post illam coitionem. 14 Ut tibi placet. 15 Poteris senem illudere, id est, reliqua ludus erunt, non militia. Donatus: *in officio militari omne negotium vel pugna vel ludus.*

ACTUS II. SCENA III.

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

DE. [1] EN [2] *unquam* [3] *cuiquam* [4] *contumeliosiùs*
[5] *Audistis factam injuriam, quàm* [6] *hæc est mihi?*
[7] *Adeste quæso.* GE. [8] *iratus est.* PH. *quin tu* [9] *hoc*
age, [10] *st:*
Iam ego [11] *hunc* [12] *agitabo.* [13] *Prò Deûm immortalium,*

2 Excitat ad rem magnam considerandam. Donatus, *En* vim habet indignationis post enarratam injuriam. Plaut. *Quæso, en unquam hodiè licebit mihi loqui?* Hæc scena concertationem habet Demiphonis & parasiti. Clam patre uxorem duxerat Antipho: domum reversus pater, illâ vult ejicere: contradicit Phormio. 2 A tempore. 3 Homini. A personâ. 4 Cum majori contumeliâ. A genere injuriæ. 5 Vos advocati. Est enim Apostrophe Demiphonis ad advocatos. 6 Sc. *facta, illata injuria?* 7 Vos advocati, sitis mihi præsidio atq; auxilio. 8 Demipho. 9 Attentionis & silentii formula. 10 Silentii indicti particula vel nota: ut Andr. 4, 1. & alibi. 11 Demiphonem. 12 Incitabo, παροξυνῶ, exagitabo, ad iram commovebo. Metaphora à feris sumpta videtur, quæ à venatoribus è cubilibus suis excitãtur & agitantur. 13 Deorum, sc. *fidem.* Cùm priora submissa voce dixisset, ut solus Geta audiret; nunc exclamare incipit, ut Demipho audiat & terreatur.

Negat

1 Quam duxit filius. Fingit Phormio se certare cum Getâ, & bis repetit nomen senis, ad invidiam & acrimoniam contentionis. Sic Ovid. *Et me mihi, perfide, prodis, Me mihi prodisse ait.* 2 Q. d. Ego dico, Phanium esse cognatam ejus. 3 Demiphonem, scilicet hanc

Negat [1] *Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?*
Hanc Demipho [2] *negat esse cognatam?* GE. [3] *negat.* 6
DE. [4] *Ipsum esse opinor, de quo* [5] *agebam:* [6] *sequimini.*
PH. [7] *Neque* [8] *ejus patrem se scire, quis fuerit?*
GE. *negat.*
PH. *Nec* [9] *Stilphonem ipsum scire, quis fuerit?*
GE. *negat.*
PH. [10] *Quia* [11] *egens relicta est* [12] *misera, ignoratur parens,* 10
[14] *Negligitur ipsa:* [15] vide, [16] avaritia quid facit!
GE. *Si* [17] *herum* [18] *insimulabis avaritiæ,* [19] *malè audies.*
DE. *O audaciam! etiam-ne* [20] *ultrò accusatum* [21] *advenit?*
PH. [22] *Nam jam* [23] *adolescenti* [24] *nihil est quod succenseam,*
Si [25] *illum minùs norat: quippe* [26] *homo jam* [27] *grandior,* 15
[28] *Pauper,* [29] *cui opera vita erat,* [30] *ruri ferè*
Se continebat: ibi agrum [31] *de nostro patre*

Phanium esse cognatam suam. 4 Phormionem. 5 Vobiscum communicabam, loquebar. 6 Scilicet *me*. 7 Et negat se scire, &c. 8 Phanii. 9 Quem Phormio fingit esse patrem puellæ. 10 Hæc ad spectatores dicit. 11 Sine dote. Vide Plaut. Stich. 4. 1, 16. 12 Phanium. 13 Non agnoscitur pater ejus. 14 Contemnitur, nemo eam respicit. 15 Stomachantis est: ut in Adelph. *Illud fis*, vide, *exemplum disciplinæ*. 16 Quid non mortalia pectora cogit Auri sacra fames! Per exclamationem indicare vult Phormio, propter avaritiam pauperes amicos nihil fieri. 17 Demiphonem. Fingit Geta se defendere herum, cùm illum potiùs irrideat. 18 Accusabis crimine avaritiæ. *Insimulare* propriè, est falsi aliquem accusare, id est, simulare crimen in aliquem: dicitur & de vero crimine καταχρηστικῶς. 19 Ego quoque te accusabo, & convitiis re afficiam. 20 Suâ sponte, non lacessitus. 21 Phormio. 22 Phormio pergit in suâ oratione. 23 Antiphoni. 24 Nulla causa est, propter quam irascar. 25 Stilphonem puellæ patrem. 26 Pater puellæ. 27 Grandævus, grandis natu. *Grandis* enim sæpè dicitur de ætate: ut *grandis puer*, *grandis virgo*, &c. Prima ergo excusatio, quod Stilphonem non noverit, est sumpta ab ætate. 28 Secunda excusatio à fortunâ. 29 Cui opera victum suggerebat, suppeditabat, ὡ τὸ ἔργον ζῆν ἐβος, qui victum quotidianum manuali operatione quærebat. Tertia excusatio sumitur à genere vitæ. 30 In agris ut plurimùm vivebat. 31 Ag-

1 *Colendum habebat* : 2 *sapè intereà mihi senex*
Narrabat, se hunc negligere cognatum suum.
3 *At quem virum? quem ego* 4 *viderim* 5 *in vitâ*
optimum.
GE. 6 *Videas te, atque* 7 *illum, ut narras.* PH. 8 *abi*
in malam crucem:
Nam ni 9 *ita eum* 10 *existimassem, nunquam tam*
graves
Ob 11 *hanc inimicitias* 12 *caperem* 13 *in vestram fa-*
miliam,
14 *Quam* 15 *is aspernatur nunc tam* 16 *illiberaliter.*
GE. *Pergin'* 17 *hero absenti malè loqui,* 18 *impu-*
rissime?
PH. 19 *Dignum autem* 20 *hoc illo est.* GE. 21 *ain' tan-*
dem 22 *carcer?* DE. 23 *Geta.*
GE. 24 *Bonorum extortor, legum* 25 *contortor.* DE.
26 *Geta.*

1 Arandum. Quarta excusatio ab allectatione studii, quia agricola erat. 2 Ordo est: *Interea senex*, sc. Stilpho, *narrabat sapè mihi*, hunc suum cognatum, sc. Demiphonem, *negligere se*, quod sc. pauper esset. 3 Sed qualem virum Demipho negligebat? Sic Eun. 3, 5. *At quem Deum? qui templa cœli summa sonitu concutit.* 4 Cognoverim. 5 Sc. *meâ*. Alii sic: in moribus, *vel*, cùm viveret. 6 Nugarum plena omnia apud veteres interpretes. Id verò certum est, verba esse Getæ aut convitiantis Phormioni (si scilicet respicias verba proximè precedentia, *virum in vitâ optimum*, sensus erit: Vide ut tu sis talis, qualem te ais vidisse illum, id est, *vir optimus*: quo pacto per consequentiam negabitur, Phormionem jam esse virum bonum) aut, si Geta notavit, quod paulò antè dictum de ipsius paupertate, illud *videas* non imperantis erit aut monentis Phormionem, sed malè ei precantis & optantis, ut se videat æquè miserum, pauperem, & ab omnibus relictum, quemadmodum ipsum Stilphonem se vidisse dixerat. Utrovis modo accipias, τὸ *atque*: hoc loco est similitudinis, idem quod quemadmodum, ὡς, ὥσπερ. Rectiùs autem hoc clarè dictum à Getâ accipimus, ut defendisse dominum videatur. 7 Stilphonem. 8 Vade ad patibulum, εἰς κόρακας. 9 Quod fuisset vir optimus. 10 Cognovissem talem. 11 Phanium. 12 Suscepissem. 13 Contra. 14 Familiam. 15 Demipho. Contemptim dicit. 16 Iniquè, injustè, turpiter, præter officium boni viri. 17 De hero absente male loqui, id est, hero absenti maledicere. Sic inferiùs: *absenti tibi Te indignas, seque dignas contumelias Nunquam cessavit dicere hodiè.* 18 Improbissime. 19 Herus tuus dignus est, cui maledicatur. 20 Maledictum. 21 Aisne eum dignum esse convitiis his? τὸ *tandem* hîc indignantis. Plaut. Truc. PH. *Lubitum est* SY. *ain' tandem?* 22 Carcere digne, qui dignus es qui in carcerem conjiciaris. Lucil. de homine nequam: *Carcer vix carcere dignus*, id est, homo præ nequitiâ etiam carcere indignus. 23 Vocat Demipho Getam. 24 Addit causam, quare sit dignus carcere. Geta enim Demiphonem non audiens pergit in incepto sermone, qui dixerat, *ain' tandem carcer?* 25 Conturbator, depravator, malignus interpretator. 26 Repetitio vocationis.

PH.

PH. [1] *Responde.* GE. [2] *quis homo est?* [3] *ehem!* DE. *tace.* GE. [4] *absenti tibi*
Te indignas, seque dignas contumelias
Nunquam cessavit dicere hodiè. DE. [5] *ohe,* [6] *desine.*
[7] *Adolescens, primùm abs te hoc* [8] *bonâ veniâ peto,*
Si tibi placere [9] *potis est, mihi ut respondeas:*
[10] *Quem amicum tuum ais fuisse istum?* [11] *explana mihi,*
Et [12] *quî cognatum me sibi esse diceret?*
PH. [13] *Proinde* [14] *expiscare, quasi non* [15] *nosses.* DE. [16] *nossem?* PH. [17] *ita*
DE. *Ego* [18] *me nego: tu,* [19] *qui ais,* [20] *redige ad memoriam.*
PH. [21] *Eho, tu* [22] *sobrinum tuum non noras?* DE. [23] *enecas:*
Die [24] *nomen.* PH. [25] *nomen?* [26] *maximè.* DE. [27] *quid nunc taces?*
PH. *Perii herclè!* [28] *nomen perdidi.* DE. [29] *hem, quid ais?* PH. [30] *Geta,*
Si meministi [31] *id, quod olim dictum est,* [32] *subjice:*
[33] *hem!*
[34] *Non dico: quasi non noris, tentatum advenis.*

1 Jam hero te vocanti.

Hoc submissâ voce dicit.

2 Fingit, se non vidisse herum, quò ferìò eum defendisse credatur.

3 Interjectio agnoscentis vocantem.

4 Ordo est: Hic parasitus Phormio *nunquam cessavit dicere hodiè*, id est, modò, *tibi absenti contumelias indignas te*, id est, quas non meruisti, *& dignas te*, id est, quas ipse meritus est audire. 5 Interjectio satietatem usque ad fastidium designans. 6 Tace Geta. 7 Convertit se ad Phormionem. 8 Bona pace, sinè ira & contentione. 9 Potest. Archaïsmus est. 10 Cujus causam tantoperè egisti adversus filium. 11 Expone, planum mihi facito. 12 Quomodò, unde. 13 Perinde. Adverbium est similitudinis. 14 Expiscaris, id est, diligentissime ex me quæris, quis ille sit. *Expiscari* propriè, est diligenter quærere, ubi nam pisces lateant. Metaphora ergo sumpta est à piscatoribus. 15 Hominem. 16 Negantis. Q. d. Ego illum nossem? imò verò non novi. 17 Sc. *nosti.* Affirmantis. 18 Nosse istum tuum amicum, quem mihi cognatum fuisse dicis. 19 Qui affirmas me nosse eum. 20 Reduc. 21 Interjectio illusionem quandam ostendens, quod non noverit senex suos cognatos. 22 Ex sorore matris tuæ natum. *Sobrini* enim dicuntur, qui ex duabus pluribus-ve sororibus sunt nati: ut *patrueles*, qui ex fratribus, cognati. 23 Obtundis me. 24 Sc. *ejus.* 25 Sc. *quæris.* 26 Scilicet *dicam.* 27 Propter quid, cur. 28 Nominis oblitus sum. Hoc dicit submissâ voce ad Getam. 29 Interjectio indignantis. 30 Tacitè hæc dicit in aurem Getæ. 31 Sc. *nomen.* 32 Suggere, redige in memoriam. Liv. Decad. 3. l. 8. *Hæc mihi spes* subjicit *fortuna populi Romani.* 33 Stomachantis est. 34 Sc. *nomen.* Callidè simulat se data opera tacere nomen, quod non succurrebat. Geta tamen nonnihil opitulatur: ita servi mutuas operas tradunt.

DE.

DE. *Egon' autem* [1] *tento?* GE. [2] *Stilpho.* PH. *atque adeò, quid* [3] *meâ?*
Stilpho [4] *est.* DE. *quem* [5] *dixti?* PH. *Stilphonem, inquam, noveras?*
DE. *Neque ego illum nôram, neque mihi cognatus fuit*
Quisquam iste nomine. PH. [6] *ita-ne? non te* [7] *horum pudet?*
At si [8] *talentûm* [9] *rem reliquisset decem.*
DE. [10] *Dii tibi malè faciant!* PH. *primus* [11] *esses memoriter*
Progeniem vestram usque [12] *ab avo atque atavo* [13] *proferens.*
DE. [13] *Ita ut dicis: ego tum si* [14] *advenissem,* [15] *quî mihi*
Cognata ea esset, [16] *dicerem: itidem tu* [17] *face.*
[18] *Cedo, quî est cognata?* GE. [19] *eu!* [20] *noster* [21] *rectè: sed* [22] *heus tu,* [23] *cave.*
PH. [24] *Dilucidè expedivi, quibus* [25] *me oportuit,*
Judicibus: tum, [26] *id si falsum fuerat, filius*
Cur non [27] *refellit?* DE. [28] *filium narras mihi!*
Cujus de stultitiâ dici, ut dignum est, non potest.
PH. *At tu,* [29] *qui sapiens es,* [30] *magistratus adi,*
[31] *Judicium de eâdem causâ* [32] *iterum ut* [33] *reddant tibi:*
Quandoquidem solus [34] *regnas, &* [35] *soli licet*

1 Quasi non noveris cognatum.
2 Sc. *est nomen defuncti cognati.* Hoc quoque submissâ voce dicit Geta.
3 Scilicet *refert ejus nomen proferre.*
4 Scilicet *nomen.*
5 Nominasti?
6 Audes hoc dicere?
7 Sc. *verè horum.*
8 Decem talentorum, id est, sex millium coronatorum. Unum enim *talentum*, continet sexcentos coronatos.

9 Familiarem, id est, hæreditatem, οὐσίαν. 10 Imprecatio. Intercipit sermonem Demipho, & submissâ voce hoc dicit. 11 Proferres, enarrares. Græcismus: ut And. 4, 5. *ut tu sis sciens*, id est, ut tu scias. 12 A remotis majoribus. 13 Esto me facturum fuisse, sicut tu dicis de hereditate. 14 Ad hæreditatem adeundam. 15 Quomodo, in quo gradu. 16 Dicere debuissem, dixissem, id est, probanda mihi cognatio fuerat. 17 Dic, quomodo mihi sit cognata. 18 Dic. 19 Interjectio exultantis. 20 Herus. 21 Hoc dicit. Geta laudat herum in os, qui tamen Phormionem cupit vincere. 22 Admonentis. Hæc ad Phormionem versus lentè. 23 Ne quid dicas, quod obsit causæ tuæ. 24 Clarè explicui, explanavi causam meam. 25 Sc. *expedire.* 26 Quod dixi coram judicibus. 27 Refutavit, ostendendo esse falsum? 28 Loqueris mihi de filio? 29 Qui tibi plus alii sapere videris, qui omnes sapientia superas. 30 Judices. 31 Sententiam. Non licebat olim sententiam semel latam retractare, aut rescindere. 32 Denuò, secundò. 33 Constituant contra morem & leges civitatis nostræ. 34 Regnare vis, id est, stare judicum sententiis recusas. 35 Tanquam potenti.

[1] *Hîc de eâdem* [2] *causâ bis judicium adipiscier.*
DE. [3] *Etsi facta mihi injuria est, verumtamen*
Potiùs quàm [4] *lites secter, aut quàm* [5] *te audiam,*
[6] *Itidem ut cognata si sit, id quod lex jubet*
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.
PH. [7] *Ha, ha, hæ, homo suavis!* DE. [8] *quid est?* [9] *num iniquum postulo?*
An-ne hoc quidem ego adipiscar, [10] *quod jus publicum est?*
PH. *Ita-ne* [11] *tandem quæso?* [12] *civem ubi abusus sis,*
[13] *Mercedem dare lex jubet ei, atque* [14] *amittere?* [15] *an,*
Vt ne quid turpe civis in se admitteret
Propter egestatem, proximo jussa est dari,
Vt cum [16] *uno* [17] *ætatem degeret?* [18] *quod tu vetas.*
DE. [19] *Ita,* [20] *proximo quidem: at* [21] *nos undè? aut quam ob rem?* PH. [22] *ohe!*
[23] Actum, ajunt, ne agas. DE. *non* [24] *agam? imò* [25] *haud desinam,*
[26] *Donec perfecero hoc.* PH. [27] *ineptis.* DE. [28] *sine modò.*
PH. *Postremò tecum nihil rei nobis, Demipho, est:*
Tuus est [25] *damnatus gnatus, non* [30] *tu: nam tua*

1 Athenis, ubi leges vigent, ubi libertas omnibus communis est.

2 De quâ jam lata est sententia.

3 Senex confutatus à Phormione, cùm parum in judicio spei reponeret, honestas πιεικείας præscriptione, ad transactionem animum adjicit, quasi ex alterâ parte legis, de dotandâ, quam proximus non vult ducere, orbâ. 4 Contentiones forenses, id est, potiùs quam judices accedã. 5 Sc. contra me causam Phanii agentem. 6 Ordo est: *Abduce*, id est, abduc, sc. accepta dote, *hanc, itidem ut si sit cognata*. i. perinde ac si cognata esset, & *accipe quinq; minas*, sc. 50. coronatos, *id quod lex jubet dare dotem*, id est, in dotem. Appositive. Vel *dare dotem*, id est, cupio dare dotem. 7 Hîc risu destruxit, quod prætendebat senex. 8 Quare rides? 9 An peto quod injustũ est? 10 Sc. dotem dare? 11 Sc. *agis?* Hîc Phormio & mentem legis, & cõsilium legislatoris adversario opponit: sed Demipho ad æquitatem legis confugit. 12 Cive, id est, civis filia. Archaïsmus. 13 Dotem. Odiosè hoc dicit. 14 A se dimittere? 15 Ordo est: *An civis*, id est, civis filia, jussa est, sc. per leges, vel auctoritate judicũ, *dari proximo*. i. suo cognato, *ut ne quid admitteret in se*. i. committeret, ageret, *turpe*. i. inhonestum, *propter egestatem*. i. inopiã, &c. 16 Sc. *viro*. 17 Vitæ suæ tempus honestè traduceret. 18 Ut cum uno ætatem degat: quæris enim divortium in hoc matrimonio. 19 Concedentis. 20 Jussa est civis filia dari. Ironia. 21 Ex qua occasione sumus ei proximi? Rursus negat esse cognatã. 22 Est illudentis. 23 Ne frustrà contendas ac litiges de re, de quâ judices sententiã jam pronuntiarunt. 24 Actum sc. quod, me absente, hic egistis? 25 Non quiescã. 26 Donec ad finem deduxero hoc negotium, quod ago, sc. nuptiarum filii mei Antiphonis dissolutionem. 27 Deliras præ senectute. 28 Sc. *me facere*. 29 A judicibus condemnatus, ut ducat Phanium uxorem. 30 Sc. *es damnatus*.

Præ-

Præterierat jam ad ducendum ætas. DE. *omnia hæc*
1 *Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere:*
2 *Aut quidẽ cum* 3 *uxore hac ipsum* 4 *prohibebo domo.*
GE. 5 *Iratus est.* PH. 6 *tu* 7 *te idem meliùs feceris.*
DE. *Ita-ne es* 8 *paratus facere* 9 *me adversùm omnia?*
10 *Infelix!* PH. 11 *metuit* 12 *hic nos tametsi sedulò* 81
Dissimulat. GE. 13 *benè habent tibi principia.* PH.
14 *quin, quod est*
Ferundum, fers? tuis dignum 15 *factis feceris,*
Vt amici inter nos simus. DE. *egon' tuam* 16 *expetam*
17 *Amicitiam? aut te* 18 *visum, aut auditum velim?*
PH. *Si* 19 *concordabis cum illa,* 20 *habebis, quæ tuam*
Senectutem oblectet: 21 *respice ætatem tuam.* 87
DE. *Te oblectet: tibi habe.* PH. *minue verò iram.*
DE. 22 *hoc age:*
Satis jam verborum est: nisi tu properas mulierem
23 *Adducere, ego illam ejiciam:* 24 *dixi, Phormio.* 90
PH. *Si tu* 25 *illam attigeris* 26 *secùs, quàm dignum est*
27 *liberam,*
28 *Dicam impingam tibi grandem:* 29 *dixi, Demipho.*
Si quid 30 *opus fuerit, heus,* 31 *domo me.* GE. *intelligo.*

1 Filium meum.
2 Si scelia filii est sententia.
3 Phanio.
4 Interdicam illi hac domo, & ejiciã.
5 Demipho.
6 Demipho.
7 De te: ut Andr. 3, 4. *quid me nunc faciam?* id est de me. Q. d. Tu idem de te meliùs statueris, ut te domo prohibeas, eamq; filio & novæ nuptæ facias vacuam, id est, æquius est, te domum relinquere, quàm filium ejicere. Dixerat enim Demipho, *Antiphonem hac prohibebo domo.* Al. *tute idem meliùs feceris*, id est, rectiùs ipsum cum uxore hac prohibeas domo, quam si cum eâ litiges, ut facis. Sed prior expositio placet. 8 Instructus. 9 Adversùm me. Anastrophe est. 10 Κακοδαίμων, improbe, scelerate: nihil enim improbitate miserius: *vel*, qui aliis infelicitatem affers. 11 Hæc Phormio ac Geta inter se submissâ voce loquuntur, ut Demipho non audiat. 12 Senex Demiphio. 13 Tu feliciter cœpisti, estque magna spes eventum nostris votis responsurum esse. 14 Particula hortandi. 15 Faceres, quod te decet; *vel*, nihil feceris alienum à tuâ consuetudine. 16 Expetere deberem. 17 Hominis sycophantæ. 18 Videre. 19 Concorditer vives cum nuru tuâ Phanio. 20 Aliquam domi. 21 Rationem habeas senectutis tuę, quæ postulat aliquid delectamenti. 22 Attende ad ea, quæ dicturus sum. 23 E domo meâ. 24 Q. d. Non mutabo sententiam. Minantis hîc est: ideò etiam à Phormione, ut par pari referat, repetitũ. Sic Hecyr. 4, 3. Laches iratus uxorem alloquitur, *i ergo intrò, & compone, quæ tecum simul Ferantur*: dixi. Respondet illi: *ita ut jubes, faciam.* Hoc verbo alioqui in judicio utebantur, perorata causa; ut mox scenâ seq. 25 Puellam. 26 Aliter. 27 Sc. *attingere.* 28 Gravi actione tecum agam, vocabo te in jus. 29 Repetit odiosè verba Demiphonis. 30 Mea opera. Hęc submissè Getæ dicta accipi debent. 31 Sc. *accersi.*

ACTUS II. SCENA IV.

DEMIPHO, GETA, HEGIO, CRATINUS, CRITO.

1 Consulit Demipho advocatos super filii conjugio: unus suadet, dissuadet alter, certius nihil suadet.

DE. [1] *Quantâ me curâ & solicitudine afficit*
[2] *Gnatus, qui me & se hisce* [3] *impedivit* [4] *nuptiis!*
Neq; mihi in conspectum [5] *prodit; ut saltem* [6] *sciam,*
Quid [7] *de hac re dicat,* [8] *quid-vesit sententiæ.*
[9] *Abi tu, vise, redierit-ne jam, an nondum, domum.*
GE. *Eo.* DE. *Videtis, quo in* [10] *loco* [11] *res hæc siet.* 6
Quid ago? dic, Hegio. HE. [12] *ego?* [13] *Cratinum censeo,*
Si tibi [14] *videtur.* DE. *dic, Cratine.* CRA. [15] *me-me vis?*

2 Filius Antiphio, qui deberet me exhilarare.

DE. *Te.* CRA. *ego,* [16] *quæ in rem tuam sint, ea velim facias: mihi*
[17] *Sic hoc videtur: quod, te* [18] *absente,* [19] *hic* [20] *filius* 10
Egit, [21] *restitui in integrum* [22] *æquum esse & bonum:*
Et [23] *id* [24] *impetrabis:* [25] *dixi.* DE. [26] *dic, nunc, Hegio.*

3 Intricavit, implicuit, ut nullum de explicando reperiam consilium.

HE. Ego [27] *sedulò* [28] *hunc dixisse credo: verùm* [29] *ita*
est,
Quot homines, tot [30] sententiæ: [31] suus cuiq; mos.
Mihi non videtur, quod sit [32] *factum legibus,* 15

4 Quas, me absente, confecit.

5 Filius.

6 Scire possim. 7 De his nuptiis. 8 Quo sit animo, an velit retinere uxorem, nec ne. 9 Apostrophe est ad Getam. 10 Statu. 11 Negotium hoc de nuptiis situm, positum sit. 12 An ego dicam sententiâ meam? 13 Ego judico Cratinum priorem dicere debere sententiam suam, utpote digniorem. 14 Placet. 15 Dicere priorem sententiam meam? 16 Quæ in utilitatem tuam sint, id est, quæ sint tibi utilia, quæ tibi magnam adferant utilitatem. 17 Hæc est mea sententia. 18 In Cilicia. 19 Athenis. 20 Antiphio, qui non est sui juris. 21 Restaurari, corrigi, irritum fieri, ut, quæ facta sunt, pro infectis habeantur, & irrita declarentur. Liv. *Cùm præcipitata raptim consilia neque revocari, neque restitui in integrum possent.* 22 Honestum. 23 Ut res restituatur in integrum. 24 A judicibus. 25 Sententiam meam hac de re elocutus sum. 26 Etiam tuam sententiam. 27 Cum studio, σπουδαίως, bona fide. Pedibus it in sententiam Cratini, & posteà adversatur eidem. 28 Cratinum. 29 Sic solet accidere, ut vulgò dicitur. 30 Opiniones. Pers. *Mille hominum species, & rerum discolor usus; Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.* 31 Sua cuique arridet sententia. 32 Decretum, pronunciatum à judicibus juxta leges.

[1] *Rescindi posse : & turpe* [2] *inceptu est.* DE. *dic, Crito.*
CRI. *Ego ampliùs deliberandum censeo :*
Res [3] *magna est.* HE. [4] *nunquid nos vis?* DE. [5] *fecistis probè :*
[6] *Incertior sum multò, quàm* [7] *dudùm.* GE. [8] *negant*
Rediisse. DE. [9] *frater est exspectandus mihi : is*
Quod mihi dederit de hac re consilium, id sequar.
Percontatum ibo ad portum, [10] *quoad se recipiat.*
GE. *At ego Antiphonem quæram, ut, quæ acta hîc sint,* [11] *sciat.*
Sed eccum [12] *ipsum video* [13] *in tempore hùc se recipere.*

1 Irritum fieri, infringi, antiquari. Sal. in Jugurth. *Ait oportere quinquennii consulta & decreta omnia* rescindi. 2 Al. *inceptum.* 3 Magni momenti.

4 Nunquid ampliùs indiges nostra opera, priusquam abimus? Abiturientium formula. 5 Quod me comitati sitis. Ironia. 6 Ex tribus enim unus suasit, alter dissuasit, tertius nihil dixit. 7 Paulò antè, scilicet *eram.* 8 Domestici dicunt filium tuum Antiphonem nondum domum reversum esse. 9 Chremes. 10 Quando rediturus sit. Sic suprà 1, 2. *senem* Quoad exspectatis vestrum? 11 Scire possit. 12 Antiphonem. 13 Tempestivè.

ACTUS III. SCENA I.

ANTIPHO, GETA.

AN. [1] *ENimvero, Antipho, multis modis cum istoc* [2] *animo* [3] *vituperandus es.*
[4] *Ita-ne te hinc abiisse, &* [5] *vitam* [6] *tutandam dedisse* [7] *aliis tuam?*
Alios [8] *tuam rem* [9] *credidisti, quàm* [10] *tete,* [11] *animadversuros magis?*
Nam, [12] *ut ut erant* [13] *alia,* [14] *illi certè* [15] *consuleres,* [16] *quæ nunc tibi domi est :*

1 Antipho reversus se ipsum incusat, quod patris conspectum veritus fugerit, quodque ita inconsultò discedens, causam suam aliis defendendam reliquerit : rem totam denique ex Getâ cognoscit. 2 Consilio, quod cepisti, sc. quod ita inconsultò te patri subduxisti. 3 Incusandus, reprehendendus. 4 Scilicet *decet,* vel *æquum est.* 5 Causam tuam, quâ vita periclitatur. 6 Tuendam, defendendam. 7 Phædriæ, Getæ & Phormioni. Nam aliena nos non tam movent, quàm nostra : id quod fabula de patrefamilias & cassita nos monet : de quâ vide Gel. l. 3. c. 29. 8 Tuum negotium. 9 Putasti. 10 Te ipsum, ad quem attinet. 11 Curaturos. 12 Qualiacunque. 13 Negotia. 14 Phanio uxori tuæ. 15 Prospiceres, illius rationem haberes. 16 Quam duxisti uxorem. Periphrasis est Phanii.

Ne quid propter tuam [1] *fidem decepta* [2] *pateretur mali!* 5

Cujus nunc [3] *miseræ spes opesque sunt in te* [4] *uno omnes sitæ.*

GE. *Equidem,* [5] *here,* [6] *nos jam dudùm hîc te absentem* [7] *incusamus,* [8] *quî abieris.*

AN. *Te ipsum quærebam.* GE. *Sed* [9] *eâ causâ* [10] *nihilo magis defecimus.*

AN. [11] *Loquere, obsecro, quo-nam in* [12] *loco sunt* [13] *res & fortunæ* [14] *meæ?*

Nunquid [15] *patri subolet?* GE. [16] *Nil etiam.* AN. [17] *etquid spei porrò est?* GE. *nescio.* AN. [18] *ah!* 10

GE. [19] *Nisi Phædria haud cessavit pro te* [20] *eniti.*

AN. [21] *nihil fecit novi.*

GE. [22] *Tum Phormio itidem in hac re, ut in aliis,* [23] *strenuum hominem* [24] *præbuit.*

AN. *Quid* [25] *is fecit?* GE. [26] *confutavit verbis* [27] *admodùm iratum* [28] *senem.*

AN. [29] *Heu* [30] *Phormio!* GE. [31] *ego,* [32] *quod potui porrò.* AN. *mi Geta,* [33] *omnes vos amo.*

1 Promissionem, quâ te illi obstrinxisti.

2 Al. *potiretur*, id est, ne quâ ratione Phanium in malum incideret, & ab eo opprimeretur. *Potiri mali*, est in malum incidere, & ei quasi mancipari, ut qui in hostes incidunt, eis mancipantur.

3 Phanii. *Miseram* appellat, quasi à se desertam, & in exspectatione repudii positam. 4 Solo. 5 Antipho. 6 Ego Phædria & Phormio. 7 Reprehendimus. Virg. 2. Æn. *Quem non* incusavi *amens?* 8 Quod discesseris, aliisque causam tuam defendendam reliqueris. 9 Eò quod abieris. 10 Nihilo plus destitimus causam tuam agere, cessavimus pro te eniti. 14 Dic, indica mihi. 12 Statu, sc. pessimo, an verò optimo 13 Negotia de nuptiis. 14 Exitus negotii. 15 Nunquid pater factum meum subsensit, ac suspicatur me concordasse cum Phormione, & sua sponte victi esse? Metaphora. Suprà Heaut. 5,1, *Ut ne paululùm quidem* suboleat *amicam esse hanc Clinia.* 16 Nihil etiam subolet patri, quod Phormionis consilio uxorem duxeris. 17 Ecquid boni sperandum videtur tibi de rebus meis in posterum? 18 Interjectio dolentis. 19 Nihil aliud boni spe concipio, nisi quod Phædria, &c. Alii *sed* ponunt: ut Andr. 4,1. Nisi *Deos fuisse iratos mihi, sat scio.* 20 Laborare, intercedendo apud patrem pro te. 21 Antiquum obtinet, sui similis est, hoc facilè cogitavi, eum aliquid facturum esse in mea causa: solet enim in me esse officiosus. 22 Præterea, præter hoc. 23 Audacem & officiosum. 24 Exhibuit se. 25 Phormio. 26 Convicit, exagitavit, refellit arte sycophanticâ. Sic Heaut. 5,1. *Hic ita, ut libet est æquum, dictis* confutabitur. 27 Hic ἀμφιβολία est, τὸ *admodùm* enim τῷ *iratum* jungi potest, & τῷ *confutavit* similiter, id est, confutavit senem admodùm iratum, & confutavit admodùm senem iratum: prior sensus placet. 28 Demiphonem. 29 Gaudentis & laudantis factum Phormionis. 30 Q. d. Multum tibi debeo. 31 Sc. *feci, præstiti.* 32 Quantum. 33 Vobis omnibus gratias ago. Suprà 1,2. cùm Davus bona fide mutuum reddidisset, respondet Geta, *Amo te.* Est ergo gratias agentis formula.

GE.

GE. *Sic sese habent principia,* [1] *ut dico:* [2] *adhùc tranquilla res est:*
[3] *Mansurusque* [4] *patruum pater est,* [5] *dum hùc adveniat.* AN. [6] *quid eum?* GE. *ajebat,*
[7] *De* [8] *ejus consilio velle sese facere, quod* [9] *ad hanc rem attinet.*
AN. [10] *Quantus metus est mihi, venire hùc salvum nunc patruum, Geta:*
Nam, [11] *ut audio,* [12] *per unam ejus aut vivam, aut moriar,* [13] *sententiam.*
GE. *Phædria tibi adest.* AN. *ubi-nam?* GE. *eccum* [14] *ab suâ palæstrâ exit foras.*

1 Quò constitutus est senex.
2 Nihil turbarum adhùc est.
4 Exspectaturus.
4 Chremetem.
5 Donec revertatur ex Lemno.
6 Cur mansurus sive exspectaturus est eum pater? Sic Plaut. M. *Filiam, quam ex te suscepi.* PE. *quid eam?* M. *eam perdidi. Hostium potita est.* 7 Ex. 8 Fratris Chremetis. Dixerat enim suprà; *Ir quod mihi dederit de hac re consilium, id sequar.* 9 Ad nuptias sive matrimonium Antiphonis filii. 10 Præ nimio amore optat mortem patruo: q. d. mallem eum in itinere mori. 11 Quemadmodum intelligo ex sermone tuo. 12 Ex patrui sententia mihi mors aut vita veniet: quia sine Phanio non potero vivere. 13 Propter ejus consilium. 14 E domo lenonis, in quâ assiduè exercitatus est, quemadmodum athleta in palæstrâ, quæ est locus, ubi luctatores nudi & oleo perfusi quondam luctabantur.

ACTUS III. SCENA II.

PHÆDRIA, DORIO, ANTIPHO, GETA.

PH. [1] *Dorio,* [2] *audi obsecro.* DO. *non audio.* PH. [3] *parumper.* DO. [4] *quin omitte me.*
PH. *Audi, quod dicam.* DO. *at enim tædet jam audire eadem* [5] *millies.*
PH. *At nunc dicam, quod lubenter audias.* DO. *loquere, audio.*
PH. *Nequeo te exorare, ut* [6] *maneas triduum hoc? quò nunc abis?*

1 Phædria lenonem Dorionem orat, ut venditatam militi Pamphilam non tam citò abducendam tradat: se intra triduum nummos annumeraturum, quos pro illius redemptione se pollicitus. 2 Adhùc pauca. 3 Scilicet *audi.* 4 Ne sis mihi molestus. 5 Sæpissimè. Numerus finitus pro infinito: ut suprà in Eun. *Plus millies jam audivi.* 6 Exspectes Athenis cum venditione puellæ per triduum hoc?

1 Diceres. DO. *Mirabar', si tu mihi quidquam* [1] *afferres novi.*
2 Interjectio dolentis. AN. [2] *Hei! 3 metuo lenonem, ne quid suo suat capiti.*
GE. 4 *idem ego metuo.* 6
3 Ex omnibus, quæ adferuntur, explicationibus, Mureti eruditior est: qui ut Græcis εἰς κεφαλὴν, sic Latinis *suo capiti* formulam esse autumat malè precandi. PH. *Non mihi credis?* DO. 5 *hariolare.* PH. 6 *sin fidem do.* DO. 7 *fabulæ.*
PH. 8 *Fœneratum* 9 *istuc beneficium tibi pulchrè* 10 *dices.* DO. 11 *logi.*
PH. *Crede mihi, gaudebis* [12] *facto:* [13] *verum herclè hoc est.* DO. [14] *somnia.*
PH. [15] *Experire, non est longum.* DO. [16] cantilenam eandem canis. 10
PH. *Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus.* DO. [17] *garri modò.*
Non dubito ergo, quin horum Antiphonis verborum hic sit sensus. PH, *Adeon' ingenio esse* [18] *te duro atq;* [19] *inexorabili, Vt neq; misericordiâ, neque precibus* [20] *molliri queas?*
DO. *Adeon' te esse* [21] *incogitantem atque* [22] *impudentem, Phædria,*
Vt [23] *phaleratis dictis* [24] *ducas me, & meam* [25] *ductes gratis?* 15

Metuo ne Leno aliquid struat aut machinetur mali, quod quidem precor in suum ut recidat caput. 4 Ne quid mali machinetur. 5 Pro *hariolaris*, id est, frivola & incerta effutis, dicis, & fidem quæ non merentur, ut solent Harioli, id est, vaticinatores, *Vel*, rem ipsam conjectas, me tibi nequicquam credere. 6 Sed si sanctè promitto. 7 Nugæ sunt omnia tua promissa. 8 Fœnore magno tibi redditum ac compensatum. *Fœnero pecuniam*, id est, do pecuniam ad usuram: *fœneror pecuniam*, id est, accipio pecuniam ad usuram. 9 Quod feceris, sc. exspectando triduum. 10 Sc. *posthac*. Argumentum ab utili. 11 Inania sunt tua verba sine re: & declinatur, *logi, logere*, sed in singulari dicitur *loger*, quod Græcũ est. 12 Propter illud factũ, si exspectaveris, *vel*, cùm hoc feceris, gaudebis, id est, facti te non pœnitebit. 13 Te gavisurum hoc facto. 14 Sunt, quæ tu dicis, id est, non plus momenti tua habent verba, quàm somnia. 15 Fac periculũ, non est longum tempus, quod peto, sc. triduũ hoc. Infrà: D. *Obtundis*. AN. *haud longum est, quod orat*, Dorio. 16 Nihil facis, nisi quod mihi molestus es tuis pollicitationibus, ac proinde chordâ semper oberras eadem. Proverbium ergo in eos, qui molesti sunt, sæpiùs eadem inculcantes. Sumptũ à cantoribus, qui, si quando diutiùs eandem occinant cantionem, tædium adferunt auribus. 17 Inania effuti ac loquere tantummodò. 18 Sc. *decet*, vel *possibile est*. 19 Inflexibili, à quo nihil potest exorari, id est, orando obtineri seu impetrari. 20 Mitigari, flecti, exorari. 21 Inconsideratum in re incipiendâ. 22 Impudentem. 23 Ornatis, blandis & fucatis verbis: quia dixit, *Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus*. *Phaleræ* ornamenta sunt equorum. Inde per Metaphoram *phalerata dicta* sunt bona verba, & ad fidem faciendam ornatissime composita. 24 Ducere putes, seducere, prodneere ac mihi verba dare tibi persuadeas? 25 Abducas tecum meam puellam Pamphilam sine quæstu ac mercede?

AN. [1] *Miseritum est.* PH. [2] *hei!* [3] *veris vincor.* GE. *quàm similis uterque est sui?*

PH. [5] *Neque, aliâ Antipho cùm occupatus esset sollicitudine,*
Tum esse hoc mihi objectum malum! AN. [6] *ah! quid* [7] *istuc autem est, Phædria?*

PH. [8] *O fortunatissime Antipho.* AN. [9] *ego-ne?* PH. [10] *cui, quod amas, domi est;*
Nec cum hujusmodi unquam [11] *usu venit ut confligares malo.*

AN. [12] *Mihi-n' domi est?* [13] *imò, id quod ajunt,* [14] auribus teneo lupum:

1 Miserere me Phædriæ. Tres istos versus pro insititiis habet Guyetus. Neque. Donatus multum expedit. Ego sic intelligo. Non ergo de Lenone per Ironiã dicit hoc

Antipho, ut vult Donatus: sed de seipso, verè ac seriò; cognato Phædriæ *συμπάσχων*. 2 Antipho cùm audiret irritas Phædriæ ad lenonem inexorabilem preces, nondum ipse à Phædria conspectus, dolet vicem ejus, cui res esset cum tam impuro Lenone: & ad Getam, sibi astantem, conversus, *miseritum est*, inquit. 3 Q. d. Jus suum postulat Leno: cui verbis nemo satisfacit. Agnoscit enim his verbis Phædria, verum esse quod leno objecerat, ipsum sc. nihil hactenùs nisi verba dedisse, cùm pecuniam sæpiùs promisisset. Ita ut τὸ *veris vincor* nihil aliud sit, quàm quod Hec. 1, 2. *vera prædicas*. 4 Geta Antiphonis modò miseranti sortem patruelis, *quàm uterq;* (Leno & Phædria) ait, *est simulis sui*, id est, suis utens moribus, id est, ille leno, *pernicies communis adolescentium, perjurus pestis* (Adelph. 2, 1.) avarus & durus; & Phædria, impatienter amans, & mollioris animi, ac perditus. 5 Illud quoque gravissimum mihi est, hoc malum tum potissimùm mihi objectum esse seu obvenisse, cum Antipho non aliâ, id est, eâdem detentus esset sollicitudine ex amore. Nam hactenus una erat utriusque sollicitudo, si causam vides: quanquam diversimodè, hic copia, ille inopia laborabat. Querela ergo Phædriæ ab eo, quod veris se vinci videbat, illùc descendit, ut auxilii inopiam deploret: eum enim, in quo uno spes auxilii præcipua esse potera,. Antiphonem maxima nunc solicitudine perturbari. Ordo itaq; verborum sic restituendus est: *Neque tum hoc malum esse objectum mihi, cùm Antipho occupatus esse aliâ*: id est, leviore, *sollicitudine*: Q. d. Hoccine malum nunc mihi tempore tam alieno objici; neq; tum cùm animus Antiphonis, propria ægritudine liber, mihi auxiliari potuisset, objectum esse! 6 Condolentis particula. 7 De quo conquereris tantoperè, & in quo auxilium meum delideras. 8 Quanquam maxima itidem sollicitudine occupatus sis, fortunatissimus es tamen, si mecum compareris: nimirum suæ cuique calamitates maximæ videntur. 9 Sc. *fortunatissimus sum?* 10 Qui domi uxorem habes. 11 Usus venit, id est, opus aut necesse fuit, contigit ut frequenter decertares cum hujusmodi malo homine, id est, cum tali lenone. 12 Sc. *quod amem?* 13 Corrigentis est. 14 Versor in summo discrimine & periculo, perplexus hæreo, nescio quid sinè periculo agere possim. Græcum proverbium: Τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν, οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι, quod Antipho mox explicat. *Nam neque*, &c. Dicitur in eos, qui ejusmodi negotio involvuntur, quod neque relinquere sit integrum, neque tolerari possit. Videtur inde ortum, quòd lupus ob aurium brevitatem, neq; teneri commodè possit, neque citra summum periculum è manibus dimitti, bellua tam mordax.

Nam neque quomodo [1] *amittam à me, invenio, neque* [2] *uti retineam, scio.*

DO. [3] *Ipsum istuc mihi in* [4] *hoc est.* AN. *eja,* [5] *ne parùm leno sies:*

[6] *Num quid hic confecit?* PA. [7] *hiccine?* [8] *quod* [9] *homo inhumanissimus:*

Pamphilam [10] *meam vendidit.* GE. [11] *quid? vendidit?* AN. *ain' vendidit?*

PH. *Vendidit.* DO. [12] *quàm indignum facinus!* [13] *ancillam ære emptam* [14] *suo.*

PH. *Nequeo* [15] *exorare, ut me* [16] *maneat, & cum* [17] *illo ut* [18] *mutet fidem,*

Triduum hoc, [19] *dum id, quod est promissum ab amicis, argentum* [20] *aufero.*

Si non tum [21] *dedero, unam prætereà horam ne* [22] *oppertus sies.*

DO. [23] *Obtundis:* AN. *haud longum* [24] *est, quod orat, Dorio:* [25] *exoret, sine:*

[26] *Idem hic tibi, quod benè promeritus fueris,* [27] *conduplicaverit.*

DO. *Verba* [28] *istæc sunt.* AN. *Pamphilam-ne hac* [29] *urbe* [30] *privari sines?*

Tũ tu prętereà [31] *horũ amorẽ* [32] *distrahi* [33] *poterin' pati?*

DO. [34] *Neque ego, neque tu.* GE. [35] Dii tibi omnes id, quod es dignus, [36] duint.

1 Dimittam, rejiciam à me eam uxorem, vetante lege.

2 Quomodo, quo pacto eam mihi retineam, nolente patre.

3 Quod tu dicis esse tibi in uxore.

4 Phędria: nescio enim, quâ vi eum à me rejiciã (ita obtundit rogando) & qua via retineam, cùm desint nummi.

In eodem ergo luto hæreo; idẽ mihi, quod tibi, accidit.

5 Obtineto lenonum mores, respondeto tuo nomini, luxq; turpitudini, insigniter improbus sis. 6 Dic mihi, Phædria, ecquid Leno Dorio cum aliquo transegit de Pamphila? Alii sic: Numquid flagitii est, quod hic confecit Leno? 7 Quæris, an hic confecerit aliquid? 8 Confecit, quod, &c. 9 Sc. *facere.* 10 Amicam. 11 Admirantis est. 12 Sc. *est* Ironia. 13 Sc. *vendere.* 14 Meo ære. 15 Orando ab eo impetrare. 16 Exspectet, opperiatur. 17 Altero, sc. milite. 18 Fidem non servet, promissis non stet, falla: eum, id est, ut resignet militi pactionem. 19 Donec. 20 Ab illis, id est, accipio, extorqueo. 21 Tibi. 22 Exspectes, differas. 23 Sc. *me*, id est, mihi molestus es, & tædio afficis tuis sermonibus. Metaphora sumpta à fabris, qui tundendo ferrum molliunt. 24 Sc. *tempus.* Suprà 3, 2. *Experire, non est longum,* &c. 25 Ut hoc precibus à te impetret. 26 Phædria duplicatam tibi gratiam referet. 27 Beneficium. 28 Quæ tu loqueris. 29 Athenis. 30 Spoliari, excludi. 31 Phędriæ & Pamphilę. 32 Divelli, disjungi, dirimi. 33 Poterisne. 34 Poterimus pati eorum amorem distrahi, id est, afficiemur mœroperè hac amoris distractione. Quod Antipho de distractione seu separatione seriò dixerat, id leno repetit, voce quidẽ ad miserationem composita; sed ut irridere illũ appareat: undè & Gotę indignatio subsequitur: *Di tibi,* &c. 35 Dii te perdant, Imprecatio. 36 Dent. Archaïsmus est,

DO.

DO. 1 *Ego te complures* 2 *adversùm ingenium meum*
menses 3 *tuli*
Pollicitantem, & nihil ferentem, 4 *flentem: nunc*
5 *contrà, omnia hæc,*
6 *Repperi, qui* 7 *det, neque* 8 *lacrumet:* 9 *da locum*
melioribus.
AN. *Certè herclè ego satis si* 10 *commemini,* 11 *tibi*
quidem est 12 *olim dies,*
13 *Quam ad* 14 *dares* 15 *huic,* 16 *præstituta.* PH. 17 *fa-*
ctum. DO. *nùm ego istuc nego?*
AN. *Iam-ne* 18 *ea præteriit?* DO. *non: verùm* 19 *ei*
20 *hæc antecessit.* AN. *non* 21 *pudet*
22 *Vanitatis?* DO. *minimè,* 23 *dum ob rem.* GE.
24 *sterquilinium.* PH. *Dorio,*
25 *Ita-ne tandem facere oportet?* DO. 26 *sic sum!* 27 *si*
placeo, utere.
AN. *Siccine* 28 *hunc decipis?* DO. *imò enimverò, An-*
tipho, 29 *hic me decipit:*
Nam 29 *hic me* 30 *hujusmodi sciebat esse: ego* 31 *hunc*
esse 32 *aliter credidi.*
Iste me fefellit: 33 *ego isti nihilo sum aliter,* 34 *ac fui.*
Sed 35 *ut ut hæc sunt, tamen hoc* 36 *faciam: cras mane*
37 *argentum mihi*

1 Hæc Phædriæ à Lenone dicuntur.
2 Contra naturam meam.
3 Pertuli, toleravi.
4 Plorantem, cùm non esses solvendo.
5 Ex opposito horum omnium, ἀντὶ τούτων πάντων.
6 Homine aliquem.
7 Pecuniam.
8 Heat.
9 Cede citiùs solventibus, aliquid numerantibus, plus dantibus,
46 τῷ κρείττονι. Non

enim prece, sed precio, lenonis animus expugnatur. 10 Recordor. 11 Phædriæ. 12 Antehac. 13 Ad quam, sc. *diem*. Anastrophe. Al. *quoad*, id est, ad quod tempus. 14 Pecuniam, pretium puellæ. 15 Lenoni. 16 Præfinita & determinata. 17 Sc. est, id est, tempus fuit mihi præstitutum. Confessio est. 18 Dies. 19 Diei præstitutæ. 20 Dies, quâ advenit is, qui dat, neque lachrymat, id est, dies, qua pecuniam attulit miles. Q. d. Cras aderit in crastinum finis constituti inter nos temporis incidit. Donatus nihil hîc extricat. 21 Te. 22 Mendacii, τῆς ψευδοῦς, levitatis, perfidiæ, quod ante tempus petas pecuniam, nec exspectes illam olim prestitutam diem, quod que vehementiùs de Phædriâ questus sis? 23 Dummodò mendacium sit propter utilitatem ac lucrum, dummodò propter meam vanitatem nanciscar pecuniam. 24 Abjectissime & improbissime homo, dignus qui perpetuo in sterquilinio vitam degas. Metaphora. Est enim *sterquilinium*, locus stercoribus plenus, seu eorum receptaculum. 25 Ut ante diem præstitutam pecuniam à me petas? 26 Eo ingenio sum, ejusmodi sunt mei mores. 27 Si mea te conversatio delectat, nunc potes mecum converlari vel frui mea amicitia. 28 Phædriam. 29 Phædria. 30 Talibus moribus præditum, id est, lenonem sine fide. 31 Phædriam. 32 Aliis moribus præditum, id est, liberaliorem, hominem fide dignum, ἀξιόπιστον. 33 Phædriæ. 34 Quàm fui priùs. Q. d. Ego semper manco Leno. 35 Qualiacunque. 36 Contra ingenium meum. 37 Pecuniam.

1 Daturum esse. Præsens pro futuro.

Miles [1] *dare se dixit: si mihi prior tu attuleris, Phædria,*
[2] *Meâ legentur, ut* [3] *potior sit, qui prior ad* [4] *dandum est. Vale.*

2 Meo jure lenonio: in quo semper commodum est priùs, quàm fides. 3 Melioris conditionis: vel *potior*, id est, charior, acceptior. Undè illud vulgare dictum: *Qui prior est tempore, potior est jure.* 4 Argentum.

ACTUS III. SCENA III.

PHÆDRIA, ANTIPHO, GETA.

1 Adolescentes persuadent Getæ, licet difficulter, ut per fallaciam argentum extorqueat. 2 Lenoni Dorioni. 3 Triginta minas, quas leno poscit. 4 Infelix. 5 Mihi. 6 Ὑπερβολικῶς dictum est de paupere, qui nihil habet: de eo tamen, qui debet plus, quàm habet, rectè dici posse videtur.

PH. [1] *Quid faciam? undè ego nunc tam subitò* [2] *huic* [3] *argentum inveniam* [4] *miser,*
[5] *Cui* [6] *minus nihilo est? quod si* [7] *hic potuisset nunc exorarier*
[8] *Triduum hoc,* [9] *promissum fuerat. AN ita-ne* [10] *hunc* [11] *patiemur, Geta,*
[12] *Fieri miserum, qui me* [13] *dudùm, ut dixti,* [14] *adjûvit* [15] *comiter?*
[16] *Quin,* [17] *cùm opus est,* [18] *beneficium rursum ei experimur reddere?*
GE. [19] *Scio equidem hoc esse* [20] *æquum.* AN. [21] *age ergo, solus* [22] *servare hunc potes.*
GE. *Quid faciam?* AN. *invenias argentum.* GE. *cupio: sed,* [23] *id* [24] *undè,* [25] *edoce.*
AN. [26] *Pater* [27] *adest hîc.* GE. *scio: sed quid tum?*
AN. *ah!* [28] *dictum sapienti sat est.*

7 Leno. 8 Ut exspectaret. 9 Argentum intra triduum, sc. ab amicis, ut suprà dixit. 10 Phædriam. 11 Nostra negligentia. 12 Perire. 13 Modò. 14 Pro *adjuverit*; & hoc pro *adjuvit*. Enallage modi. Sic Ennius apud Cic. de Senect. *O Tite, si quid ego adjuro, curam-ve levasse.* 15 Fideliter, amanter, non gravatè. 16 Cur non. 17 Quandoquidem exigit necessitas. 18 Referre ei, à quo tu anteà es defensus, parem studemus gratiam, beneficium beneficio compensare? 19 Fateor, assentior tibi. 20 Justum, ut sc. reddas beneficium pro beneficio. 21 Da ergo operam. Adhortandi & impellendi particula. 22 Opitulari Phædriæ. 23 Argentum. 24 Sc. *inveniam*. 25 Explana, commonstra mihi. 26 Demipho. 27 Prope est Athenis: à quo facile, si velis, tuâ calliditate poteris pecuniam extorquere. 28 Verbum, ἔπος. id est, verbum vel unum sapienti ad intelligendum sufficit. Q. d. Sapiens tu es; ergo, quid te facere velim, facile intelligis. Hoc autē dicto Antipho patrē suū argento emungendū esse Getæ significat.

GE.

GE. 91 *Ita-ne?* AN. *ita.* GE. *sanè hercle* 2 *pulchrè*
suades: etiam tu hinc 3 *abis?*
4 *Nō triumpho, ex nuptiis tuis si nihil nanciscor mali,*
Ni etiam nunc me 5 *hujus quærere causâ* 6 *in malo*
jubeas crucem? 11
AN. *Verum* 7 *hic* 8 *dicit.* PH. *quid? ego vobis, Geta,*
9 *alienus sum?* GE. 10 *haud puto:*
Sed parum-ne est, omnibus quòd nunc nobis succensèt
11 *senex,*
Ni 12 *instigemus etiam,* 13 *ut nullus locus relinquatur* 14 *preci?*
PH. 15 *Alius ab oculis meis* 16 *illam in* 17 *ignotum abducet locum?* 15
Dum igitur 18 *licet, dumque adsum,* 19 *loquimini mecum, Antipho:*
Contemplamini me. AN. 20 *quamobrem? aut quidnam* 21 *facturus?* 22 *cedo.*
PH. 23 *Quoquò* 24 *hinc asportabitur terrarum,* 25 *certum est* 26 *persequi,*
Aut 27 *perire.* GE, 28 *Dii benè vertant, quod agas:*
29 *pedetentim tamen.*
AN. *Vide, si quid* 30 *opis potes adferre* 31 *huic.* GE.
32 *si quid?* 33 *quid?* AN. 34 *quære obsecro.* 20

1 Vis falli patrem: *vel*, vis ut emungam argento senem?
2 Argentum inveniendum esse, id est, scitum argenti inveniendi modum; indicas, ut sc. patri fucum faciam.
3 Sc. in malam crucem (ut suprà 2, 3.) vel *rem.* Volebat indignabundus dicere, sed repressit se. Alii sic: An etiam hinc abis, ne me sc. ad hoc, quod fieri vis, adjuvare possis? 4 Non glorior, non lætor, non triumphum commerui? Metaphora à victoribus. 5 Phædriæ. cognati tui. 6 In parvo malo magnum malum, id est, supplicium ultimū, quod sit de me in cruce sumendū. Q. d. Satis periculi ex nuptiis tuis habeo: quare non opus est, Phædriæ nomine majori malo nos onerare. 7 Geta. 8 Nondum se expedivit periculo, in quod fuit conjectus. 9 Extraneus videor, pro quo non debeatis laborare? 10 Te esse alienum nobis: imò curæ esse debere, cùm sis herilis filii frater. 11 Demipho. 12 Incitemus, nova fallaciâ provocemus ad iram. Metaphora à equis, qui instigantur calcaribus. 13 Ut preces non admittantur apud eum, sed contemptui habeantur, id est, ne posthac ulla ratione placari possit. 14 Precibus. 15 Miles sc. 16 Pamphilam. 17 Peregrinam civitatem vi quadam avehet? 18 Vobis. 19 Tanquam nunc ultimùm allocuturi & visuri. 20 Contemplabimurne? 21 Sc. *es*? 22 Dic. 23 Quocunque. Verba sunt desperantis. 24 Athenis, ex patria. 25 Firmiter decrevi, constitui. 26 Eam. 27 Mori in via. 28 Benè precandi formula; qua utebantur initio rei gerendæ. 29 Non præcipitanter, sed sensim, cautè agito, quod proponis. Alludit ad Proverbium, Σπεῦδε βραδέως, id est, *festina lentè*. Item: *Amor & iracundia consultores pessimi.* 30 Auxilii. 31 Phædriæ. 32 Dicis, si quid opis possim adferre huic? Repetit sermonem Antiphonis cum molestia & tædio. 33 De re proposita cogitantis habitum exprimit. 34 Aliquod consilium.

[1] *Ne quid plus minùsve faxit, [2] quod nos pèsit pigeat, Geta.*

GE. [3] *Quæro: [4] salvus est, ut opinor: verùm enim [5] metuo [6] malum.*

AN. *Noli metuere: unà tecum bona, mala, tolerabimus.*

GE. [7] *Quantum argenti opus est tibi? loquere.* PH. *solæ [8] triginta minæ.*

GE. [9] *Triginta? [10] hui! [11] percara est, Phædria.* PH. *[12] istæc verò [13] vilis est.*

GE. [14] *Age, age, [15] inventas reddam.* PH. *[16] ô lepidum caput!* GE. *[17] auferte hinc.* PH. *jam [18] opus est.*

GE. *Iam [19] feres: sed [20] opus est mihi Phormionem adjutorem [21] ad hanc rem dari.*

AN. [22] *Præstò est: [23] audacissimè [24] oneris quid vis impone, & feret:*

[25] *Solus est homo amico amicus.* GE. *eamus ergo ad [26] eum [27] ociùs.*

AN. *Nunquid est, [28] quod meâ operâ vobis opus sit?*

GE. [29] *nihil: verùm abi domum, &*

[30] *Illam miseram, quam ego nunc intùs scio esse [31] examinatam metu,*

Consolare: cessas? AN. *nihil est, [32] aquè quod faciam lubens.*

PH. *Quâ [33] viâ [34] istud facies?* GE. *dicam in [35] itinere: [36] modò te hinc amove.*

1 Ne quid omninò faciat, id est, ne se ipsum interimat.

2 Cujus. *Pigeat* hîc est verbum personale.

3 Investigo jam aliquod consilium.

4 Tandem quærendo viam inveni, εὕρηκα, quâ salvus evadat Phædria.

5 Timeo mihi.

6 Infortunium, quod mihi ex eo accidere potest: vel *malum*, id est, supplicium & tormentum.

7 Alloquitur Phædriam. 8 Trecenti coronati, sc. *opus sunt mihi. Mina* enim valet decem coronatis. 9 Sc. *mina?* 10 Interjectio ridentis vel admirantis quantitatem pretii. 11 Nimis vel valdè cara. 12 Talis puella & tantæ formæ. 13 Nequaquam cara. 14 Hortantis est Adverbium. 15 Operam dabo, ut inveniam, id est, consequar triginta istas minas. 16 O venustum hominem! Est collaudatio. 17 Amove te, id est, abi ex hoc loco. 18 Mihi triginta illis minis. Instat illi ut festinet, præsenti pecunia opus esse affirmans. 19 Pecuniam ad Dorionem lenonem. 20 Opus est mihi opera & consilio Phormionis. 21 Ad extorquendam pecuniam. 22 Adest, adjuvat te, auxiliatur tibi. 23 Liberrimè sine ullo timore. 24 Officii. Metaphora ab animalibus, quibus imponuntur onera. 25 Solus Phormio fideliter juvat, in omnibus necessitatibus ipse præsto est, pauci sunt ita amici suis amicis, μόνος φιλεῖ τοὺς φίλους ἐπίσαται. Quadrat in eos, qui amici causâ nihil non audent, nullumque officium refugiunt, modò gratum faciant ei. 26 Phormionem. 27 Velociter, citò. 28 Ad quod faciendum egeatis meo auxilio & labore? 29 Nihil est, in quo sit opus opera tua. 30 Uxorem tuam Phanium. 31 Perturbatam. 32 Quam hoc, quòd ego consoler eam. 33 Ratione, modo. 34 Invenies triginta minas? 35 Via. 36 Tantummodò hinc abi.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA I.

DEMIPHO, CHREMES.

DE. [1] *Quid?* [2] *quâ profectus causâ hinc es* [3] *Lemnum, Chremes?*
Adduxtin' tecum filiam? CH. *non.* DE. [4] *quid ita non?*
CH. *Postquam videt me* [5] *ejus* [6] *mater* [7] *hîc* [8] *esse* [9] *diutiùs,*
[10] *Simul autem non* [11] *manebat* [12] *ætas virginis*
Meam negligentiam; [13] *ipsam cum omni* [14] *familiâ*
[15] *Ad me esse profectam* [16] *ajebant.* DE. [17] *quid*
[18] *illic tam diu,*
Quæso igitur [19] *commorabare, ubi* [20] *id* [21] *audiveras?*
CH. [22] *Pol me* [23] *detinuit* [24] *morbus.* DE. [25] *undè? aut*
[26] *qui?* CH. *rogas?*
[27] Senectus ipsa est morbus: *sed venisse eas*
[28] *Salvas audivi ex* [29] *naut â, qui illas vexerat.*
DE. *Quid* [30] *gnato* [31] *obtigerit,* [32] *me absente, audistin' Chreme?*
CH. [33] *Quod quidem me* [34] *factum* [35] *consilii incertum facit:*

1 O Chreme, quid est? quid ais? quid fecisti in peregrinatione tui? Demipho & Chremes, senes & fratres, colloquuntur: narrat Demiphoni Chremes, cur in Lemno diutiùs hæserit: fit & mentio nuptiarum Antiphonis.

2 Ordo est: *Adduxtin'*, id est, adduxisti-ne, *tecum filiam*, sc. susceptam ex Lemniâ uxore, *cujus causâ profectus es hinc*, id est, Athenis, *Lemnum?* 3 In Lemnum insulam, unam ex novem Cycladibus: in quam præcipitatus fuit Vulcanus. 4 Quare non adduxisti tecum filiam? Repetit, odiosè, & cum stomacho verba Chremetis. 5 Filiæ meæ Phanii. 6 Lemnia. 7 Athenis. 8 Cessare, manere. 9 Nimis diu, præter exspectationem, & tempus constitutum. 10 Adde hùc, quod, &c. 11 Exspectabat, id est, exspectare poterat. Sic Horat. *Omnes una manet nox.* 12 Ætas virginis jam nubilis reditum meum exspectare non poterat, longiorem moram, cessationem non concedebat. 13 Matrem. 14 Filia & famulis. 15 Athenas. 16 In in ula Lemno. 17 Propter quid, cur? 18 In Insula Lemno. 19 Manebas. 20 Matrem cum omni familia Athenas profectam. 21 Intellexeras ex propinquis ejus. 22 Per ædem Pollucis. Jurandi particula est. 23 Præpedivit, quo minùs redirem. 24 Adversa valetudo. 25 Contraxeras unde morbum? quæ fuit causa morbi? 26 Qualis morbus detinuit te? 27 Quia *multa senem circumveniunt incommoda.* 28 Incolumes. 29 Gubernatore navis. 30 Antiphoni. 31 Acciderit, evenerit. 32 Postquam profectus fui in Ciliciam. 33 *Certè audivit* quod quidem, &c. 34 Filii tui, scilicet quod contraxerit matrimonium, me & te absente. 35 Me ita perturbat, ut, quid consilii capere debeam, incertus sim.

Nam

1 De nuptiis filiæ clam ex uxore Lemniâ susceptæ, *vel*, elocationem filiæ. Vide Hec. 2, 1. Plaut. *Dicam, ut aliam* conditionẽ *filio inveniat suo*, id est, aliam filio uxorem quærat.

Nam [1] *hanc conditionem* [2] *si cui tulero extraneo,*
Quo pacto, aut [3] *undè mihi sit, dicendum ordine est.*
Te mihi fidelem esse eguè, atque egomet sum mihi,
Scibam: [4] *ille si me* [5] *alienus* [6] *affinem volet,*
[7] *Tacebit,* [8] *dum intercedet familiaritas:*
[9] *Sin spreverit me;* [10] *plus, quàm opus est scito,*
sciet:
[11] *Vereorque, ne* [12] *uxor* [13] *aliquâ* [14] *hoc resciscat meæ.*
Quod si fit, ut me [15] *excutiam, atque egrediar*
domo,
Id restat: [16] *nam ego meorum solus sum mihi.*
DE. *Scio ita esse, & istæc mihi* [17] *res solicitudini est,*
Neque [18] *defetiscar usque adeò* [19] *experirier,*
Donec tibi id, quod [20] *pollicitus sum, effecero.*

Hinc & apud Liv. 3. *conditionem filiæ quærere.* Ita Suetonius de Octavio loquens, jam sollicito, post obitum Agrippæ, de collocanda rursus filia Julia, *multis* (inquit) conditionibus *circumspectis Tiberium elegit.* 2 Si filiam meam alicui, nulla affinitate aut consanguinitate conjuncto, obtulero, elocavero: ut & *ferre legem*, quod est populo offerre. 3 Filia suscepta. 4 Pro *sciebam.* Archaïcè. 5 Gener, propinquitate nobis non conjunctus, ut tuus filius. 6 Socerum. 7 Hoc meum factum, *vel*, ortum filiæ, *vel*, consuetudinem meam cum uxore Lemnia, ex quâ suscepta est hæc filia. 8 Quamdiu erit inter nos amicitia. 9 Si verò contempserit me, si simultas orta fuerit, id est, sin affinitati meæ renuncians filiam meam repudiaverit. Donatus hîc dubitat, utrum se proditum iri dicat, ante, an post nuptias. Ego hîc τὸ *spreverit* de repudio, quod fit post nuptias, accipiendum esse non dubito. 10 Plus sciet de rebus meis, quam expediet mihi eum scire. 11 Vereorque ne inde tandem nuptiæ meæ uxoris Lemniæ ad uxoris aures perveniant. 12 Attica, sc. Nausistrata. 13 Sc. *ratione*, id est, hoc aut illo pacto. 14 Factum, me habere filiam aliunde. 15 Si quid in me opis aut ingenii sit, id adhibeam, ut mihi de futuro prospiciam. Al. *excutiat*, sc. uxor, id est, diligenter inquirat, ecquid vestibus ablaturus tegam. Sic Quintil. excusserunt *patrem, & aurum in sinu ejus invenerunt.* 16 Ἐγὼ γὰρ εἰμι τῶν ἐμῶν ἐμὸς μόνος, id est, ego solus mihi fidere possum, neminem domi habeo, à quo consilium auxiliumque petam: cætera omnis familia non mihi, sed uxori, studet; illius omnes captant benevolentiam. Alii sub voce *meorum* ea potissimum Chremetem intelligere volunt, quæ videbantur ejus, nec erant tamen, quia duntaxat uxoris nomine possidebat: adeòque Chremetem, esse sibi omninò nihil, nisi ex dote Nausistratę, significare. 17 Quam nunc agimus, sc. ut filius meus filiam tuam clam ducat. 18 Defatigabor, desinam, deficiam. *Defetiscor* facit in præterito *defessus sum*, auctore Prisciano. 19 Experiri. Paragoge. 20 Ut gener fiat filius.

ACTUS IV. SCENA II.

GETA.

[1] *Ego hominem [2] callidiorem vidi [3] neminem,*
Quàm Phormionem: venio ad hominẽ, ut dicerẽ
Argento opus esse, & id quo pacto [4] fieret:
Vix dum dimidium dixeram, [5] intellexerat:
[6] Gaudebat: [7] me laudabat: quærebat [8] senem:
Diis gratias agebat, [9] tempus sibi dari,
[10] Vbi Phædriæ se ostenderet [11] nihilo minùs
[12] Amicum esse, quàm Antiphoni: [13] hominem [14] ad forum
Ipsi [15] opperiri: [16] eò me esse [17] adducturum [18] senem.
Sed eccum [19] ipsum: quis est [20] ulterior? [21] atat [22] Phædriæ
Pater [23] venit: quid pertimui autem [24] bellua?
An quia, quos fallam, pro [25] uno [26] duo sunt mihi [27] dati?
[28] Commodius esse opinor [29] duplici spe [30] utier.
[31] Petam [32] hinc [33] undè [34] à primo [35] institui: [36] is si [37] dat, [38] sat est:
[39] Si ab hoc nihil fiet, tũ hunc [40] adoriar [41] hospitem.

1 In hac scenâ Geta exsultat duos sibi senes offerri, quos fallere possit.
2 Astutiorem.
3 Nullum.
4 Pecunia haberetur.
5 Totam rem. Suprà 3, 3. *Dictum sapienti sat est.*
6 De illo consilio.
7 Quòd excogitassem tale consilium.
8 Demiphonem.

9 Occasionem & opportunitatem sibi offerri. 10 Quo tempore. 11 Æquè amicum Phædriæ, quàm Antiphoni. Nam ipsius operâ Antipho uxorem duxerat: rursus ipsius opera Phædria redimeret citharistriam. 12 Faventem. 13 Phormionem. 14 Ad forum, vel in foro. 15 Exspectare. 16 Ad forum. 17 Sc. *pollicitus sum*, vel *dixi*. 18 Demiphonem. 19 Demiphonem. 20 Comes, qui sequitur eũ, ab ulteriori parte, ultra eum, præter eum. Guyetus legit *interior*, id est, in loco digniore ex illis duobus, qui simul ambulant. Ovid. *Et medius juvenũ non indignantibus ipsis Ibat*; & interior *si comes unus erat*. 21 Interjectio timentis. 22 Chremes, Demiphonis frater. 23 Reversus est ex Lemno. 24 Inconsideratus veluti bellua. 25 Sene. 26 Fratres sc. pro uno sene decipiendi. 27 Oblati? 28 Opportunius. Hunc versum Guyetus expungit, quod nollem factum. 29 Duabus niti anchoris, ac duplicem habere spem fallendi hunc & illum, ut saltem abalterutro pecunia extorqueatur. Anteà enim tantùm simplex erat spes fallendi sc. Demiphonem: ea jam duplex facta est, cùm adsit Chremes. 30 Pro *uti*, per Paragogen. 31 Argentum. 32 Ab hoc sene Demiphone. Δειχτικῶς: hoc enim dicens Geta Demiphonem digito monstrat. 33 A quo. 34 Primò, à principio, primùm, τὸ πρῶτον. 35 Incepi. 36 Demipho. 37 Argentum. 38 Benè. 39 Si pecuniæ nihil impetrabitur, dabitur, conficietur ab hoc sene Demiphone. 40 Quasi per insidias aggrediar. 41 Chremetem peregrè venientem, qui supervenit aliundè tanquam hospes & ignarus rerum actarum. Cic. Ep. ii. l. 2. *Ne* hospes *planè veniam.*

ACTUS

ACTUS IV. SCENA III.

ANTIPHO, GETA, CHREMES, DEMIPHO.

1 Geta adoritur senes, & mira fallacia argentum cudit, & minas triginta ab ipsis aufert.

AN. [1] EXspecto, [2] quàm mox recipiat hùc sese Geta:
Sed [3] patruum video cum patre [4] astantem: [5] hei mihi!
[6] Quam timeo adventus [7] hujus [8] quò [9] impellat patrem.
GE. [10] Adibo [11] hosce: [12] ô noster Chremes! CH. salve Geta.
GE. [13] Venire [14] salvum [15] volupe est. CH. credo.
GE. quid [16] agitur? 5
CH. [17] Multa advenienti, ut fit, nova [18] hîc [19] compluria.
GE. Ita, de Antiphone audistin' quæ facta? CH. omnia.
GE. [20] Tun' dixeras [21] huic? [22] facinus indignum, Chreme,
Sic [23] circumiri. DE. id cum [24] hoc [25] agebam [26] commodùm.
GE. Nam herclè ego quoque [27] id [28] agitans mecum sedulo, 10
Inveni, opinor, [29] remedium [30] huic rei. DE. [31] quid Geta?

2 Quando, quàm citò rediturus sit. Suprà 2, 4. quoad se recipiat.

3 Fratrem patris mei, sc. Chremetem.

4 Colloquentem.

5 Interjectio dolentis. 6 Quantoperè. 7 Patri Chremetis. 8 Ad quod consilium, in quam sententiam vel partem, vel in bonam, vel in malam. 9 Inducat patrem Demiphonem. Nam Demipho ex Chremetis consilio se hoc negotium confecturum, suprà indicavit. 10 Aggrediar. 11 Chremetem & Demiphonem. Hoc secum dicit. 12 Excipiendi formula. 13 Te domum. 14 Incolumem. 15 Voluptas est. 16 Q. d. Quid rerum novarum affers? 17 Scilicet *narrata sunt mihi* 18 Athenis. 19 Complura: ut plerique omnes, in Andriâ, & alibi. 20 Tune Demipho. Apostrophe ad alterum senem. 21 Chremeti. 22 Scilicet *est*. 23 Circumveniri, decipi. Metaphora sumpta est à venatione, in qua retia tenduntur feris. 24 Fratre Chremete. 25 Communicabam, id est, de hac re conferebamus sermones inter nos. 26 In ipso tempore, nacta opportunitate, ἀρτίως. 27 Illud factum Antiphonis. 28 Considerans, volutans, in animo versans, deliberans. 29 Consilium. 30 Ut non admittatur uxor Antiphonis. 31 Sc. *invenisti?*

1 *Quod remedium?* GE. 2 *ut abii abs* 3 *te,* 4 *fit fortè obviam*
Mihi Phormio. CH. 5 *qui Phormio?* GE. *is, qui* 6 *istanc.* CH. *scio.*
GE. 7 *Visum est mihi, ut* 8 *ejus* 9 *tentarem sententiâ:*
10 *Prendo* 11 *hominem solum: cur non, inquam, Phormio,*
12 *Vides, inter vos sic* 13 *hæc potiùs* 14 *cum bonâ*
Ut 15 *componantur gratiâ, quam* 16 *cum malâ?*
17 *Herus liberalis est: &* 18 *fugitans litium:*
Nam cæteri quidem hercle 19 *amici omnes* 20 *modò*
21 *Uno ore* 22 *auctores fuêre, ut* 23 *præcipitem* 24 *hanc daret.*
AN. *Quid* 25 *hic* 26 *cœptat? aut quò* 27 *evadet hodiè?*
GE. *an* 28 *legibus*
29 *Daturum pœnas dices, si* 30 *illam* 31 *ejecerit?*
Iam id 32 *exploratum est:* 33 *eja,* 34 *sudabis satis,*
35 *Si cum illo inceptas homine:* 36 *eâ eloquentiâ est.*
Verùm, 37 *pone esse* 38 *victum eum: at tandem ta-*

1 Sc. invenisti? 2 Postquã. 3 Demiphone. 4 Venit mihi obviam. 5 Quis. 6 Uxorem Antiphonis nobis obtrusit, aut defendit, aut cognatam dixit, vel tale quid. Apostopêsis. 7 Placuit mihi, commodũ esse judicavi. 8 Phormionis. 9 Opinionem experirer, explorarem quid sentiat. 10 Prehendo, id est, comprehendo, seduco, ac blandiùs alloquor. Metaphora à candidatis qui solebant circumire, & prensando magistratus à populo petere. 11 Phormionem. 12 Provides, dispicis, das operam. 13 Hæc negotia de istis nuptiis, *vel*, quæ tibi sunt cum senibus. 14 Cum amicitia & concordia sine litibus. 15 Transigantur, concordentur, ad exitum perducantur. 16 Sc. *gratiâ*, id est, cum simultate & discordiâ, vi & ingratiis, ut apud Plautum sæpiùs. 17 Demipho, dominus meus, est liberalis ingenii, ingenuus ac benignus, non avarus. 18 Judicium subire nolens, contentiones forenses detrectans. Q. d. Marvult dispendium aliquod pecuniarum incurrere, quàm dubium litis eventum experiri. ubi *fugitans* vim nominis habet: ideòque genitivo jungitur: accusativo, vim tantùm Participii. 19 Demiphoni. 20 Paulò antè. 21 Unâ voce, uno consensu, unanimiter, summo animorũ & suffragiorum consensu. 22 Incitatores, hortatores, id est, Demiphoni suaserunt hoc ei consilii dederunt. 23 Domo contumeliosè expelleret. 24 Phanium. 25 Geta. 26 Temerè & audacter incipit facere? Hoc secum loquitur Antipho. 27 Perveniet. Suprà in Eun. *Ubi friget, hùc evasit* 28 Per leges, vel sententiâ judicum. 29 Punitum iri Demiphonem. Sic Eun. 1, 1. *Et ei dabit ultrò supplicium.* 30 Phanium, uxorem Antiphonis. 31 Expulerit, exturbaverit è domo suâ? 32 Perspicuum, compertum & planum est, illam domo ejici posse sinè periculo. 33 Interjectio concedentis cum quadam illusione. 34 Laborabis vehementer, idque frustrà. Metaphora. 35 Si incipias litigare cum domino meo. 36 Tantam habet eloquentiam, quæ in judiciis præstare solet innocentiæ: tam eloquens est. Dissuadet enim Phormioni, ne legibus disceptet, propter hominis eloquentiam. 37 Finge, *rideri*, fac, esto fanè. 38 Superatum Demiphonem.

Non

1 Vitæ. *Non* [1] *capitis* [2] *ejus* [3] *res agitur, sed pecuniæ.*
2 Demiphonis. *Postquam* [4] *hominem* [5] *his verbis* [6] *sentio* [7] *mollirier,*
3 Non est periculum de vita ejus. *Soli sumus nunc hîc,* [8] *inquam:* [9] *eho dic, quid vis,*
dari
Tibi [10] *in manum, ut herus* [11] *his desistat litibus.*
Horat. *Tua res agitur, paries cùm proximus ardet.* *Hæc* [12] [13] *hinc* [14] *facessat, tu molestus ne sies?* 30
AN. [15] *Satin' illi Dii sunt propitii?* GE. *nam* [16] *sat scio,*
4 Phormionem. [17] *Si tu aliquam partem æqui bonique dixeris,*
Ut ille est bonus vir, [18] *tria non commutabitis*
5 Hac ratione. *Verba hodiè inter vos.* DE. [19] *quis te istæc jussit loqui?*
6 Ego Geta. CH. [20] *Imò non potuit* [21] *melius pervenirier* 35
Eò, quò nos volumus. AN. [22] *occidi!* CH. [23] *perge*
7 Pro *molliri*, per Paragogen, id est, mitigari, commoveri & placidum reddi. [24] *eloqui.*
GE. *At primò* [25] *homo* [26] *insanibat.* GH. [27] *cedo*
[28] *quid postulat?*
GE. [29] *Quid? nimium: quantum lubuit.* CH. *dic*
GE. *si quis* [30] *daret*
8 Dico. [31] *Talentum magnum.* CH. [32] *imò malum herclè:*
9 Admonendi vel excitandi particula. [33] *ut nihil pudet!*

10 Pecuniâ præsenti. Plaut. *Si mihi duo talenta dantur numerata* in manum. 11 Litigare desinat, remissâ Phanio. 12 Phanium. 13 Ex domo heri Demiphonis. 14 Sc. se, id est, se absentem faciat, se amoveat, abeat. *Facessere* interdum significat facio. Indè *facessere negotium*, est exhibere sollicitudinem & curam. 15 An Dii irati mentem illi ademerunt? Satis-ne ille sanus est, ac mentis compos? Quibus bonam mentem veteres optabant, Deos propitios precabantur; contra quibus malam mentem, iratos Deos. Antipho itaque, ignarus consiliorum Getæ, putat eum insanire, qui de dimittenda sua uxore verba faciat. 16 Satis. 17 Si tu descenderis ad tolerabiles conditiones, *vel*, æquum & bonum postulaveris. 18 Non altercabimini, tria verba sufficient, non contendetis in judicio. Suprà in Andr. *Nunquam tecum commutaturus est unum verbum.* 19 Quis te jussit Phormioni dicere conditiones? 20 Correctio. 21 Commodiùs pertractari & componi causa. 22 Exclamatio consternati hominis ob dictum Chremetis. 23 Geta. 24 Exponere, quid postulaverit Phormio tandem. 25 Phormio. 26 Pro *insaniebat*, id est, furebat, impatienter ferebat, cùm ei ista dicerem. 27 Dic. 28 Quantum petit argenti, ut abducat iterum puellam? 29 Sc. *ais?* 30 Mihi, sc. *dixit*, *respondit*, id est, respondit Phormio, se postulata facturum, si quis daret talentum magnum. 32 Octingentos coronatos. Id enim minis octoginta (singulæ autem minæ drachmas 100. continebant) constabat: aliud minus tantùm sexaginta, id est, sexcentis coronatis. Vide Andr. 2.6: & 5,4. 32 Imò si quis daret ei infortunium. Q. d. se malle illi dare malum, quàm tantùm pretium. 33 Ut Phormionem non pudet tantum postulare?

GE.

GE. *Quod dixi* [1] *adeò ei: quæso*, [2] *quid si filiam* 40
Suam unicam [3] *locaret*: [4] *parvi retulit*
[5] *Non suscepisse*: [6] *inventa est*, [7] *quæ dotem petat.*
[8] *Ut ad pauca redeam, ac* [9] *mittam* [10] *illius ineptias;*
Hæc denique ejus fuit postrema [11] *oratio*:
Ego [12] *inquit, jam* [13] *à principio* [14] *amici* [15] *filiam*, 45
Ita ut [16] *æquum fuerat, volui uxorem ducere*:
Nam mihi veniebat in mentẽ [17] *ejus* [18] *incommodum,*
[19] *In servitutem pauperem ad ditem dari*:
Sed mihi [20] *opus erat, ut* [21] *apertè tibi nunc* [22] *fa-*
buler,
[23] *Aliquantulum quæ afferret*, [24] *quî dissolverem*, 50
Quæ debeo: & etiam nunc, si vult Demipho
[25] *Dare, quantum ab hac accipio, quæ* [26] *sponsa est*
mihi,
Nullam mihi malim, quàm [27] *istanc uxorem dari.*
AN. [28] *Utrum stultitiâ facere ego* [29] *hunc, an malitiâ*
Dicam, [30] *scientem, an imprudentem, incertus sum.* 55
DE. [31] *Quid si animam debet?* GE. [32] *ager* [33] *op-*
positus est pignori ob

1 Certè. Q. d. Ego eodem modo reprehendi ipsius impudentiã.
2 Sc. faceret.
3 Nuptui traderet, elocaret? Q. d. vix tantum dotis numeraret. Cic. 2. Offic. *Themistocles consultus, utrum bono viro pauperi, aut minùs probato diviti filiam collocaret: Ego, inquit, malo virum, quæ pecuniâ egeat, quàm pecuniam, quæ viro.* 4 Parùm profuit illi Demiphoni, vel interfuit. 5 Non genuisse, non habuisse aliam filiam præter unicam. 6 Cùm inventa sit alia peregrina, qualis fuit Phanium, filia Stilphonis. 7 Quæ per leges petit à cognato dotem puellæ divitis, sc. talentum magnum, quæ alicui possit locari. Verba sunt Phormionis. 8 Ut paucis ac breviter omnia dicam. 9 Omittam. 10 Phormionis. 11 Petitio. 12 Phormio. 13 Antequam eam duceret Antipho. 14 Hujus mei, sc. Stilphonis. 15 Phanium. 16 Juxta leges, cum essem proximus. 17 Filiæ Phanii. 18 Infortunium, sc. *futurum.* 19 Si daretur pauper illa in servitutem apud divitem adolescentem, id est, si pauper diviti nuberet, traderetur in servitutem, & non fieret uxor. Nota phrasin: *dari ad divitem*, id est, in potestatem divitis tradi. Plaut. Asin. *Tum postea ad pistorem dabo, ut ibi cruciete currens*, id est, in pistrinum dabo ad molas cursu incitato agendas. 20 Tali uxore. 21 Citra simulationem, ingenuè. 22 Eloquar, narrem. 23 Aliquam pecuniæ, vel dotis summam. 24 Quo, ex quâ re, unde, velut. 25 Mihi. 26 Desponsa, promissa. Est enim Participium hoc loco, non Nomen. 27 Phanium. 28 Hæc solus loquitur Antipho. 29 Getam. 30 De industria, an per imprudentiam. 31 Quid si deberet non solùm pecuniam, sed etiam vitam, id est, omnia? Græcum est proverbium, τὴν ψυχὴν ὀφείλει. *Animam debere* dicimus, qui immodico ære alieno tenetur, ac denique se ipsum debet. Erat enim antiquitus lex, ut, qui solvendo non essent, illi vincti addicerentur ac traderentur creditori, luituri corpore. 32 Expositio debiti. 33 Oppignoratus, id est, datus in pignus.

1 Centum coronatos
2 Phormio.
3 Hortantis est.
4 Phormio eam, scilicet Phanium.
5 Numerabo illas decem minas.
6 Scilicet *opposita pignori*, vel *oppignorata*.
7 Scilicet *minas*.
8 Hîc irascentis est, & simul cum admiratione indignantis.
9 Solvere viginti minas.
10 Scilicet tantoperè.

1 *Decem minas*, 2 *inquit*. GE. 3 *age, age jam* 4 *ducat*: 5 *dabo*.
GE. *Ædiculæ item* 6 *sunt ob decem* 7 *alias*. DE. 8 *hoi hui!*
9 *Nimium est*. CH. *ne* 10 *clama: petito* 11 *hasce à me decem*.
GE. 12 *Vxori* 13 *emunda ancillula:* 14 *tum* 15 *plusculâ*
Supellectile opus est: opus sumptu ad nuptias: 61
16 *His rebus* 17 *pone sanè, inquit, decem minas*.
DE. 18 *Sexcentas proinde potiùs scribito jam mihi dicas:*
Nihil do: 19 *impuratus me ille ut etiam irrideat?*
CH. *Quæso, ego* 20 *dabo,* 21 *quiesce: tu* 22 *modò* 23 *filius*
Fac ut 24 *illam ducat, nos quam* 25 *volumus*. AN. 26 *hei mihi!* 66
Geta 27 *occidisti me tuis* 28 *fallaciis*.
CH. *Meâ causâ* 29 *ejicitur: me* 30 *hoc est æquum* 31 *amittere*.
GE. 32 *Quantum potest, me certiorem, inquit, face,*
Si 33 *illam dant,* 34 *hanc ut* 35 *mittã, ne incertus siem:*
Nam 36 *illi mihi dotem jam constituerunt dare*. 71
CH. 37 *Iam* 38 *accipiet:* 39 *illis* 40 *repudium renuntiet:*
41 *Hanc ducat*. DE. *quę quidẽ* 42 *illi* 43 *res vertat malè*.

11 Minas decem, id est, centum coronatos. 12 Phanio. 13 Pro *emendâ*. Antithesis est. 14 Prætereà. 15 Paulò majore & numerosiore. 16 Scilicet *emendis*. 17 Supputa. 18 Ipse Phormio scribat mihi sexcenta, id est, multa judicia aut lites. Suprà 1, 2. Numerus certus pro incerto: ut suprà in Eun. *Plus millies jam audivi*, id est, sæpissimè. 19 Impurus, improbus. 20 Illas decem minas, & ita erunt viginti, quas daturus sum. 21 Noli te turbare, bono sis animo. 22 Solummodò. 23 Antipho. 24 Filiam meam. 25 Eum ducere. 26 Vox desperantis. 27 Perdidisti. 28 Dolis. 29 Expellitur uxor Antiphonis Phanium. 30 Argentum. 31 Dare. 32 Celerrime, quamprimùm. Al. *Quantum potes*. Utriusque exempla in Plauto passim. 33 Phanium volunt mihi dare. 34 Quæ jam mihi sponsa est. 35 Rejiciam. Al. *amittam*, vel *omittam*. 36 Cognati alterius sponsę. 37 Statim. 38 Promissam pecuniam à nobis in dotem. 39 Al. *illis*, scilicet nuptiis. 40 Repudiet alteram, quæ illi sponsa est. Inter *divortium* & *repudium* hoc interest. *Divortium* intercedit inter uxorem & maritum, quando jam aliquamdiu conjuges facti, distrahuntur. *Repudium* fit ante nuptias, quando sponsus sponsę, vel vicissim sponsa sponso fidem datam renunciat. 41 Phanium, quæ Antiphoni nupsit. 42 Phormioni. 43 Dos. Acerba est increpatio.

CH. *Op-*

CH. *Opportunè* [1] *adeò nunc* [2] *mecum argentū attuli,* [3] *Fructum, quem* [4] *Lemni uxoris reddunt prædia:* 73
[5] *In* [6] *sumam:* [7] *uxori, tibi* [8] *opus esse,* [9] *dixero.*

1 Valdè; σφόδρα. id est, valde opportune.

2 Ex Lemno. 3 Nempe annuum fructum, reditum. 4 In Lemno. 5 Argentum. 6 Impendam. 7 Me, scilicet Naulistratæ. 8 Tu egere illa pecunia, atque ita eam me tibi commodasse. 9 Dicam, cùm scilicet queret pecuniam suam.

ACTUS IV. SCENA IV.

ANTIPHO, GETA.

AN. [1] *GEta!* GE. [2] *hem?* AN. *quid egisti?* GE. [3] *emunxi argento senes.*
AN. [4] *Satin' est id?* GE. [5] *nescio herclè:* [6] *tantum jussus sum.*
AN. [7] *Eho* [8] *verbero! aliud mihi respondes* [9] *ac rogo?*
GE. *Quid ergo* [10] *narras?* AN. *quid ego narrem?* [11] *operâ tuâ ad*
[12] *Restim mihi quidem* [13] *res rediit planissimè.* 5
[14] *Vt te quidem omnes Dii, Deæque,* [15] *Superi, Inferi*
[16] *Malis exemplis perdant!* [17] *hem,* [18] *si quid velis,*
[19] *Huic mandes, qui te* [20] *ad scopulum* [21] *è tranquillo*
[22] *inferat.*

1 Vocantis cum stomacho. Objurgat Antipho Getā, cujus operā in periculum se venisse putat, ne extrudatur uxor: idem ab eodem placatur. 2 Responsionis particula.

3 Evacuavi, purgavi, id est, abstuli argentum à senibus, Demiphone & Chremete, fraude. Metaphora. 4 An hoc sufficit tibi, quod emunxeris argento senes, ac per id Phædriæ prospexeris? nulla tibi cura mei? At mihi malè prospectum est tua fallacia. Q. d. minimè hoc satis esse. 5 An id satis sit, nescio. 6 Sc. *efficere*, vel extorquere pecuniā, emungere argento senes, *vel*, quantū jussus sum providere, tantum me providisse scio. Ludit enim in ambiguitate interrogationis. Ipse enim de numero intelligit, alter de qualitate. 7 Interjectio admonentis & excandescentis. 8 Digne verberibus multis. 9 Quam. 10 Dicis vis dicere? 11 Culpā 12 Laqueum, suspendium, id est, ad chordā, quā mihi parem suspendium. Q. d. res tota eò redacta est, ut de suspendio possim cogitare. Nam amatores, qui non possunt amatis potiri, propter amoris impatientiam laqueo vitam finire seu deponere solent. 13 Totum meum negotium. Similis loquendi figura est suprà in Heaut. *Ad rastros res mihi rediit.* 14 Utinā. Imprecatio. 15 Tam cœlestes, quam infernales. 16 Pœnis, quæ sint vel possint esse aliis servis exemplo. 17 Interjectio dolentis vel indignantis. 18 Si quis velit aliquid rectè factum sive curatum esse. Ironia. 19 Getæ. 20 In periculum. Nam sæpè in scopulis, id est, rupibus marinis acutis naves periclitantur. Q. d. Qui è tranquillo rerum statu adducat te in summum discrimen. Metaphora à nautis, quibus naves allisæ ad scopulos dissipantur: vel ab iis, qui cùm tranquillo mari navigare possint, imperitia gubernatorum in scopulum impelluntur. 21 Ex quieto statu. 22 Impellat.

Quid

Quid [1] *minùs utile fuit, quàm* [2] *hoc ulcus tangere,*
Aut nominare [3] *uxorem?* [4] *injecta est spes patri,*
Posse [5] *illam* [6] *extrudi:* [7] *cedo, nunc porrò Phormio*
Dotem si [8] *accipiet,* [9] *uxor ducenda est domum.*
Quid [10] *fiet?* GE. [11] *enim non ducet.* AN. [12] *novi:*
cæterum
Cùm [13] *argentum* [14] *repetent,* [15] *nostrâ causâ* [16] *scilicet*
[17] *In nervum potiùs ibit.* GE. [18] *nihil est, Antipho,*
Quin [19] malè narrando possit [20] depravarier.
Tu id, quod [21] *boni est,* [22] *excerpis,* [23] *dicis, quod mali est.*
[24] *Audi nunc* [25] *contrà jam: si argentum* [26] *acceperit,*
Ducenda est [27] *uxor, ut ais:* [28] *concedo tibi:*
Spatium [29] *quidem tandem apparandi nuptias,*
[30] *Vocandi,* [31] *sacrificandi* [32] *dabitur paululùm:*
Interea [33] *amici, quod* [34] *polliciti sunt,* [35] *dabunt:*
[36] *Inde* [37] *iste reddet.* AN. [38] *quam ob rem? aut*
[39] *quid dicet?* GE. *rogas?*

1 Minùs conducibile, è re nostra, id est, magis noxium.
2 Uxoris mentionem facere. *Tangere ulcus*, est movere dolorem, ejusq; rei mentionem facere, quæ nos magnopere cruciet. Metaphora à sensu acerrimo doloris, qui solet existere lacerato unguibus corpore.
3 Invisam sc. patri. 4 Data, facta, id est, concepit pater spem. 5 Uxorem. 6 Excludi, vel separari à me. 7 Dic. 8 A senibus. 9 Cogetur uxorem ducere; ego verò ipsâ privabor. 10 Igitur de me? 11 Etenim certè non ducet eam, οὐ μὴν ἄξει. 12 Scio non dicturum esse. 13 Triginta minas datas. 14 Reposcent senes. 15 Propter nos. 16 Particula Ironica. 17 Phormio in vincula vel carcerem se conjici potiùs patietur, quàm nos prodat, hocci ne pudet? Q. d. Minimè hoc faciet. Cùm enim senes argentum repetent, potiùs nos prodet, quàm in vincula vel carcerem conjici se patietur. Antiquitus enim, qui solvendo non essent, vinci creditoribus tradebantur, ut, quod pecunia non poterant, opera satisfacerent; & *nexi* vocabantur. Inde *nexum* inire, est lege nexus sic addici creditoribus. Vide suprà 2,1. 18 Nullum est tam præclarum dictum aut factum. 19 Pervertendo veritatem, malâ interpretatione. 20 Depravari, corrumpi. 21 In causâ. 22 Excipis, prætermittis, extrahis. Undè *excerpsi* dicimus, quæ ex libris, quos legimus, veluti flosculos quosdam extrahimus, privatimque conscribimus. 23 Objicis. Hoc est quod Epictetus Enchirid. c. 65, egregiè docet, rem quamque duas habere ansas: alteram Φορητήν, quæ facit ut nihil non tolerabile videatur: alteram ἀφορητήν, quia quicquid accidit præter mentem, fit intolerabile. 24 Meam responsionem, quid ego dicturus sim. 25 Vicissim. 26 Phormio à senibus. 27 Ducturum. 28 Assentior tibi ita futurum esse. 29 Equidem, certè. 30 Invitandi convivas amicos sive amicos ad nuptias. 31 Sacra faciendi pro nuptiis. 32 Ei argentum. 33 Phædriæ. 34 Promiserunt se daturos. 35 Illi. 36 Al. *id*, sc. triginta minas. 37 Phormio. Al. *ipsius*, sc. senibus. 38 Quare reddet? 39 Quare eam non ducat.

[1] *Quot res? [2] post illa [3] monstra [4] evenerunt mihi:*
Introiit in [5] ædes [6] ater alienus canis:
Anguis per [7] impluvium [8] decidit de tegulis:
[9] Gallina cecinit: [10] interdixit hariolus:
[11] Haruspex [12] vetuit [13] ante brumam aliquid novi
Negotii incipere; quæ [14] causa est justissima.
[15] Hæc fient. AN. *ut modò fiant.* GE. *fient:* [16] *me vide.*
[17] Pater exit: abi, [18] dic, esse argentum, Phædriæ.

1 Quot causas proferre potest Phormio? 2 Post illa prima auspicia pro nuptiis capiata. 3 Prodigia atque omina.

σημεῖα, τέρατα, nuptias remorantia, quæ jam recensèt. 4 Sc. dicet Phormio. 5 Domum meam. 6 Canem ater: tum ædes alienas introire infaustum erat: hunc interpretabantur homines superstitiosi significare adulterum, qui lectum connubialem conspurcaret. 7 Locum non coopertum in medio tecti. 8 Deorsùm cecidit. Anguis per impluvium immissus veneni habebat omen, quod conjux præpararet conjugi. 9 Hoc sic accipiebant, quasi futurum significaretur, ut maritus, virili imperio dejectus, uxori morem gereret. 10 Vates prohibuit, ne ducerem uxorem. *Hariolus* est, qui divina mente vaticinatur. 11 Inspector hostiarum & divinator extis earum. *Haruspices* enim dicti sunt à victimis in *harâ*, id est, stabulo, in quo pecora concluduntur, *inspiciendis*: quia, postquam hostia immolata est, inspectis extis futura prædicant; unde etiam *Extispices* appellantur. 12 Prohibuit. 13 Antequam dies decrescere incipiant, qui religiosi habebantur. Quibusdam enim religio erat aliquod negotium aggredi diebus decrescentibus. *Bruma* dicitur illa pars hyemis, in qua dies sunt breviores. Ovid. 1. Fast. *Bruma novi prima est, veteriſq; noviſſima Solis, Principium capiunt Phœbus & annus idem.* 14 Occasio non ducendi uxorem. 15 Suprà dicta illa: *Spatium quidem tandem apparandi nuptias dabitur, &c. Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt, &c.* 16 Vultus mei fiduciam considera. Asseverandi & securitatem spondendi formula. Vide Andr. 2, 2. 17 Demiphoni. 18 Dic Phædriæ, argentum paratum esse.

ACTUS IV. SCENA V.

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

DE. [1] *Quietus esto, inquam: ego [2] curabo, [3] ne quid verborum duit.*
[4] Hoc [5] temerè nunquam [6] amittam ego à me, quin mihi [7] testes [8] adhibeam.

1 Securus. Hæc Chremeti dicit Demipho. Colloquuntur senes de tradendo Phormioni argento. Chremes Demiphonem instigat, ut argentum solvere festinet. 2 Procurabo, videbo. 3 Ne verba det nobis Phormio ac decipiat, & argento emungat. *Dare* enim *verba*, decipere est. 4 Marsupium seu argentum. 5 Inconsideratè, imprudenter, sine causa. 6 Dimittam è manibus meis. 7 Numerati argenti. 8 Advocem, sumam.

[1] *Cui dem: &*, [2] *quam ob rem dem*, [3] *commemorabo.* GE. [4] *ut cautus est, ubi nihil opus est.*

CH. *Atqui ita opus est* [5] *facto: at* [6] *matura, dum* [7] *lubido eadem hæc manet:*

Nam si [8] *altera illa* [9] *magis instabit*, [10] *forsitan nos rejiciat.*

GE. [11] *Rem ipsam putasti.* DE. *duc me ad* [12] *eum ergo.* GE. [13] *non moror.* CH. [14] *ubi* [15] *hoc egeris*,

Transito ad [16] *uxorem meam*, [17] *ut conveniat* [18] *hanc priùs, quàm* [19] *hinc abit:*

[20] *Dicat* [21] *eam dare* [22] *nos Phormioni nuptum*, *ne* [23] *succenseat*,

Et magis esse [24] *illum* [25] *idoneum, qui* [26] *ipsi sit* [27] *familiarior*,

[28] *Nos nostro officio nihil egressos esse; quantum* [29] *is* [30] *voluerit*,

Datum esse dotis. DE. *quid* (31 *malum!*) *tuâ id refert?* CH. [32] *magni, Demipho.*

DE. *Non sat, tuum te officium fecisse*, [33] *si non id fama* [34] *approbat?*

1 Homini. 2 Cujus causa, ad quem finem. 3 Exponam, præsentibus testibus. 4 Quàm providus, prudens est Demipho, ubi non est necesse esse prudentem. Nam potiùs debebat esse prudens in non dando argento, & in agnoscenda fallacia. Deridet senis prudentiam

non temerè, cùm non sit in loco. Et in loco sapere, est desipere. 5 Facere te. Approbat istud consilium Demiphonis. 6 Festina. Argumentatur ab occasione præsente. 7 Voluntas & animus Phormionis est accipiendi pecuniam. 8 Quam Phormio dicit sibi sponsam. Suprà 4, 3. *Et etiam nunc, si vult Demipho Dare, quantum ab hac accipio, qua sponsa est mihi, Nullam mihi malim, quàm istanc, uxorem dari.* 9 Instantiùs urgebit per amicos apud Antiphonem. 10 Nos, conditionem aliam offerentes, vel nostrum negotium, mulierem scilicet, quam nos illi destinamus, repellat ac repudiet Phormio. 11 Rem acu tetigisti, considerasti, divinasti. Hoc εἰρωνικῶς dictum videtur. 12 Phormionem. 13 Paratus sum ac promptus, eamus. 14 Cùm, postquam. Datur negotium Demiphoni, ut transeat ad Nausistratam, eamque roget, ut hac de causa Phanium adeat, eamque de conditione mutanda certiorem faciat ac placet. 15 Dederis Phormioni argentum, præsentibus testibus. 16 Nausistratam. 17 Et dicei, ut alloquatur. 18 Phanium, Antiphonis uxorem. 19 E domo nostra. 20 Dicat ei, ne succenseat nobis, nos dare eam Phormioni nuptum. 21 Phanium. 22 Chremetem & Demiphonem. 23 Indigneturi, irascatur nobis. 24 Phormionem. 25 Aptum, commodum. 26 Phanio. 27 Familiaritate aliqua conjunctior. 28 Nos nihil feciisse præter officium nostrum in hoc faciendo. Al. *nihil digressos esse.* 29 Phormio. 30 Cupiverit, poposcerit. Annunciatio est repudii. 31 Indignantis Interjectio. 32 Sc. *refert meâ.* 33 Etiamsi. 34 Laudat, confirmat?

CH. *Volo*

CH. *Volo* [1] *ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se* [2] *ejectam putet.*

DE. [3] *Idem ego istuc facere possum.* CH. *mulier mulieri* [4] *magis* [5] *congruet.*

DE. [6] *Rogabo.* CH. *ubi* [7] *illas ego nunc reperire possim, cogito.*

1 Puellæ Phanii consensu hanc separationem fieri. Non enim decet, ut invita cogatur.

& se coactam conqueratur. 2 Exclusam è domo nostrâ. 3 Quod ab uxore tuâ effici cupis. 4 Quàm vir. 5 Conveniet: qui idem sexus, iidem mores, eadem æqualitas & amicitia. Est ergo ratio sumpta à sexus convenientia. 6 Petam ergo ab uxore tuâ, ut eam conveniat. 7 Filiam & aliam uxorem, quæ ex Lemno advenit.

ACTUS V. SCENA I.

SOPHRONA, CHREMES.

SO. [1] *QVid agam? quem amicum inveniam mihi misera? aut cui* [2] *consilia Hæc* [3] *referam? aut* [4] *undè nunc mihi auxilium petam? nam vereor,*

Hera ne [6] *ob meum suasum* [7] *indignâ injuriâ* [8] *afficiatur:*

Ita [9] *patrem* [10] *adolescentis* [11] *facta hæc* [12] *tolerare audio* [13] *violenter.*

1 Hæc scena Sophronæ nutricis & Chremetis, qui Stilphonem se nominarat, mutua continetur agnitio. Deinde Chremes ex eâdem

CH. [14] *Nam quæ hæc est* [15] *anus* [16] *exanimata,* [17] *à fratre quæ egressa est meo?*

intelligit, filiam suam Phanium Antiphoni nupsisse: ob cujus eventum inexspectatum ingenti gaudio afficitur: cavet tamen, ne uxor hoc resciscat. 2 Has Antiphonis & Phanii nuptias nostro consilio contractas: nimirum, cùm video, consilia nostra, quæ cepimus de collocanda Antiphoni Phanio, in nervum erumpere; eò quòd redux pater adolescentis tam ægrè ferat, & disturbare hoc matrimonium velit: *infirmas* enim veretur *has nuptias*, ut v. 6. loquitur. 3 Narrabo, exponam? 4 A quo, id est, cujus auxilium nunc implorabo? 5 Phanium, Antiphonis uxor. 6 Propter meam suasionem & meum consilium, quod dedi, ut nuberet Antiphoni. 7 Al. *indignè*, id est, inhonestè. 8 Tractetur. 9 Demiphonem. 10 Antiphonis. 11 Conjugium seu nuptias sit contractas. 12 Ferre. 13 Indignè, δεινῶς. 14 Quænam. Apostrophe: ut, Nam quis *te juvenum confidentissime nostras jussis adire domos?* Figura apta commotis aliqua re nova. 15 Vetula. 16 Perturbata, perculsa. 17 E domo fratris mei.

SO. [1] *Quod ut facerem, [2] me egestas impulit; cùm scirem [3] infirmas*
Hasce esse nuptias: [4] ut id consulerem, intereà vita
Vt in tuto foret. CH. [5] *certè ædepol, nisi me animus fallit,*
Aut parùm [6] prospiciunt oculi, meæ [7] nutricem [8] gnatæ video.
SO. *Neque [9] ille [10] investigatur.* CH. [11] *quid ago?*
SO. [12] *qui est [13] ejus pater.* CH. [14] *adeon',*
An maneo, [15] dum ea, quę [16] loquitur, magis [17] cognosco? SO. *quòd si [18] eum nunc*
Reperire possim, nihil est, [19] quod verear. CH. [20] *ea ipsa est: [21] colloquar.*
SO. *Quis hìc loquitur?* CH. [22] *Sophrona.* SO. *&*
[23] *meum nomen nominat?* CH. *ad me respice.*
SO. *Dii obsecro vos? [24] est-ne hic Stilpho?* CH. [25] *non.*
SO. *negas?*
GH. [26] *Concede hinc paululùm à foribus istorsum*
[27] *sodes, Sophrona.*
Ne me [28] istoc posthac [28] nomine [29] appellassis. SO.
[30] *quid? non [31] is obsecro es,*
Quem semper te esse dictitasti? CH. [32] *st.* CH. *quid*
[33] *has metuis fores?*

1 Quam rem ut facerem, sc. ut suaderem Phanio eas fieri nuptias.

2 Paupertas, necessitas movit me. Horat. *Magnum pauperies opprobrium, jubes Quidvis & facere & pati; Virtutisq; viam deserit arduæ.* Atque ita pergit loqui, non videns Chremetem.

3 Incertas, instabiles, id est, non perpetuũ hoc esse conjugium. Sic Hec. 1, 2. *Quid adhùc habent* infirmitatis *nuptiæ?* 4 Et egestas impulit me, ut nuptias fieri suaderem, *vel*, ut Phanium nuberet Antiphoni, in hunc finem, ut vita nostra sine periculo esset, ne fame moreremur. 5 Jurantis est. 6 De longè video. 7 Sophronam. 8 Phanii. 9 Stilpho, pater puellæ. 10 Invenitur, aut investigari seu inveniri potest. 11 Quid agam' Stupentis & deliberantis. 12 Continuat quod inceperat. Dixerat enim, *Neque ille investigatur*: ideò addit, *qui est ejus pater.* 13 Puellæ Phanii. 14 Deliberatio est. 15 Donec. 16 Sophrona. 17 Intelligo. 18 Patrem Phanii, scilicet Stilphonem. 19 Propter quod timeam. 20 Nutrix filiæ Sophrona. 21 Cum eâ loquar. 22 Vocantis est. 23 Admirantis. 24 Agnoscit Stilphonem: quod nomen sibi sumpserat in Lemno Chremes, ut furtivos amores faciliùs celaret. Nam qui facinus volunt tegere, sæpè nomina mutant, ne investigentur. 25 Non sum Stilpho. 26 Discede. Veretur Chremes, ne pręlętitiâ nimis apertâ voce loquentem Pxor audiat, & facinus suum prodatur. Ideò submissè hoc loquitur, & à foribus domus eam seducit. 27 Blandientis. 28 Stilphoiis. 29 Appellaveris: vetuste ab *appellasso* futuro subjunctivi, verbi *appello*, ut à *levo, levasso*: *O Tite, si quid ego adjuvo, curamve levasso.* 30 Admirantis. 31 Sc. Stilpho. 32 Silentium indicit Sophronę. 33 A quibus jubes me discedere.

CH.

CH. [1] *Concluſam hîc habeo* [2] *uxorem* [3] *ſævam: verùm iſtoc me* [4] *nomine*
[5] *Eò* [6] *perperam olim dixi, ne vos fortè* [7] *imprudentes* [8] *foris*
[9] *Effutiretis, atque* [10] *id porrò* [11] *aliquâ uxor mea reſciſceret.*
SO. [12] *Iſtoc* [13] *pol nos te* [14] *hîc invenire miſerè nunquam potuimus.*
CH. [15] *Eho dic mihi, quid* [16] *rei tibi eſt cum* [17] *familiâ hac, undè exis? aut ubi*
[18] *Illæ ſunt?* SO. [19] *miſeram me!* CH. [20] *hem! quid eſt?* [21] *vivunt-ne?* SO. *vivit* [22] *gnata:*
[23] *Matrem ipſam* [24] *ex ægritudine miſeram mors conſecuta eſt.*
CH. [25] *Malè factum.* SO. [26] *ego autem, quæ eſſem annis deſerta, egens, ignota,*
[27] *Ut potui,* [28] *nuptum virginem* [29] *locavi huic* [29] *adoleſcenti,*
[30] *Harum qui eſt dominus ædium.* CH. [31] *Antiphonine?* SO. [32] *hem,* [33] *iſti ipſi.* CH. [34] *quid?*
Duas-ne is uxores habet? SO. [35] *an* [36] *obſecro, unam ille* [37] *quidem* [38] *hanc ſolam.*
CH. [39] *Quid illa altera, quæ dicitur cognata?* SO. [40] *hæc ergo eſt.* CH. [41] *Quid ais?*

1 Clauſa. Metaphora à feris & beluis, quæ ſeptæ concludi dicuntur.
2 Veluti feram.
3 Vehementem.
4 Stilphonis.
5 Ideò.
6 Malè & falsò, non rectè.
7 Incautè, id eſt, imprudenter ſive per imprudentiam.
8 Extra ædes.
9 Eloqueremini. effunderetis. *Effutire* ſignificat inepte & inconſiderate aliquid proferre, ſicut plerumque facinnt mulieres, quæ natura ſunt loquaciores, & difficulter, quod ſciunt, tacent aut continent, ut vaſa fictilia, quæ habent anguſtum fundum & oram ampliorem, quę facile ſubverſa effundunt omnia.
10 Conſuetudinem cum uxore Lemnia. 11 Sc. *viâ, ratione*, id eſt, aliquo modo. 12 Iſto nomine Stilphonis. 13 Jurantis eſt. 14 Athenis. 15 Sciſcitantis particula eſt. 16 Negotii. 17 Chremetis. 18 Mater & filia. 19 Dolentis eſt. 20 Quærentis eſt cum quodam ſtupore. 21 Mater & filia ſunt-ne ſuperſtites? 22 Filia ejus Phanium. 23 Lemniam. 24 Præ triſtitia, quod maritum ſuum Stilphonem Athenis invenire non poſſet. 25 Infeliciter accidi, valde doleo. Verus formula. 26 Nutrix. 27 Quàm potui diligentiſſimè. 28 Nuptui dedi, collocavi. 29 Antiphoni. 30 Periphraſis eſt Antiphonis. 31 Sc. *data eſt nupta?* 32 Annuentis & aſſentientis eſt. 33 Antiphoni. 34 Sc. *dic?* 35 Interjectio ſciſcitantis. 36 Sc. *Deos*: quod à Sophrona dicitur mali ominis averrendi cauſa. 37 Equidem, certè. 38 Phanium. 39 Quam duxit coactus legibus, vel quæ danda erat Phormioni. Eſt tamen una, & illa ipſa, de qua agitur. Al. *Quid illam alteram?* Scilicet non ne habet uxorem? 40 Hæc inquam eſt. 41 Verum-ne eſt, quod ais? Hoc admirabundus dicit Chremes.

SO. [1] *Compositò est factum, quo modo* [2] *hanc* [3] *amans habere posset* 30

[4] *Sinè dote.* CH. *Dii* [5] *vestram fidem! quam sæpè* [6] *fortè* [7] *temerè*

Eveniunt, quæ non [8] *audeas* [9] *optare!* [10] *offendi adveniens,*

[11] *Quîcum volebam, atque ut volebam* [12] *collocatam* [13] *filiam.*

Quod [14] *nos ambo* [15] *opere maximo dabamus operam, ut fieret,*

Sinè nostrâ curâ maximâ, suâ curâ [16] *hæc sola* [17] *fecit.* 35

SO. *Nunc quid facto est opus, vide:* [18] *pater* [19] *adolescentis* [20] *venit.*

Eumque animo iniquo [21] *hoc* [22] *oppido ferre* [23] *ajunt.*

CH. [24] *nihil periculi est.*

Sed [25] *per Deos atque homines,* [26] *meam esse hanc, cave* [27] *resciscat quisquam.*

SO. *Nemo ex me* [28] *scibit.* CH. *sequere me: intùs cætera audies.*

1 Ex composito, id est, consulto, de industriâ. Virg. 2. Æn. Compositò *rumpit vocem, & me destinat ara.*

2 Phanium.

3 Antiphonis incensus amore.

4 Cùm non esset dotata virgo.

5 Vestram fidem, scilicet *imploro!*

6 Casu & fortunâ.

7 Inconsultè, inconsideratè, ἀπρονοήτως. 8 Audeat aliquis. 9 Sibi promittere. Plaut. Mostel. *insperatâ magis sæpè accidunt, quàm quæ speres: multaque Diis facilia sunt, etiam quæ desperant homines.* 10 Inveni, cùm advenissem è Lemno, παραγενόμενος. 11 Cum quo. 12 Elocatam, nuptui datam. 13 Phanium. 14 Ego Chremes & frater Demipho. 15 Maximo conatu laborabamus. Alloquitur autem se ipsum admirabundus. 16 Anus Sophrona. 17 Confecit. 18 Demipho. 19 Antiphonis. 20 E Cilicia. 21 Matrimonium, *vel*, hanc collocationem filiæ. 22 Valdè. 23 Servi & ancilla. 24 Nullum est periculum in hac re. 25 Sc. *oro, obtestor.* 26 Filiam. 27 Sc. *ne.* 28 Sciet. Archaïsmus est.

ACTUS V. SCENA II.

DEMIPHO, GETA.

DE. [1] *Nos* [2] *nostrapte culpâ* [3] *facimus, ut* [4] *malis* [5] *expediat esse,*

1 Demipho se ipsum incusat, quod, dum avaritiæ maculam studet effugere, in stultitiæ reprehensionem inciderit: dolet enim, Phormioni datum esse argentum. 2 Nostra propria culpa. Ordo est: *Dum studemus nos dici bonos*, &c. *nos facimus nostrapte culpâ*, &c. 3 Sc. *sæpe.* 4 Al. *malos.* 5 Utile sit nobis esse malis, id est, difficilibus, tenacibus & parcis, id est, ut facilitatis & largitatis nos pœniteat. Hoc loco impersonale est.

Dum

Dum nimiùm dici nos [1] *bonos* [2] *ſtudemus &* [3] *benignos.*

[4] Ita fugias, ne præter caſam, [5] *ajunt : non-ne id ſatis erat,*

[6] *Accipere ab* [7] *illo injuriam ? etiam argentum eſt ultrò* [8] *objectum,*

[9] *Vt ſit,* [10] *quî vivat, dum aliud aliquid flagitii* [11] *conficiat.*

GE. [12] *Planiſſimè.* DE. [13] *his nunc præmium eſt, qui recta prava faciunt.*

GE. [14] *Veriſſimè.* DE. [15] *ut ſtultiſſimè quidem* [16] *illi rem geſſerimus.*

GE. [17] *Modò ut hoc* [18] *conſilio poſſit diſcedi, ut* [19] *iſtam* [20] *ducat.*

DE. *Etiam-ne* [21] *id dubium eſt?* GE. *haud ſcio herclè,* [22] *ut homo eſt, an* [23] *mutet* [24] *animum.*

1 Faciles.
2 Operam damus.
3 Liberales & manſuetos.
4 Ne ſis tam præceps fuga, ut propriam domum, ubi turiſſimum tibi à latronibus præſidium, prætereas, id eſt, ita devites vitium aliquod, ne in gravius incidas : *vel*, ſic fugito Charibdin, ne in Scyllam incidas : quod in rebus medium eſt, ſemper tenendum eſt, nec ab eo diſcedendum : exceſſus enim à medio remoti tuti non ſunt : quemadmodum cùm fugimus, longiùs à domicilio evagari non expedit, ut commodus illùc ſic receptus. Sed nos fruſtrà à proverbio ſitto admoniti, nimiâ facilitate & largitate noſtra peccavimus. Cùm enim improbum illum paraſitum, qui litem nobis intentavit, ulciſci conveniret, non ſolùm ulti non ſumus : ſed etiam ultrò argentum, quaſi injuriæ præmium, obtulimus. Adagium ergo eſt, quo admonemur, ne ſic aliquod malum fugiamus, ut in aliud majus incauti devolvamur. Palmerius legit *caſſam vel capſam*: cujus interpretatio longè petita eſt. 5 Ut in proverbio eſt. 6 Patiſ. 7 Phormione paraſito. 8 Oblatum : cùm ſcilicet minori pretio illud negotium confici potuiſſet. 9 Ut habeat. 10 Quo, vel undè. 11 Comminiſcatur, moliatur, id eſt, ut ſuſtentetur ad alia flagitia committenda. 12 Omninò verum eſt, quod dicis. Eſt particula aſſentientis. Geta fictè aſſentitur. 13 Talibus, qualis eſt paraſitus. Q. d. In hoc corrupto ſæculo præmia dantur rabulis forenſibus, qui faciunt *Candida de nigris, & de candentibus atra*, ex recto pravum, & ex pravo rectum. Invehitur enim in corruptos mores ſuæ ætatis. 14 Scilicet *dicit*. 15 Ita ut, adeò ut. 16 Phormioni profuerimus, hanc illi operam navaverimus. 17 Saltem ſi poſſimus hoc conſequi, id eſt, modò ut Phormio hac pecuniæ ſumma induci poſſit, ut illam tandem accipiat uxorem. Quæritur enim Demiphonte de pecunia paraſito Phormioni ſtultè traditâ. 18 Scilicet *veſtro*, id eſt, facto. 19 Phanium. 20 Phormio. 21 Scilicet diſceſſum iri conſilio, ut eam ducat. 22 Ut ille eſt, ut ingenium eſt hominis, qui tali ſit ingenio, ſcilicet perfidus, inconſtans, levis. Alibi : *ſic eſt homo*, id eſt, talibus moribus eſt præditus. 23 Facilè mutare poſſit. 24 Sententiam, conſilium de accipienda uxore, id eſt, ut non ducat eam.

1 Indignantis est.

DE. [1] *Hem!* [2] *mutet autem?* GE. [3] *nescio:* [4] *verùm, si fortè, dico.*

2 Dubitat an mutet animum?

DE. *Ita faciam, ut frater* [5] *censuit;* [6] *uxorem* [7] *ejus* [8] *hùc adducam,*

3 An sit mutaturus.

Cum [9] *istâc ut loquâtur: tu abi Geta: prænuntia* [10] *hanc venturam.*

4 Sed dico hoc, si forsè contingeret eum mutare animum.

GE. [11] *Argentum inventum est Phædriæ:* [12] *de jurgio siletur:*

[13] *Provisum est, ne in præsentiâ* [14] *hæc hinc* [15] *abeat: quid nunc* [16] *porrò?*

5 Judicavit, consilium dedit.

[17] *Quid fiet?* [18] *in eodem luto hæsitas:* [19] *versuram solves,*

6 Naufistratam.

Geta: [20] *præsens quod fuerat* [21] *malum,* [22] *in diem abiit:* [23] *plagæ crescunt,*

7 Chremetis.

[24] *Nisi prospicis: nunc hinc* [25] *domum ibo, ac* [26] *Phaniam* [27] *edocebo,*

8 In meam domum.

9 Phanio.

[28] *Nequid vereatur Phormionem, aut* [29] *ejus* [30] *orationem.*

10 Naufistratam.

11 Geta discedens hæc secum loquitur. 12 Nulla fit mentio de lite facienda cum Phormione propter tale conjugium, id est, lites sunt sublatæ. 13 Cautum est, id est, curavi, ne extrudatur Phanium. 14 Phanium. 15 Si exspectat Chremetis uxorem Naufistratam. 16 Sc. *restat?* 17 Sc. *rebus meis.* 18 In eodem periculo versaris, quo Phormio, in eâdem difficultate fallaciarum, quæ pecuniæ Phædriæ procurandæ causâ à me factæ sunt solvendarum. In eos competit, qui sic implicantur negotio cuipiam, ut se extricare nequeant. A viatoribus translatum, qui simulac in lutum inciderint, cùm alterum pedem conantur educere, altero altiùs immerguntur. Cumulat autem hîc proverbia Geta: facundus in malo suo. 19 Ex præsenti te eripis quidem periculo, sed in multò graviores pœnas incides. *Facere versuram*, est vertere seu mutare creditorem. Verùm quoniam ii, qui, ut æs alienum solvant, alium è mutuum majore itidem fœnore petunt, fit nonnunquam, ut illud ipsum grandius fœnus *versura* appelletur. Ita hoc loco Geta se *soluturum versuram* dixit, id est, tantò graviores daturum pœnas, quantò præsens quod erat malum, diutiùs fuerit dilatum. Est ergo Metaphora à iis, qui ex alienum ære alieno persolvunt. Cic. ad Attic. Ep. 21. l. 5. *Salaminii cum Romæ* versuram facere *vellent, non poterant, quòd lex Gabinia vetabat.* 20 Imminebat. 21 Periculum. 22 Usque ad diem aliquem, mihi incertum, dilatum est, id est, pœnæ cum usurâ tandem solventur. Supra in Eun. *Sed in diem istuc fortassis*, *Parmeno*, *est*, *quod minitare.* 23 Pœnæ graviores fient. 24 Nisi rectè tibi consulis, provides. 25 Ubi est Phanium. 26 Uxorem Antiphonis. 27 Instruam. Sal. *Edoctus eunuchus.* 28 Ne aliquo modo, vel in aliqua re. 29 Naufistratæ animus. 30 Quæ dictura erat Phanio Naufistrata, Chremetis uxor, ut Phormionis matrimonio, si dos daretur, acquiesceret. Palmerius nimis solicite de ipsius Phormionis præsentia hîc requirit.

ACTUS V. SCENA III.

DEMIPHO, NAUSISTRATA, CHREMES.

DE. *AGedum, ut soles, Nausistrata, fac* [1] *illa ut* [2] *placetur nobis:*
Vt suâ [4] *voluntate id, quid est* [5] *faciundum, faciat.*
NAU. *faciam.*
DE. *Pariter nunc* [6] *operâ me adjuves,* [7] *ac dudùm re opitulata es.*
NAU. [8] *Factum volo: ac pol queo* [9] *minùs* [10] *viri culpâ* [11] *quàm me dignum est.*
DE. [12] *Quid autem?* NAU. *quia* [13] *pol mei patris* [14] *benè parta* [15] *indiligenter*
[16] *Tutatur: nam ex his* [17] *prædiis talenta argenti* [18] *bina*
[19] *Capiebat* [20] *statim: hem,* [21] *vir viro quid præstat!*
DE. [22] *bina quæso?*

1 Adverbium hortandi. Apud Demiphonem queritur Nausistrata, patrimonium suum negligentia mariti Chremetis minui. 2 Puella Phanium. 3 Mitigetur leniatur, id est, ne nobis irascatur. 4 Ultrò, & suâ sponte. 5 Necessitate. 6 Diligentia, studio. 7 Sicut paulò ante auxiliata es mihi bonis tuis, mutuam mihi dando pecuniam. Benè Donatus hîc annotat locum Act. 4. Sc. 3. v. 76. *Id summam: uxori, tibi opus esse dixere.* 8 Non muto factum, facti me non pœnitet. Contrarium est *nollem factum.* 9 Scilicet *amicis opitulari.* Q. d. Utinam potuissem plus tibi dare: quod factum esset, si ex prædiis meis is fructus redisset, qui redire debebat. 10 Mei Chremetis. 11 Quàm me decet opitulari. 12 Sed cur minùs opitulari potes, quàm te decet? 13 Sane. 14 Bona sive facultates patris mei juste ac honestis artibus acquisitas. Cic. *Malè parta, malè dilabuntur.* Ovid. *Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri.* 15 Negligenter. 16 Defendit ac conservat vir meus. 17 Possessionibus, quas mihi reliquit pater. 18 Duo, id est, 1200. seu mille ducentos coronatos. 19 Recipiebat meus pater quondam. Nam quod maritus tantundem ex iisdem prediis non percipiat, hoc ipsum est quod Nausistrata queritur, ignara bonam fructuum partem intercipere alteram illam in Lemno uxorem. 20 Constanter, perpetuò, singulis annis, q. d. statum hunc fuisse ac certum quotannis reditum. Apud Plautum legimus *statim tam gerere*: item *statim stans signa*, ἐξαυτόνως. Amphitr. 1, 1, 84, & 120. 21 Quantum alius talium excellit! nam pater longè præstantior erat vire meo. Sic Eun. 2. 2. *Homini homo quod præstat! stulto intelligens!* 22 Scilicet talenta capiebat pater tuus?

NAU. *Ac* [1] *rebus* [2] *vilioribus multò, tamen* [3] *talenta bina.* DE. [4] *hui!*

NAU. [5] *Quid hæc videntur?* DE. [6] *scilicet.* NAU. *virum me natam vellem:*
Ego [7] *ostenderem!* DE. [8] *certò scio.* NAU. [7] *quo pacto!* DE. [9] *parce sodes,*
Ut possis cum [10] *illâ; ne te* [11] *adolescens* [12] *mulier* [13] *defatiget.*

NAU. *Faciam, ut jubès, sed meum* [14] *virum* [15] *abs te exire video.* CH. [16] *hem Demipho,*
Iam [17] *illi datum est argentum!* DE. *curavi* [18] *illicò.*
CH. *nollem datum.*

[19] *Hei* [1] *video uxorem,* [20] *penè plus, quàm sat erat.*
DE. *cur* [21] *nolles, Chreme?*

CH. [22] *Iam rectè.* DE. [23] *quid tu? ecquid locutus cum* [24] *istâ es, quamobrem* [25] *hanc* [26] *ducimus?*

CH. [27] *Transegi.* DE. *quid ait tandem?* CH. [28] *adduci non potest.* DE. [29] *quid non potest?*

CH. [30] *Quia uterque utrique est cordi.* DE. *quid istuc* [31] *nostrâ?* CH. [32] *magni:* [33] *præter hæc,*

[1] Cum multò major annonæ vilitas esset, *vil*, annona minùs cara, quàm nunc est: undè efficiat Nausistrata, si vir suus bonus esset paterfamilias, plus adeò nunc rediturum quàm binà talenta.

[2] Sic apud Ciceronem legimus, *bonis rebus, salvis rebus, secundis rebus*: & apud Cæsarem, *florentissimis rebus.* [3] Ex fructibus prædiorum capiebat pater singulis annis. [4] Admirantis hîc est. [5] An non sufficiens causa est cum objurgandi? [6] Certè hæc talenta videntur mihi magnum quiddam. Annuentis & affirmantis particula. [7] Ego ostenderem, quo modo curanda esset res familiaris. [8] Minimè dubito: & hoc placide interponit, ut Nausistratæ sermonem, (quæ jam vocem altiùs tollere, & iram fuscitare incipiebat, dicens: *Ego ostenderem! quo pacto!*) interciperet ac sisteret. [9] Scilicet *verbis*, id est, cessa plura loqui in maritum. Blanda dehortatio. [10] Phanio loqui commodè. [11] Junior. [12] Phanium. [13] Obtundat. [14] Maritum Chremetem. [15] Ex tua domo. Metonymia est. [16] Chremes non videns uxorem præsentem, incautè facit argenti mentionem. [17] Phormioni. [18] Sc. *dari*. [19] Dolentis sive reprimentis est. [20] Scilicet *locutus sum, effutivi*: incautè enim (ut diximus) argenti mentionem faciebat Chremes. Ad spectatores hoc dicit. [21] Datum argentum? [22] Scilicet *omnia sese habent*. [23] Non enim audebat Chremes quicquam, uxore præsente, eloqui. [24] Phanio. [25] Uxorem tuam. [26] Abducimus hùc? [27] Totam rem perfeci, curavi. [28] Induci, persuaderi nequit, ut domo tuâ expellatur, atque à filio tuo abstrahatur. Al. *abduci*, scilicet à marito Antiphone. [29] Quare non potest adduci vel abduci? [30] Quia se mutuò amant. [31] Scilicet *interest*? id est, quid istuc ad nos pertinet, si uterque utrique est cordi. [32] Sc. *interest*. [33] Ultra hoc, quod uterque utrique est cordi.

Cognatam comperi esse nobis. DE. *quid!* [1] *deliras?* CH. *sic erit:*
Non [2] *temerè dico: redi mecum in memoriam.* DE. *satis-ne* [4] *sanus es?*
NAU. [5] *Au, obsecro vide, ne in cognatam pecces.* DE. [6] *non est.* CH. *ne nega:*
Patris nomen aliud dictum est: [7] *hoc tu erraſti.* DE. *non norat patrem?*
CH. *Norat.* DE. *cur* [8] *aliud* [9] *dixit?* CH. *nunquam hodiè* [10] *concedes mihi, neque*
Intelliges? DE. [11] *si tu nihil narras.* CH. [12] *perdis.* NAU. [13] *miror quid hoc fiet.*
DE. *Equidem herclè nescio.* CH. [14] *vin' scire?* [15] *at ita me servet Iupiter,*
Vt [16] *propior* [17] *illi, quàm ego sum, ac tu, nemo est homo.* DE. *Dii* [18] *vestram fidem!*
Eamus ad ipsam unà omnes nos: aut scire, aut nescire [19] *hoc volo.* CH. [20] *ah!*
DE. *Quid est?* CH. [21] *ita-ne parùm mihi fidem esse apud te?* DE. [22] *vin' me* [23] *credere?*

1 Delirus, insanis? Metaphora. *Delirare* enim propriè est à lirâ sive sulco declinare, & indè transfertur ad hominem non satis mentis compotem. Vide suprà. 2 Inconsideratè, sine causâ. 3 Recordare mecum præteritorum, de quibus anteà verba fecimus. Cupit Chremes intelligere Demiphonem, quod eloqui non audet de susceptâ in Lemno filia, & quomodo illa cum matre ex Lemno Athenas sit profecta. Sed tardior Demipho, & nihil suspicans tale, importunitate suâ & intempestivâ curiositate valdè ei molestus est. 4 Mentis compos? 5 Interjectio ostendens fastidiosum esse, quod dicitur. 6 Cognata. 7 In hoc nomine, vel propter hoc, indè, id est, eâ mutatione nominis error tuus. 8 Nomen. 9 Nominavit? 10 Assentieris, credes. 11 Scilicet nihil possum intelligere. 12 Enecas, obtundis me. Al. *pergis*, scilicet *negare*. 13 Secum loquitur Nausistrata, ignara facti Chremetis. 14 Vis ne. 15 Jurandi modus est. 16 Propinquior sanguine sive cognatione, id est, neminem propinquum habet magis, quam me & te. Sermo subobscurus: significat ipsam esse filiam suam. 17 Puellæ. 18 Vestrum auxilium imploro. 19 Hanc cognationem, id est, certum est nihil non experiri, ne dubius animi pendeam. 20 Reprehendentis est. 21 Habes mihi tam parùm fidei, ita parùm mihi credis? Sic Liv. l. 1, ab U. C. *Mirum, quantum illi viro nuncianti hæc fides fuerit*, id est, quantum ei creditum sit. Suet in Vespas. *Cum vix fides esset, rem ullo modo successuram*, id est, cùm vix credi posset, vix verisimile esset. Contrarium est, *deesse fidem*. Al. *ita-ne partam mihi fidem esse?* 22 Vis-ne ergo. 23 Tibi.

Vin [1] *satis quæsitum mihi istuc esse? age* [2] *fiat: quid* [3] *illa filia*

[4] *Amici nostri? quid* [5] *futurum est?* CH. [6] *rectè.* DE. [7] *hanc igitur mittimus?*

CH. *Quidni?* DE. [8] *illa* [9] *maneat?* CH. *sic.* DE. [10] *ire igitur tibi licet, Nausistrata.*

NA. *Sic poi* [11] *commodius esse* [12] *in omnes arbitror, quàm ut* [13] *cœperas,*

Manere [14] *hanc: nam* [15] *perliberalis visa est, cùm vidi, mihi.*

DE. *Quid istuc* [16] *negotii est?* CH. *jam-ne* [17] *operuit ostium?* DE. [18] *jam.* CH. *ô Iupiter!*

[19] *Dii nos respiciunt:* [20] *gnatam inveni nuptam cum tuo* [21] *filio.* DE. [22] *hem!*

Quo pacto id [23] *potuit?* CH. [24] *non satis tutus est ad narrandum hic locus.*

DE. *At tu intrò abi.* CH. [25] *heus, ne* [26] *filii nostri quidem* [27] *hoc resciscant, volo.*

1 Nihil ultra hac de re quærere? 2 Credatur à me. 3 Phanium. 4 Pro *tua*, cautè ac dissimulanter ne intelligat Nausistrata. 5 De eâ? 6 Scilicet *futurum est*, id est, prosperè omnia cedent, non opus est nunc de eâ re loqui. 7 Amici nostri filiam, quam collocare Antiphoni destinatum erat, ergo dimittimus, missam facimus? Sic suprà 4. 3, 70. *si illam dant, hanc ut mittam.* 8 Phanium, quæ abduci non potest. 9 In matrimonio Antiphonis? 10 Domum redire: neque enim nunc opus est, ut à me rogata es, ire ad Phanium: eique persuadere, ut sua voluntate ex matrimonio Antiphonis ad Phormionem se transferri patiatur, quoniam placet nobis Phanium manere in matrimonio Antiphonis. Potest tamen illud (*hanc igitur mittimus?*) aliter accipi: hanc, scilicet uxorem tuam Nausistratam, quam hùc duximus, igitur domum dimittimus, ac missam facimus? ne pergat ire, quò cœpit, ad Phanium. 11 Æquius, melius. 12 Erga. 13 Antè, cùm vellas eam extrudere. 14 Phanium. 15 Valde honesta. 16 Quod celasti me, præsente uxore. 17 Clausit: cujus contrarium est *aperuit*, id est, reclusit. 18 Jam operuit: ne timeas audiri ab eâ. 19 Dii sunt nobis propitii & fautores. 20 Filiam meam. 21 Antiphone. 22 Interjectio intelligentis, quod diu quæsiverat. 23 Scilicet *fieri*. 24 Compendio consulitur: ne eandem rem denuò narrari sit necesse. 25 Adverbium vocantis & adhortantis ad attentionem. 26 Phædria & Antipho. Est emphasis in verbo *filii*. 27 Factum meum; *vel*, quo pacto id potuerit fieri.

ACTUS

ACTUS V. SCENA IV.

ANTIPHO.

1 LÆtus sum, 2 ut ut meæ res 3 sese habent, 4 fratri 5 obtigisse quod vult.
Quàm 6 scitum est! ejusmodi 7 parare in animo 8 cupiditates,
9 Quas, cum res adversæ sient, 10 paulo mederi possis.
11 Hic 12 simul argentum repperit, 13 curâ sese expedivit:
Ego nullo possum 14 remedio me 15 evolvere ex his turbis,
16 Quin, si 17 hæc celetur, 18 in metu, 19 sin patefit, 20 in probro sim.
Neque me domum nunc 21 reciperem, 22 ni mihi esset 23 res ostensa
24 Hujusce habendæ: sed ubi nam Getam invenire possum, ut
Regem, 25 quod tempus 26 conveniendi patris me 27 capere jubeat?

1 Antipho redemptam Phædriæ amicam gratulatur: seque involutum iis malis, queritur, unde expediri nequeat. 2 Utcunque, qualitercunque. 3 In quecunque statu res meæ sint. 4 Filio patrui sive patrueli Phædriæ, quem ut fratrem diligo. Apud Hebræos *fratres* nominabantur; non quibus communes essent parentes, sed quibus stirps ac genus esset commune. 5 Argentum sc. ad Pamphilam redimendam. 6 Elegans, pulchrum, id est, quantæ prudentiæ & felicitatis est! 7 Comparare. 8 Voluptate. 9 Quibus, cùm aliquid intervenit, quod voluptatibus adversetur, facili negotio possis occurrere & amoliri. 10 Modico. 11 Phædria. 12 Simulac, postquam. Liv. l. 10. Simul *conspecta sunt Romana signa*. 13 Omni sollicitudine ac molestia se liberavit, exsolvit, & potius est medicina, quam deperierat. 14 Consilio, ratione. 15 Expedire, liberare ex his perturbationibus. 16 Ut non. 17 Factum nuptiarum, sc. quòd suâ voluntate, non legibus coactus Phanium duxerit. 18 Ne patefiat, atque id pater moleste ferens abducat aliquâ ratione amasiam meam. 19 Sed si reveletur, scilicet quod rem ex composito cum Phormione gessi. 20 Non possum me evolvere, quin in ignominia sim apud patrem & reliquos meos cognatos. Dilemma est: Sive celetur, sive patefiat factum meum, in periculo versabor. Si celabitur, ero in metu. Si patefiet, sequetur probrum. 21 Conferrem. 22 Nisi. 23 Facta propositio, exhibita, sc. per novas Phormionis technas, qui non ducturus erat, quæ offerebatur. Vide 4, 4 Al. *ostentata*. 24 Hanc Phanium uxorem meam habendi. 25 Quam opportunitatem. 26 Alloquendi patrem Demiphonem. 27 Observare, eligere velit, *καιρὸν λαβεῖν*.

ACTUS V. SCENA V.

PHORMIO, ANTIPHO.

PH. [1] *Argentum [2] accepi, [3] tradidi [4] lenoni: abduxi [5] mulierem:*
[6] Curavi, [7] propriâ eâ Phædria ut potiretur: nam [8] emissa est manu.
Nunc una mihi res etiam [9] restat, quæ est [10] conficiunda, otium
A [11] senibus ad potandum ut habeam: nam aliquot hos [12] sumam dies.
AN. *Sed Phormio est: [13] quid ais?* PH. [14] *quid?* AN. *quid nam nunc facturus Phædria?*
Quo pacto satietatem amoris ait se velle sumere?
PH. [15] *Vicissim partes tuas acturus est.* AN. *quas?*
PH. *ut [16] fugitet patrem:*
Te [17] suas rogavit rursum ut ageres, [18] causam ut pro se diceres:
Nam potaturus est [19] apud me: ego me ire senibus [20] Sunium
Dicam ad [21] mercatum, ancillulam [22] emptum, [23] dudùm [24] quam dixit Geta;

1 Triginta minas. Annumeratam esse lenoni pecuniam narrat Phormio: &, quasi re benè gestâ, nunc se curaturum cuticulam dicit.
2 A senibus.
3 Ad redimendam fidicinam.
4 Dorioni puellæ venditori, qui habuit fidicinam.
5 Pamphilam.
6 Perfeci. 7 Sibi cum nemine communi, neque usuraria, ut Plautus loquitur, aut temporaria; sed stabili & perpetua. 8 Manumissa seu libertina facta est, & non ampliùs est serva, cùm priùs esset empta tanquam serva, ita ut jam alienari non possit ampliùs, tota sui juris, adeòque emancipata. Vide Plaut. Curcul. 1, 3, 32. 9 Supereſt, reliqua est adhùc. 10 Conficienda, id est, perficienda. 11 Chremete & Demiphone. 12 Impendam, consumam, traducam, scilicet ad potandum sive ad hilaritatem. Sic Adelph. 2, 4. *Ita quæso, quando hoc benè successit, hilarem hunc sumamus diem.* Hinc *sumptus* pro expensis in convivia & compotationes. 13 Antipho, qui priùs solus loquebatur, videt Phormionem, & loquitur secum. 14 Sc. *dicerem?* 15 Per vices tuum officium est repræsentaturus, te imitaturus, id faciet etiam, quod tu paulò antè faciebas. Translatum à scenicis actoribus. 16 Sicut tu fugisti patrem. 17 Scilicet *partes.* 18 Ut defenderes eum apud patrem. 19 In meis ædibus. Ita *apud aliquem cœnare*, non est cum illo cœnare, sed in ejus ædibus. Et potest aliquis cum aliquo, nec tamen apud eum cœnare. 20 Promontorium urbis Attic: & emporium celeberrimum. Vide Eun. 1, 2. 21 Negotiandi sive exercendæ mercaturæ gratiâ. 22 Ad emendam. 23 Modò. 24 De qua locutus est senibus.

Ne, cùm [1] *hîc non videant me,* [2] *conficere credant ar-*
gentum ſuum.
Sed oſtium [3] *concrepuit* [4] *abs te.* AN. *vide, quis egre-*
diatur. PH. *Geta eſt.*

1 Athenis.
2 Dilapidare, conſumere. Contrario modo hunitur 1,1.

quem locum vide. 3 Apertum eſſe: nam crepitus oſtii eſt ſignum apertionis ejus. Sic Andr. 3,1. crepuit *à Glycerio oſtium.* Vide Adelp. 2,3. 4 Oſtium tuum, vel oſtium domus tuæ, ubi tu habitas.

ACTUS V. SCENA VI.

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

GE. [1] O *Fortuna! ô* [2] *fors fortuna! quantis*
[3] *commoditatibus,*
Quàm ſubitò meo hero Antiphoni [4] *ope veſtrâ hunc*
[5] *oneraſtis diem!*
AN. *Quid-nam* [6] *hic ſibi vult?* GE. [7] *noſque amicos*
[8] *ejus* [9] *exoneraſtis* [10] *metu!*
Sed ego nunc [11] *mihi ceſſo, qui non* [12] *humerum hunc*
onero pallio:
Atque [13] *hominem propero invenire, ut hæc, quæ con-*
tigerint, [14] *ſciat,*
AN. *Num tu intelligis,* [15] *hic quid narret?* AN. *num*
[16] *tu?* AN. *nil.* PH. [17] *tantundem ego.*
GE. *Ad* [18] *lenonem hinc ire pergam:* [19] *ibi nunc*
[20] *ſunt.* AN. [21] *heus Geta!* GE. [22] *hem tibi!*

1 *Fortunæ* Dea eſt incerti eventus, quæ culta poſſet prodeſſe & obeſſe. Geta Antiphoni nuntiat, Phanium inventam eſſe Chremetis filiam.
2 Dea proſperi eventus, id eſt, felicitſima fortuna, quæ tantùm prodeſſe poterat: illa *dubia* dicta eſt; hæc etiam *Fors* abſolutè nonnunquam legitur: & colebatur ab infimæ ſortis hominibus, operariis, ruſticis, ſervis, & omnibus, qui ſine arte aliqua viverent. 3 Rebus commodis, id eſt, juvantibus, jucundis, utilitatibus, felici rerũ ſucceſſu. 4 Favore, benignitate. 5 Accumulaſtis, ut verear, ne tanto oneri ferendo impar futurus ſit. Metaphora. Plaut. *Ita hic me amœnitate amœnâ* onerat *dies.* 6 Geta. 7 Geta Antiphonem non audit, ſed pergit in ſuâ admiratione. 8 Antiphonis. 9 Levaſtis, ſolviſtis, liberaſtis. Perſtat in Metaphorâ. 10 Quo afficiebamur ejus causâ. 11 Meo damno. 12 Non induam, ſed tantùm ex humeris ſuſpendam, ut ſim expeditior ad currendum. Nam humerum pallio onerare, feſtinantis geſtus eſt, & itineri ſe accingentis. Plaut. Epid. 2,2. *Age nunc jam, orna te, Epidice, & pallio-lum in collum conjice.* 13 Antiphonem. 14 Reſciſcat. 15 Geta. 16 Scilicet *intelligis?* 17 Scilicet *intelligo.* 18 Dorionem. 19 Apud lenonem. 20 Antipho & Phædria, quos quæro, ibi, ut opinor, nunc ſunt. 21 Vocantis eſt. 22 Scilicet *dico, clamo.* Averſantis ſeu indignantis eſt.

[1] *Nùm mirum, aut novum est revocari, cursum cùm* [2] *instituerit?* AN. [3] *Geta.*

GE. [4] *Pergit herclè: nunquam tu* [5] *odio tuo me* [6] *vinces.* AN. *non manes?*

GE. [7] *Vapulabis:* [8] *curialis vernula est, qui me vocat.*

AN. [9] *Id tibi quidem jam fiet, nisi* [10] *resistis,* [11] *verbero.*

GE. *Familiariorem oportet esse hunc qui* [12] *minitat malum:*

Sed [13] *is-ne est, quem quaero, an non? ipsus est.* PH. [14] *congredere* [15] *actutùm.* AN. *quid est?*

GE. *O omnium,* [16] *quantum est, qui vivunt, hominum homo* [17] *ornatissime!*

Nam sinè [18] *controversiâ à Diis* [19] *solus* [20] *diligere, Antipho.*

AN. [21] *Ita velim: sed,* [22] *quî istuc credam ita esse, mihi dici velim.*

GE. *Satin' est, si te* [23] *delibutum gaudio* [24] *reddo?* AN. [25] *enecas.*

1 Q. d. Minimè: sæpiùs enim mihi accidit, ideòque tanti non est, ut illum moter, qui me revocat, quisquis est, cùm nihil usitatius sit, quàm ut festinans in viâ revocetur?

2 Al. *institeris*, id est, nùm sic revocando me sistere cursum meum putas?

3 Iterum vocat Getam. 4 In revocando. 5 Odiosâ revocatione, molestia atque importunitate tua. Antiquis enim *odium* significabat tædium & molestiam: unde & hodiè pro improba sedulitate usurpatur. Horat. Sat. 7. l. 1. *Persius hic permagna negotia dives habebat Clazomenis; etiam liter cum rege molestus; Durus homo, atque* odio *qui posset vincere regem.* 6 Ab instituto itinere. 7 Al. *vapula.* 8 Publicus curiæ servus, qui tam imperiosus est. 9 Quod verbis aliis minitari, tibi seriò fiet, id est, vapulabis. 10 Stas, manes. 11 Digne verberibus. 12 Minitatur verbera. 13 Antipho sc. 14 Adi eum. 15 Citò, statim: dicitur enim ab *actu*, id est, celeritate. Unde *actuariæ naves*, dicuntur celeres, id est, celeriter per mare transeuntes. 16 Quot vivunt, quantacunque fuerit hominum multitudo. 17 Beatissime, felicissime. Beati enim & felices ornati & culti prodire solent, ut contrà infelices & miseri, squallentes & inculti. 18 Ambiguitate. 19 Supra modum. Plaut. Mil. *Solus quem Dii diligunt.* Sic And. *Solus est quem diligunt Dii.* 20 Diligeris, id est, amaris, cui tanta felicitas contigerit. 21 Me solum diligi à Diis. 22 Unde, quomodo. 23 Gaudio, tanquam unguento, perfusum, plenum & quasi unctum. Metaphora enim ab his, qui balsamo inunguntur, ut ad officia obeunda alacriores reddantur. Derivatur ab inusitato verbo *delibuo*, quod est inungo. Sic apud Ciceronem, *perfundere animum voluptate*, & *perfundere animos suavitate*, legitur. *Perfundere animum religione*, Livius dixit, id est, scrupulum religionis injicere. 24 Officio. 25 Obtundis me ambagibus tuis.

PH.

PH. [1] *Quin tu hinc* [2] *pollicitationes* [3] *aufer, &, quod* [4] *sers,* [5] *cedo.* GE. [6] *oh!*
Tu quoque hîc aderas, Phormio? PH. *aderam: sed* [7] *cessas?* GE. [8] *accipe,* [9] *hem.*
[10] *Vt* [11] *modò* [12] *argentum* [13] *dedimus tibi apud forum,* [14] *rectâ domum*
Sumus [15] *profecti: intereà* [16] *mittit* [17] *herus me ad* [18] *uxorem tuam.*
AN. *Quamobrem?* GE. *omitto* [19] *proloqui: nam nihil ad* [20] *hanc rem* [21] *est, Antipho.*
Vbi in [22] *gynaceum ire occipio,* [23] *puer ad me accurrit Mida;*
[24] *Ponè apprehendit pallio,* [25] *resupinat: respicio: rogo*
Quamobrem retineat me: ait esse [26] *vetitum intrò ad* [27] *heram accedere.*
[28] *Sophrona* [29] *modò fratrem* [30] *hùc, inquit,* [31] *senis introduxit Chremem,*
[32] *Eumque nunc esse* [33] *intùs* [34] *cùm illis: hoc ubi ego audivi, ad fores*
[35] *Suspenso gradu* [36] *placidè ire perrexi:* [37] *accessi:* [38] *astiti:*

1 Noli ita pollicitari bona Antiphoni.
2 Gaudii.
3 Omitte.
4 Adfers, apportas.
5 Dicit, nobis.
6 Interjectio est animadvertentis priùs non visum.
7 Rem exponere?
8 Audi ergo, ausculta.
9 Q.d. Incipiam narrare.
10 Postquam.
11 Paulò antè.
12 Triginta minas.

13 Numeravimus tibi Phormioni ego & Demipho. 14 Scilicet *viâ*, id est, nusquam divertendo. 15 Reversi. 16 Ablegat. 17 Demipho. 18 Phanium. Hæc loquitur Geta intuens Antiphonem. 19 Uti ambagibus. 20 Quam tibi sum narraturus. 21 Pertinet, facit. 22 Mulierum conclave, locum ædium secretum, quo fabulantur inter se mulieres. Est enim *gynæcium* locus secretus in ædibus, solis mulieribus ad habitandum datus, in quod conclave non datur viris ingressus: γυνή enim *mulierem* significat, quod habet in Genitivo γυναικὸς: indè γυναικεῖος: unde γυναικεῖον, gynæceum, scilicet οἴκημα, id est, *mulierum conclave.* 23 Servus. 24 A tergo, retrò. 25 Retrahit me in dorsum: nam *supinus* vel *resupinus* dicitur, qui in dorso jacet. 30 In gynæceum. 31 Demiphonis. 32 Chremetem. 33 Intra gynæceum. 34 Apud illas, scilicet Phanium & nutricem Sophronam. 35 Gressu molli, placido, silenti, & leniter terræ impresso, ἀσύχῳ ποδὶ. Ovid. 5. Fast. *Partimque accedere tentat, Et fere suspensos corde micante gradus.* Elegans ἐνωτύπωσις servi auscultatoris mirificè imaginem clam auscultantium exprimens. 36 Sinè strepitu. 37 Ad fores adveni. 38 Juxta fores.

Ani-

1 *Animam compreßi: aurem* 2 *admovi:* 3 *ita animum cœpi attendere,*
4 *Hoc modo* 5 *sermonem captans.* AN. 6 *euge Geta!*
GE. 7 *hîc pulcherrimum*
8 *Facinus audivi: itaque penè herclè exclamavi gaudio.*
PH. 9 *Quod?* GE. *quod-nam arbitrare?* AN. *nescio.*
GE. 10 *atque* 11 *mirificißimum:*
12 *Patruus tuus est pater inventus Phanio uxori tuæ.*
AN. 13 *hem?*
Quid ais? GE. *cum* 14 *ejus olim* 15 *consuevit* 16 *matre in Lemno* 17 *clanculùm.*
PH. 18 *Somnium:* 19 *utin' hæc* 20 *ignoraret suum patrem?* GE. 21 *aliquid credito,*
Phormio, esse 21 *causæ: sed me censen' potuisse omnia*
Intelligere extra ostium, 22 *intùs quæ inter sese* 23 *ipsi* 24 *egerint?*
PH. 25 *Atque herclè ego quoq; illam audivi fabulam.*
GE. *imò etiam* 26 *dabo,*
27 *Quò magis credas.* 28 *Patruus intereà* 29 *inde hùc egreditur foras:*

7 Spiritum sive anhelium continui ac repressi, ut meliùs audirem.

2 Adhibui, apposui ad illas fores, ut audirem.

3 Eo modo admotis auribus, incepi animum arrigere & advertere ad intelligendum quid dicerent.

4 Ita faciendo, ut dixi, scilicet admovendo aures.

Δεικτικῶς: gestu enim corporis rem exprimit. 5 Studens capere atque attrahens sermonem. *Capto* enim non significat frequenter capio, sed blanditiis quibusdam & illecebris aliquid venor seu studeo capere: ut, *Hic obsequendo* captat *auram popularem*, id est, quærit, venatur. Hinc hujusmodi venatores *captatores* dicuntur. 6 Interjectio lętitiæ est, quâ Antipho Getam invitat ad lætitiam, ut reliqua lętanter persequatur. 7 Ante fores. 8 Rem, πρᾶγμα. 9 Facinus audivisti? 10 Profectò. 11 Facinus audivi. 12 Chremes. 13 Interjectio admirantis & lætantis. 14 Phanii. 15 Commercium amoris habuit, rem habuit. 16 Mortuâ. 17 Clam uxore Nausistratâ. 18 Hoc somnium est, id est, illud est phantasma, res nihili, & vanum dictum tanquam dormiendo somniatum. 19 Utrum-ne. 20 Non nosset. 21 Aliquam causam. 22 In gynæceo. 23 Chremes, Sophrona & Phanium. 24 Dixerint: locuti sint? 25 Audivi qui ita narrarent sive fabularentur. Vel Ironia hîc subest; & non alia hoc mente dicit, quàm quâ modò *somnium*; Ideòque Geta deinceps suis verbis fidem adstruit, addito argumento, quo Phormioni persuadeat. Vel legendum *atqui*, quæ nota hîc (ut sæpè conjunctiones discretivæ) Revocationis sui, velut in memoriam nunc redeuntis, & jam recordantis, *se quoque illam audivisse fabulam*, quam Getæ narranti priùs non crediderat. 26 Dicam, indicium faciam. Virg. Ecl. 1. *Sed tamen ille Deus qui sit*, da *Tytire, nobis*. 27 Ut magis credas, rem ita sese habere. 28 Chremes. 29 Ex gynæceo.

Haud

Haud multò pòst cum patre [1] *idem* [2] *recipit se* [3] *intrò* [4] *denuò* :
Ait [5] *uterque tibi potestatem* [6] *ejus habendæ se dare:*
Denique ego sum missus, te ut requirerem, atque [7] *adducerem.*
AN. [8] *Hem!* [9] *quin ergo?* [10] *rape me: cessas?* GE. [11] *fecero.* AN. *ô mi Phormio*
Vale. PH. *vale Antipho. Benè,* [12] *ita me Dii ament,* [13] *factum: & gaudeo,*
Tantam [14] *fortunam de improviso esse* [15] *his* [16] *datam.*
[17] *Summa eludendi occasio est mihi nunc senes,*
Et Phædriæ [18] *curam* [19] *adimere* [20] *argentariam,*
Ne cuiquam suorum [21] *æqualium supplex siet:*
[22] *Nam idem hoc argentum, ita ut datum est ingratiis,*
[23] *Ei datum erit:* [24] *hoc quî cogam,* [25] *re ipsa reperi.*
Nunc [26] *gestus mihi* [27] *vultusque est capiundus novus.*
Sed hinc [28] *concedam in* [29] *angiportum* [30] *hunc proximum;*

1 Chremes.
2 Confert.
3 In gynæceum.
4 Iterùm, de novo.
5 Pater & Chremes.
6 Phanii.
7 Ad eam.
8 Interjectio indignantis, quod non ducatur celeriter.
9 Cur igitur non adducis me ad eos?
10 Celeriter cape me, ut adducar ad eos.
11 Faciam. Subjunctivus pro Indicativo.
12 Jurandi formula. Hæc secum ad spectatores dicit Phormio, postquam Antipho & Geta recessissent.
13 Benè successit ac prospere ex animi mei sententia.
14 Felicitatem.
15 Adolescentibus, Antiphoni & Phædriæ.
16 Concessam.
17 Maximam nunc habeo opportunitatem decipiendi Chremetem & Demiphonem.
18 Sollicitudinem.
19 Adimendi. Infinitivus pro Gerundio positus more Græcorum. Sic Propert. *Non datur ad Musas currere lata via.*
20 De argento isto reddendo, quo redemit puellam.
21 Sodalium ac amicorum alicui supplicet, ut mutuò illi dent pecuniam illam, quâ puellam redemit à lenone.
22 Ordo est: *Nam idem hoc argentum*, scilicet quo emunxi senes, *erit datum ei*, scilicet Phædriæ, id est, in usum hujus cedet sine restitutione, *ita ut datum est ingratiis*, id est, à senibus invitis, aut à senibus sine justâ (nam de uxore ducenda res erat fictitia; &, illa nunc agnita, nullus color supereset) causa per fraudem extortum.
23 Al. *hîc*, scilicet adolescentibus. Prior tamen lectio placet, cùm de Phædriâ solo sit sermo, cui adimenda erat cura argentaria.
24 Quomodo cogam hoc fieri, scilicet ut argentum sit datum, uti datum est, sine ulla restitutione.
25 Ipso effectu, vel illico excogitavi.
26 Corporis. Vult simulare se eam ducturum ex pacto, & si non dederint, pecuniam datam justè conservaturum.
27 Faciei, id est, indicium voluntatis.
28 Me conferam.
29 Vicum angustum.
30 Al. *hoc proximum*. Dicitur enim *angiportus*, & *angiportum*.

[1] *Inde*

1 Deinde, vel ex hoc angiporto.

1 *Inde* 1 *hisce* 2 *ostendam me, ubi erunt egressi foras.*

54 *Quò me assimulâram ire ad mercatum, non eo.*

2 Senibus. 3 Patefaciam. 4 Ordo est: *Non eo*, id est, non iturum me, mutata sententia, dicam, non proficiscar, *ad mercatum*, id est, ad mercaturam exercendam, sc. eò, id est, in eum locum, *quò*, id est, in quem locum, *assimulâram*, id est, finxeram, *me ire*, sc. Sunium. Dixerat enim suprà 5,5. *Ego me ire senibus Sunium dicam ad mercatum.*

ACTUS V. SCENA VII.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

2 Cognita Phanio, senes à Phormione pecuniam repetunt: Phormio negat se redditurum: hinc contentio inter eos oritur.

DE. 1 *Dîis magnas meritò gratias* 2 *habeo, atque* 3 *ago,*

4 *Quando* 5 *evenêre* 6 *hæc nobis, frater,* 7 *prosperè.*

8 *Quantum potest, nunc* 9 *conveniendus Phormio est,*

Priusquam 10 *dilapidet nostras* 11 *triginta minas,*

Ut 12 *auferamus.* PH. 13 *Demiphonem, si domi est,* 5

Visam: 14 *ut quod.* DE. *at nos ad te ibamus, Phormio.*

PH. 15 *De eâdem hac fortasse* 16 *causâ.* DE. *ita hercle.*

PH. 17 *credidi.*

2 Animo. 3 Verbis. 4 Quandoquidè, quoniam. 5 Successêre. 6 Negotia, quæ rescivimus de filia tua nupta Antiphoni.

18 *Quid ad me ibatis?* 19 *ridiculum: an veremini,*

Ne non id 20 *facerem, quod* 21 *recepissem semel?*

22 *Heus,* 23 *quanta quanta hæc mea paupertas est,*

tamen 01

24 *Adhùc* 25 *curavi unum hoc quidem,* 26 *ut mihi esset fides.*

7 Ex sententia. Sc. *fieri*, id est, quamprimùm, quoad ejus fieri potest, quàm celerrimè. Sic suprà 4, 3. *Quantum potest, me certiorem, inquit, face, Si illam dant.* 9 Alloquendus. 10 Consumat, dissipet & profundat. Suprà 5,5. Cic. *Publicam* dilapidabat *pecuniam, avertium exhauriebat.* 11 Trecentos aureos coronatos. *Mina* enim decem aureos coronatos valuit. 12 Eas recuperemus ab illo. 13 Ex angiporto ad Demiphonem properat. 14 Quod pollicitus sum, servem, & Phanium recipiã, vel tale quid nam Aposiopesis est. 15 Ad me ibatis. 16 Auferendæ pecuniæ. 17 Non dubitavi, quin de ea causa ad me venireris, tanquam meæ fidei diffidentes. 18 Quare. 19 Sc. *est.* 20 Præstarẽ. 21 Promissum, pollicitus essem. 22 Particula est jactantiã significans. Q. d. Etsi fortuna me paupertẽ fecit, non tamen ob id solebo committere, ut in me desideretur fides & constantia. Sic & apud Virgilium. Sinon ille nec, *si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mendacemq; improba finget.* 23 Quantacunq; 24 Hactenùs. 25 In hoc uno operẽ dedi. 26 Ut crederetur mihi.

CH.

CH. Est-ne : ea ita, [1] ut dixi, [2] liberalis? DE. [3] oppidò.

PH. [4] Itaque ad vos venio [5] nuntiatum, Demiphoni.

[6] Paratum me esse : ubi vultis, [7] uxorem date.

[8] Nam omnes [9] posthabui mihi res, ita uti [10] par fuit,

Postquam, tantoperè [11] id vos [12] velle, [13] animum adverteram.

DE. At [14] hic [15] dehortatus est me, ne [16] illam tibi darem:

Nam [17] qui rumor erit populi, [18] inquit, [19] si id feceris?

Olim cùm honestè [20] potuit, tum non est data:

Nunc [21] viduam [22] extrudi, [23] turpe est: ferme eadem [24] omnia,

[25] Quæ tute dudùm coram me [26] incusaveras.

PH. Satis superbè illuditis me. DE. [27] quî? PH. rogas?

Quia ne [28] alteram quidem illam potero ducere.

Nam [29] quo redibo ore ad eam, quam [30] contempserim?

CH. [31] Tum autem Antiphonem video ab sese [32] amittere

1 Filia Phanium. Chremes occupatus cogitatione de filia, præter. institutum, fratrem interrogat; & est Apostrophe ad fratrem. 2 Dudùm. 3 Facit pulchra, & virtu ipso præ se ferens matronalem modestiam & ingenuum quendam pudorem? 4 Sic Andr. 1. 1. *Et quia formâ erat prater cæteras honestâ* ac liberali. 4 Valde est liberalis. Hæc autem inter senes, dum in viâ sunt, submissiori voce dicuntur. 5 Persequitur orationem & fraudem suam, quam instituerat, Phormio. 6 Ut nunciem. 7 Ad uxorem ducendam. 8 Phanium, quam promisi me ducturum. 9 Quia novit eam sibi non datum iri, idcò simulat se ducturum, & astutè urget ut dent. 10 Postposui eo fine. 11 Decuit. 12 Ut ducerem eam. 13 Cupere. 14 Animadverteram, cognoveram. 15 Frater Chremes. 16 Dissuasit mihi. 17 Phanium. 18 Qualis. Est Mimésis: repetit enim fratris verba. 19 Frater. 20 Si dederis ei Phanium? 21 Dari nuptum Phormioni. 22 Tanquam orbatam viro primo, quasi à viro divisam. 23 Ejici violenter è domo prioris mariti. 24 Inhonestum. 25 Dixit mihi Chremes. 26 Quæ tu ipse paulo antè mihi objeceras, id est, qui me dicebas inique agere, quod Phanium ab Antiphone divertarem. 27 Culpaveras, reprehenderas. 28 Quomodo, quâ ratione. 29 Quæ desponsa fuit mihi, vel cui repudium renunciavi. 30 Qua fronte, qua audacia, qua fiducia. 31 Sc. *semel*. 32 Clam hæc suggerit Demiphoni Chremes ne audiatur a Phormione. 33 Dimittere.

1 *Invi-*

1 Nolentem. 1 *Invitum* 2 *eam, inque.* DE. 3 *tum autem video* 4 *filium*
Invitum sanè mulierem ab se amittere.
Sed transi 5 *sodes ad forum, atque illud mihi*
6 *Argentum jube rursum* 7 *rescribi, Phormio.*
PH. 8 *Quod ne ego perscripsi porrò illis, quibus debui?*
DE. *Quid igitur fiet?* PH. *si vis mihi* 9 *uxorem dare,* 31
Quam 10 *despondisti, ducam: sin est, ut velis*
Manere apud te illam, 11 *hîc* 12 *dos maneat, Demipho;*
Nam non est æquum me propter vos 13 *decipi:*
14 *Cùm ego* 15 *vestri honoris causâ* 16 *repudium* 17 *alteræ* 35
18 *Remiserim,* 19 *quæ tantundem dotis dabat.*
DE. 20 *I in malam rem hinc cum istac* 21 *magnificentiâ,*
22 *Fugitive: etiam nunc credis te ignorarier,*
Aut tua 23 *facta adeò?* PH. 24 *irritor.* DE. *tu-ne hanc duceres,*
Si tibi data esset? PH. 25 *fac periclum.* DE. *ut filius*
Cum 26 *illâ* 27 *habitet apud te, hoc vestrum* 28 *consilium fuit.* 41
PH. 29 *Quæso, quid narras?* DE. *quin tu mihi* 30 *argentum* 31 *cedo.*
PH. *Imò verò uxorem tu cedo.* DE. 32 *in jus ambula.*

2 Phanium uxorem.

3 Eadem verba eloquitur Demipho, quæ fuerunt ei suggesta à Chremete.

4 Antiphonem.

5 Particula blandientis.

6 Triginta illas minas.

7 Reddi, renumerari quasi per scripturam. *Rescribere* enim dicebant pro renumerare: nam ad numerationem pecuniæ antecedit scriptura: undè hodiè datur chirographus. 8 Vis-ne illud argentum tibi rescribi, quod dedisti numeravi per scripturam illis, quibus debui, atque ita expunxi nomina debitorum? 9 Phanium. 10 Promisisti mihi. 11 Apud me. 12 Pecunia, quam mihi numerasti. 13 Defraudari. 14 Quandoquidem. 15 Vestro honori consulens, *vel*, pro eo, quo vos prosequor, honore. 16 Libellum repudii. 17 Alteri. 18 Divortium fecerim. 19 Altera, quam repudiavi. 20 Auser te hinc, abi in malam crucem, ad patibulum. 21 Magniloquentia, magnifica oratione: quia dixerat, *vestri honoris causâ*: qui magnificus prætentus. Jam convertit se Demipho ad jurgia. 22 Furcifer, erro, æquali supplicio plectende, ut servus fugitivus. 23 Flagitia, facta dolosa. Omnia enim jam, agnita Phanio, senibus innotuerant. 24 Incendor, provocor ad iram. 25 Experire, an sim ducturus. 26 Phanio. 27 Consuetudinem habeat. 28 Propositum. 29 Ironia, ut senum animos magis incendat. 30 Tibi datum. 31 Da mihi, δός. 32 Ad judicium eamus. *Jus* enim hîc pro loco ponitur, in quo jus dicitur: & ita apud Plautum sæpiùs.

PH. *In*

PH. *In jus?* [1] *enimverò si porrò esse* [2] *odiosi pergitis.*

DE. *Quid facies?* PH. [3] *ego-ne? vos me* [4] *indotatis* [5] *modò*

[6] Patrocinari fortasse arbitramini:

Etiam [7] *dotatis* [8] *soleo.* CH. *quid* [9] *id* [10] *nostrâ?*

PH. *nihil.*

[11] *Hîc* [12] *quandam nôram,* [13] *cujus vir uxorem.* CH. [14] *hem!* DE. [15] *quid est?*

PH. [16] *Lemni habuit aliam.* CH. [17] *nullus sum.* PH. *ex quâ filiam*

[18] *Suscepit: & eam clam* [19] *educit.* CH. [20] *sepultus sum.*

PH. [21] *Hæc* [22] *adeò ego* [23] *illi jam denarrabo.* CH. *obsecro,*

Ne facias. PH. [24] *oh! tun'* [25] *is eras?* DE. [26] *ut ludos facit!*

CH. [27] *Missum te facimus.* PH. [28] *fabulæ.* CH. *quid* [29] *vis tibi?*

Argentum, quod habes, [30] *condonamus te.* PH. *audio:*

Quid vos, [31] *malum! ergo me sic* [32] *ludificamini*

Inepti vestra [33] *puerili sententiâ?*

1 Particula affirmandi.
2 Molesti. Suprà: *Nunquam odio tuo me vinces.* Et in Adelph. *Æschinus odiosè cessat.*
3 Quid ego facturus sum, quæris?
4 Puellis sine dote, pauperibus, ut Phanio.
5 Tantummodò
6 Præsidio esse, auxiliari, causam earum defendere.
7 Habentibus dotem, divitibus, qualis est Nausistrata, Chremetis uxor, quam scio eludi à marito suo. 8 Patrocinari. 9 Te dotatus patrocinari. 10 Refert. 11 In hac civitate. Prodit Chremetis furtivum concubitum apud uxorem. 12 Uxorem. 13 Cujus maritus habuit aliam uxorem Lemni, ut sequitur: sed interruptus est sermo à Chremete & Demiphone. 14 Interjectio indignantis. 15 Obstupescentis verba. 16 In Lemno. 17 Perii, mortuus sum. 18 Sustulit. 19 Educat, nutrit. 20 Jam de me factum est. Verba planè desperantis: nam sepultis nulla spes reliqua. 21 Hoc factum. 22 Certè. 23 Uxori tuæ ordine narrabo, κατὰλέξω. 24 Insultantis est. 25 Qui habebas aliam Lemni uxorem? 26 Quomodo illudit, irridet nos! Sic Andr. 3, 1. *quoi mihi ludos redderet?* 27 Donamus tibi argentum, quod habes. Sic enim ipse commutavit. 28 Insultat senibus metuentibus. 29 Scilicet *amplius*. 30 Condonamus tibi argentum, donamus te argento, quod habes. Sic Prolog. Eun. *Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur.* 31 Exprobrantis est. 32 Illuditis, irridetis. 33 Inconstanti, indigna viris senibus, & soli pueris accommodata.

1 Phormio deridet puerilem senum sententiam & inconstantiam, qui dixerint: *Nolo*, sc. argentum condonare, &c.

Primò singula seorsim. (inquit Donatus) deinde simul utraq; pronuntianda sunt.

2 Argentum condonare.

1 *Nolo,* 2 *volo* : *volo, nolo rursum* : 3 *cedo,* 4 *cape* : *Quod dictum,* 5 *indictum est* : *quod* 6 *modo erat* 7 *ratum,* 8 *irritum est.*

CH. 9 *Quo pacto, aut* 10 *undè* 11 *hæc* 12 *hic rescivit?*

DE. *nescio* :

Nisi, me dixisse nemini, id certò scio. 60

CH. 13 *Monstri, ita me Dii ament, simile.* PH. 14 *injeci scrupulum.* DE. 15 *hem!*

Hiccine ut à nobis 16 *hoc tantum argenti auferat,*
Tam apertè irridens? 17 *emori herclè satius est.*
Animo virili 18 *præsentique ut sis, para:*
Vides tuum peccatum esse 19 *elatum foras,* 65
Neque jam 20 *id* 21 *celare posse te uxorem tuam:*
Nunc quod ipsa ex aliis audiura sit, Chreme,
Id nosmet 22 *indicare* 23 *placabilius est:*
Tum hunc 24 *impuratum poterimus* 25 *nostro modo*
Vlcisci. PH. 26 *at at, nisi mihi* 27 *prospicio,* 28 *hæreo:* 70
29 *Hi* 30 *gladiatorio animo ad me* 31 *affectant viam.*

3 Da, redde argentum, quod pro dote neptis accepisti. 4 Argentum pro ejus dote. 5 Habetur pro non dicto. 6 Paulò antè. 7 Firmum in proposito. 8 Non ratum, infirmum. 9 Demiphoni hæc dicit. 10 Ex quo. 11 Facinora mea. 12 Phormio. 13 Videtur esse aliquid prætergrediens naturæ modum, quod Phormio hæc rescierit, nemine referente. 14 Solicitudinem & anxietatem animo illorum incussi: contrarium est, *scrupulum eximere*, id est, solicitudinem eximere. Sic Adelph. 2,2, *Injeci scrupulum homini.* Vide Andr. 5,4. Inde sumpta est Metaphora, quòd scrupuli, id est, minuti lapilli inter ambulandum in calceos hominis insilientes, vehementer pedem ejus torqueant. Hæc secum Phormio. 15 Interjectio indignantis. 16 Ut apud Cic. *hoc tantum mali domestici.* 17 Quàm hoc remittere. 18 Forti & animoso. 19 In lucem prolatum, divulgatum, disseminatum. Metaphora. 20 Peccatum tuum. 21 Quò minùs rescisca uxor tua. 22 Uxori. 23 Plus habebit momenti, & utilius erit ad uxorem tuam Nausistratam placandam. Active igitur exponendum contra rationem vulgatam ejusmodi Verbalium. Sic Adelph. 4,3. 24 Phormionem impurum, scelestum. 25 Nostro arbitrio, quantum volemus, & eo modo, quo cupiemus, punire. 26 Interjectio metuentis. 27 Provideo, caveo. 28 Ægrè me posteà expediam. Metaphora ab avibus visco implicitis. 29 Demipho & Chremes. 30 Animo infesto, sanguinolento atque ad perdendum parato. Denotatur ergo hîc infestus jugulum petentium animum. Nam hoc quidem Demiphonis consilio, indicium ultrò faciendi Nausistratæ, planissime Phormio perierat qui ubi id sensit, metuit sibi & cavet. Sumpta à gladiatoribus Metaphora, quibus aut occidere, aut occidi dicta lex est. 31 Aditum cupidè quærunt, recta tendunt, me invadunt. Q. d. Vehementer instant, magna contentione urgent & reposcunt argentum, minantur mihi se persecuturos suum jus.

CH. *At*

CH. *At vereor,* [1] *ut placari possit.* DE. *bono animo es:*
[2] *Ego redigam vos in gratiam:* [3] *hoc fretus, Chreme,*
[4] *Cùm è medio excesserit, undè hæc suscepta est tibi.*
PH. [5] *Ita-ne mecum agitis? satis astutè* [6] *aggredimini:*
Non herclè [7] *ex re* [8] *istius me* [9] *instigasti, Demipho.*
[10] *Ain tu? ubi quæ libitum fuerit* [11] *peregrè feceris,*
Neque hujus [12] *sis veritus fœminæ* [13] *primariæ,*
[14] *Novo modo ei quin faceres* [15] *contumelias;*
Venias nunc precibus [16] *lautum peccatum tuum?*
[17] *Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,*
[18] *Ut ne restinguas,* [19] *lachrymis si exstillaveris.*
DE. [20] *Malum, quod isti Dii, Deæque omnes*
[21] *duint!*
Tantâ-ne affectum hominem quenquam esse audaciâ?
[22] *Non hoc* [23] *publicitùs scelus hinc deportarier*
In solas terras? CH [24] *in id redactus sum loci,*
Ut nesciam prorsus, quid agam cum [25] *illo.* DE. *ego scio:*
[26] *In jus eamus.* PH. *in jus!* [27] *hùc, si quid lubet.*

1 Ne uxor mea placari non possit.
2 Ego reducam vos in amicitiam,
3 Illo argumento confisus.
4 Quoniam, quia illa mulier mortua est, sive obiit ex quâ hanc filiam genuisti.
5 Sicciné mecum agitis?
6 Invaditis me.
7 Ad utilitatem sive commodum.
8 Chremetis.
9 Incitasti. Q. d. Hoc multum nocebit Chremeti, quod me ita irritaveris.
10 Apostrophe ad Chremetem.
11 Peregrino loco, peregrinans in Lemno.
12 Puduerit te: ideò æquipollentis verbi casum genitivum obtinet. Vide Heaut. 4,4,2. *Decem minas*, &c.
13 Primo loco dignæ.
14 Inaudito.
15 Injurias.
16 Ad lavandum, id est, purgandum.
17 His verbis meis, quæ fum uxori tuę dicturus, ego reddam tibi illam ita irâ inflammatam, iratam. Metaphora.
18 Ut non exstinguas, id est, places illam, sic incensam. Perstat in Metaphora: nam cùm iram significavit, nunc quasi de vero igne loquitur.
19 Etiamsi totum corpus in lachrymas conversum fuerit, id est, etsi tantum lachrymarum stillaveris, ut nihil humoris tibi vel in unam superfit guttam. Ita *effœta* dicitur femina, quæ omnem fœtum edidit.
20 In magna ira usitatissima Interjectio est.
21 Dent. Antiquè.
22 Ordo est: *Nonne*, scilicet operæ pretium vel dignum est, *hoc scelus*, id est, hunc scelestum hominem, *deportari publicitus*, id est, publica condemnatione atque consilio proscribi, relegari, *hinc in terras solas*, id est, desertas, solitarias, quas nemo inhabitat?
23 Publicè, è publico. Plaut. *An censebas nobis fores publicitùs præberier?*
24 In eum statum, in eam angustiam deveni, eò res mea rediit.
25 Phormione.
26 In locum, in quo jus à Prætore dicitur.
27 In domum Chremetis, vel ad Nausistratam eamus.

DE. [1] *Assequere, ac retine,* [2] *dum hùc ego* [3] *servos evoco.*

CH. [4] *Enim solus nequeo: accurre hùc.* PH. *una* [5] *injuria est*

Tecum. DE. [6] *lege agito ergo.* PH. [7] *altera est* [8] *tecum, Chreme.*

DE. [9] *Rape hunc.* PH. *ita ne agitis? enim verò* [10] *voce est opus.*

Nausistrata, exi. CH. [11] *os opprime.* DE. *impurum vide,*

Quantum [12] *valet!* PH. *Nausistrata, inquam.* CH. *non taces?*

PH. *Taceam?* DE. *nisi* [13] *sequitur, pugnos in* [14] *ventrem* [15] *ingere:*

Vel oculum [16] *exclude.* PH. [17] *est ubi vos ulciscar probè.*

1 Eum. Appositè cogitavit Donatus, quando existimat, Phormionem niti ad domum Chremetis, ut conveniat Nausistratam; senes verò ad forum conari attrahere; quod sequentia docent: itaque anteà parasitus ex ambiguo hùc alluserit v. 44. 2 Donec. 3 Ut eum retineant. 4 Sed. 5 Actio injuriarum ex lege. Hæc verba Demiphoni dicit Phormio. 6 Persequere ergo jus tuum per legem. 7 Sc. *injuria*, id est, actio injuriarum ex lege. 8 Quia injuriam fecisti dotatæ uxori. 9 Abripe Phormionem. Servo hoc dicit, qui ad strepitum hunc & tumultum suâ sponte accurrisse potest. 10 Vociferatione. 11 Obtura ei os, ne loquatur. 12 Robore corporis, vel reluctando. 13 Nos. 14 Ut eo crebris ictibus percusso vox & vires Phormioni ad tempus deficerent. 15 Immitte, infer violenter. 16 Ei erue. Plaut. Excludito *mihi herclè oculum, si dedero.* Al. *exsculpe.* 17 Occasio mihi erit vos puniendi.

ACTUS V. SCENA VIII.

NAUSISTRATA, CHREMES, PHORMIO.

DEMIPHO.

NA. [1] *Quis* [2] *nominat me?* CH. [3] *hem!* NA. *istuc* [4] *turba est, obsecro,*

1 Phormio Chremetem prodit uxori de alterâ conjuge: Phormio exultat, tam probè se ultum esse senes: Demipho pro fratre intercedit, & orat ut huic uxor factum condonet: ea neque se ignoscere dicit, neque promittere quidquam, sed filii judicio permittere omnia. 2 Evocat. Erat enim Nausistrata evocata à Phormione. 3 Interjectio dolentis vel obstupescentis. 4 Turbationis.

Mi

Mi vir? PH. [1] *hem! quid nunc* [2] *obticuisti?* NA. *quis hic* [3] *homo est?*

Non mihi respondes? PH. [4] *hiccine ut tibi respondeat?*

Qui herclè, [5] *ubi sit, nescit.* CH. *cave* [6] *isti quidquam credas.*

PH. [7] *Abi:* [8] *tange: si non totus* [9] *friget, me* [10] *eneca.*

CH. [11] *Nihil est.* NA. *quid ergo est? quid istic narrat?* PH. *jam scies:*

Ausculta. CH. *pergin' credere?* NA. *quid ego, obsecro,*

Huic credam, qui nihil dixit? PH. [11] *delirat miser*

Timore. NA. *non pol* [13] *temerè est, quòd tu tam times.*

CH. [14] *Ego-n' timeo?* PH. [15] *rectè sanè:* [16] *quando nihil times,*

Et hoc nihil est, quod dico ego: [17] *tu narra.* DE. [18] *scelus!*

[18] *Tibi narret?* PH. [19] *ehe tu: factum est abs te sedulò*

Pro fratre. NA. *mi vir, non mihi narras?* CH. [20] *at.* NA. [21] *quid at?*

CH. *Non opus est* [22] *dicto.* PH. [23] *tibi* [24] *quidem: at scio* [25] *huic opus est.*

[26] *In Lemno.* CH. [27] *hem! quid ais?* DE. *non taces?* PH. [28] *clam te.* CH. [29] *hei mihi!*

1 Interjectio irritantis vel insultantis.

2 Al. *obstupuisti*, id est, stupis dum & quasi saxeus effectus es præ timore?

3 Phormio. Loquitur Chremeti.

4 Sc. *petis* vel *rogas*

5 Præ nimio timore, ne resciscas scelus.

6 Phormioni. Nausistratæ loquitur.

7 Tu Nausistrata, abi ad eum.

8 Attinge maritum tuum.

9 Metu scilicet,

quo malæ conscientiæ horrescunt. Hinc Virg. *mihi frigidus horror Membra quatit.* 10 Occidito. 11 De eo, quod iste Phormio loquitur. 12 Desipit, nescit quid faciat. 13 Sine causa. 14 Q. d. Minimè. 15 Ironicè. 16 Quandoquidem. 17 Chreme. 18 O scelerate Phormio! 19 Dicis ut Chremes narret? 19 Interjectio deridentis Phormionem. Q. d. Desine tu tandem: satis jam fratris Chremetis causam egisti, bene de fratre tuo meruisti, me irritando. Ironia. 20 Turbatus Chremes aliud dicere nequit. 21 Quid tibi vis dicendo *at*? 22 Ut dicatur, id est, narretur. 23 Flagitioso. 24 Non opus est dicto. 25 Uxori tuæ Nausistratæ. 26 In Lemno clam te uxorem duxit, & indè, &c. Hæc enim narratio interrumpitur nunc per Chremetem, nunc per Demiphonem comminantem, nunc per votum Nausistratæ. Incipit jam narrare. 27 Interjectio dolentis. 28 Te nesciente. 29 Exclamantis & dolentis.

PH. *Vxorem duxit.* NA. [1] *mi homo!* [2] *Dii melius duint.*

PH. [3] *Sic factum est.* NA. [4] *perii misera!* PH. *&* [5] *indè* [6] *filiam*

[7] *Suscepit jam unam, dum tu* [8] *dormis.* CH. [9] *quid agimus?*

NA. [10] *Prô Dii immortales! facinus indignum, & malum.*

PH. [11] *Hoc actum est.* NA. *an quidquam* [12] *hodiè est factum* [13] *indignius?* 20

[14] *Qui* [15] *mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.*

Demipho, te [16] *appello: nam me cum* [17] *hoc ipso* [18] *distædet loqui.*

Hæ-cine erant [19] *itiones crebræ,* [20] *mansiones diutinæ*

Lemni? hæc-cine erat, quæ nostros [21] *fructus minuebat,* [22] *vilitas?*

DE. *Ego, Nausistrata,* [23] *esse in hac re culpam meritum non nego,* 25

Sed eam, [24] *quin sit ignoscenda.* PH. [25] *verba fiunt mortuo.*

1 Mi vir.

2 Dii dent nobis meliora, quàm ea, quæ dicit: hoc Dii prohibeant.

3 Ita res se habet, ut dixi tibi.

Palmerius [14] *Qui* [15] *mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.* legit *actum est*, id est, perii! & Chremeti tribuit; qui, post exclamationem illam uxoris, ad indignitatem rei consternatus, id dixerit.

4 Exclamatio perturbatæ mulieris. 5 Ex illa uxore, quam habuit in Lemno. 6 Phanium: 7 Genuit. 8 Secura es, non cogitas de ejusmodi rebus, non observas quid in Lemno maritus tuus agat. Metaphora. 9 Hæc dicit Demipho. Sunt autem verba deliberantis, quâ ratione mederi possit huic periculo. 10 Exclamatio est cum indignatione. 11 Ita res se habet. 12 Nostro tempore. 13 Iniquius? 14 Mariti. Q. d. An quicquam hoc meo viro, aliisque similibus, vel hoc hominum genere indignius? qui, &c. 15 Redundat, ut alibi sæpè, non sine elegantiâ tamen. Horat. Epist. 3. l. 1. *Quid* mihi *Celsus agit?* 16 Alloquor. 17 Viro meo Chremete. 18 Valdè vel plurimùm me tædet. 19 Profectiones frequentes. 20 Commorationes diutinæ in Lemno? 21 Reditus annuus. 22 Suprà 5. 3, 6. *nam ex his prædiis*, &c. 23 Eum. 24 Scilicet quis, qui sit paulò æquior, dubitet, vel nemo negaverit. Al. *quæ.* 25 Frustrà hæc verborum (quibus iratam Nausistratam placare studet Demipho) opera Chremeti impenditur, qui jam pro mortuo habendus, frustrà orat pro fratre. Sic Plaut. *Mortuo verba nunc facio.* Sic & dicimus, *Surdo narrare fabulam.* Natum adagium à ridicula consuetudine veterum, qui vita defunctos ter voce ciebant. Undè & *conclamari* dicebantur.

DE.

DE. [1] *Nam neque* [2] *negligentiâ tuâ, neque odio id fecit tuo.*

Vinolentus [4] *ferè abhinc annos quindecim* [5] *mulierculam*

Eam compressit, [6] *undè hæc nata est, neque postilla unquam attigit.*

Ea mortem obiit: [8] *è medio abiit, qui fuit in re hac* [9] *scrupulus.*

[10] *Quamobrem te oro, ut alia* [11] *facta tua sunt, æquo animo hoc feras.*

NA. *Quid* [12] *ego æquo animo? cupio misera in hac re jam* [13] *defungier.*

Sed quid sperem? ætate porrò minùs [14] *peccaturum putem?*

[15] *Iam tum erat senex, senectus si* [16] *verecundos facit.*

An mea forma atque ætas [17] *nunc* [18] *magis expetenda est, Demipho?*

Quid mihi hîc affers, quam ob rem exspectem, aut sperem [19] *porrò non fore?*

PH. [20] *Exequias Chremeti, quibus commodum ire, jam tempus est.*

1 Non enim, quod negligeret seu contemneret te, neque quòd te odio prosequeretur, suscepit filiam ex uxore Lemniâ.

2 Contemptu. Hæc contra consuetudinem Syntaxeos dicuntur pro *negligentiâ tui*, & *odio tui*: sicuti dicuntur *amore tui* & *desiderio tui*.

3 Ebrius, vino obrutus. 4 Jam ex eo tempore fermè sunt translati quindecim anni. *Abhinc* enim dicitur de tempore præterito; *dehinc* de futuro. 5 Cum muliercula eâ concubuit. 6 Ex quâ hæc filia Phanium nata est. 7 Ea mulier mortua est. 8 Ea sublata est, cujus vita huic rei sollicitudinem afferret. Suprà 5, 7. *Ego redigam vos in gratiam: hoc fretus, Chreme, Cùm è medio excessit, undè hæc suscepta est tibi.* 9 Sollicitudo. 10 Deprecatur crimen. 11 Mansueta scilicet. 12 Scilicet *feram*. 13 Defungi, definere, illum finem in istoc facere. Sic Adel. 3, 5. *Utinam hoc sit modo defunctum.* 14 Eum. 15 Jam eo tempore, quo compressit eam. 16 Homines temperatos, modestos. Nam verecundia est juste reprehensionis timor. Verè senex non ex temporis longinquitate, sed ex laudabili & perfecta vita cernitur. 17 Cùm vetula & deformior sum. 18 Magis exoptanda viro meo, quàm olim, dum melior erat, & eam contemplit? 19 Posteà meum maritum impudicum non fore, sed pudicum. 20 Vetus indicendi funeris formula. Ordo est: *Jam tempus est ire exequias*, id est, ire ad exequendas inferias, id est, obsequia pro mortuis (quemadmodum dicimus *ire inficias*, sic antiqui dixerunt *ire exequias*, id est, ad exequias) *Chremeti*, quem priùs dixit delirare, deinde mortuum esse, tertiò adferri ad rogum, ut ei exequiæ seu justa persolvantur, illis, *quibus commodum*, id est, opportunum, *est*, scilicet ire exequias. Chremeti, ut mortuo, insultat impudens parasitus,

1 *Sic dabo:* 2 *age nunc, Phormionem, qui volet,* 3 *lacessito:*
4 *Faxo tali eum* 5 *mactatum,* 6 *atque hic est, infortunio,*
7 *Redeat* 8 *sanè in gratiam:* 9 *jam supplicii satis est mihi:*
10 *Habet* 11 *hæc, ei* 12 *quod,* 13 *dum vivat,* 14 *usque ad aurem* 15 *obganniat.*
NA. 16 *At meo merito credo. Quid ego nunc commemorem, Demipho,*
17 *Sigillatim, qualis ego* 18 *in istum fuerim?* DE. *nov i æquè omnia*
19 *Tecum.* NA. *meritò hoc meo hoc videtur factum?* DE. *minimè gentium:*
Verùm, quandò jam accusando fieri 20 *infectum non potest,*
Ignosce: 21 *orat,* 22 *confitetur,* 23 *purgat: quid* 24 *vis ampliùs?*
PH. 25 *Enimverò, priùs quàm* 26 *hæc dat veniam, mihi* 27 *prospiciam & Phædriæ.*
Heus Nausistrata, priùs quàm 28 *huic respondes* 29 *temerè, audi.* NA. *quid est?*
PH. *Ego* 30 *minas triginta* 31 *ab isto per* 32 *fallaciam* 33 *abstuli:*

1 Sic tractabo eos. Sic Heaut. 5, 2. *Adeò exornatum dabo.* 2 Hortantis vel insultantis est, quasi re benè gesta. 3 Irritet. 4 Faciam. 5 Oppressum, magis auctum, affectum, afflictum, id est, conciliabo ei tantum mali, quantum Chremeti conciliavi. Metaphorica αὔξησις. Cic. *Quò etiam majore es malo?*

mactatus. 6 Quasi Chremes est mactatus. 7 Cum uxore, id est, placet sibi uxorem. 8 Hîc permissivè capitur. Q. d. Nihil nunc impedio. 9 Satis sumpsi de eo supplicii, jam satis ejus injurias ultus sum. 10 Materiam. 11 Nausistrata, id est, uxor Chremetis per me mariti peccatum edocta jam habet, quod per omnem vitam satis ei exprobret. 12 Propter quod. 13 Quamdiu. 14 Assiduè. 15 Oblatret, immurmuret, objiciat. *Obgannire*, est contra gannientem gannire, id est, contra rixantem rixari, & contra murmurantem murmurare. *Gannire* autem propriè est vulpium, sicut *mugire* boum. 16 Sed maritus meus fecit illud indignum facinus, quia meruerim, ut fieret mihi talis injuria propter culpam meam, quia illi nimium indulserim. Ironia. 17 Seorsùm, separatim. 18 Erga hunc meum maritum, id est, quomodo eum tractaverim, quomodo me usus sit facili uxore. 19 Quemadmodum, atque tu. 20 Infectum. 21 Ut ignoscas sibi. 22 Culpam, scelus. 23 Excusat illud scelus, quod vinolentus id fecerit. 24 Petis. 25 Certè. Hæc secum Phormio. 26 Nausistrata. 27 Providebo. Sic in Heaut. *Prospexi tibi & stultitiæ tuæ.* 28 Chremeti. 29 Inconsideratè 30 Trecentos coronatos aureos. 31 A marito tuo Chremete. 32 Technam. 33 Extorsi.

[1] *Eas dedi tuo* [2] *gnato : is* [3] *pro suâ amicâ* [4] *leroni dedit.*
CH. [5] *Hem ! quid ais?* NA. *adeò-n'* [6] *indignum tibi videtur, filius*
Homo adolescens unam si habet amicam, [7] *tu uxores duas?*
Nil pudere? [8] *quo ore illum* [9] *objurgabis? responde mihi.*
DE. [10] *Faciet, ut* [11] *voles.* NA. *imò, ut meam jam scias* [12] *sententiam,*
Neque ego [13] *ignosco, neque promitto quidquam, neque* [14] *respondeo,*
Priùs quàm [15] *gnatum video: [16] ejus judicio* [17] *permitto omnia: is*
Quod jubebit, faciam. PH. *mulier sapiens es, Nausistrata.*
NA. *Satin' id est tibi?* PH. *imò verò pulchrè* [18] *discedo, & probè,*
Et præter [19] *spem.* NA. *tu tuum nomen dic quod est?*
PH. *mihi-n'? Phormio:*
Vestræ familiæ herclè amicus, & [20] *tuo* [21] *summus Phædriæ.*
NA. *Phormio, at ego* [22] *ædepol posthac tibi, quod potero, & quæ voles.*
Faciamque, & dicam. PH. [23] *benignè dicis.* NA. *pol meritum est tuum.*
PH. *Vin' primùm hodiè facere,* [24] *quod ego gaudeam, Nausistrata,*

1 Minæ triginta.
2 Phædriæ.
3 Pro emptione suæ amicæ, id est, fidicinæ. Supià in Eun. 1, 2. *Heri minas viginti* pro *ambabus dedi.*
4 Dorioni.
5 Interjectio dolentis vel indignantis.
6 Detestabile.
7 Senex.
8 Quâ fronte, quâ audaciâ, quo vultu? Hoc modo fere Ovidius: *Non tibi plus cordis, sed minus ordo adest,* id est, non plus audes aut sapis, sed minùs pudet.
9 Reprehendes: *Turpe est doctori, cùm culpa redarguit ipsum.* Juven. *Undè tibi frontem libertatemque parentis, Cum facias, pejora senex?*
10 Chremes omnia.
11 Tu Nausistrata.
12 Opinionem.
13 Marito meo.
14 Petitionibus tuis.
15 Phædriam.
16 Phædriæ.
17 Refero omnia ad hanc rem spectantia, id est, eum facio hujus causæ arbitrum.
18 Nempe optata consecutus.
19 Exspectationem.
20 Filio.
21 Præcipuus amicus.
22 Per ædem Castoris, vel per Castorem, id est, profectò. Est jurandi particula.
23 Humaniter.
24 Propter quod.

[1] *Et quid tuo viro oculi doleant? cupio.* PH. *me ad cœnam* [2] *vocat.*

NA. *Pol verò voco.* DE. *eamus intrò hinc.* NA. [3] *fiat: sed ubi est Phædria,* 63

[4] *Index noster?* PH. *jam hîc* [5] *faxo aderit. Vos valete, & plaudite.* [6]

[1] Et propter quod vir tuus ringatur, quod sit illi ἀλγηδὼν ὀφθαλμῶν, & quod nolit, videat? Nam *oculos dolere* dicimus de eo, qui rem molestam odiosamque videt. Nulla enim major ægritudo adferri potuit Chremeti, quam si spectaret secum accumbentem Phormionem, qui flagitia ipsius uxori detexerat. Quare non sine causâ dicit, oculos viri dolituros eo aspectu. Cœlius Epist. 15. *Nunquam tibi* oculi doluissent, *si in repulsâ Domitii vultum vidisset.* 2 Faceta & parasitica optio. 3 Eamus intro. 4 Arbiter noster, cujus judicio omnia permisi. 5 Faciam. 6 Congratulamini Poëtæ plaudendo manibus.

HECY-

HECYRA

PUBLII TERENTII

Carthaginiensis Afri.

1 ACTA 2 LUDIS MEGALENSIBUS, 3 SEX. JULIO CÆSARE ET CN. CORNELIO DOLABELLA ÆDILIBUS 4 CURULIBUS. 5 NON PLACUIT ITERUM DATA, CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. L. ÆMILII PAULI LUDIS FUNEBRIBUS. 6 NON EST PLACITA. TERTIO 7 RELATA Q. FULVIO, L. MARTIO, ÆDILIBUS CURULIBUS. EGIT L. AMBIVIUS TURPIO PLACUIT. ANNO AB URBE CONDITA D. LXXXVIII. ANTE CHRISTUM NATUM CLXIII. ITERATA A. V. DLXXXIX.

1 Exhibita est hæc Comœdia primùm. 2 Qui in honorem magnæ matris Deorum Cybeles instituebantur. 3 Quibus hæc res erat commendata, aut quorum jussu Comœdiæ & Tragœdiæ recitabantur. 4 Quia sellâ eburneâ vehebantur quæ *curulis* dicebatur. 5 Hæc Comœdia primò data est sinè prologo ludis Megalensibus, quos Sextus Julius Cæsar, & Cnejus Cornelius Dolabella ediderunt; sed occupato populo studio funambuli displicuit. 6 Secundò non placuit propter studium populi in spectandis gladiatoribus. 7 Denuò acta.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

BACCHIS, *meretrix.*
LACHES, *senex.*
MYRRHINA, *mulier.*
PAMPHILUS, *adolescens.*
PARMENO, *servus.*
PHIDIPPUS, *senex.*
PHILOTIS, *meretrix.*
PHILUMENA, *meretrix.*
SOSIA, *servus.*
SOSTRATA, *mulier.*
SYRA, *anus.*

PERSONÆ MUTÆ.

PHILUMENA, *puella.*
SCIRTUS, *puer.*

IDIOMATA PERSONARUM PRÆCIPUARUM.

Bacchis, *meretrix bona & prudens.*

Laches, *maritus Sostratæ imperito suo. Alias natura prudens & multi consilii.*

Myrrhina, *mater Philumenæ, honoris liberorum studiosissima, non item satis mariti reverens.*

Pamphilus, *natura prorsus amori deditus, magis tamen in promissis fidelis & honoris cupidus.*

Parmeno, *servus levis, Heroi bene serviens.*

Phidippus, *pater & maritus nimium mitis & suis indulgens.*

Philotium, *meretrix juvencula, artium meretriciarum non satis gnara.*

Philumena, *uxor lenis, modesta, prudens, contumelias mariti libenter perpetiens.*

Sosia, *servus non satis hero addictus.*

Sostrata, *Matrona bona, modesta & prudens, liberorum etiam nurus amans, & mariti reverens.*

Syra, *lena pessima & vaferrima.*

RATIO NOMINUM.

Bacchis, *vide Heautontimor.*

Laches, *vide Eunuch.*

Myrrhina, *matronale nomen ἀπὸ τῆς μυρρίνης vel μυρσίνης, myrto, qua magistratus quendam coronabantur: Fuit & nomen Amazonis. Hom. iliad. β.*

Pamphilus, *vide Andriam.*

Parmeno, *vide Eunuchum.*

Phidippus, *à parsimonia equestri: ex Φείδω parsimonia, & ἵππος equus: gloria rei equestris apud veteres ingens & sumptus magni fuerunt.*

Philotis, *à Φιλότης, amicitia, amor, benevolentia: nisi forte in nomine sit aurium significatio, & tum componeretur ex Φίλος amicus & οὖς ὠτός, auris. Hinc & Philotium.*

Philumena, *quasi Φιλυμένη, amabilis.*

Sosia, *vide Andriam.*

Sostrata, *vide Heautont.*

Syra, *Gentile nomen, Syriaci generis Mulier.*

ARGUMENTUM,

C. SULPITIO APOLLINARI AUCTORE.

UXorem duxit [1] *Pamphilus* [2] *Philumenam*,
[3] *Cui* [4] *quondam* [5] *ignorans virgini* [6] *vitium obtulit*:
[7] *Ejusque* [8] *per vim quem* [9] *detraxit annulum*,
[10] *Dederat* [11] *amicæ Bacchidi meretriculæ.*
Dein profectus in [12] *Imbrum est*: [13] *nuptam haud attigit.*
[14] *Hanc* [15] *mater* [16] *utero gravidam*, *ne* [17] *id sciat* [18] *socrus*,
[19] *Vt ægram* [20] *ad se transfert*: [21] *revertit Pamphilus*:
[22] *Deprehendit partum*: [23] *celat*: [24] *uxorem tamen*
Recipere non vult. [25] *Pater* [26] *incusat Bacchidis*
Amorem: *dum se* [27] *purgat Bacchis*, [28] *annulum*
[29] *Mater* [30] *vitiatæ fortè* [31] *agnoscit Myrrhina*:
[32] *Vxorem* [33] *recipit Pamphilus cum filio.*

1 Filius Lachetis. 2 Filiam Phidippi & Myrrhinæ. 3 Philumenæ. 4 Longo ante tempore. 5 Pamphilus nesciens Philumenam esse. 6 Stuprum attulit, id est, quam virginem ignorans quondam vitiavit, compressit. 7 Philumenę. 8 Violenter. 9 Puellæ Philumenę. 10 Pamphilus. 11 Quam amabat Pamphilus adolescens. 12 Insulam Thracię, Mercurio sacram. 13 Cum Philumenâ non concubuit. 14 Puellam. 15 Ejus puellę, scilicet Myrrhina. 16 Fœtum habentem in utero, gestantem uterum. 17 Philumenam esse gravidam. 18 Mater Pamphili, scilicet Soštrata. 19 Tanquam ægrotam. 20 In domum suam. 21 Revertitur ex Imbro. 22 Resciscit peperisse Philumenam. 23 Non revelat alicui partum puellæ. 24 Quandoquidem honeste non poterat facere. 25 Laches. 26 Dicit eum non velle uxorem recipere, quia amet Bacchidem; ideòque totam culpam transfert in Bacchidem. 27 Excusat, quod sit omnis culpæ expers. 28 Ereptum à Pamphilo Philumenæ & Bacchidi datum. 29 Puellæ. 30 Stupratæ filię suæ. 31 Recognoscit. 32 Philumenam. 33 Quemadmodum pollicitus erat, se velle eam ducere uxorem, ita quoque fecit.

ALIUD M. ANT. MURETI.

PAmphilus, Lachetis è Soſtrata uxore filius, Bacchidem meretricem deperibat: is cum aliquando noctu ad eam temulentus iret, in Philumenam, Lachetis & Myrrhinæ filiam, incidit, eamque in via per vim compreſſit; atque ita effugit, ut neque ipſe eam, neque puella ipſum cognoſcere potuerit. In illa autem lucta etiam annulum ei detraxit, eumque Bacchidi dono dedit: paulo poſt pater eum tum ut à meretricio amore averteret, tum ut præſidium ſuæ ſenectuti pararet, ad uxorē ducendam perpulit. Contigit, ut ea ipſa uxor ei daretur, quam ipſe conſtupraverat: gaudente admodum puellæ matre, quæ, quia ſola conſcia erat filiam è ſtupro gravidam eſſe, quamprimum eam collocare properabat, ut, ſi forte poſt aliquot menſes pareret, nuptiis, quemadmodum ſæpè fit, obtegeretur ſtuprum. Cecidit res longe aliter, ac putabatur: etenim Pamphilus, qui invitiſſimus adjeciſſet animum ad rem uxoriam, quia avellere ſe derepente à Bacchidis amore non poſſet, ita dormit cum uxore, ut eam ne attigerit quidem. Bacchis, quod ea viva nunquam ſe uxorem ducturum, ſæpe ei promiſerat Pamphilus, nonnullam ſibi ab eo factam injuriam putans, multo ei minus, quam ſolebat, placi la & obſequens eſſe cœpit, eo factum eſt, ut Pamphilus ei ſe paulatim ſubduxerit quamq; prius ſpernebat uxorem, ejus mirificum quendam amorem animo conceperit. Interea quiddam accidit, ut iter Pamphilo in Imbrum eſſet: profecto eo, Philumena, quæ intumeſcere ſibi uterum ſentiret, cum aliorum, tum ſocrus inprimis ſuæ conſpectum effugiebat tandem: cum in eo eſſet, ut celare vix poſſe amplius videretur, ſumpta occaſione, per ſacrificandi ſpeciem, ad matrē ſe, unam omnium rerum conſciam, confert. Poſt dies compluſculos mittit Soſtrata, qui eam accerſerent, reſpondetur, ægrotam eſſe: it, ut eam ſaltem viſeret: non admittitur. Phidippus accuſare uxorem, & dicere, hæc omnia illius culpa contingere, illa contra excuſare ſe, & culpam deprecari: nullius ſe rei conſciam eſſe, cur ſua conſuetudo nurui odioſa eſſe debeat. Interea rediit Pamphilus, atq; ita fors tulit, ut quo die ipſe Athenas appulit, eo ipſo, Philumena partu levaretur. Cùm igitur videndi cupidus, (ægrotare enim occeperat, & ita amabat ut qui vehementiſſime) ſubito ad eam ingreſſus eſſet, peperiſſe deprehendit. Ibi eum Myrrhina exeuntem proſecuta, lacrumans, obteſtari cœpit, quando ea res nihil ipſi nocitura eſſet; ne reciperet quidem uxorem, ſi ita videretur: ſed tamen ne famam illius proderet, ita ſe facturum recipit. Cum igitur nec vellet uxorem recipere, neq; rurſum veram afferret cauſam; ſuſpicati ſunt ſenes, eum Bacchidis adhuc amore impeditum, ea de cauſa ab uxore abhorrere. Accerſitam itaq, Bacchidem objurgat Phidippus, ea, cum ſe illi purgaſſet, jubetur ad mulieres ingredi, & eis quoque illam ſuſpicionem adimere. Ingreditur, annulum habens in digito, quem olim Philumenæ ereptum, ſibi dederat Pamphilus. Is annulus effecit, ut vitiatam eſſe ab ipſo Pamphilo Philumenam, cognoſceretur, Lætus Pamphilus & uxorem & filium recipit.

PRO-

*PROLOGUS.

* Duos esse Prologos Faërnus operosè docuit.

[1] *Hecyra est huic nomen fabulæ: [3] hæc cùm [4] data*
Est [5] nova, [6] novum [7] intervênit vitium & [8] calamitas,
Vt neque [9] spectari, neque [10] cognosci [11] potuerit:
[12] Ita populus [13] studio stupidus [14] in funambulo
Animũ [15] occupârat: nunc [16] hęc planè est [17] pro novâ:
Et [18] is, qui [19] scripsit hanc, ob eam [20] rem noluit
[21] Iterum referre, ut [22] iterum possit [23] vendere.
[24] Alias [25] cognôstis [26] ejus: quæso [27] hanc noscite.

ALTER PROLOGUS.

[28] Orator ad vos venio [29] ornatu Prologi,

2 Ἑκυρὰ, *socrus*, ἑκυρὸς, *socer*. Inde autem nomen, quia per socrus & socros (ut Don. in Præfatione) pleraque hîc aguntur.

3 Fabulæ

4 Edita, primùm exhibita est populo. Sic in Prolog. Eun. *Menandri Phasma nunc anper* dedit. 5 Cùm anteà non fuisset acta. 6 Anteà non auditum. 7 Ortum est in ipsâ actione. 8 Infortunium, impedimentum, quia actio subitò est impedita. Metaphora. Suprà Eun. 1,1. eleganter Thaidem vocat *fundi calamitatem.* 9 Agi. 10 Sciri, quâ de re institutum esset argumentum. Τὸ *spectare* ad scenæ apparatum, qui oculis percipitur; τὸ *cognosci* ad intellectum rerum, quæ aguntur in scenâ, referendum. 11 Fabula: q. d. ut neque locus fuerit spectatoribus, neque auditoribus. 12 Tantùm. 13 Præ studio, id est, attentione & admiratione stupens, raptus: q. d. sine judicio. 14 In spectando homine gradiente super funem. *Funambulus* componitur ex *funis* & *ambulo*. *Funambuli* ergo (Græcè σχοινοβάται) sunt, qui per funem protensum ambulant sive ingrediuntur. Quam rem non solùm admirabilem, verùm etiam stupendam olim fuisse, hoc loco Terentius satis indicat. Non enim sine arte summâ id, summoque siebat usu. Atque hinc in proverbium abiit. *Ire per extentum funem*, id est, rem factu perquam difficilem præstare. 15 Intenderat. 16 Fabula quam sum acturus. 17 Tanquam nova, quia non est cognita. 18 Terentius. 19 Composuit. 20 Causam. 21 Denuò exhibere eam in scena spectandam, & proponere Ædilibus. 22 Secundò. 23 Aliis ludis. Reddit enim causam, cur post funambuli spectacula, intermissa fabula denuò introducta non fuerit: ideò scilicet, quia maluit in novos ludos differre, ut tum pro nova vendere t: atque ita maluit avarum Poëtam (ut ait Donatus) inducere, quàm suo operi diffidentem. 24 Fabulas sive Comœdias. 25 Cognovistis. 26 Poëtæ. 27 Comœdiam, scilicet Hecyram. 28 Tanquam legatus aliquid rogaturus, & in conspectu vestro orationem habiturus, quem nefas est violare. Hîc novus incipit Prologus, cùm bis jam exacta fabula, tertio non sine periculo reduceretur, atque adeò Prologo, singulari arte elaborato, indigeret. Loquitur autem L. Ambivius histrio, magnę tum apud populum existimationis. 29 In vestitu sive habitu ejus, qui prologum, id est, præfationem aliquam, & quasi præludium habiturus est. Nam *Prologus* interdum accipitur pro ipsa præfatione; interdum pro eo, qui eam facit præfationem: ut hîc.

Sinite

1 Impetrator petiti, id est, ut hoc impetrem, quod volo. Nam Orator dicitur, quandiu rogat; exorator autem, cùm impetraverit. 2 Eâdem auctoritate in agendis Comœdiis. 3 Me L. Ambivium senem.

Sinite [1] exorator fim, [2] eodem ut jure uti [3] senem
Liceat, quo jure fum usus [4] adolescentior,
[5] Novas qui exactas feci ut invet erascerent,
Ne cum Poëtâ [6] scriptura [7] inveteraſceret. 5
In [8] his, quas primùm [9] Cæcilii [10] didici novas,
[11] Partim ſum earum [12] exactus, partim vix [13] ſtetî.
Quia ſciebam [14] dubiam fortunam eſſe ſcenicam,
Spe incertâ, [15] certum mihi [16] laborem [17] ſuſtuli.
[18] Eaſdem agere cœpi, ut ab [19] eodem alias diſcerem
Novas [20] ſtudioſè, ne [21] illum à [22] ſtudio [23] abducerem, 11
[24] Perfeci, ut ſpectarentur: ubi ſunt [25] cognitæ,
[26] Placitæ ſunt: ita [27] Poëtam reſtitui in [28] locum,
Propè jam [29] remotum [30] injuriâ adverſariûm
Ab ſtudio, atque ab [31] labore, atq; arte [32] Muſicâ. 15
[33] Quòd ſi [34] ſcripturam ſprevîſſem [35] in præſentiâ, &

4 Junior. 5 Qui effeci ut fabulæ explosę tunc, cùm novæ essent, ac primùm darentur in scenam, sæpiùs deinceps agerentur, viverent, in ore hominum essent per novas actiones nostras, ne sc. cum Poëtâ scriptura evanesceret. Antiptôsis. Cæterùm de constructione hac vide Heaut. 1, 1. 6 Poëma. 7 Deficeret, periret, id est, ne hoc studium scribendarum & exhibendarum Comœdiarum simul cum Poëtâ periret. 8 Comœdiis. 9 Veteris Poëtæ Comici. 10 Egi, exhibui. 11 Pro parte, in aliquibus earum fabularum, quod ad partem earum attinet, κατὰ μέρος αὐτῶν. 12 In agendo earum partem explosus, exclusus sum ex scena, ut fieri solet, cùm fabulæ populo non placent. 13 Placui, admissus sim, licuit mihi peragere fabulam, potui obtinere, ut spectarentur Comœdiæ. Quid igitur mirum, si Terentio Poëtæ in unâ accidit, quod Cæcilio in multis? Suprà in Prol. Phorm. *olim cùm* stetit *nova*. Τὸ *stare*, de fabulæ actionis successu dictum est, quod sc. agendo stamus, nec aliter rectè agere liceat. Fabulę autem in actione totæ sunt, cùm ad actus humanos repræsentandos institutæ sint. Hùc facit Horatianum illud: *Secarus cadat, an recto stet fabula talo*, id est, rectè & expedite agatur fabula. 14 Eventum scenarum esse incertum: nam alii habent bonam fortunam in scenis, id est, in theatris fabulas agendo: alii malam. Q. d. Quia favor & studia spectatorum sunt varia & dubia. 15 Indubitabilem. 16 In Comœdiis exhibendis. 17 Cepi. 18 Fabulas sive Comœdias Cæcilii exactas iterum referre. 19 Cæcilio. 20 Accurate, diligenter. 21 Cæcilium Poëtam. 22 Scribendarum Comœdiarum. 23 Deterrerem, id est, ut provocarem Poëtam per iteratas illas actiones nostras, ad alias Comœdias componendas, quas postmodum recitandas ediscerem. 24 Impetravi tandem mea diligentia. 25 Comœdiæ Cæcilii, quæ antea erant exactæ. 26 Placuerunt populo. 27 Cęcilium. 28 Pristinum statum scribendi Comœdias. 29 Alienatum. 30 Iniquitate, malitiâ adversariorũ. 31 Scribendi Comœdias. 32 Poëticâ. 33 A consequentibus incommodis. 34 Cæcilii Comœdias contempsissem. 35 Statim, in editionis primæ tempore, cùm à populo spernerentur & explodérentur Cæcilii Comœdiæ.

1 In deterrendo voluissem 2 operam sumere,
Vt 3 in otio esset, potiùs quàm in 4 negotio;
Deterruissem facilè, ne 5 alias 6 scriberet.
Nunc quid 7 petam, mea causa, æquo animo 8 attendite.
9 Hecyram ad vos 10 refero, quam mihi 11 per silentiũ
Nunquam agere licitum est, ita eam 12 oppressit 13 calamitas
Eam 14 calamitatem vestra 15 intelligentia
16 Sedabit, si erit adjutrix nostræ 17 industriæ.
Cùm primùm 18 eam agere cœpi, 19 pugilum gloria,
20 Funambuli 21 eôdem 22 accessit 23 exspectatio:
24 Comitum conventus, 25 strepitus, 26 clamor mulierũ
Fecêre, ut 27 ante tempus 28 exirem foras.
29 Vetere in 30 novâ cœpi uti consuetudine,

1 In dehortando & defigendo illum à studio.
2 Operam sumere, id est, laborare.
3 Ut in totum desisteret scribere Comœdias.
4 Quàm ut occupatus esset scribendis & edendis Comœdiis.

5 Comœdias. 6 Componeret. 7 Rogem vos tanquam Oratores 8 Considerate vos auditores. 9 Hanc fabulam sic à *socru* nominatam, antea bis explosam. 10 Reporto, ut spectetur. 11 Sine aliquo impedimento, faventibus spectatoribus. 12 Obruit. 13 Infortunium, malus eventus, explosio Metaphora. 14 Explosionem, quâ est oppressa Comœdia. 15 Prudentia, & ad eam cognoscendam attentio. 16 Mitigabit, placabit. 17 Diligentiæ. 18 Hecyram Comœdiam. 19 Certantium gloria, id est, pugiles sive gladiatores glorioſi, qui pro gloria pugnant, & quorum victoriæ maximè glorioſæ solent esse. *Pugiles* dicuntur à *pugnâ*, & *pugna* dicitur à *pugne*: veteres enim ante usum ferri & armorum pugnis & calcibus, & morsibus, corporumque luctatione certabant. Al. *pugilum gratia*, id est, pugilum certamen populo gratũ. Horatius tractavit hunc locum Epist. 2, 1. *Sæpe etiam audacem fugat hoc terretque Poëtam: Quòd numero plures, virtute & honore minores, indocti stolidique & depugnare parati, Si discordet eques, media inter carmina poscunt Aut ursum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet.* 20 Gradientis super funem. 21 Ad eundem locum, ubi inceperam agere hanc fabulam: *vel*, cum secundò ageretur. 22 Advênit, intervênit ei actioni. 23 Desiderium. 24 Concursus, turba vel sectatorum, qui pugiles affectantur, vel servorum, qui dominos sequuntur. Ita enim mos fuit, ut in media sæpè Comœdia aut Tragœdia venationem, aut aliquot gladiatorum paria poscerent, tædii levandi gratia. 25 Certamen diversis faventium in theatro. Al. *strepitus*, id est, pedum tumultus sive manuum se mutuò collidentium. 26 Vociferatio. Republicâ Romæ constituta, ne turbæ essent in theatro, suus cuique locus attributus est, orchestra Senatoribus, quatuordecim ordines equitibus, media caveæ viris, summa fœminis. 27 Ante completam fabulæ actionem priusquam ad finem deducta esset Comœdia. 28 Scenâ exigerer. 29 Quâ usus fueram olim in Cæcilianis fabulis, quâ explosas referebam. 30 Comœdia Hecyra exhibenda, in quâ primò excluſus est Poëta: nam in aliis Comœdiis nunquam fuerat excluſus. Novæ enim Terentii Comœdiæ, si cum Cæcilianis comparentur.

1 *In experiundo ut essem : 2 refero denuò :*
3 *Primo actu 4 placeo: cùm 5 intereà 6 rumor venit,*
7 *Datum iri gladiatores : populus 8 convolat :*
9 *Tumultuantur, 10 clamant, 11 pugnant de loco.*
Ego 12 intereà meum non potui 13 tutari 14 locum.
Nunc 15 turba nulla est : 16 otium & 17 silentium est.
18 *Agendi 19 tempus mihi 19 datum est : vobis datur*
20 *Potestas 21 condecorandi 22 ludos scenicos.*
Nolite 23 sinere per 24 vos artem 25 Musicam
26 *Recidere ad paucos : facite, ut 27 vestra auctoritas*
28 *Meæ auctoritati fautrix adjutrixque sit.*
Si nunquam 29 avarè statui pretium 30 arti meæ,
31 *Et eum esse quæstum in animum induxi maximum,*
Quàm maximè 32 servire vestris commodis ;

1 Ut denuò experirer probaremque, an actioni quietus posset dari locus. *Sed quid tentare nocebit?* Ovid.

2 Iterum reporto in scenam Comœdiam.

3 In prima parte Comœdiæ, quæ dividitur in quinque actus. 4 Spectatoribus. 5 Inter agendum. 6 Fama spargitur. 7 Exhibendos esse ab Ædilibus eos, qui ensibus digladiantur. 8 Celeriter currit, concurrit, rumore audito, ad eos spectandos. Metaphora, qua exprimit studium & desiderium vulgi. 9 Tumultum excitant, ut viderent nova. 10 Vociferantur. 11 Certant, contendunt propter locum, sc. habendum ad spectandum. 12 In tanto tumultu. 13 Servare, defendere. 14 In quo agebam Comœdiam: quinimò mihi exeundum fuit propter tumultum & contentionem populi. 15 Turbatio, tumultus, ut antea. 16 Quies, tranquillitas. 17 Taciturnitas. 18 Recitandi Comœdiam. 19 Donatus: *ab Ædilibus scilicet.* Non puto: *tempus* est hîc opportunitas, καιρὸς, εὐκαιρία: quia turbæ nullæ sunt, ideò tempus mihi opportunum datur ad agendum. 20 Facultas, occasio. 21 Ornandi, honestandi silentio vestro. 22 Ludos theatrales, id est, Comœdias, quæ in scenis aguntur. 23 Permittere. 24 Spectatores, id est, per vestrum contemptum. 25 Studium Poëticum. sic suprà, *atque ab arte Musicâ.* 26 Reduci, pervenire ad paucos Comicos vel Poëtas, id est, ut Poëtæ in contemptum veniant: ex *re* & *cado* componitur. 27 Tribuit histrio sub persona Prologi & Populo & sibi *authoritatem*, sed alia atque alia significatione. Nempe *author* duo præcipuè denotat, quorum utrumq; hujus est loci. Nam & qui exemplo præit, *author* dicitur (ut in Prol. And. *quos hic noster* authores *habet*) & qui alienum factũ suo suffragio approbat: sic apud Liv. *patres authores fieri* dicuntur ejus, quod Populus decreverat, cùm id suo decreto comprobantes, ratũ habebant. Suam ergo cùm dixit hîc Orator *authoritatem*, significat se Populo, velut exemplo, præire ad fovendum studium Musicum, dum labori non parcit, quin iterum atque iterum agendo *exactas novas faciat ut inveterascant.* Quòd verò postulat, ut Populi *authoritas sua authoritati fautrix adjutrixque sit*, nihil est aliud quàm si roget, ut hunc ipsius conatum & industriam suo favore & auxilio commendet & comprobet. 28 Mihi, qui vobis exemplo præeo ad fovendũ studium Musicum, faveat & adjuvet. 29 Cupide, avarorum more constitui, destinavi. Hi tres versus ex Prol. Heaut. desumpti sunt. 30 Histrioniæ. 31 Et illud esse lucrum maximum persuasi, existimavi. 32 Incumbere vestræ utilitati, quærere communem utilitatem.

Sinito

Sinite [1] *impetrare me, qui in tutelam meam*
Studium suum, & se in vestram commisit fidem,
Ne eum circumventum inquè [2] *iniqui irrideant.*
[3] *Meâ causâ causam hanc* [4] *accipite, & silentium*
[5] *Date, ut libeat* [6] *scribere* [7] *aliis, mihique ut discere*
[8] *Novas* [9] *expediat, posthac* [10] *pretio* [11] *emptas meo.*

1 Hoc à vobis. 2 Poëtæ nomine. Ordo est: *Sinite me impetrare, ne iniqui*, id est, injusti, malevoli æstimatores, *irrideant*, id est, deludant, *iniquè*, id est, injustè & improbè, *eum se* Poëtam, *circumventum*, id est, deceptū, oppressum, *qui*, sc. Poëta, *commisit*, id est, credidit ac deposuit *studium suum*, id est, artem Poëticam, *in tutelam meam*, id est, in defensionem meam, & *qui commisit se*, id est, suam personam, *in vestram fidem*, id est, benevolentiam. 3 Meo nomine, quia sum Orator. Peroratio, quâ cupit eos linguæ favere, ut animus Poëtæ ad novas fabulas conscribendas excitetur. 4 Adversùs maledicos defendendam suscipite. 5 Nobis, id est, attentè audite hanc Comœdiam. 6 Comœdias componere. 7 Poëtis. 8 Comœdias, quas in conspectu vestro agam. 9 Utile sit. 10 Pretio à me statuto, id est, Comœdiarum æstimatione à me factâ. 11 Ab Ædilibus Ædil. enim à Poëtis fabulas emebant, æstimatione priùs facta ab eo, qui acturus erat.

ACTUS I. SCENA. I.

PHILOTIS, SYRA.

TH. [1] *Per pol quàm paucos* [2] *reperias meretricibus*
[3] *Fideles evenire amatores, Syra.*
[4] *Vel hic Pamphilus jurabat quoties* [5] *Bacchidi,*
Quàm [6] *sanctè, ut quivis facilè posset* [7] *credere,*
Nunquam, [8] *illa* [9] *vivâ, ducturum uxorem domum:*
[10] *En!* [11] *dixit. SY. ergo* [12] *propterea te sedulò*
Et [13] *moneo, &* [14] *hortor, ne* [15] *cujusquam* [16] *misereat,*

1 Profectò perquàm, id est, valdè paucos. Tmesis est. 5 Philotis & Syra indignè ferunt, Pamphilum, uxorem duxisse, relictâ, quam amare videbatur, Bacchide. 2 Aliquis reperire possit. 3 Pauci sunt in amore fideles. Sic Andr. 3, 1. *Ita pol quidem res est, ut dixti, Lesbia, Fidelem haud fermè mulieri invenias virum.* 4 Etiam. 5 Meretrici. 6 Firmè, religiose, per sancta quæque, Deos, sacra, Deorum templa: id enim est *sanctè jurare*. Sic infrà 2, 2. *sanctè adjurat, Non posse apud vos, Pamphilo se absente perdurare.* 7 Ex eo juramento. 8 Bacchide. 9 Quamdiu viveret. 10 Al. *hem!* quod demonstrantis est cum indignatione. 11 Uxorem Pamphilus, scilicet Philumenam, relicta Bacchide. 12 Quia pauci reperiuntur fideles. 13 Consilio. 14 Impulsu. 15 Amatoris. 16 Scilicet *te*, id est, misereatur.

Quin

Quin [1] *ſpolies,* [2] *mutiles,* [3] *laceres,* [4] *quemque nacta ſis.*

PH. [5] *Vti-n' eximium neminem habeam?* SY. [6] *neminem:*

Nam nemo [7] *illorum quiſquam, ſcito, ad te venit,*
Quin ita [8] *paret ſeſe,* [9] *abs te ut* [10] *blanditiis ſuis*
Quàm minimo pretio ſuam voluptatem [11] *expleat*
[12] *Hiſcine tu,* [13] *amabo, non* [14] *contrà inſidiabere?*

PH. *Tamen* [15] *eandem pol eſſe omnibus,* [16] *injurium eſt.*

SY. *Injurium eſt* [17] *autem* [18] *ulciſci* [19] *adverſarios?*
Aut [20] *quâ viâ* [21] *captent te illi,* [22] *eâdem ipſos* [23] *capi?*

Eheu me miſeram! cur non aut [25] *iſtæc mihi*
[26] *Ætas &* [27] *forma eſt, aut tibi* [28] *hæc ſententia?*

1 Exuas, non minimam partem auferas: id enim eſt *ſpoliare.* 2 Immminuas & detrahas aliquid, ſinè quo totum non poteſt conſiſtere. Unde *mutili* dicti ſunt boves aut capri ſinè cornibus. 3 Ita laniet, ut nihil reliquum ſit, quod minuas. Eſt inſigne in his verbis incrementum. 4 Quemcunque amatorem inveneris & allexeris tuis illecebris. 5 An ita lacerabo omnes amatores, ut neminem habeam ſeparatum ab aliis, præcipuum, præter alios charum, quem præ cæteris amem? Metaphora à pecoribus ſumpta eſt, Nam *eximia pecora* dicuntur, quæ à grege excepta ſunt, ut uberiùs paſcantur. 6 Eximium habeas, cujus te miſereſcat. 7 Amatorum. 8 Diſponat, comparet ſe, hoc agat, eo ſit animo. Suprà Eun. 2,2. *Ita-ne paraſti te.* 9 Apud. 10 Sermonibus ſuis blandis. 11 Satiet, id eſt, ſuæ libidini ſatisfaciat. Sic Andr. 1,2. *ſivi animum ut expleret ſuum.* 12 Talibus amatoribus. 13 Particula blandientis: quaſi rogo te per amorem. 14 Ex adverſo, ex oppoſito inſidias ſtrues, par pari referes? 15 Æqualis affectionis, id eſt, omnes eodem tractare modo, eodem animo affectam eſſe erga omnes. 16 Iniquum, injuſtum. 17 Habet hîc ſignificationem indignantis, & vim Adverbii. 18 Punire. Sic Andr. 3,5. *Nunque hoccè tempus præcavere mihi me, haud te* ulciſci *ſinit.* 19 Amatores, qui inſidiantur nobis? 20 Quo modo. 21 Studeant decipere. 22 Scilicet *viâ.* 23 Decipi. Plaut. *Tu ſi me impudicitiæ* captas, *non poteſ* capere, 24 Interjectio dolentis lenæ, id eſt, venditricis puellarum, ſe non poſſe perſuadere meretrici, ut id faciat, quod ſua let, & ſimul deſiderantis eam habere formam, quâ id facere poſſet. Non diſſimile eſt illud Auſonii: *Nunc piget, & queraris, quòd non aut iſta voluntas Tunc fuit, aut non eſt nunc ea forma tibi.* 25 Tua. 26 Juvenilis. 27 Pulchritudo. Quibus verbis ſignificat, ſe eſſe anum & deformem. 28 Mea opinio, ſc. decipiendi amatores.

ACTUS I. SCENA II.

PARMENO, PHILOTIS, SYRA.

PH. [1] SEnex si quæret me, [3] modò [4] isse [5] dicito
Ad portum, percontatum [6] adventum Pamphili.
[7] Audin', quid dicam, [8] Scirte? si [9] quæret me, uti
Tum [10] dicas: si non [11] quæret, [12] nullus dixeris,
[13] Aliâs ut uti possim [14] causâ hac integrâ.
Sed videon' ego [15] Philotium? [16] undè hæc advenit?
Philotis, salve multum. PH. ô [17] *salve Parmeno.*
SY. *Salve [18] mecastor, Parmeno.* PA. *& tu ædepol, [19] Syra.*
Dic mihi, Philoti, ubi te oblectasti tam diu?
PH. [20] *Minimè me equidem oblectavi, quę cum milite*
[21] Corinthum [22] hinc sum profecta inhumanissimo: [11]
[23] Biennium [24] ibi [25] perpetuum misera [26] illum tuli.
PA. [27] *Ædepol te desiderium [28] Athenarum arbitror,*
Philotium, cepisse sæpè, & te tuum
[29] Consilium [30] contempsisse. PH. *neu dici potest,* [15]
Quàm cupida [31] eram [32] hùc redeundi, & abeundi à milite,

1 Lachet. Redeunti peregrè Philoti Parmeno totius fabulæ argumentum narrat.
2 Domum rediens.
3 Paulò antè.
4 Iviſſe, abiiſſe me. Syncope.
5 Seni.
6 De reditu. Erat enim in Imbrum profectus propter hæreditatem. 7 Intelligisne. 8 Muta persona inducitur. 9 Senex demum rediens. 10 Me iviſſe ad portum, percunctatum adventum Pamphili. 11 Me. 12 Non, minimè. Nomen pro Adverbio: ut *nullus sum*, id est, non sum, perii. Sic Andr. 2, 2. *Liberatus sum, Dave, hodiè tuâ operâ.* D. *At* nullus *quidem*, id est, non, minimè liberatus es. 13 Alio tempore. 14 Prætextu, excusatione hac non alias dicta, id est, ut alias possim hanc causam prætendere. *Integrum* dicitur, cui nihil deest. Hinc Metaphoricè *rem* vel *causam integram* dicimus, in quâ re vel causâ nihil immutatum est. Cic. *Itaque Alexandrina* causa, *quæ nobis adhùc* integra *est*, id est, de qua causa adhùc nihil a Senatu decretum est. 15 Meretricem. 16 Adveniebat autem Corintho Athenas. 17 Resalutantis vox. 18 Jurantis Adverbium est, quasi per ædem Castoris, *vel*, me Castor juvet; sicut *ædepol*, per ædem Pollucis. 19 Sc. *salve*. 20 Nequaquam. 21 Urbem illam Græciæ. 22 Athenis. 23 Spatium duorum annorum. 24 Corinthi. 25 Continuum, totum, sinè intermissione. 26 Mores ejus militis passa sum, pertuli, toleravi. Infrà 4, 3. *ibi ego te, & tu me feres.* 27 Certe puto te sæpè desideraſſe & requisiviſſe Athenas. Dicimus, *urbis desiderium cepit me, tenuit me, affecit me*: sicuti dicimus, *cepit me odium*, vel *tædium*, vel *satietas urbis*. 28 Redeundi Athenas. 29 Propositum, quo Corinthum cum milite iveras. 30 Improbaſſe, repudiaſſe, id est, tui te consilii pœnituisse. 31 Pro *issem*. 32 Athenas.

Vosque

Vosque [1] *hîc videndi, antiquâ ut consuetudine*
[2] *Agitarem inter vos* [3] *liberè convivium:*
Nam [4] *illic haud licebat, nisi* [5] *præfinito, loqui,*
Quæ [6] *illi placerent.* PA. *haud opinor* [7] *commodè*
[8] *Finem statuisse* [9] *orationi militem.*
PH. *Sed* [10] *quid hoc negotii est, modo quod* [11] *narravit mihi*
Hîc intùs Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, ut [12] *ille,* [13] *hac vivâ, posset* [14] *animum inducere*
Uxorem habere. PA. *habere* [15] *autem?* PH. *eho tu, an non habet?*
PA. *Habet: sed* [16] *firmæ hæ vereor* [17] *ut sint* [18] *nuptiæ.*
PH. [19] *Ita Dii Deæq; faxint, si in* [20] *rem est Bacchidis.*
Sed [21] *quî istuc credam* [22] *ita esse? dic mihi, Parmeno.*
PA. *Non est opus* [23] *prolato:* [24] *hoc* [25] *percunctarier*
Desiste. PH. [26] *nempe eâ causâ, ut ne id fiat palàm.*
[27] *Ita me Dii amabunt, haud propterea te rogo, ut* [28] *Hoc proferam,* [29] *sed tacita ut mecum gaudeam.*
PA. *Nunquam dices tam* [30] *commodè,* [31] *ut tergum meum*
Tuam in fidem committam. PH. *ah* [32] *noli, Parmeno:*

1 Athenis. 2 Celebrarem. Sic suprà in Heaut. *Agitare Dionysia.* Plaut. Mil. 2, 2, 10. *Accuratè, ut sinè talis domi agitent convivium.* 3 Sinè metu, subjectione, in libertate meâ. 4 Corinthi apud militem. 5 Determinato, certo, præscripto loco, tempore, modo, &c. præfinitè, ὡρισμένως. Cujus exemplum est apud Plaut. Asin. 4, 1. 6 Mihi. 7 Aptè, benè pro tuâ cupiditate, jucunde, ἡδέως. 8 Terminum seu modum constituisse, præscripsisse. 9 Tuo sermoni. 10 Quid hoc rei est, quid hoc sibi vult? 11 De Pamphilo, scilicet Pamphilum uxorem duxisse. 12 Pamphilus. 13 Bacchide. 14 Sibi persuadere, aut imperare. 15 Qui dicis eum habere uxorem? prope est, ut non habeat. Indignantis hîc significationem habet. 16 Stabiles. 17 Ne non. Particula *ut*, cum verbis *metuo, timeo, vereor*, pro ne non sumitur. Sic Andr. 2, 2. *Id para, ne ducas tu illam; tu autem*, ut *ducas*, id est, ne non. 18 Hoc conjugium. 19 Ut non sint firmæ nuptiæ. 20 Utilitatem, commodum, id est, si utile est Bacchidi. Nam *res* sæpe sumitur pro utilitate. Suprà in And. *Si in rem est utrique.* 21 Quomodo. 22 Nuptias istas parùm firmas esse. 23 Proferri, ut proferatur. 24 Quare nuptiæ non sint futuræ firmæ. 25 Inquirere nimis curiosè cessa. 26 Sc. non est opus prolato propter eam causam, ne per me aliis innotescat, quod mihi dixeris. 27 Profectò. Modus jurandi. 28 Prodam, dicam Bacchidi vel aliis. 29 Sed ut tacitam apud me voluptatem sentiam, atque in sinu gaudeam. 30 Apte, blande, id est, nunquam hoc persuadebis mihi, etiamsi optimis verbis utaris. 31 Ut dorsum meum tuæ fidelitati credam, id est, ut vellem tua causa periclitari & plagas excipere. Alludit ad pœnam servorum, quorum tergum erat flagellorum seminarium & seges, apud Plautum. 32 Committere tergum tuum mihi. Hoc εἰρωνικῶς. Philotis dicit, ut ex sequentibus patet. Alii sic: Noli dicere talia, noli tantopere denegare, tergiversari.

Quasi

Quasi tu non multò malis narrare [1] *hoc mihi,*
Quàm [2] *ego, quæ percunctor, scire.* PA. [3] *vera* [4] *hæc prædicat:*
Et mihi [5] *illud vitium maximum est: si mihi* [6] *fidem*
Das te taciturum, [7] *dicam.* PH. [8] *ad ingenium redis.*
[9] *Fidem do, loquere.* PA. *ausculta.* PH. [10] *istic sum.*
PA. *hanc Bacchidem*
Amabat, [11] *ut cùm maximè, tum Pamphilus,*
[12] *Cùm* [13] *pater,* [14] *uxorem ut ducat, orare occipit:*
[15] *Et hæc, communia omnium quæ sunt patrum,*
Sese senem esse dicere, [16] *illum autem* [17] *unicum:*
[18] *Præsidium velle se senectuti suæ.*
[19] *Ille* [20] *se primò* [21] *negare: sed postquam* [22] *acriùs*
[23] *Pater* [24] *instat, fecit* [25] *animi ut incertus foret,*
[26] *Puderi n'an-ne* [27] *amori* [28] *obsequeretur magis.*
[29] *Tundendo atq;* [30] *odio* [31] *deniq;* [32] *effecit* [33] *senex:*
[34] *Despondit* [35] *ei* [36] *gnatam hujus* [37] *vicini proximi.*

1 De infirmis animis.
2 Scilicet *vetim.*
3 Veritatem.
4 Hæc Parmeno secum, ut Philotis non audiat.
5 Mulier Philotis.
6 Non posse tacere.
7 Sanctè promittis. Hoc clarè dicit.
8 Ad pristinos mores, ad naturam servorum, quæ est tacere non posse, redis, à quâ recessisse videbaris. 9 Sanctè promitto me taciturum. 10 Tota versor in audiendo, quid sis dicturus. 11 Pamphilus amabat hanc Bacchidem tum, ut cùm maximè, scilicet *amabat*, id est, nunquam magis, quàm tùm, amaverat, ita amabat Bacchidem, ut magis amare non posset. 12 Quando. 13 Laches. 14 Philumenam. 15 Et cùm pater occipit dicere hæc, quæ ab omnibus patribus dici solent, scilicet se esse senem, ac proinde non amplius idoneum ad ferendos labores. 16 Pamphilum. 17 Sc. filium, sine fratribus esse, & ideò fluxum & incertum suæ senectutis præsidium. 18 Lenimen, auxilium aliquod, successorem aliquem, vel sobolem, quæ senectuti præsidium est, cupere se. Nam liberi sunt patri, senio confecto, novum robur, & velut baculi senectutis, quibus innitatur, & gressus firmet: πατρὶ γὰρ γηράσκοντι νέον δέ ἐστι βίότος υἱέες εἰσιν. *Præsidium* propriè vocantur equites & milites, qui ad defendendam urbem vel arcem contra insultus hostium à principe collocati seu positi sunt. 19 Pamphilus. 20 Ducturum uxorem. 21 Negabat, vel cœpit negare. 22 Vehementius. 23 Laches. 24 Urget, sc. ut ducat uxorem. 25 Animo, id est, fecit pater acriùs instando, ut filius Pamphilus esset dubius, quid facto sibi opus foret. 26 Honestatis, verecundiæ, quâ afficeretur à patre, si ei non obsequeretur. 27 Bacchidis, spreto pudore patris, id est, an faceret, quod pudor & honestas, & pietas erga patrem postulabat, an deberet fidem datam Bacchidi præstare, cùm obstaret voluntas & imperium patris. Ovid. *Pudor est, qui suadeat illine, Hinc dissuadet amor.* 28 Obsequeretur. 29 Sæpiùs eadem rogando, repetendo, obtundendo Metaphora à fabrorum malleo. 30 Assiduitate, importunitate, instantia: *indè odiosus*, id est, molestus, importunus, instans. 31 Post multa. 32 Magno conatu fecit, ut filius pudori magis, quàm amori, obsequeretur, ac se uxorem ducturum promitteret. 33 Laches, pater Pamphili. 34 Sponsam fieri curavit. 35 Pamphilo. 36 Filiam, scilicet Philumenam. 37 Phidippi.

1 *Vsque illud visum est Pamphilo neutiquam grave,*
Donec jam in ipsis nuptiis. Postquam videt
Paratas, nec moram ullam, quin ducat, dari;
Ibi demùm ita ægrè tulit, ut ipsam Bacchidem,
Si adesset, ejus credo, commisereceret.
Vbicunque datum erat spatium solitudinis,
Vt colloqui mecum unà posset: Parmeno,
Perii! quid ego egi? in quod me conjeci malum?
Non potero hoc ferre, Parmeno: perii miser!
PH. *At te Dii Deæque perdant cum isto odio, Laches.*
PA. *Ad pauca ut redeam, uxorem deducit domum.*
Nocte illâ primâ virginem non attigit:
Quę consecuta est nox, eam nihilo magis.
PH. *Quid ais? cum virgine unà adolescens cubuerit,*
Plus potus, sese illâ abstinere ut potuerit?
Non verisimile dicis: nec verum arbitror.
PA. *Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit,*
Nisi cupiens tui: ille invitus illam duxerat.
PH. *Quid deinde fit?* PA. *diebus sanè paucis*
Pòst, Pamphilus me solum seducit foras,

2 Aliquandiu, per aliquod tempus.
2 Desponderi sibi eam filiam, vel uxorem ducere.
3 Minimè, nullo modo molestum.
4 In ipso nuptiarum tempore & celebritate.
5 Pamphilus.
6 Nuptias.
7 Spatium, dilationem.
8 Ut non ducat vicini filiam.
9 Tunc demique, scilicet post contractum matrimonium. 10 Tam perturbato animo fuit. 11 Quæ nunc accusat eum. 12 Bacchis. 13 Pamphili. 14 In quocunque loco poteramus esse soli, remotis arbitris. 15 Concessum. 16 Sc. *dicebat*: ἔλλειψις κατὰ μίμησιν. 17 Quod a sensus fuerim desponsationi isti. 18 Præcipitem egi. 19 Perferre, tolerare, ut habeam uxorem. 20 Apostrophe & increpatio ad absentem. 21 Tua instantia & molestia, ut duceret uxorem. Quasi Laches non inductus amore filii, eum ad matrimonium a legisset, sed odio Bacchidis. 22 Ut breviter dicam, ut paucis absolvam narrationem. Sic Phorm. 4. 3. *Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias.* 23 Pamphilus. 24 Plenâ amoris & suavitatis. 25 Ordo est: Pamphilus *attigit nihilo magis*, id est, non magis attigit eam, id est, itidem, similiter eam non attigit, sc. illâ nocte, *qua nox consecuta est* eam, sc. noctem primam. Hîc Donatus ineptè argutari videtur. 26 Simul. 27 Bevè inebriatus, plus solito potus, ut in nuptiis fieri solet. Nam teste Ovidio, *Venus in vinis, ignis in igne furit.* Et: *Vina parant animos.* Quandoquidem *proximus est locus à Libero Baccho, ad incertam Venerem*, ut ait Valer. Max. 28 Probabile, & quod nec speciem quidem habeat veritatis. 29 Quod non dicam verisimile. 30 Nullus amator. 31 Pamphilus. 32 Nolens. 33 Intra paucos dies Pòst. 34 Seorsùm dicit.

[1] *Narratque,* [2] *ut virgo* 3 *abse* [4] *integra etiam stum fiet :*
Seque [6] *antè, eam quàm uxorem duxisset domum,*
Speraſſe, [7] *eas tolerare posse nuptias.*
[8] *Sed quam decrêrim me non posse diutiùs*
Habere, eam ludibrio haberi, Parmeno,
Quin integram itidem reddam, ut accepi à suis,
Neque honestum mihi, neque utile ipsi virgini est.
PH. [9] *Pium ac* [10] *pudicũ* [11] *ingeniũ narras Pamphili.*
PA. [12] *Hoc ego* [13] *proferre,* [14] *incommodum esse mihi arbitror :*
[15] *Reddi* [16] *patri autem,* [17] *cui tu nihil dicas* [18] *vitii,*
[19] *Superbum est : sed* [20] *illam spero, ubi* [21] *hoc* [22] *cognoverit,*
Non posse se [23] *mecum esse, abituram denique.*
PH. [24] *Quid interea ? ibat-ne ad Bacchidem ?* PA. [25] *quotidiè :*
Sed, [26] *ut fit, postquam* [27] *hunc* [28] *alienum ab sese* [29] *videt,*
[30] *Maligna multò & magis* [31] *procax facta* [32] *illicò* [33] *est.*
PH. *Non ædepol* 34 *mirum.* PA. *atque* 35 *ea res multò maximè*

1 Mihi.
2 Quomodo.
3 Quantum ad se attinet.
4 Incorrupta, intacta.
5 Per aliquot dies.
6 Antequam eam uxorem, &c.
7 Posse habere hanc uxorem.
8 Subjungit Parmeno verba Pamphili. Ordo est : *Sed* & *Parmeno, neque est honestum mihi, neque utile ipsi virgini, eam habere ludibrio,* id est, vitiari, stuprari à me, *quin,* id est, ita ut non, *reddam* eam *integram,* id est, castam, intactã, incorruptam, *itidem,* id est, eodem modo, *ut,* id est, talem, qualem *accepi à suis,* sc. parentibus, *quam* sc. virginem, *decrerim,* id est, decreverim, statuerim, *me non posse habere,* id est, retinere mecum, *diutius.* 9 Erga meretricem Bacchidem. 10 Castum erga virginem. 11 Naturam. 12 Quod nunc dixi, sc. me integram velle reddere eam. Prosequitur Parmeno Pamphili verba. 13 Dicere, divulgare, notum facere. 14 Inutile, periculosum, propter patris iram, qui auctor istarum nuptiarum. 15 Eam puellam. 16 Proprio patri Phidippo. 17 Quam non possis honestè culpare & repudiare, quam nullius vitii accuses, damnes, id est, sinè justæ causæ allegatione. *Vitium dicere alicui, est vitii accusare.* Plaut. Asin. 5, 2. *fuxo ut scias, Quid periculi sit, Dotata uxori* vitium dicere. 18 Culpæ uxoriæ, ut exponit Donatus. 19 Superbiæ 20 Uxorem meam. 21 Quod amo Bacchidem. 22 Pamphilus. 23 Uxoris loco. 24 Faciebat Pamphilus ? 25 Ibat ad Bacchidem. 26 Sicut fieri solet. 27 Pamphilum. 28 Alienatum, id est, Pamphilum duxisse uxorem. 29 Bacchis. 30 Difficilis & superba. 31 Petulans, impudens. *Procare* enim, est petere : nam qui multum petit, impudens est & procax in petendo. 32 Nuptiis celebratis. 33 Bacchis. 34 Si Bacchis sit facta multò magis procax propter id, quod fecit Pamphilus, fidem non præstando. 35 Talis malignitas & procacitas.

1 Abalienavit, abstraxit. Metaphora. 2 Pamphilum. 3 Bacchide. 4 Mores suos. 5 Bacchidem esse malam meretricem. 6 Uxorem Philumenam esse modestã. 7 Ad comparationem æstimans, id est, comparans mores

[1] *Disjunxit* [2] *illum ab* [3] *illâ, postquam & ipse* [4] *se*
Et [5] *illam, &* [6] *hanc, quæ domi erat, cognovit satis,*
[7] *Ad exemplum ambarum mores earum æstimans.* [8]
[8] *Hæc,* [9] *ita uti liberali esse ingenio decet,*
[10] *Pudens,* [11] *modesta,* [12] *incommoda atque* [13] *injurias* 90
[14] *Viri omnes* [15] *ferre, &* [16] *tegere contumelias.*
[17] *Hîc* [18] *animus partim* [19] *uxoris misericordiâ*
[20] *Devictus,* [21] *partim* [22] *victus* [23] *hujus injuriis,*
[24] *Paulatim elapsus est Bacchidi, atq;* [25] *huic* [26] *transtulit*
Amorem, postquam [27] *par ingenium nactus est,* 95
[28] *Interea in* [29] *Imbro moritur* [30] *cognatus senex*
[31] *Horum;* [32] *ea ad* [33] *hos* [34] *redibat lege hæreditas.*
[35] *Eò* [36] *amantem* [37] *invitum Pamphilum* [38] *extrudit* [39] *pater,*
[40] *Relinquit cum* [41] *matre* [42] *hîc uxorem: nam*
[43] *senex*

Bacchidis & Philumenæ, & de utriusque moribus ex hac comparatione judicans, ut sequitur. 8 Uxor Philumena. Collatio Philumenæ & Bacchidis. 9 Ut decet uxorem, quæ liberali ac modesto sit ingenio, id est, quæ bonæ ac honestę sit naturę. Posterius autem membrum comparationis consultò omittit, ne, Bacchidem absentem infectando, præsentem Philotim offenderet. 10 Verecunda. 11 Benè morata. 12 Importunitates, molestias. 13 Iniquitates. 14 Mariti sui Pamphili. 15 Ferebat. 16 Tegebat silentio, id est, celabat, ne ejusmodi contumeliæ, quibus afficiebatur, à quoquam resciscerentur. 17 Tunc, postquã &c. Pamphilus hæc omnia comparavit. 18 Ejus, sc. Pamphili. 19 Miseratione, commiseratione erga uxorem, quâ miserebatur uxoris, quia videbat optimos mores in conjuge. Nam Gentivi *Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri*, subjecti nominibus affectuum, ut sunt *odium, amor, misericordia, desiderium*, &c. passionem significant: ut *amor tui*, id est, quo tu amaris à me. 20 Superatus, multùm motus. Al. *devinctus*, id est, adjunctus, obligatus. 21 Ex altera parte. 22 Deflexus, separatus. 23 Bacchidis improbitate & malignitate. 24 Sensim se subduxit, donec posteà omninò abstineret consuetudine Bacchidis. 25 Ad vel in hanc uxorem Philumenam. Al. *hâc*. 26 A Bacchide, id est, cœpit amare Philumenam. 27 Naturam suæ naturæ similem ac congruentem: ille *pius ac pudicus*, ut paulò superiùs; hæc *pudens, modesta*, &c. ut modò. 28 Dum viverent inter se familiarissime. 29 Insulâ Thraciæ proximâ. 30 De cognatione. 31 Pamphili & patris sui Lachetis, dominorum meorum. 32 Quam cognatus senex reliquit. 33 Pamphilum & patrem. 34 Attinebat jure. 35 In Imbrum. 36 Amore suæ uxoris captum. 37 Nolentem. 38 Quasi manibus expellit. Nam propriè *extrudere* dicitur, qui manibus expelit. Est autem hoc verbum necessitatis & aptum importunitati. 39 Laches. 40 Pamphilus. 41 Sostratâ. 42 Athenis. 43 Pater ejus Laches.

1 *Rus*

[1] *Rus abdidit se: hùc rarò in* [2] *urbem* [3] *commeat.* 100
PH. *Quod adhùc habent* [4] *infirmitatis nuptiæ?*
PA. [5] *Nunc audies. Primùm dies* [6] *complusculos*
[7] *Benè conveniebat sanè inter* [8] *eas: interim*
Miris modis odisse [9] *cœpit* [10] *Sostratam,*
Neque [11] *lites ullæ inter eas,* [12] *postulatio* 105
Nunquam. PH. [13] *quid igitur?* PA. *si* [14] *quando ad*
[15] *eam* [16] *accesserat*
[17] *Confabulatum,* [18] *fugere è* [19] *conspectu illico,*
[20] *Videre nulle: denique, ubi non* [21] *quit* [22] *pati,*
[23] *Simulat se à* [24] *matre* [25] *accersi ad rem divinam,*
[26] *abit.*
Vbi [27] *illic* [28] *est* [29] *dies complures,* [30] *accersi jubet:*
[31] *Dixere causam tunc* [32] *nescio quam:* [33] *iterùm*
jubet: 111
Nemo [34] *remisit: postquam* [35] *accersunt sæpiùs,*
[36] *Ægram esse simulant* [37] *mulierem:* [38] *nostra illicò*
It [39] *visere ad eam:* [40] *admisit nemo:* [41] *hoc* [42] *ubi*
[43] *senex*

1 In agros operandi, gratia se contulit seorsùm ab hominum consortio.
2 Athenas.
3 Redit, confert se? Cic. *Crebrò enim illius litera ab aliis ad nos commeant*, id est, redeunt & redduntur.
4 Instabilitatis. Phorm. 5, 1, 6. *Quod ut facerem, me egestas impulit, cùm scirem* infirmas *hasce esse nuptias.*
5 Quid infirmitatis nuptiæ habeant. 6 Complures. Recitat causas, cur Philumena abierit à Sostratâ. 7 Nulla erat controversia. Dicimus eleganter *optimè inter nos conveniebat*, id est, nihil erat controversiæ inter nos: ubi *conveniebat* est verbum Impersonale: sed cùm dicimus, *hoc convenit inter nos*, id est, de hoc nulla est inter nos controversia, Personale verbum est. 8 Socrum & nurum. Sostratâ, matrē Pamphili & Philumenam. 9 Nurus, uxor Pamphili, sc. Philumena. 10 Socrum, matrem Pamphili. 11 Jurgia ulla fuerunt. 21 Accusatio, querela fuit, id est, nunquam apud alios querebatur nurus de socru, neutra conquerebatur de altera. 13 Si lites non habuerunt, quid fuit aliud inter eas, unde de odio tibi constet? 14 Aliquandò, fortè. 15 Philumenam. 16 Venerat Sostrata. 17 Ut confabularetur seu colloqueretur cum ea. 18 Philumena fugiebat. 19 Sostratę sc. ne videretur ab eâ: quia erat gravida. 20 Nolebat aspicere Sostratam. 21 Potest? 22 Durare in domo socrus Sostratæ, καρτερεῖν. Malè Donatus hîc τὸ *durare*, tolerare aut tolerari exposuit. 23 Fingit Philumena. 24 Myrrhinam. 25 Vocari ad sacrificium faciendū: tum enim amici & familiares vocari solebant. 26 Discedit, neque exspectat ut mitteretur. 27 Apud matrem. 28 Philumena. 29 Multis diebus. 30 Socrus Sostrata jubet Philumenam advocari. 31 Tum mater, & filia, & ancillē nescio quid causatæ sunt, quò minùs Philumena redire posset. 32 Quia nullius erat momenti: q. d. nullā. 33 Secundò Sostrata jubet eam Philumenam advocari. 34 Philumenam, Pamphili uxorem. 35 Qui erant missi à Sostratâ. 36 Ægrotā. 37 Philumenam. 38 Hera mea Sostrata. 39 Ad visendum, visendi causa Græcismus est. Infrà 3, 2, 10. *Tum filius tuus* introiit videre, *ut venit, quid agas.* 40 Introduxit Sostratam ad Philumenam. 41 Diffidium, quod Philumena nollet redire. 42 Postquam. 43 Laches.

Rescivit, heri [1] *eâ causâ* [2] *rure hùc advênit,* 115
Patrem [4] *continùo* [5] *convenit Philumenæ.*
Quid [6] *egerint inter se, nondum* [7] *etiam scio:*
Nisi sanè [8] *curæ est, quorsùm* [9] *eventurum* [10] *hoc sit.*
Habes [11] *omnem rem: pergam, quo cœpi, hoc iter.*
PH. *Et quidem* [13] *ego: nam* [14] *constitui cum quodam hospite* 120
Me esse illum [15] *conventuram.* PA. *Dii* [16] *vertant benè*
Quod agas. PH. *vale.* PA. *& tu benè vale, Philotium.*

1 Propter nuntium. 2 Ex agris. 3 Phidippum. 4 Illicò. 5 Alloquitur. 6 Fecerint, vel locuti fuerint duo senes. 7 Adhùc. 8 Sollicitus sum scire.

9 Processurum. 10 Quod Philumena abierit à socru, vel tumultus inter Sostratam & Philumenam. 11 Quam scire expetiviſti. 12 Persequar hoc iter, quo itinere cœpi; sc. *iter ad portum*: vel perseverabo sc. *iter eo*, in quem locum, scilicet ad portum, *cœpi iter*, id est, sum iter ingressus. 13 Abibo. 14 Indixi amico externo horam adventus mei. Ut Heaut. 2, 4. *Aut cùm venturam dixero, & constituero*, &c. Cic. *Vellem non constituisse Scipioni in Tusculanum.* Juv. *Hîc ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ.* 15 Allocuturam. 16 Fortunent, approbent benè, & regant, & dirigant.

ACTUS II. SCENA I.

LACHES, SOSTRATA.

LA. [1] *PRÔ Deûm atq; hominum* [2] *fidem!* [3] *quod hoc genus est,* [4] *quæ hæc conjuratio,*
Vt omnes mulieres [5] *eadem* [6] *æquè* [7] *studeant nolintque* [8] *omnia?*
Neque [9] *declinatam quidquam ab aliarum ingenio* [10] *ullam* [11] *reperias:*

1 Irascentis exclamatio. Sostratam uxorem accusat Laches, quod nurum Philumenam duritiæ suæ & morum incommoditate domo ejecerit: socrus contrà, nihil tale à se peccatum esse, contendit. 2 Auxilium, sc. *imploro.* 3 Quale est hoc genus muliebre, vel mulierum? 4 Qualis est hæc conspiratio inter mulieres? 5 Eadem res, sc. lædere nurus & odisse. 6 Pariter, similiter. 7 Studiosè cupiant, velint cum affectu, σὺν πάθει, id est, valde, impensè velint. 8 Quæ viri velint, vel nurus. 9 Deflexam, inflexam seu recedentem in aliquo seu aliquatenùs ab aliarum mulierum natura, ἀπὸ τῆς τῶν ἄλλων φύσεως ἐκκλίνουσαν. Menan. Γυνὴ γυναικὸς πώποτ' οὐδὲν διαφέρει, id est, *à fœminâ nil fœmina unquam discrepat.* 10 Mulierem. 11 Inveniat aliquis, Secunda Persona pro tertiâ.

1 *Itaque* 2 *adeò* 3 *uno animo omnes* 4 *socrus oderunt* 5 *nurus: viris*

6 *Esse adversas*, 7 *æquè studium est, similis est* 8 *pertinacia.*

9 *In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam. &*

10 *Ei ludo, si* 11 *ullus est, magistram* 12 *hanc esse, satis certò scio.*

SO. *Me miseram! quæ nunc, quamobrem* 13 *accuser, nescio.* LA. 14 *hem!*

15 *Tu nescis?* SO. 16 *non, ita me Dii benè ament, mi Laches,*

17 *Itaque unà inter nos agere ætatem liceat.* LA. *Dii* 18 *mala prohibeant.*

SO. *Meque abs te immeritò esse accusatam,* 19 *postmodùm rescisces.* LA. 20 *scio,*

21 *Te immeritò? an quidquam pro* 22 *istis factis* 23 *dignum te dici potest,*

Quæ 24 *me, & te, & familiam* 25 *dedecoras,* 26 *filio* 27 *luctum paras?*

28 *Tum autem* 29 *ex amicis inimici ut sint nobis* 30 *affines,* 31 *facis,*

1 Et ita. 2 Planè. 3 Valdè simili & consentienti, id est, unanimiter, pariter: quia eadem æquè student nolunt que omnia. 4 Matres maritorum. *Necessariæ sententiæ* 10 ἀμφιβολία, *ad describendam utramque personam*, ait hîc Donatus ambiguitas autem ex eo, quòd utrumque

socrus & nurus, vel ut Accusativi, vel ut Nominativi possint accipi; sed adeò qui ista ambiguitas, quia utrolibet accipias modo, æquè vera fuerit oratio: nam & τὰς socrus ut plurimùm oderunt αἱ nurus: & τὰς nurus αἱ socrus. Quæ tamen amphibologia nullam habet ambiguitatem: Socrus enim accusantur, non nurus. 5 Uxores suorum filiorum. 6 Adversari, se opponere. 7 Eadem illis opera & voluntas. 8 Perseverantia in malo. 9 Omnes mulieres videntur instructæ atque eruditæ ad improbitatem, id est, malitiam didicisse in eâdem schola malitiæ. *Eodem enim in ludo docti* dicuntur, qui similibus laborant vitiis, & improbitate pares sunt. 10 Illi scholæ malitiæ. 11 Talis malitiæ ludus. 12 Uxorem meam Sostratam. 13 Adeò à marito meo, quod dicat me esse nequitiæ magistram. 14 Indignantis Interjectio & irridentis. 15 Quamobrem accuseris? Ironia. 16 Scio. 17 Et ita liceat nos simul traducere vitæ tempus, ut verum dico, me nescire, quamobrem accuser. 18 Quæ hoc impedire possint, ne scilicet inter nos agere ætatem liceat. 19 Postea, ubi meam audiveris excusationem. 20 Ironicè. 21 Dicis accusatam? Q. d. Scio te non esse tantùm accusatam, quantùm meruisti. 22 Quod causam præbuisti discessionis Philumenæ. 23 Prout merita es. 24 Tuum maritum. 25 Dehonestas. 26 Pamphilo obsenti. 27 Mœrorem procuras, propter dissidium cum Philumenâ? 28 Præterea. 29 Cùm priùs essent amici nobis. 30 Propinqui nostri propter nuptias. 31 Tuâ moresitate.

1 Affines. 2 Pamphilum. 3 Decreverunt, id est, statuerunt. 4 Filio. 5 Suam filiam collocarent, traderent fidei. Ubi *liberi* in plurali significatione unius filię usurpatur. Sic Cicero de unicâ Cæsaris filiâ loquens, *jucundissimos liberos* dicit. 6 Exoreris, emergis, prodis, reperiris. *Exoriri* dicitur, qui non exspectatus aliquem invadit. *Verbum hoc impudentiam notat*, inquit Donatus. 7 Impedias. 8 Has amicitias & mutua commercia cum affinibus. 9 Importunitate, morositate. 10 Perturbo omnia? 11 Perturbasti hæc. 12 Insensibilem, brutum stupidumque hominem. Sic Heaut. 5, 1. *Quot res dedêre, ubi possem persentiscere, ni essem* lapis? 13 Tuum maritum. 14 In urbe. 15 Vestrum. Sic Eun. 4, 4. *hunc oculis suis* Nostrarum *nunquam quisquam vidit, Phædria.* 16 Agat, traducat? 17 In urbe, sc. Athenis. 18 A vobis. 19 Ruri, sc. quæ fiunt. 20 Quemadmodum. 21 Estis, id est, quales vos in urbe geritis ad meum decus vel dedecus. 22 Ita vel talis ego ero in agris, labori meo plus minùs-ve parcens. Ita, si vos rectè vixeritis, bene audio: sin prave, male. 23 Dudùm. 24 Concepisse. 25 Nurum nostram. 26 Neque id adeò admirandum est, si ceperit odium tui. 27 Nisi Philumena cepisset odium tui. 28 Cùm tu sis ejusmodi moribus prædita; qui facile odium pariant. 29 Eam tantum odium cepisse tui. 30 Meam totam familiam, & locum ipsum. 31 Tuâ causâ. 32 Eam fuisse concepturam tantum odium tui. 33 Scivissem in tempore. Syncope. 34 Philumena. 35 In ædibus meis. 36 Mansisset. 37 Ivisses, commigrasses foras, id est, ejecta esses. 38 Considera. 39 Animi molestia & dolor, quod totam familiam dedecorasti, expulsâ nuru. 40 Uxore meâ.

1 *Qui* 2 *illum* 3 *decrêrunt dignum, suos* 4 *cui* 5 *liberos committerent.*
Tu sola 6 *exorere, quæ* 7 *perturbes* 8 *hæc tuâ* 9 *impudentiâ.*
SO. 10 *Ego-ne?* LA. 11 *tu inquam, mulier, quæ me omninò* 12 *lapidem, haud* 13 *hominem, putas.*
An, quia ruri esse crebrò soleo, nescire arbitramini,
Quo quisque pacto 14 *hîc vitam* 15 *vestrarum* 16 *exigat?*
Multò meliùs, 17 *hîc quæ* 18 *fiunt, quàm* 19 *illic, ubi sum assiduè, scio:*
Ideò quia, 20 *uti vos mihi domi* 21 *eritis,* 22 *proinde ego ero foris.*
23 *Iampridem equidem audivi* 24 *cepisse odium tui* 25 *Philumenam:*
26 *Minimèque adeò mirum: &,* 27 *ni id fecisset,* 28 *magis mirum foret.*
Sed non credidi 29 *adeò, ut etiam* 30 *totam hanc* 31 *odisset domum:*
32 *Quod si* 33 *scissem,* 34 *illa* 35 *hîc* 36 *maneret potiùs, tu hinc* 37 *isses foras.*
At 38 *vide, quàm immeritò* 39 *ęgritudo hæc oritur mihi abs* 40 *te, Sostrata.*

Rus

Rus habitatum [1] *abii*, [2] *concedens vobis*, & [3] *rei serviens*,
4 *Sumptus vestros* [5] *otiumque ut* [6] *nostra res posset pati*,
7 *Meo labori haud parcens*, [8] *præter æquum* [9] *atque ætatem meam*.
[10] *Non te pro his curasse* [11] *rebus*, [12] *ne quid ægrè esset mihi?*
SO. *Non* [13] *meâ operâ neque* [14] *pol culpâ* [15] *evênit*.
LA. [16] *imò maximè*.
[17] *Sola* [18] *hîc fuisti: in te omnis* [19] *hæret culpa solâ, Sostrata:*
[20] *Quæ hîc erant, curares;* [21] *cùm ego vos solvi curis cæteris*,
Cum puellâ [22] *anum* [23] *suscepisse inimicitias non pudet?*
[24] *Illius dices culpâ* [25] *factum*. SO. *haud equidem* [26] *dico, mi Laches*.
LA. *Gaudeo, ita me Dii ament*, [27] *gnati causâ: nam* [28] *de te quidem*
Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest.
SO. *Qui scis, an eâ causâ, mi vir, me odisse* [29] *assimulaverit*,

1 Me contuli.
2 Morem gerens vobis, vel permittens ut in urbe essetis.
3 Rei familiari operam dans.
4 Impensas, quas in urbe facitis, id est, ut vos satis haberetis in urbe.
5 Vitam otiosam.
6 Nostræ facultates, nostrum peculium.
7 Assiduè laborans.
8 Contra id quod æquum est.
9 Et contra ratio-

nem ætatis meæ, quæ à labore immunis esse debebat, quia sum senex. Undè in Heaut. 1, 1, 7. Chremes dicit Menedemo: *Quid mihi videre præter ætatem tuam facere, & præterquàm res te adhortatur tua.* 10 Non-ne decebat te uxorem meam, &c. 11 Pro tantis meis laboribus, quibus vobis suppeditavi sumptus. 12 Ne quid molestiæ ex vobis perciperem? 13 Meo instinctu, meâ operatione & studio. 14 Adverbium jurandi. 15 Accidit, ut nurus Philumena relinqueret hanc domum. 16 Sed præcipuè opera tua evênit. 17 Sine me, & sola habes regimen totius domus. 18 In domo nostrâ. 19 Fixa est, repositа est. 20 Quæ in urbe curanda erant, curare debuisses. 21 Quandoquidem ego vos, qui in urbe manebatis, liberavi aliis sollicitudinibus, scilicet operandi aliquid manibus propriis. 22 Vetulam, quæ debebas usa esse sapientia, & non curasse hæc indignata ætate. 23 Contraxisse. 24 Philumenę. 25 Quòd fuerint inimicitiæ, vel quod discesserit. 26 Id factum culpâ puellæ. 27 Pamphili gratia, id est, gaudeo, quod talem uxorem habeat filius, quæ ne ab inimicâ quidem socru possit accusari. 28 Quantum ad te attinet, equidem hoc scio, peccando detrimenti nihil fieri potest tibi, id est, quantumcunque peccaveris, nihil de tuâ existimatione minuitur, quia jam talis es, ut peccando pejor fieri non possis. 29 Finxerit Philumena.

Vt cum [1] *matre unâ* [2] *plus esset?* LA. *quid ais? non* [3] *signi hoc sat est,*

Quòd heri nemo voluit [5] *visentem te ad eam* [6] *intromittere?*

SO. [7] *Enim* [8] *lassam oppidò tum ajebant:* [9] *eò ad eam non* [10] *admissa sum.*

LA. [11] *Tuos esse* [12] *illi mores* [13] *morbum magis, quàm ullam aliam rem, arbitror:*

Et [14] *meritò adeò: nam* [15] *vestrarum* [16] *nulla est,* [17] *quin gnatum velit*

Ducere uxorem; & quæ vobis placita [19] *conditio est,* [20] *datur:*

Vbi duxêre impulsu vestro, vestro impulsu easdem [21] *exigunt.*

4 Myrrhina, scilicet quàm mecum.
2 Temporis, id est, diutiùs.
3 Esse inimicitias inter vos.
4 Quia.
5 Euntem ad visendum Philumenam.
6 Introducere, admittere?
7 Sed certè.
8 Debilem, defatigatam Philumenam valdè morbo, ac propterea quiescere. 9 Id eò quod esset lassa. 10 Intromissa. 11 Duros & acerbos toleratu, id est, tuam morositatem. 12 Puellæ. 13 Causam morbi, id est, ægrotat ex moribus tuis malis, quibus acerbè contristatur. 14 Non sinè causâ certè tuis malis moribus ægrotat. 15 Vestrum mulierum. 16 Socrus. 17 Quæ non. 18 Sc. *domum*. Veteribus enim mos fuit, nuptam è patris domo noctu tædis prælatis velatam in mariti domum deduci. 19 Optio, electio, pactio, id est, vos matres præscribitis filiis conditiones ex vestrâ libidine, & filii coguntur eam ducere, quæ vobis placet. Sic Phorm. 4. 1. *Nam hanc* conditionem *si cui tulero extraneo*, &c. 20 A vobis matribus gnatis. 21 Postquam filii duxerunt illas uxores, quas elegistis, vestra instantia. 22 Excludunt, ejiciunt à se.

ACTUS II. SCENA II.

PHIDIPPUS, LACHES, SOSTRATA.

PH. [1] *Et si scio,* [2] *Philumena, meum* [3] *jus esse, ut te* [4] *cogam,*

Quæ ego [5] *imperem, facere: ego tamen* [6] *patrio animo victus,* [7] *faciam,*

1 Laches, Pamphili pater, remitti cupit nurum suam pater

Phidippus dicit, non posse eam perdurare apud socrum, absente Pamphilo. 2 Hæc Phidippus, domo egrediens, filiæ suæ dicit. Apparet autem multa priùs patri suo Philumenam locutam fuisse. 3 Patrium scilicet, id est, mihi incumbere, ad me spectare. 4 Cogere possim. 5 Præcipiam tibi. 6 Paterno animo, non ratione, relicto jure meo, à jure meo recedens. 7 Impetrabo mihi.

Vt tibi [1] *concedam, neq; tuæ* [2] *libidini* [3] *adversabor.*
LA. [4] *Atque eccum Phidippum* [5] *optimè video : ex* [6] *hoc jam* [7] *scibo,* [8] *quid sit.*
Phidippe, esse ego meis [9] *omnibus scio me* [10] *apprimè obsequentem :*
Sed non [11] *adeò, ut* [12] *facilitas mea* [13] *illorum corrumpat animos:*
[14] *Quod si tu idem faceres,* [15] *magis in rem & nostram, & vestram id esset.*
Nunc video in [16] *illarum potestate esse te.* PH. [17] *eja verò.*
LA. [18] *Adii te heri de filiâ :* [19] *ut veni, itidem incertum* [20] *amîsti.*
Haud ita decet, si [21] *perpetuam vis esse affinitatem hanc,*
[22] *Celare te iras : si quid est peccatum* [23] *à nobis,* [24] *profer :*
Aut ea [25] *refellendo, aut* [26] *purgando vobis, corrigemus,*
Te [27] *judice ipso: sin ea est causa* [28] *retinendi apud vos,*
Quia ægra est; te mihi injuriam facere arbitror, Phidippe,

1 Morem geram, indulgeam, hoc permittam, quod petis, nempe ut maneas. 2 Tuæ voluntati. Sal. in Cat. *Magisque in decôris armis & militaribus equis, quàm in scortis atque conviviis, libidinem habebant.* Vel *libidini*, id est, temerariæ, iniquæ tuæ voluntati: quia non est æquum, ut, absente marito, uxor non sit domi. 3 Reluctabor, repugnabo. 4 Hoc jungendum est cum eo, quod dixit in fine superioris scenæ, *vestro impulsu easdem exigunt:* deinde animadvertit Phidippum exeuntem. 5 Opportunè. 6 Phidippo. 7 Antiquè pro *sciam.* 8 Quid sit sperandum de reditu puellæ. 9 In tota familia. 10 Valdè facilem, indulgentem. 11 Tantoperè. sc. scio me esse meis obsequentem. 12 Indulgentia, quod nimium sum obsequens. 13 Illos deteriores reddat, ut meâ facilitate fiant deteriores. 14 Si non esses nimiùm facilis. 15 Illud esset magis utile sive utilius & nobis & vobis, quàm id, quod facis. 16 Fœminarum tuarum uxoris sc. & filiæ, id est te regi earum arbitrio, te non esse tui juris. 17 Corripientis est Adverbium. Q. d. Non rectè judicas, ego non sum in illarum potestate. Blandè autem accusationem, quam intendit, mitigat. 18 Filiæ tuæ causâ te conveni. 19 Dimisisti, remisisti similiter incertum, sicut veni, id est, incertus vèni, incertum dimisisti. 20 Amisisti. Sic Eun. 2, 2. *Simul consilium cum re* amîsti? 21 Stabilem, firmam. 22 Occultare, tegere iracundiæ tuæ causas. 23 A nostra parte, id est, si in aliquâ re peccavimus. 24 Ingenuè dicas, in quibus sit peccatum. 25 Refutando, ostendendo falsum negando illa facta. *Refello* compositum est ex *fallo* & *re* præpositione, id est, falsum seu fallaciam contradictionis destruo, quod quidem sit præcipuè negando. 26 Excusando, faciendi rationes ostendendo. 27 Judicante. 28 Philumenam.

Si metuis, satis [1] *ut meæ domi* [2] *curetur diligenter.*
At, ita me Dii ament, haud tibi hoc [3] *concedo, et si* [4] *illi pater es,*
Vt tu illam [5] *salvam magis velis, quàm ego:* [6] *id* [7] *adeò gnati causâ,*
[8] *Quem ego intellexi illam haud minùs, quàm se ipsum,* [9] *magnificare.*
[10] *Neque adeò me clam est, quàm esse* [11] *eum* [12] *graviter laturum credam,*
[13] *Hoc si rescierit: eo, domum* [14] *studeo hęc prius, quàm ille hùc redeat.*
PH. *Laches, &* [15] *diligentiam vestram, &* [16] *benignitatem*
Novi: &, quæ dicis, omnia esse ut dicis, [17] *animum induco:*
Et te hoc mihi cupio credere: [18] *illam ad vos redire* [19] *studeo,*
Si facere possim [20] *ullo modo.* LA. *quæ* [21] *res te facere* [22] *id* [23] *prohibet?*
Eho [24] *nunquid nam accusat virum?* PH. [25] *minimè: nam postquam* [26] *attendi*
Magis, & vi cœpi cogere ut [27] *rediret,* [28] *sanctè adjurat,*
Non posse [29] *apud vos* [30] *Pamphilo se absente perdurare.*
Aliud fortasse [31] *aliis vitii est:* [32] *leni ego animo sum* [33] *natus:*

1 Ne non. Suprà 1, 2. Horat.
6 *puer, ut sis Vitalis, metuo,* id est, metuo, ne non sis vitalis.
2 Tractetur.
3 Permitto, adscribi non patior.
4 Philumenæ.
5 Incolumem.
6 Facio, volo.
7 Maximè, certè.
8 Filium.
9 Magnifacere, plurimi æstimare, id est, ardentissimè amare.
10 Et prętereà non ignoro, non me latet, prętereit.
11 Filium Pamphilum

12 Molestè, ægrè. 13 Uxorem scilicet reliquisse domum meam. 14 Do operam, laboro, studiosè ago, ut Philumena in domum meam redeat, antequam filius meus Pamphilus revertatur domum ex Imbro, quo profectus est. 15 Quod hoc facias bono animo. 16 Liberalitatem & beneficentiam. 17 Mihi persuadeo. 18 Filiam meam Pamphilam. 19 Do operam, impensè volo. 20 Aut bonis verbis, aut objurgatione. 21 Causa. 22 Ut redeat ad nos. 23 Impedit? 24 An in aliquâ re conqueritur de marito suo Pamphilo? 25 Accusat virum. 26 Institi, contendi. 27 Domum. 28 Sanctè, firmiter admodum jurat. 29 In vestris ædibus. 30 Absente Pamphilo marito se permanere. 31 Parentibus. Q. d. Nemo sine crimine vivit. Horat. *Vitiis nemo sinè nascitur, optimus ille est, Qui minimis urgetur.* Et Catul. *Suus cuique attributus est error.* 32 Miti. 33 A naturâ.

Non

Non possum [1] *adversari meis.* LA. [2] *hem Sostrata!*
SO. [3] *heu me miseram!*
LA. [4] *Certum-ne est istud?* PH. [5] *nunc quidem, ut*
videtur: [6] *sed nunquid* [7] *vis?*
Nam [8] *est,* [9] *quod me* [10] *transire ad* [11] *forum jam*
oportet. LA. *eo tecum unà*

1 Repugnare, resistere, id est, omnia, quæ cupiunt, concedo. Lenè esse, non est vitium: sed adeò lenem esse, ut corrumpi sinas potiùs, quàm adverseris, magnum vitium est. Meritò igitur hoc addit, quod si non accidisset, se potiùs laudasset, quàm culpam agnovisset. 2 Interjectio indignantis. Q. d. Audin' hoc? Tu hujus rei auctor es, tu ita tractasti eam, ut nolit redire. 3 Interjectio dolentis. 4 An hoc jam non satis exploratum est, sc. culpam in te solâ hærere? 5 Sc. *facite.* 6 Discedentis est. 7 Sc. aliud, id est, nunquid est, quod mea opera opus sit vobis? 8 Aliquod negotium. 9 Propter quod, quare. 10 Citò ire. 11 Causarum, non venale.

ACTUS II. SCENA. III.

SOSTRATA.

[1] *Æ Depol* [2] *nè* [3] *nos* [4] *æque sumus omnes* [5] *invisæ* [6] *viris,*
Propter [7] *paucas;* [8] *quæ omnes faciunt dignè ut videamur* [9] *malo.*
Nam, ita me ament Dii, [10] *quod me accusat nunc*
[11] *vir, sum extra* [12] *noxiam.*
[13] *Sed non facile est* [14] *expurgatu: ita* [15] *animum induxerunt,* [16] *socrus*
Omnes esse [17] *iniquas:* [18] *haud* [19] *pol me quidem:*
nam nunquam [20] *secus*
[21] *Habui* [22] *illam,* [23] *ac si ex me esset nata: net,* [24] *quî*
[25] *hoc* [26] *mihi eveniat, scio:*
[27] *Nisi pol* [28] *filium* [29] *multimodis jam exspecto, ut*
[30] *redeat domum.*

1 Sostrata queritur, genus mulierũ nimis esse suspectum viris. 2 Certè. 3 Mulieres. 4 Æqualiter. Al. iniquè æquè, id est, live immeritò, sive rectè ac suo merito: ut in ult. scen. Adelph. 5

justa, injusta. 5 Invisæ, exosæ. 6 Maritis nostris. 7 Aliquas mulieres malas. 8 Paucæ. 9 Miseria, infortunio, i. ut malè tractemur, ut omnes judicemur esse pessimę. 10 In quo, propter quod, sc. quod sim iniqua nurui. 11 Maritus meus. 12 Culpam. i. in eo sum innocens. 13 Sed id, cujus me accusat nunc vir. 14 Excusatu, sc. ut aliud credant mariti de uxoribus. 15 Ita persuaserunt sibi viri, hoc pro certo habent. 16 Matres maritorum. 17 Nuribus suis. 18 Conscia sum fuisse iniquam. 19 Adverbium jurandi. 20 Aliter. 21 Complexa sum, tractavi. 22 Nurum meam Philumenam. 23 Quàm si propria fuisset filia. 24 Undè, quomodo, quâ ratione. 25 Malum. 26 Judicet esse in nurum iniqua. 27 Sed. 28 Pamphilum. 29 Multis modis, vehementer. 30 Ut sc. mę his miseriis liberet, vel ut componatur hæc causa.

ACTUS III. SCENA I.

PAMPHILUS, PARMENO, MYRRHINA.

1 Nulli. Pamphilus reversus ex Imbro, ubi rescivit, uxorem suam, socru relictâ, ad matrem, se absente, abiisse, deplorat suam infelicitatem.

PAM. [1] *NEmini ego* [2] *plura acerba esse ex amore homini unquam* [3] *oblata credo,*
Quàm mihi: heu me [4] *infelicem!* [5] *hanccine ego vitam* [6] *parsi perdere?*
[7] *Haccine ego causâ eram tantopere cupidus* [8] *redeundi domum?*
Cui quantò fuerat [9] *præstabilius,* [10] *ubivis gentium* [11] *ætatem agere,*
Quàm [12] *hùc redire?* [13] *atque hæc ita esse miserum me resciscere?*
[14] *Nam nos omnes, quibus alicundè aliquis objectus est labos,*
Omne quod est intereà tempus, [15] *prius quàm id rescitum est, lucro est.*

2 Majora mala: quæ dupliciter evenerunt Pamphilo:

PAR. *At* [16] *sic, citiùs* [17] *quî te* [18] *expedias his grumnis,* [19] *reperies.*

ex præterito, de meretrice: ex præsenti, de uxore. Metaphora à fructibus immaturis. 3 Evenisse. 4 In amore. Lachymans hoc dicit. 5 Talem, tam infelicem. 6 Abstinui, veritus sum. Indignatur se in profectione tantam vitæ curam egisse, cùm satiùs fuisset in mari perire, quàm hanc infelicitatem experiri. 7 Ut acerba ex amore experirer, *vel*, ut rescisceren hoc dissidium. 8 Ex Imbro. 9 Melius, commodius. 10 In quolibet alio loco, etiam in ultimis terris. *Gentium* per Pleonasmum abundat. 11 Vivere. 12 Athenas. 13 Atque me miserum resciscere hæc ita esse, id est, tales esse lites inter patrem & matrem, & uxorem discessisse. 14 Ordo est: *Nam omne tempus, quod est interea*, id est, quod inter illud spatium intercedit, *priusquam id*, sc. quod adfert laborem, *rescitum est*, id est compertum est, *est lucro*, id est, est in lucro, vel ad lucrum, id est, non afficit multum, *nos omnes*, id est, apud nos omnes, vel nobis omnibus (ut sit casus pro casu) *quibus aliquis labor est objectus*, id est, aliqua molestia, malum, πόνος, ægritudo oblata est, *alicundè*, id est, ex aliquo loco, sive ex aliquâ occasione. 15 Hæc Stratoclis, insignis Atheniensium Oratoris, dictum comprobat, Qui cùm nunciasset Senatui populum devictum esse, idque factum populus ægrè tulisset, respondisse fertur: *O cives! vobis ego injurius non fui, qui hidui tristitiam me auctore lucrifeciistis.* 16 Hoc modo, scilicet quòd domum redieris, & discordias esse didiceris. 17 Quómodo. 18 Exsolvas, liberes his periculis & calamitatibus. 19 Facilè invenies.

Si non [1] *rediisset, hæ* [2] *iræ factæ essent multò* [3] *ampliores:*
Sed nunc adventum tuum [4] *ambas, Pamphile, scio* [5] *revertituras.*
[6] *Rem cognosces: iram* [7] *expedies:* [8] *restitues rursum in* [9] *gratiam.*
[10] *Levia sunt, quæ tu* [11] *pergravia esse* [12] *in animum induxti tuum.*
PAM. [13] *Quid consolare me? an quisquam* [14] *usquam gentium est* [15] *æquè miser?*
Priusquam [16] *hanc uxorem duxi, habebam* [17] *alibi animum* [18] *amori deditum:*
Iam [19] *in hac re ut* [20] *taceam, cuivis facile scitu est, quàm fuerim* [21] *miser:*
[22] *Tamen nunquam ausus sum* [23] *recusare* [24] *eam, quam mihi* [25] *obtrudit pater.*
Vix me [26] *illinc abstraxi, atque impeditum* [27] *in eâ expedivi animum meum,*
Vixque [28] *hùc* [29] *contuleram; ô* [30] *hem* [31] *novares orta est,* [32] *porrò ab* [33] *hac quæ* [34] *me abstrahat.*
[35] *Tum matrem* [36] *ex eâ re me aut uxorem in culpâ inventurum arbitror:*
[37] *Quæ cum ita esse invenero, quid* [38] *restat, nisi* [39] *porrò ut fiam miser?*

1 Domum in tempore.
2 Inter matrem & uxorem.
3 Graviores.
4 Matrem & uxorem.
5 Ita ut altera alteram accusare non audeat.
6 Controversiam, totum negotium, id est, causam odii intelliges.
7 Explicabis, dissolves, compones, negotio cognito.
8 Eas.
9 Amicitiam, benevolentiam, id est, facies, ut inter matrem & uxorem tuam benè conveniat. 10 Illa sunt parva, non magni momenti. 11 Maximi momenti. 12 Persuasisti tibi. 13 Cur. 14 In aliquo loco. 15 Atque ego sum? 16 Philumenam. 17 In alia muliere, scilicet Bacchide. 18 Amore occupatum. 19 In hoc amore Bacchidis. 20 Præteritio Rhetorica. 21 Quòd, relictâ Bacchide, coactus fuerim ducere uxorem. 22 Tam miser existens propter amorem. 23 Rejicere, repùdiare. 24 Uxorem. 25 Offerebat mihi invito. Sic Andr. 1, 5 *ea quoniam nemini* obtrudi *potest, itur ad me.* 26 Ex amore Bacchidis abduxi, eripui. 27 In amore meretricis Bacchidis. 28 Ad amorem hujus Philumenę. 29 Animum meum converteram. Sic suprà 1, 2. *Paulatim elapsus est Bacchidi, atque hùc transtulit amorem.* 30 Interjectio dolentis & indignantis. 31 Novum incommodum, nova calamitas, sc. dissensio inter matrem & uxorem emersit. 32 Deinde Donatus exponit: malim præterea, ultrà. 33 Uxore mea Philumena. 34 Animum meum separet. 35 Præterea hoc etiam pertinet ad calamitatem. 36 Ex eâ dissensione, id est, abitu uxoris. 37 Matrem aut uxorem esse in culpâ. 38 Q. d. nihil. 39 Ultrà, præterea, penitùs, ut supra.

Nam matris [1] *ferre injurias me, Parmeno,* [2] *pietas jubet:*
[3] *Tum uxori* [4] *obnoxius sum:* [5] *ita olim* [6] *suo me ingenio pertulit,*
Tot meas [7] *injurias quæ nunquam in ullo* [8] *patefecit loco*
Sed magnum nescio quid necesse est eveniſſe, Parmeno,
[9] *Vndè ira inter* [10] *eas* [11] *interceßit, quæ tam permansit* [12] *diu.*
PAR. [13] *Hoc quidem herclè parvum est: si vis* [14] *vero veram rationem* [15] *exsequi:*
[16] *Non maximas, quæ maximæ sunt interdum iræ, injurias*
Faciunt: nam sæpe [17] *est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est.*
Cum de [18] *eâdem causâ est* [19] *iracundus factus inimicissimus.*

1 Pet-ferre, tolerare, scilicet ex unâ parte.
2 Honor, reverentia, affectus pius in matrem. Sic ubique Virgilius vocat Æneam *pium.*
3 Ex altera parte.
4 Devinctus, obligatus, id est, debeo uxori, quo minus velim expostulare cum eâ de injuria aliqua.
5 Tantum, τοσοῦτον, tali modo.
6 Sua me mansueta natura usque ad finem toleravit, id est, tam morigera fuit mihi in rebus omnibus.
7 Quibus eam affeci: nempe quas suprà dixit: *Nocte illâ primâ virginem non attigit: Quæ consecuta est nox, tam nihilo magis.* Et deinde: *Quid interea, ibat-ne ad Bacchidem? Quotidie.*
8 Detexit, sed semper reticuit.
9 Ex quo.
10 Matrem & uxorem.
11 Orta est, intervênit.
12 Tam longo tempore.
13 Unde ira inter eas interceßit, quæ tam diu permansit.
14 Veritate.
15 Perpendere, id est, si velis rem ipsam putare, si vis veram hujus iræ causam proximè rei veritatem persequi, id est, narrare, διηγεῖσθαι. Plaut. Amph. 2,2,169. *Perge exequi.* Ibid. mox: *Perge porrò dicere.* PH. *Hæc executus sum:* ταῦτα διηγησάμην.
16 Ordo est: *Iræ, quæ sunt maximæ interdùm, non faciunt*, id est, arguunt, ostendunt, probant, *injurias maximas*, id est, fit nonnunquam, ut tametsi gravissimæ exiterint iræ, indè tamen non rectè concludas, injurias, undè ortæ sunt iræ, fuisse maximas.
17 Contingit, accidit.
18 De quâ alius non irascitur.
19 *Iracundus* dicitur, qui facilè ad iram levissimis de causis potest concitari, seu *irasci facilis*, ut loquitur Horatius, etiamsi actu ipso nondum irascatur: *iratus* autem, qui jam actu ipso irascatur. Hinc ergo apparet, *iratum* posse esse non *iracundum*, & *iracundum* aliquando non iratum. Sic etiam differunt *ira* & *iracundia*: nam *ira* est ipse affectus & commotio, quæ animum hominis & rationem evertit; *iracundia* verò est proclivitas ad iram.

[1] *Pueri inter sese quàm pro* [2] *levibus noxiis* [3] *iras gerunt?* 30
[4] *Quapropter?* [5] *quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.*
[6] *Itidem* [7] *mulieres sunt fermè* [8] *ut pueri,* [9] *levi sententiâ:*
Fortassè unum aliquod verbum hanc inter [10] *eas iram* [11] *conciverit.*
PAM. *Abi, Parmeno,* [12] *intrò, ac me* [13] *venisse* [14] *nuntia.* PAR. [15] *hem, quid* [16] *hoc?* PAM. *tace.*
PAR. [17] *Trepidari sentio, cursari* [18] *rursum prorsum:* [19] *agedum ad fores* 35
Accede [20] *propius:* [21] *hem,* [22] *sensistin'?* PAM. *noli* [23] *fabularier.*
[24] *Pro Iupiter! audio clamorem.* PAR. [25] *tute loqueris,* [26] *me vetas?*
MY. [27] *Tace, obsecro, meagnata.* PAM. [28] *matris vox visa est* [29] *Philumenæ.*
[30] *Nullus sum.* PAR. [31] *qui dum?* PAM. *perii!* PAR. *quam obrem?* PAM. *nescio quod magnum malum*

1 Argumentum à simili. Quemadmodum pueri leviter irascuntur, sic etiam mulieres; quia in utrisque est imbecillis animus. Hinc Pulchrè Propertius inquit: *Non sic incerto mutantur flumine Syrtes, Nec folia hyberno tam tremefacta Noto, Quàm citò fœmineâ non constas*

fœdus in irâ, Sive ea causa gravis, sive ea causa levis. 2 Parvis offensis, injuriis. 3 Graves sc. Horat. *Reddere qui voces jam scit puer, & pede certo Signat humum, gestit paribus colludere, & iram Colligit ac ponit temerè, & mutatur in horas.* 4 Rogas, quare ita pueri pro te parva graves iras gerant? 5 Quia certe pueri gestant animum imbecillem, non stabilem, non constantem, qui animus regit eos pueros. Undè *animus* à Græcis ἡγεμὼν, & à Sallustio *dux atque imperator vitæ mortalium* appellatur. 6 Ejusdem naturæ, vel tales. 7 Quæ facile solent irasci. 8 Quales, vel sicut. 9 Inconstanti, mobili opinione & animo. Sen. *Nihil tam mobile, quàm fœminarum voluntas, nihil tam vagum.* 10 Socrum & nurum. 11 Commoverit, concitare poterit: à *concieo, conciet*: vel *concio, concis*, quartæ conjugationis. 12 In domum Phidippi, in qua est Philumena apud matrem suam. 13 Ex Imbro. 14 Solebant enim mariti, teste Plutarchio, peregrè reversi, multis de causis suum adventum prænuntiare. 15 Interjectio inopinati aliquid audientis. 16 Quod auditur in ædibus? 17 Voce tremulâ timorem ostendi. 18 Hùc & illùc, ultro citroque, ἄνω καὶ κάτω. 19 Hortantis est. 20 Propinquiùs. 21 Interjectio deprehendentis aliquid. 22 Audisti-ne quid agatur? Nam tunc ambo erant ante fores. 23 Loqui. 24 Exclamatio audientis indignum aliquid. 25 Tu ipse Pamphile. 26 Prohibes me loqui? 27 Ne furtivus iste conceptus resciscatur. 28 Myrrhinæ. 29 Uxoris meæ. 30 Non sum, perii propter uxorem decumbentem. 31 Cur nullus es?

Profectò,

Profectò, Parmeno, me [1] *celant.* PAR. *uxorem Philumenam*

[2] *Pavitare* [3] *nescio quid,* [4] *dixerunt:* [5] *id si fortè est, nescio.*

PAM. *Interii! cur mihi* [6] *id non dixti?* PAR. *quia non poteram unà* [7] *omnia.*

PAM. [8] *Quid morbi est?* PAR. *nescio.* PAM. *quid? nemo-ne* [9] *medicum* [10] *adduxit?* PAR. [11] *nescio.*

PAM. *Cesso hinc ire* [12] *intrò, ut hoc quamprimùm,* [13] *quidquid est,* [14] *certum sciam?* 45

[15] *Quo-nam modo: Philumena mea, nunc te* [16] *offendam* [17] *affectam?*

Nam si [18] *periculum ullum in te est,* [19] *periisse me unà haud dubium est.*

PAR. [20] *Non usus facto est mihi nunc,* [21] *hunc intrò sequi:*

Nam [22] *invisos* [23] *omnes nos esse* [24] *illis sentio:*

Heri nemo voluit [25] *Sostratam* [26] *intrò admittere.* 50

Si fortè [27] *morbus* [28] *amplior factus sit,*

(*Quod sanè* [29] *nolim,* [30] *maximè* [31] *heri* [32] *causâ mei*)

[33] *Servum illicò introiisse dicent Sostratæ:*

Aliquid [34] *tulisse* [35] *comminiscentur* [36] *mali*

(37 *Capiti, atq; etati illorũ*) *morbus* [38] *quî* [39] *auctus sit:*

[40] *Hera in crimen veniet,* [41] *ego verò* [42] *in magnum malum.* 56

1 Al. *ctus.*

2 Horrere, nonnihil ægrotare: ad corporis, & ad animi perturbationem refertur, inquit Donatus.

3 Morbum ignoro.

4 Affines seu propinqui tui.

5 Propter quod audis clamantem Philumenam, & matrem obsecrantem, ut taceat.

6 Uxorem pavitare.

7 Sc. *dicere.*

8 Quo laborat morbo?

9 Ex quo scire posses, quo morbo laboret. 10 Ad uxorem ægrotam. 11 An aliquis medicum adduxerit. 12 In domum socrus. 13 De morbo. 14 Pro certo. 15 Apostrophe ad absentem Philumenam. 16 Inveniam. 17 Lassam morbo, infirmam. 18 Vitæ. 19 Periturum. 20 Non est opus facto, id est, non est consultum, utile mihi factu. 21 Pamphilum. 22 Exosos. 23 De vel ex familia Sostratę. 24 Matri & filię. 25 Matrem Pamphili. 26 Intromittere ad eam. 27 Philumenę. 28 Gravior. 29 Morbum esse auctum. 30 Præcipuè. 31 Domini Pamphili. 32 Gratiâ. 33 Me Parmenonem. 34 Attulisse, intulisse in domum. 35 Confingent, excogitabunt mulieres. 36 Vel veneficium, vel incantationem. 37 Quod in illorum caput recidat, precor. Est autem formula male seu dira precantis: quemadmodum Græcè dicimus, εἰς κεφαλὴν σου. Et apud Virg. 8. Æn. *Di capiti illorum generique reservent.* Vide Phor. 3,2,6. *suo capiti.* 38 Unde, vel à quo malo à servo allato. Ubi τὸ *qui* vel est Adverbium, vel Ablativus singularis. 39 Amplior factus sit, creverit. 40 Domina mea Sostrata in culpam veniet, id est, accusabitur. 41 Scilicet *veniam.* 42 In quæstionis tormenta.

ACTUS

ACTUS III. SCENA II.

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILUS.

SO. NEscio [1] *quid* [2] *jamdudùm* 3 *hîc audio* 4 *tumultuari misera:*
5 *Malè metuo, ne Philumenæ magis morbus* 6 *aggravescat:*
7 *Quod te,* [8] *Æsculapi, & te* 9 *Salus,* [10] *ne quid sit hujus, oro.*
Nunc ad [11] *eam visam.* PAR. [12] *heus Sostrata.* SO. [13] *ehem!* PAR. [14] *iterum istinc excludêre.*
SO. [15] *Ehem Parmeno, tu-ne* [16] *hîc eras? perii! quid faciam misera?*
Non visam uxorem Pamphili, cùm in [17] *proximo hîc* [18] *sit ægra?*
PAR. [19] *Non visas, nec mittas quidem visendi causâ quemquam.*
[20] *Nam qui amat, cui odio ipsus est, bis facere stultè duco:*

1 Propter quid. Pamphilus tristior egreditur à Philumenâ deprehenso ejus partu, quem modis omnibus celare conantur ac tegere. 2 Longo tempore. 3 In domo vicini Phidippi, patris Philumenæ. 4 Tumultus fieri. Impersonaliter, quod in Deponentibus rarum. 5 Valdè. Donatus: *Instat Terentius bonam socrum facere, ut bonam meretricem faciat.* Non debuit hæc conjungere: non enim æquè mirum est, socrum bonam esse, quàm meretricem. 6 Gravior seu amplior fiat. 7 Hęc est solennis implorandi (ut, *at*, imprecandi) particula. Precatur enim Deos, qui sanitatem conferunt morbosque depellunt, ut laboranti adsint. 8 *Æsculapius* Apollinis & Coronidis filius fingitur, Medicinæ Deus ac præses fuisse, & multa valetudini mortalium utilia invenisse, ideòque in Deorum numerum relatum esse. Epidauri, urbe Achajæ, templum habuit, cui incubantes, ęgritudinum remedia capessebant. Reddebant in hoc templo ægroti, quoad sanitatem reciperent. 9 *Salus* fuit Dea sanitatis & felicitatis, ὑγίεια. Huic olim C. Junius Bubulcus Cos. bello Samnitico ædem vovit, Censor locavit, Dictator dicavit. Liv. l. 6. 10 Ut nihil hujus eveniat, ut hoc non sit, quod male metuo, sc. ne aggravescat illi morbus. Sic Eun. 2. *Quidquid* hujus *fiet, causâ virginis fiet.* 11 Nurum Philumenam. 12 Revocantis Adverbium. 13 Respicientis vox de improviso. 14 Secundò non admitteris intrò: nam jam semel fuisti exclusa. 15 Interjectio est ejus, quæ commota sit nova re. 16 Ante fores. 17 Scilicet *loco*, id est, in ædibus patris in vicinia. 18 Jaceat. 19 Ne visas ęgram Philumenam. 20 Αἰτιολογία. Ordo est: *Nam duco*, id est, puto, existimo, scilicet illum *facere bis stultè*, *qui amat*, scilicet eum vel eam, *cui ipsius est odio*, id est, à quo vel à quâ ipse odio habetur. Docet ergo hic locus, nihil esse stultius, quàm aliquem amare, à quo non redameris. Hinc Plaut. *Nullum esse beneficium duco id, quod, cui facias, non placet.* Et Horat. *Invisum qui servat, idem facit occidenti.*

Laborem

Laborem [1] *inanem* [2] *ipſius capit, & 3 illi moleſtiam* [4] *affert.*

5 Tum autem filius tuus introiit videre, ut venit, quid agat. 10

SO. *Quid ais? an venit Pamphilus?* PAR. *venit.* SO. [6] *Diis gratiam habeo.*

Hem, [7] *iſtoc verbo animus mihi rediit, &* [8] *cura ex corde* [9] *exceſſit,*

PAR. *Iam* [10] *eâ te causâ* [11] *maximè* [12] *hùc nunc introire nolo.*

Nam ſi [13] *remittent* [14] *quippiam Philumenæ dolores, Omnem rem narrabit, ſcio, continuò ſola* [15] *ſoli,* 15

[16] *Quæ inter* [17] *vos intervênit,* [18] *undè ortum eſt initium* [19] *iræ.*

Atque eccum, video [20] *ipſum* [21] *egredi: quàm* [22] *triſtis eſt.* SO. *ô mi gnate.*

PAM. [23] *Mea mater, ſalve.* SO. *gaudeo* [24] *veniſſe* [25] *ſalvum:* [26] *ſalvan' Philumena eſt?* PAM [27] *meliuſcula eſt.* SO. *utinam* [28] *iſtuc ita Dii* [29] *faxint.*

[30] *Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam triſtis?* PAM. [31] *rectè mater.* 20

1 Vanum, nullius effectus. 2 Qui amat. 3 Cui eſt odio, id eſt, quem amat, & à quo non redamatur. 4 Suâ præſentiâ. 5 Aliam affert cauſam, quare introrò ire non debeat Soſtrata. Ordo eſt: *Tum*, id eſt, præterea, quod in nulla es gratia apud nurum, *autem filius*, ſcilicet Pamphilus, *ut venit*, id eſt, poſtquam, vel ſtatim ut rediit, *introiit videre*, id eſt, viſum, ad videndum, (ut ſuprà 1, 2. *Noſtra illicò it* viſere *ad eam*) *quod agat*, ſcilicet uxor Philumena. 6 Quod venerit Pamphilus. 7 Tuo nuncio de adventu filii. 8 Solicitudo, anxietas. Virg. Æn. 4. *Ad Regina gravi jam dudùm ſaucia curâ. Vulnus alit venis.* 9 Diſceſſit, amota eſt. 10 Quod ſcilicet filius tuus Pamphilus rediit; ex quo omnia, quæ ſcire cupis, diſces. 11 Præcipue. 12 In ædes Phidippi. 13 Scilicet *ſe*, id eſt, minuentur, relaxabuntur. Ponitur enim hîc verbum Activum, quaſi Neutrum eſſet. Cæſar. l. 3, de bel. civ. *Ventus remiſit.* Liv. *Imbres remiſerunt.* 14 In aliquo, vel aliquantulùm. 15 Pamphilo. 16 Res, ſeu quod negotium. 17 Te & Philumenam interceſſit. 18 Ex quâ re. 19 Quare abierit, abſente marito. 20 Pamphilum. 21 Exire è domo uxoris ſuæ. 22 Q. d. Hoc non eſt de nihilo. 23 Reſalutantis eſt. 24 Te. 25 Incolumem. 26 Sana, incolumis. 27 Aliquantò meliùs ſe habet, quàm ante. *Meliuſculus* à Comparativo *melior* Diminutivum eſt. Diſſimulat dolorem vel partum. 28 Ut meliuſcula ſit. 29 Faciant. 30 Quare. 31 Nihil eſt mali, nulla eſt cauſa lachrymarum & triſtitiæ. Detractat Pamphilus modeſte reſponſionem, atque *Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.* Vide Heaut. 2, 1. & 3, 2.

SO. *Quid fuit* [1] *tumulti? dic mihi: an dolor repentè* [2] *invasit?*

PAM. [3] *Ita factum est.* SO. [4] *quid morbi est?* PAM. [5] *febris* SO. [6] *quotidiana?* PAM. [7] *ita ajunt.*

I [8] *sodes* [9] *intrò, consequar jam te mea mater.* SO. *fiat.*

PAM. *Tu* [10] *pueris* [11] *curre, Parmeno, obviam, atque* [12] *his onera adjuta.*

PAR. *Quid? non sciunt ipsi viam, domum, quâ redeant?* PAM. *cessas?*

1 Pro *tumultus*, id est, perturbationis.

2 Arripuit eam?

3 Ut tu dicis.

4 Quo morbo laborat uxor?

5 Non mentitur Pamphilus: nam parientes non sunt sine febri. 6 An febris continua est ei? 7 Esse febrim quotidianam. 8 Si audes. Adverbium Comicum, & blandienti accommodatum. 9 In domum tuam, unde tu venis: non enim vult eam ingredi ad Philumenam. 10 Servis adferentibus onera de hereditate cognati mortui, propter quod missus fuerat Pamphilus. 11 Apud portum. 12 Adjuva ipsos onerantes, adjuva eos in ferendis oneribus. Locutio antiqua figurata.

ACTUS III. SCENA III.

PAMPHILUS.

[1] *Nequeo mearum rerum* [2] *initium ullum invenire* [3] *idoneum,*

[4] *Undè* [5] *exordiar narrare, quæ* [6] *nec opinanti accidunt,*

Partim quæ perspexi his [7] *oculis, partim quæ* [8] *accepi auribus:*

[9] *Qua me propter* [10] *exanimatum* [11] *citiùs eduxi* [12] *foras.*

Nam modò me intrò [13] *ut* [14] *corripui* [15] *timidus, alio* [16] *suspicans*

1 Deliberat Pamphilus, velit ne uxorem recipere, an repudiare.

2 Principium, exordium.

3 Aptum, conveniens.

4 A quo initio.

5 Incipiam commemorare ea. 6 Non suspicanti, præter omnem opinionem. 7 Meis. 8 Audivi. 9 Quapropter me. Tmesis, id est, sectio. Sic Andr. 1, 5. *Quæ meo cunque libitum est animo facere.* 10 Perterritum, perturbatum. 11 Quàm exivissem, nisi ea audivissem. 12 Extra domum Phidippi, patris Philumenæ. 13 Postquam. 14 Contuli me raptim sive ingressus sum domum soceri mei Phidippi. Infrà 4, 1, 3. *Ita* corripuit *derepente tacitus sese ad filiam.* Multùm, opinor, decederet tractationi hujus affectus, & narrationi, si undecim hi versus ejicerentur, quod Guyetus voluit. 15 Timens. 16 Existimans.

Morbo

Morbo me visurum [1] *affectam*, [2] *ac sensi esse*, *uxorem* : [3] *hei mihi* !
Postquam me aspexêre ancillæ [4] *advenisse*, *illicò omnes simul*
Lætæ exclamant, [5] *venit* : [6] *id quòd me* [7] *repentè aspexerant.*
Sed [8] *continuò* [9] *vultum* [10] *earum sensi immutari omnium* ;
Quia tam [11] *incommodè* [12] *illis* [13] *fors obtulerat adventum meum.*
Vna [14] *illarum intereà properè* [15] *prœcucurrit*, [16] *nuntians*
Me venisse : *ego* [17] *ejus videndæ cupidus* [18] *rectâ* [19] *consequor*:
Posteaquam [20] *introii*, [21] *extemplò ejus* [22] *morbum cognovi miser.*
Nam neque, *ut celari* [23] *posset*, [24] *tempus* [25] *spatium ullum dabat*,
Neque voce aliâ, [26] *ac* [27] *res monebat*, [28] *ipsa poterat* [29] *conqueri.*
Postquam [30] *aspexi*, *ô facinus indignum* ! *inquam*: *&* [31] *corripui illicò*
Me [32] *indè lacrumans*, [33] *incredibili re*, *atq;* [34] *atroci* [35] *percitus.*

1 Correptam alio morbo, & non ex partu laborantem.
2 Quàm percepi, intellexi esse affectam.
3 Interjectio dolentis.
4 Ingressum esse in ædes Myrrhinæ.
5 Pamphilus.
6 Mimêsis.
7 Propter id.
8 Subitò.
9 Respiciens ancillas.
10 Ex vultu facilè affectus cognoscuntur : est enim imago & sermo animi : & est is affectus, qui in facie elucet, undè animi motus, ut tristitia, iracundia, & gaudium colligitur.
11 Ancillarum.
12 Intempestivè, non opportunè, scilicet in partu ipso.
13 Ancillis.
14 Fortuna præter exspectationem exhibuerat.
15 Ancillarum.
16 Intrò.
17 Myrrhinæ & Philumenæ.
18 Eam videndi, scilicet uxorem meam Philumenam.
19 Scilicet *viâ*, nusquam divertendo.
20 Ancillam.
21 Ad uxorem.
22 Illicò, confestim.
23 Parturientium dolores, id est, deprehendi eam parturire. Ita Andr. 1, 5. *verbum unum cave de nuptiis : Ne ad* morbum *hoc etiam.*
24 Morbus ille vel partus.
25 Temporis brevitas.
26 Moram ullam.
27 Quàm
28 Partus postulabat.
29 Uxor.
30 Gemere & dolorem ostendere.
31 Uxorem esse affectam tali morbo, id est, parturientem.
32 Raptim retraxi me, egressus sum statim.
33 E cubiculo parturientis.
34 Propter partum, quem non credidissem, nisi vidissem.
35 Vehementi, propter ingentem dolorem.
Commotus, perturbatus. Plaut. *Delirat uxor*, *atrâ bili* percita est.

1 *Mater* 2 *consequitur:* 3 *jam ut limen exirem,* 4 *ad genua accidit,*
Lacrumans misera: 5 *miseritum est. Profecto hoc sic est, ut puto,*
6 Omnibus nobis ut res 7 dant sese, ita 8 magni atque 9 hnmiles sumus.
10 *Hanc habere orationem mecum à* 11 *principio* 12 *instituit:*
O mi Pamphile, abs te quamobrem 13 *hæc abierit, causam* 14 *vides.*
Nam 15 *vitium est oblatum virgini olim, ab nescio quo improbo:*
Nunc 16 *hùc confugit,* 17 *te atque alios partum ut celaret suum.*
Sed cùm 18 *orata* 19 *ejus* 20 *reminiscor,* 21 *nequeo, quin lacrumem miser.*
21 *Quæquæ fors fortuna est,* 23 *inquit, nobis quę te hodiè* 24 *obtulit,*
Per 25 *eam te obsecramus* 26 *ambæ, si jus,* 27 *si fas est,* 28 *uti*
29 *Adversa* 30 *ejus* 31 *per te* 32 *tecta* 33 *tacit aq; apud omnes sint:*

1 Philumenæ, scilicet Myrrhina. 2 Sequitur me. 3 Jam in eo eram, ut limen, domus exirem. 4 Juxta genua! mea cecidit ac se projecit. Est hoc idem quod προσπίπτειν Græcis, id est, supplicem fieri, genibus advolvi. Seneca in Troad. Ad genus accido *supplex, Ulysse: Quamquam nullius pedet novêre dextram, Pedibus admoveo tuis.* Misericordiæ sedes in genibus est, juxta Plinium: supplicantes enim & ad ea procumbere & amplecti solebant. 5 Ejus. 6 Ut res eveniunt nobis, prout se res habent nostræ, vel benè, vel malè, ita animi nostri efferuntur vel deprimuntur. In eam autem cogitationem incidit hic, ex Myrrhinæ, nobilis matronæ, miseranda specie, quæ dignitatis suæ oblita, ad pedes ejus se abjecerat. 7 Prout sunt res nostræ, vel adverse, vel prosperæ. 8 Elato animo, superbi. 9 Abjecti, demissi. 10 Mimêsis. 11 Sermonis sui. 12 Incepit Myrrhina. Liv. l. 8. *Orare Dictatorem* insistunt (inquit *ut veniam errori humano, veniam adolescentiæ Q. Fab. daret.* 13 Filia) mea, uxor tua. 14 Cognoscis, scilicet partum. 15 Stuprum. 16 Ad me matrem, vel ad meas ædes. 17 Maritum. 18 Quæ oravit, preces. 19 Myrrhinæ. 20 Memoriâ repeto, in memoriam redigo. 21 Non possum me continere à lachrymis. 22 Quæcunque subita fortuna est. *Forti fortunæ* gratias agebant, quibus aliquid successerat. Redit ad Mimêsin. 23 Myrrhina. 24 Exhibuit. 25 Fortunam. 26 Ego & filia mea. 27 Si sit licitum, & non contra jus. 28 Ut. 29 Infortunia. 30 Uxoris. 31 Beneficio tuo. 32 Abscondita, occulta sint, ne hęc alii sciant. 33 Ne aliis quidquam indicet de partu uxoris.

Si unquam erga te [1] *animo esse amico sensisti* [2] *eam, mi Pamphile,*

[3] *Sinè labore hanc gratiam, te, uti sibi des pro illâ nunc, rogat.*

[4] *Cæterùm de reducendâ id fac,* [5] *quod in rem sit tuâ.*

[6] *Parturire eam, neque gravidam esse ex te,* [7] *solus conscius.*

Nam [8] *ajunt tecum* [9] *pòst duobus concubuisse eam mensibus:*

[10] *Tum, postquam* [11] *ad te venit, mensis* [12] *agitur hic jam septimus:*

[13] *Quod te scire,* [14] *ipsa indicat res: nunc* [15] *si potis est, Pamphile,*

[16] *Maximè volo, doque operam, ut clam* [17] *partus* [18] *eveniat* [19] *patrem.*

Atque adèo [20] *omnes: sed si fieri id non potest, quin* [21] *sentiant,*

Dicam [22] *abortum esse:* [23] *scio nemini aliter suspectum fore,*

Quin, quod [24] *verisimile est,* [25] *ex te rectè* [26] *eum natum putent.*

[27] *Continuò exponetur:* [28] *hîc tibi nihil est quidquam* [29] *incommodi:*

1 Animum habere amicum

2 Uxorem tuam Philumenam.

3 Ordo est: Philumena *rogat te nunc, uti,* id est, ut, *des,* id est, exhibeas, *sibi hanc gratiam,* id est, hoc beneficium, sc. silentii, sive ut ejus partum celes, *pro illâ,* sc. gratiâ, vel pro amico illo, quo erga te fuit, animo, *sinè labore,* id est, malo tuo, vel ex quo *tibi nihil est quidquam incommodi*; ut mox. 4 Sed quantum attinet ad resumendam uxorem tuam. Benè *reducendâ* 1 nam priùs fuerat ducta domum à marito in nuptiis; deinde post abitum, si iterum sumatur, reducetur domum. 5 Quod sit tibi utile, quod tibi commodum videbitur. Nam nisi reducatur, reddenda dos erit. 6 Cupere parere, laborare ex partu. 7 Apud te scis solus. 8 Fama est. 9 Post duos menses ex die nuptiarum, sc. in tertio mense. 10 Præterea. 11 Uxor collocata est tibi, cùm uxor tua est facta. 12 Labitur, traducitur. 13 Hoc tempus partus, vel rationem temporis iniisse, nempe mensem jam agi septimum. 14 Quia contristatus corripuisti te foras. 15 Si fieri potest. 16 Libentissimè, vehementissimè. 17 Philumenæ. 18 Accidat. 19 Ejus, sc. Philippum. 20 Alios homines. 21 Tam pater, quam cæteri. 22 Ortum immaturum, infantem abortivum: & declinatur *hic abortus, us, ui*: in quartâ declinatione. 23 Scio quod de illo abortu vel partu nemo aliter suspicabitur, hoc audito. 24 Probabile. 25 Tuum esse verum filium credant. 26 Fœtum. 27 Illicò fœtus morti objicietur, neque tolletur pro tuo. Quod non fuit factum: imò cognitus est tandem esse filius Pamphili. 28 In hac re, scilicet in celando partum, vel si exponatur puer. 29 Mali, sc. cùm alienus exponitur, & non tollitur pro tuo.

[1] *Illi miseræ* [2] *indignè factum* [3] *injuriam* [4] *contexeris,*

[5] *Pollicitus sum, & servare in eo certum est, quod* [6] *dixi,* [7] *fidem.*

Nam [8] *de reducendâ, id verò* [9] *nentiquam honestum esse arbitror.*

[10] *Nec faciam: etsi* [11] *amor me gravitet,* [12] *consuetudoque ejus tenet.*

[13] *Lacrumo,* [14] *quæ* [15] *posthac futura* [16] *est vita, cùm in mentem venit,*

[17] *Solitudoque. O* [18] *Fortuna, at nunquam* [19] *perpetuò es bona!*

Sed jam [20] *prior amor me* [21] *ad hanc rem* [22] *exercitatum reddidit,*

[23] *Quem ego* [24] *consilio* [25] *missum feci,* [26] *idem nunc operam huic dabo.*

Adest Parmeno cum [27] *pueris: [28] hunc minimè est opus*

[29] *In hac re adesse: nam* [30] *olim* [31] *soli* [32] *credidi,*

[33] *Eâ me abstinuisse in principio,* [34] *cùm data est.* 51

Vereor, si clamorem [35] *ejus hîc* [36] *crebrò audiat,*

1 Uxori Philumenæ.
2 Iniquè, turpiter.
3 Quòd sit compressa.
4 Celaveris, occultaveris.
5 Myrrhinę, me facturum, ut clam omnes sit ille partus.
6 Promisi, condixi.
7 Promissionem datam.
8 Quantum spectat ad resumendam eam in uxorem.

decorum, ἔυφημον, scilicet ut reducam. 10 Ex hac re fluent omnes turbæ secuturæ. 11 Uxoris. 12 Et conversatio familiaris, quam habui cum eâ, me afficit. 13 Non possum continere lachrymas, deploro conditionem vitæ futuræ. 14 Qualis. 15 Sinè uxore. 16 Et modus vivendi. 17 Carentia societatis, cælibatus. 18 Dea mutationis & volubilitatis, cujus nutu omnes res in hac vita gubernantur. Epiphonema accusantis fortunæ inconstantiam. 19 Omni tempore & assiduè es prospera & constans! Idcircò Cebes Thebanus eam cæcam fingit & insanam, rotundo lapidi insistentem. Itaque Apelles cum eam sedentem pinxisset, rogatus cur id fecisset, respondit: *quia nunquam stetit.* 20 Quo amavi Bacchidem. 21 Ad divortium æquo animo ferendum. 22 Assuetum, idoneum fecit. 23 Amorem Bacchidis. 24 De industria, ratione & prudentia. 25 Dimisi, cùm Philumenam duxi. 26 Ego ipse, qui priori amori incubui, huic quoque amori Philumenæ incumbam, ut scilicet missum faciam quoque hunc amorem, quem erga uxorem habeo. 27 Servis redeuntibus ex Imbro, quò peregrè profecti erant. 28 Parmenonem. 29 In partu uxoris. 30 Antehac. 31 Parmenoni. 32 Commisi, exposui, detexi. 33 Me non attigisse Philumenam. Vide suprà 1, 2. *diebus sanè paucis Pòst Pamphilus me solum seducit foras*, &c. 34 Id est, in ipsis nuptiis. 35 Philumenæ parturientis. 36 Sæpe.

1 Quòd. 2 Eam, partu laborare. 1 *Ne* 2 *parturire* 3 *intelligat* : 4 *aliquò mihi est Hinc ablegandus*, 5 *dum parit Philumena.*

3 Ex clamoribus. 4 Parmeno servus est expellendus, transmittendus, ἀποπεμπτέος, ex hoc loco in aliquem locum. 5 Quamdiu, vel donec.

ACTUS III. SCENA IV.

PARMENO, SOSIA, PAMPHILUS.

1 Aisne tu, Sosia. Narrat Sosia, quæ adierit maris pericula: servus Parmeno in arcem mittitur, ne pariet Philumenam interim audiat. 2 Molestum, tædiosum accidisse, id est, non ex sententiâ successisse.

PAR. 1 *Aïn' tu, tibi hoc* 2 *incommodum evenisse* 3 *iter?*

SO. *Non herclè verbis, Parmeno,* 4 *dici potest Tantum, 5 quàm* 6 *re ipsâ* 7 *navigare* 8 *incommodum est.*

PAR. *Ita-ne est?* SO. *ô* 9 *fortunate! nescis* 10 *quid mali Præterieris,* 11 *qui nunquam es ingressus mare. Nam alias ut omittam* 12 *miserias,* 13 *unam hanc vide: Dies triginta, aut* 14 *plus eo, in navi fui, Cùm* 15 *intereà* 16 *semper mortem* 17 *exspectabam miser: Ita* 18 *usque* 19 *adversâ tempestate usi sumus.*

3 Ex Imbro Athenas. 4 Exponi, exprimi. 5 Quantum. 6 Ipso facto, experientiâ. 7 In mari. 8 Periculosum est. Elegantèr Propert. l. 3. *Terra parùm fuerat, terris adjecimus undas, Fortuna miseras auximus arte vias. Anchora se teneat, quem non tenuêre penates. Quid meritum dicas, cui sua terra parum est? Ventorum est quodcunque paras, haud ulla carina Consuevit, fallit portus & ipse fidem.* 9 Felix Parmeno. 10 Quod malum, quot vitæ pericula prætergressus sis, effugeris. 11 Quod nunquam navigaveris in mari. 12 Calamitates navigandi. 13 Hanc unam miseriam considera, cognosce. 14 Longiori tempore, vel plus spatio illo triginta dierum in navi fui. In quo dicendi genere τὸ eo non refertur ad *triginta*, sed ad *spatium* aut *tempus*: ut Heaut. 1, 1. *annos sexaginta natus eo*, *Aut* plus eo, *ut conjicio*. 15 Inter eos triginta dies. 16 Assiduè, omnibus horis seu momentis: quia exspectatio mali est durissima. Ovid. *Morsque minus pœna, quàm mora mortis, habet.* 17 Præsentem videbam, id est, versabar in periculo mortis. Non immeritò Horat. l. 1. Od 3. exclamat: *illi robur, & æs triplex Circa pectus erat, qui fragilem truci Commisit pelago ratem Primus*, &c. Unde Anacharsis, cùm audiret spissitudinem tabularum nauticarum esse quatuor digitorum, dixit, *tantillum à morte abesse eos, qui navigant.* 18 Assiduè, semper. 19 Ventos minùs secundos habuimus.

PAR.

PAR. [1] *Odiosum.* SO. [2] *haud clam me est: denique* [3] *herclè* [4] *aufugerim*
Potiùs, quàm [5] *redeam, si* [6] *eo mihi redeundum sciam.*
PAR. [7] *Olim* [8] *quidem te causæ impellebant* [9] *leves,*
Quod nunc [10] *minitare facere, ut faceres, Sosia.*
Sed Pamphilum [11] *ipsum video stare ante ostium.*
[12] *Ite intrò: ego* [13] *hunc adibo, si quid* [14] *me velit.*
Here, etiam tu [15] *hîc stas?* PAM. *equidem te exspecto.*
PAR. [16] *quid est?*
PAM. *In* [17] *arcem* [18] *transcurso opus est.* PAR. [19] *cui homini?* PAM. *tibi.*
PAR. [20] *In arcem?* [21] *quid eò?* PAM. [22] *Callidemidem hospitem*
Myconium, qui mecum unà advectus est, conveni.
PAR. *Perii!* [23] *vovisse hunc dicam, si salvus domũ*
[24] *Rediisset unquam, ut me* [25] *ambulando* [26] *rumperet.*
PAM. [27] *Quid cessas?* PAR. *quid vis* [28] *dicam?* [29] *an conveniam modò?*

1 Illud est molestum toleratu, semper tanto tempore mortem exspectare.
2 Nõ ignoro, sed ego solus scio, benè expertus sum, quàm odiosum illud sit.
3 Adverbium jurandi.
4 Aufugerem.
5 Ad herũ meum.
6 In eum locum, sc. Imbrum, vel in mare. 7 Ante navigationem. 8 Equidem, certè. 9 Nullius momenti, id est, parvæ occasiones movebant te. 10 Te velle aufugere à domino propter illam magnam causam. Q. d. Facile credo tibi, te tanti mali, quantum videtur esse navigatio, vitandi causâ fugam arrepturum, cùm jam olim levibus de causis fugam adornaveris: ita jocosè ut servum nequam & fugitivum perstringit. 11 A quo missus sum. 12 Vos conservi, ite in domum Lachetis cum oneribus. 13 Pamphilum. 14 Sc. *facere.* 15 Ante ædes Myrrhinę. 16 Quod tantoperè me exspectes. 17 Editiorem urbis locum. Mittitur Parmeno in arcem, ne Philumenam parturire intelligat. 18 Aliquem transcurrere, vel transcursu, transcursione: ut *opus facto, opus dicto.* Hîc *transcurso in arcem* εἰρωνικῶς dictum, quasi iter breve sit, quod longum est. Alibi de brevi itinere, *transcurrere in forum*, dixit. 19 Opus est transcurrere in arcem? 20 Transcurso opus est mihi? 21 Quare in eum locum, sc. in arcem transcurrendum mihi est? 22 Virum illum amicum externum ex Mycone, insula una ex Cycladibus, alloquere. 23 Dicere ausim Pamphilum voto Deo promisisse. *Vovere* enim, est aliquid Deo sanctè promittere. Pro quo etiam dicimus, *vota facere, vota nuncupare.* Unde promissio ejusmodi, facta Deo, *votum* dicitur. Facete alludit ad eorum morem, qui longis itineribus maris periclitati (ut hîc Donatus) vovent aliquid, si domum pervenerint. Et convenit hoc Pamphilo, quem male navigasse suprà audierat. 24 Dominus meus. 25 Hinc inde currendo. 26 Defatigaret, vel potiùs occideret Mart. l. 12. Ep. 14. *Quid te frana juvant temeraria? sæpius illis, Prisce, datum est equitem* rumpere, *quàm leporem*, id est, occidere. *Rumpi* dicuntur, quibus ex nimia intentione vocis aut laboris vena frangitur. 27 Cur non properas? 28 Hospiti illi Myconio. 29 An alloquar eum solummodò? id est, satis-ne est, si modò eum convenero, nec aliquid fecero?

PAM.

PAM [1] *Imò, quod constitui me hodiè conventurum eum,*
Non posse, ne me frustrà [2] illic exspectet: [3] vola.
PAR. *At non novi hominis faciem.* PAM. [4] *at faciam, ut noveris:*
[5] *Magnus,* [6] *rubicundus,* [7] *crispus,* [8] *crassus,* [9] *cæsius,*
[10] *Cadaverosâ facie.* PAR. *Dii* [11] *illum perdant.*
Quid, si non [12] *veniet?* [13] *maneam-ne usque ad vesperum?*
PAM [14] *Maneto: curre.* PAR. *non* [15] *queo: ita defessus sum.*
PAM. [16] *Ille abiit. Quid agam infelix? prorsùs nescio*
Quo pacto hoc celem, quod me oravit Myrrhina,
[17] *Suæ gnatæ partum: nam me miseret* [18] *mulieris.*
Quod potero, [19] *faciam;* [20] *tamen ut* [21] *pietatem colam:*
Nam me [22] *parenti potiùs, quam* [23] *amori,* [24] *obsequi*
Oportet: [25] *at at at! eccum* [26] *Phidippum, &* [27] *patrem*
Video: [28] *horsùm pergunt: quid dicam* [29] *hisce,* [30] *incertus sum.*

1 Non convenies modò, sed dices me non posse convenire eum in eo, quod constitui me esse allocuturum eum. 2 In arce. 3 Curre velociter, ita curre ut volare magis, quam currere, videaris. 4 Bene monet Donatus, stomachosè hęc esse pronuntianda. 5 Corpore, id est, ille est magnæ staturæ. 6 Facie 7 Crinibus, id est, crispos habens capillos, qui *cirri* dicuntur. 8 Pinguis. 9 Glaucis, oculis, id est, viridibus, quasi felis oculos habens. *Cæsius color* dicitur, qui cœli speciem habet, dictus quasi cęlius. Et sanè cœli color glaucus est, ut nos dicimus *Hemelsblaeuw.* 10 Effictio memorabilis; sed assimulata, in quâ *cadaverosam faciem* cum *rubicundo* parùm convenire, plerique animadvertunt. Donatus dedit operam; ne nihil diceret, nec expedivit. Ego illis assentior, qui *cadaverosam faciem*, fœdam, monstrosam & similem cadaveri interpretantur. 11 Callidemidem hospitem Myconium, ad quem ego mittor. Hęc secum dicit. 12 In arcem. 13 Ergo ibi exspectem. 14 In arce. 15 Currere. 16 Servus Parmeno. 17 Philumenæ. 18 Myrrhinæ. 19 Celabo. 20 Si ita potest fieri, ut sine matris graviore offensa & ira hoc, sc. uxoris partum, celem, libenter celabo, & uxoris famæ consulam: sin aliter, pietatem erga matrem amori præferam. 21 *Pietas* propriè est reverentia & amor erga parentes. Suprà: *Nam matris ferre injurias me, Parmeno, pietas jubet.* In seq. scenâ, *Nunc me pietas matris potiùs commodum suadet sequi.* 22 Matri meæ. 23 Uxoris meæ Philumenæ. 24 Obedire. 25 Interjectio est conterriti & conturbati. 26 Patrem Philumenæ. 27 Meum, sc. Lachetem. 28 Versùs hanc partem ad me ambo veniunt. 29 Socero & patri. 30 Nescio.

ACTUS

ACTUS III. SCENA V.

LACHES, PHIDIPPUS, PAMPHILUS.

LA. [1] *Dixtin' [2] dudùm, dixisse [3] illam, se exspectare [4] filium?*
PH. [5] *Factum.* LA. [6] *venisse ajunt: [7] redeat.* PA. *quam [8] causam dicam [9] patri,*
Quamobrem non reducam, nescio. LA. *quem ego hîc audivi loqui?*
PA. [10] *Certum obfirmare est viam me, quam decrevi persequi.*
LA. [11] *Ipsus est, de quo [12] hoc agebam tecum.* PA. *salve, mi pater.*
LA. *Gnate mi, salve.* PH. [13] *benè factum te [14] advenisse, Pamphile,*
Atque [15] adeò, quod [16] maximum est, [17] salvum atque [18] validum. PA. [19] *creditur.*
LA. *Advenis modò?* PA. [20] *admodùm.* LA. [21] *cedo, [22] quid [23] reliquit Phania*

1 Dixistine? De reducenda Philumena inter senes agitur. Pamphilus se reducturum negat. Ferdeam rem ægrè Phidippus. 2 Paulò ante. 3 Philumenam. 4 Meum Pamphilum, maritum ejus, qui peregrè abest ad hæreditatem petendam. 5 Scilicet *est*, id est, dixi Philumenam dixisse se exspectare filium meum Pamphilum. 6 Filium meum. 7 Filia tua Philumena. 8 Excusationem non reducendæ uxoris. Hoc secum sollicitus Pamphilus loquitur. 9 Meo, sc. Lacheti. 10 Uxorem meam. 11 Firmiter decrevi insistere viam, (id est, rationem & consilium, propositum) quam mihi insistendam sive persequendam proposui, nempe ut matri potiùs, quàm amori, obsequar, ac propterea uxorem non reducam, & non reducendæ causam veram celem. Sumpta est similitudo ab illis, qui ingressi semel iter diligenter illud perficere student. *Obfirmare* enim significat firmiter proponere aliquid. Sic in Heaut. 5,5. *Quaso, ne tam* obfirma te, *Chreme.* 12 Ipse Pamphilus. Archaïsmus est. 13 Hanc causam, ut quamprimùm reduceret uxorem. Al. *hîc.* 14 Gaudeo, prospere contigit. Formula est peregre redeuntes gratulandi. 15 Rediisse. 16 Certe, scilicet bene est factum. 17 Præcipuum: quia advenire non validum, magna est tristitia. 18 Incolumem rediisse te. 19 Robustum, & corpore bene habito ac vegeto. 20 Benè factum esse, quod advenerim, sed mox cum de repudio nostro agetur, hoc minimè creditur. Donatus: *Minùs blandè respondet, de repudio locuturus.* Meliùs Guyetus, submissè dici à Pamphilo ad spectatores converso, ita ut neque Laches, neque Phidippus audire possint. 21 Valde modò, id est, jam primùm advenio, πάνυ ἀρτίως ἦλθον. 22 Dic mihi. 23 Quantum. 24 Nobis.

[1] *Consobrinus noster?* PA. *sanè herclè* [2] *homo* [3] *voluptati obsequens*
Fuit, [4] *dum vixit: &* [5] *qui sic sunt,* [6] *haud multum hæredem adjuvant:*
Sibi verò hanc laudem [7] *relinquunt,* [8] *vixit,* [9] *dum vixit,* [10] *benè.*
LA. *Tum tu* [11] *igitur nihil attulisti hùc plus* [12] *unâ sententiâ?*
PA. *Quidquid id est, quod reliquit,* [13] *profuit.* LA. *imò* [14] *obfuit:*
Nam [15] *illum vivum &* [16] *salvum vellem.* PH. [17] *impunè optare* [18] *istuc licet.*
[19] *Ille* [20] *reviviscet jam nunquam: & tamen, utrum* [21] *malis, scio.*
LA. [2] *Heri Philumenam ad se accersi* [23] *hic jussit: dic* [24] *jussisse te.*
PH. [25] *Noli fodere: jussi.* LA. [26] *sed eam jam remittet.* PH. [27] *scilicet.*
PA. *Omnem rem scio,* [28] *ut sit gesta: adveniens audivi omnia.* LA. *at*

1 Propinquus, quasi *sororinus*. *Sobrini* dicuntur, qui nati sunt ex duabus sororibus: sed *Consobrini* sunt, quorum alter natus est ex fratre, alter ex sorore. Nam ex fratribus cognati dicuntur *Patrueles*, auctore Donato. 2 Phania. 3 Lautitiæ suæ incumbens, id est, fuit homo voluptuarius. 4 Quamdiu vixit, id est, in vitâ. 5 Qui ita vivunt, voluptatibus obsequentes. 6 Non relinquunt militum pecuniæ post mortem, non reddunt divitem hæredem, parùm consulunt hæredi. 7 Apud omnes homines, scilicet ut hoc de iis dicatur, *vixit*, &c. 8 Amphibolia est in verbo *vivere*, quod interdum simpliciter vivere, interdum genialiter vitam agere significat. Ut apud Catul. Vivamus, *mea Lesbia, atque amemus*. 9 Quamdiu. 10 Lautè. 11 Quia sic vixit. 12 Præter illam unam sententiam, οὐδὲν μιᾶς γνώμης πλέον, scilicet quod vixit benè, dum vixit. 13 Nobis: quare non est, quod ejus pœniteat. 14 Nocuit: quia id signum est me amisisse amicum, quem adhuc vivere vellem. 15 Phainam. 16 Incolumem ac sanum optarem. 17 Sine pœnâ, sine aliquo tuo periculo & damno. Q. d. Si optata evenirent, nunquam optares, ut ille reviviscerет. 18 Ut esset vivus & salvus. 19 Phania consobrinus noster. 20 In vitam restituetur. 21 Eligas, scilicet ut reviviscat, an ut non reviviscat. 22 Hîc Laches transfert sermonem ad redditionem Philumenæ. 23 Phidippus socer tuus. 24 Ut Philumena ad te veniret. Hoc Laches in aurem Phidippo dicit, ut id comprobaret. 25 Noli pulsare, vel tundere manu latus meum, submonendo me ut id dicam: nam te reverà jussi eam accersi ad me. Hoc enim facimus monendi gratia, & suggerendi & impellendi. Ut apud Horat. l. 1. Epist. 8. *Mercemur servum, qui dictet nomina, lævum Qui* fodiat latus. 26 Sed Phidippus statim remittet Philumenam, quia domum rediisti. 27 Certe ego remittam eam. 28 Quomodo sit facta.

Istos

Istos [1] *invidos Dii perdant, qui* [2] *hæc libenter nuntiant.*

PA. *Ego me scio* [3] *caviſſe, ne ulla* [4] *meritò contumelia*

Fieri à vobis poſſet: idque ſi nunc [6] *memorare hîc velim,*

Quàm [7] *fideli animo &* [8] *benigne* [9] *in illam &* [10] *clementi* [11] *fui,*

[12] *Verè* [13] *poſsim; ni* [14] *te* [15] *ex ipsâ* [16] *id magis velim reſciſcere.*

[17] *Namque eo pacto maximè apud te meo erit ingenio fides,*

Cùm [18] *illa, quæ nunc* [19] *in me iniqua eſt,* [20] *æqua de me dixerit:*

Neque meâ culpâ hoc [21] *diſſidium eveniſſe, id teſtor Deos.*

Sed [22] *quando ſeſe eſſe indignam deputat, matri meæ*

Quæ concedat, [23] *cujus* [24] *mores toleret ſuâ modeſtiâ;*

Neque alio pacto poteſt [25] *componi inter eas gratia;*

[26] *Segreganda ant mater à me eſt, Phidippe, aut Philumena*

Nunc ne [27] *pietas matris* [28] *potiùs* [29] *commodum* [30] *ſuadet ſequi.*

1 Invidentes matrimonio.
2 Talia, qualia audiviſti.
3 Providiſſe.
4 Jure; quia aliàs fieri poſſunt contumeliæ.
5 Mihi.
6 Referre, narrare.
7 Servatâ fidem ei datam à me.
8 Mansuetè.
9 Erga.
10 Mitis.
11 Præfuerim.
12 Bonâ conſcientiâ.
13 Scilicet *memorare id.*
14 Philippum. 15 Filia tua Philumena, uxore meâ. 16 Quàm fideli animo & benigno in illam & clementi fuerim. 17 Nam eo modo habebis fidem, id eſt, credes meis factis & moribus. Dicimus eleganter, *Eſt mihi apud te fides*, id eſt, tu habes mihi fidem, vel mihi credis. 18 Philumena. 19 Mihi irata. 20 Omnia bona, quod ei nunquam fuerint moleſta. Quia adverſarii teſtimonium, ſi contra ſe dicat, tam grave eſt, quàm vel boni viri. 21 Divortium, diſcordiam inter me & uxorem. 22 Quandoquidem digniorem ſe eſſe putat ſive judicat, quàm ut matri meæ obſequatur ac morem gerat. 23 Matris. 24 Modos vivendi ac difficiles, quales ſunt in ſenibus, qui moroſi ſunt. 25 Conciliari inter matrem & Philumenam amicitia. Sic Phor. 4, 3. *cur non, inquam, Phormio, Vides, inter vos hæc potiùs cum bonâ.* Ut componantur gratia, *quàm cum malâ?* 26 Sejungenda, ſeparanda. Hîc impletur deliberatio illa ſcenæ ſuperioris v. 33. & 34. 27 Charitas in matrem. 28 Quàm uxoris: quia deſiit eſſe uxor mea. 29 Utilitatem ſequi, id eſt, ut conſulam matri, ne eam à me ſegregem. Falsò hoc infert, ut ignarus veræ religionis. Vult enim Deus, ut patrem & matrem relinquat homo, & conjugi ſuæ adhæreat. Matth. 19. 30 Incitat.

LA. *Pamphile,* [1] *haud invito ad aures sermo mihi acceſsit tuus,*

Cùm te [2] *poſtputaſſe omnes* [3] *res* [4] *præ parente intelligo*

Verùm vide, ne impulſus irâ [6] *pravè inſiſtas, Pamphile.*

PA. *Quibus iris impulſus nunc* [7] *in illam iniquus ſim?*

Quæ nunquam quidquam erga me [8] *commerita eſt, pater,*

Quod nollem: & ſæpè, quod vellem [9] *meritam ſcio: Amoque, &* [10] *laudo, &* [11] *vehementer deſidero.*

Nam fuiſſe erga me [12] *miro ingenio, expertus ſum:*

[13] *Illique exopto, ut* [14] *reliquam vitam* [15] *exigat*

Cum [16] *eo viro,* [17] *me qui ſit* [18] *fortunatior:*

Quandoquidem illam à me [19] *diſtrahit neceſsitas.*

PH. [20] *Tibi in* [21] *manu eſt,* [22] *ne fiat.* LA. [23] *ſi ſanus ſies,*

Iube [24] *illam redire.* PA. [25] *non eſt* [26] *conſilium, pater:*

Matris [27] *ſervibo commodis.* LA. *quò abis?* [28] *mane, Mane, inquam: quò vadis?* PH. *quæ hæc* [29] *pertinacia eſt?*

LA. [30] *Dixi ne, Phidippe,* [31] *hanc rem* [32] *ægrè laturem eſſe eum?*

1 Non invitus audivi ſermonem tuum, quantum ſpectat ad pietatem, non quantum ad diſſidium, quod invitum eſt mihi.

2 Poſthabuiſſe & reputaſſe tanquam inferiores.

3 Alias.

4 In comparatione pietatis matris tuæ.

5 Sed diligenter conſidera,

6 Obliquè, ac non rectè, immoreris & pertinax ſis & obſtines in tuo propoſito,

pravam inſiſtas viam. Al. *planè*, id eſt, ὅλως, παντελῶς. 7 Contra uxorem Philumenam. 8 Commiſit aliquid mali. 9 Præſtitiſſe, feciſſe. 10 Propter illa officia honeſtæ uxoris. 11 Eam. 12 Mirabili, ſingulari manſuetudine & irâ. 13 Uxori meæ. 14 Quod reliquum eſt vitæ ſuæ. 15 Tranſigat, traducat. 16 Tali marito. 17 Quam ego. 18 Felicior. 19 Aufert vis pietatis, cui non facile obſiſtitur. 20 Pamphilo. 21 Tuâ poteſtate. Sic infrà 4,4. *Uxor quid faciat, in manu non eſt meâ.* Sal. *Neque mihi in* manu *fuit, yugurtha qualis nunc ſit.* 22 Ut non diſtrahatur à te illa, ut non fiat divortium. 23 Si non ſis inſanus, ſi rebus tuis conſultum velis. 24 Philumenam. 25 Non conſtitui eam reducere. 26 Intentio ſeu propoſitum ejus reducendæ. 27 Antiquè pro *ſerviam*, id eſt, conſulam utilitatibus, id eſt, ego matri meæ morem geram. 28 Revocantis eſt. 29 Filii tui, quod ſcilicet neminem velit audire, quod nolit recipere uxorem. *Pertinax* autem dicitur, qui à propoſito nullis rationibus divelli poteſt. 30 An non prædixi? 31 Diſceſſum Philumenæ à matre Pamphili. 32 Moleſtè perpeſſurum.

Quam

Quamobrem te [1] *orabam, ut filiam* [2] *remitteres.*
PH. *Non credidi* [3] *adepol adeo* [4] *inhumanum fore:*
Ita nunc is [5] *sibi* [6] *me* [7] *supplicaturum putat?*
[8] *Si est, ut velit* [9] *reducere uxorem, licet:*
[10] *Sin alio est animo,* [11] *renumeret dotem hùc,* [12] *eat.*
LA. [13] *Ecce autem,* [14] *tu quoque* [15] *protervè iracundus es.*
PH. [16] *Per contumax* [17] *redîsti hùc nobis, Pamphile.*
LA. *Decedet jam* [18] *ira hæc, etsi meritò iratus est.*
PH. *Quia paululùm vobis* [19] *accessit pecuniæ,*
[20] *Sublati* [21] *animi sunt.* LA. *etiam* [22] *mecum litigas?*
PH. [23] *Deliberet,* [24] *renuncietque hodiè mihi,*
[25] *Velit ne, an non; ut alii, si* [26] *huic non sit,* [27] *siet.*
LA. *Phidippe,* [28] *ades,* [29] *audi paucis:* [30] *abiit: quid* [31] *meâ?*
Postremò inter se [32] *transigant* [33] *ipsi, ut lubet:*
[34] *Quando nec* [35] *gnatus, neque* [36] *hic mihi* [37] *quidquam obtemperant:*
Quæ dico, [38] *parvi pendunt: porrò hoc jurgium ad Uxorem:* [39] *cujus fiunt* [40] *consilio omnia* [41] *hæc.*
Atque in [42] *eam hoc omne, quod mihi* [43] *ægrè est, [44] evomam.*

1 Suprà 2, 1.
2 Ante adventum filii.
3 Jurantis est.
4 Pamphilum inimitem futurum.
5 Genero.
6 Socerum.
7 Pro filia ut eam recipiat.
8 Si ita res sese habeat, vel si Pamphilus eo est animo.
9 Recipere, resumere.
10 Sed si habet alium animum, quàm reducendæ uxoris, id est, si nolit recipere aut reducere uxorem.
11 Reddat mihi renumerando pecuniam sibi datam pro filia.
12 In malam rem, id est, valeat.
13 In promptu adest alius.
14 Sicut Pamphilus.
15 Superbè, immoderatè, impudenter propensus es ad iram.
16 Valde rebellis nobis, admodum superbe contemnens tuos majores.
17 Ex Imbro.
18 Filii mei Pamphili.
19 Ex Imbro, sc. ex hæreditate Phaniæ consobrini.
20 Elati, superbi, arrogantes estis.
21 Vocant Latini *animos* numero plurali ferociam illam vehementiamq; animi confidentis, quę Græcis est θυμὸς. Sic Cic. *Quos illorum* animos? *quos impetus? quam ferociam fore putatis?* Et Liv. *Sustulerant* animos *Ætoli, cum ob Romanam societatem, tum post Attali adventum.*
22 Quemadmodum cum Pamphilo litigasti?
23 Filius tuus Pamphilus.
24 Significet.
25 Utrum velit reducere uxorem, an non velit.
26 Pamphilo.
27 Uxor sc.
28 Ad me accedas propiùs.
29 Ausculta brevi sermone.
30 Phidippus.
31 Sc. *refert*, id est, quid ad me spectat?
32 Concordent, paciscantur, componant rem suam.
33 Filius Pamphilus & Phidippus socer.
34 Quandoquidem.
35 Pamphilus.
36 Phidippus.
37 In aliquo obediunt.
38 Parvi æstimant.
39 Uxoris.
40 Suasu.
41 De dissensione & discessu Philumenæ.
42 Uxorem.
43 Molestum est: solet enim ægritudinem vomitus relevare.
44 Ejiciam, effundam. Sic Adelph. 3, 4. *Ibo, requiram fratrem ut in eum hæc* evomam. Metaphora ab ægrotantibus, qui ad concitandum vomitum utuntur pharmacis. Ita fit iratus, qui non quiescunt, nisi molestiæ auctorem probe ulti fuerint.

ACTUS IV. SCENA I.

MYRRHINA, PHIDIPPUS.

1 Objurgat Myrrhinam Phidippus ob celatum filiæ suæ partum, & quòd auctor sit dissidii inter Pamphilum & Philumenam.

MY. [1] *Perii! quid agam? [2] quò me vertam? quid meo respondebo [3] viro*
Misera? nam audisse vocem pueri [4] visus est [5] vagientis:
Ita [6] corripuit [7] derepentè tacitus sese ad [8] filiam:
Quòd si resciverit peperisse eam, [9] id quâ causâ clam [10] habuisse me
Dicam, non ædepol scio.
[11] Sed ostium concrepuit: credo [12] ipsum [13] ad me exire: [14] nulla sum.

2 In quam partem convertam me?

PH. *Vxor [15] ubi me ad filiam ire sensit, [16] se duxit foras.*
Atq; [17] eccam video: quid [18] agis, Myrrhina? [19] heus, [20] tibi dico. MY. *[21] mihi-ne,*
Mi vir? PH. *vir ego tuus? tu virum me, aut hominem adeò esse [22] deputas?*
Nam si [23] utrumvis horum, mulier, unquam tibi visus forem,
[24] Non sic [25] ludibrio tuis factis habitus essem. MY. *[26] quibus?* PH. *at rogitas?*
Peperit [27] filia? [28] hem! taces? [29] ex quo? MY. *[30] istuc rogare æquum est patrem?*

3 Marito Phidippo.

4 Mihi.

Non erat certa, sed indè conjicit, quia *ita corripuit*, &c.

5 Vagitum, qui clamor est infantis, edentis. 6 Celeriter recepit. Suprà, 3, 3, 5. *Nam modò me intrò ut* corripui *timidus*, &c. 7 Subitò. 8 Philumenam. 9 Peperisse eam. 10 Tenuisse. 11 Sed janua patefacta est, & quidem cum sonitu violento. 12 Virum meum Phidippum. 13 In mé, contra me, quasi litigaturum. Propert. *pugnet* ad *hydras*, id est, adversùs hydras. 14 Non sum, utpote quæ perii. 15 Postquam. 16 Contulit, subduxit se foras, clam abiit, elapsa est, ita ut non sentiretur, ἀψοφητὶ διεξήγαγεν ἑαυτήν. Asinius ad Ciceronem: *Balbus quæstor ne stipendio quidem militibus reddito*, duxit se *à Gaditus*. 17 Ecce hîc video eam uxorem. 18 Q. d. Quare non ades filiæ tuæ? 19 Adverbium vocandi sive admonendi. 20 Tecum loquor. 21 Scilicet *dicis*, id est, me ne alloqueris? 22 Existimas? 23 Utrumlibet horum, scilicet aut vir aut homo. 24 Non fuissem sic delusus per tua facta, quæ me celasti. 25 Derisioni, illusioni. 26 Quibus factis à me ludibrio habitus es? 27 Nostra. 28 Interjectio indignantis. 29 Ex quo homine peperit, id est, ex cujus compressu? 30 Scilicet de filia, ex quo peperisset?

1 *Perii! ex quo* 2 *cenſes, niſi ex illo,* 3 *cui data eſt nuptum, obſecro?*

PH. 4 *Credo: neque* 5 *adeò arbitrari* 6 *patris eſt* 7 *aliter: ſed* 8 *demiror,*

9 *Quid ſit, quam ob rem tantoperè hunc omnes nos celare volueris*

Partum; præſertim cùm & 10 *rectè, &* 11 *ſuo peperit tempore.*

12 *Adeò-ne* 13 *pervicaci eſſe animo, ut* 14 *puerum* 15 *præoptares perire,*

16 *Ex quo inter nos ſcires poſthac* 17 *amicitiam* 18 *fore firmiorem,*

Potiùs quàm eſſet 19 *cum illo nupta* 20 *adversùs animi lubidinem*

Tui? ego 21 *etiam* 22 *illorum eſſe hanc* 23 *culpam* 24 *credidi,* 25 *quæ te eſt penes.*

MY. 26 *Miſera ſum.* PH. *utinam ſciam ita eſſe* 27 *iſtuc:* 28 *ſed nunc mihi in mentem venit,*

De hac re quam locuta es 29 *olim, cùm* 30 *illum genérum cepimus:*

Nam nuptam filiam 31 *negabas poſſe te pati tuam*

1 Hoc Myrrhinæ ad ſpectatores converſa, ut à Phidippo marito non audiatur, dicit. 2 Eam peperiſſe. 3 Cui nupſit, vel nuptum collocata fuit, id eſt, ex Pamphilo. 4 Eam peperiſſe ex Pamphilo. 5 Certè, præterea. 6 Patrem decet. 7 Quàm quod ex viro ſuo filia pepererit. Non vult ulteriùs inquirere in ea, quæ jam peracta erant. 8 Valde miror. 9 Cauſæ. 10 Quod non monſtrum peperit. Monſtra enim ſolebant veteres celare, quia credebant aliquid mali, ubi naſcebantur, portendere. 11 Congruo tempore, quo prægnantes poſſunt parere, ſcilicet ſeptimo menſe. Ergo tum apud Græcos partus ſeptimeſtris, tempeſtivus habitus eſt: nam poſt nuptias hic menſis agebatur ſeptimus. Videndus omninò Gellius 3,16. ubi medicorum & Philoſophorum illuſtrium de tempore humani partus & varietate puerperii ſententias ponit. 12 Scilicet *decet*, vel *oportet*. 13 Maligno, obſtinato, & perſeveranti cum quadam vi. 14 Filiæ, vel ex Pamphilo natum. 15 Potiùs cuperes, vel valdè cuperes. Liv. *Mortem in certamine, quàm ut alter alterius ſubigeretur imperio*, præoptantes. 16 Filio, vel nato infante. 17 Affinitatem. 18 Futuram eſſe ſtabiliorem. 19 Illi, ſcilicet Pamphilo. 20 Contra tuam voluntatem. 21 Adhùc, uſque adhùc: quod non notarem, niſi Donatum hîc ambiguum viderem. 22 Apud illos, ſcilicet Pamphilum & parentes ſuos. 23 De divortio filiæ. 24 Antea. 25 Quæ culpa eſt in te ipſa, & quaſi in poſſeſſione tuâ. 26 Innocens ſum. 27 Te vere eſſe miſeram, id eſt, innocentem. 28 Sed nunc aliud longe diverſum, quàm te innocentem eſſe, in mentem venit ex eo, quod olim dixiſti, cùm negabas, &c. tunc enim his nuptiis, quantum in te fuit, obſtiſti, impedimento fuiſti. 29 Antehac. 30 Pamphilum, ut gener noſter eſſet, elegimus. 31 Eo tempore.

1 Cum tali adolescente.

[1] *Cum eo, qui meretrices amaret, [2] qui pernoctaret foris.*

2 Quot tot noctes insomnes duceret extra domum.

MY. [3] *Quamvis causam hunc suspicari, quam ipsam [4] veram, mavolo.*

PH. *Multò priùs scivi, quàm tu, [5] illum [6] amicam habere, Myrrhina:*

3 Quamlibet aliam causam.

[7] Verùm id vitium ego nunquam decrevi esse adolescentiæ:

Nam [8] id [9] omnibus innatum est: at [10] pol [11] jam [12] aderit, [13] se quoque etiam cùm oderit.

Hoc Myrrhina, ad spectatores conversa, dicit.

Sed [14] ut [15] olim te ostendisti [16] eandem esse, [17] nihil cessasti usque adhùc,

Ut filiam ab [18] eo [9] abduceres, neu, quod ego [10] egissem, esset [21] ratum.

4 Causam sc. propter quam volui celare partum, id est, quia stuprum Philumenæ illatum.

[22] Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto factum volueris.

MY. *Adeon' me esse [23] pervicacem censes, cui mater siem,*

5 Pamphilum. 6 Bacchidem. 7 Ordo est: *Sed ego nunquam*, id est, non, *decrevi*, id est, judicavi, censui, κέκρικα, *id vitium*, scilicet meretricem amare, vel habere amicam, *esse* vitium *adolescentiæ*, id est, in adolescentibus, ut in Pamphilo, sed morem esse potiùs adolescentium ætati convenientem. 8 Vitium. 9 Adolescentibus. 10 Jurantis est. 11 Citò, statim. 12 Adveniet tempus. 13 Cùm ad saniorem mentem rediturus, ac factum suum odio habiturus sit. Infrà 5, 1. *Nam neque hoc animo erit ætatem.* 14 Qualem. 15 Antehac, scilicet cum negabas te posse pati, filiam tuam nuptam esse cum eo, qui pernoctaret foris. 16 Morosam esse te. 17 In nulla re destitisti esse eadem, id est, similis & talis, qualem te ostenderas huc usque, ad hoc tempus. 18 Pamphilo. 19 Dimoveres, abstraheres technis. 20 In sapiendo illo genero. 21 Firmum, stabile. Unde *ratum habere*, est approbare ac confirmare quod actum est. 22 Ordo est: *Nunc ipsa res*, id est, ipsum factum, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, scilicet quia celasti partum filiæ, *facit indicium*, id est, demonstrationem, *quo pacto volueris id factum*, scilicet quod ego egissem, nempe quod filia nupserit Pamphilo. Nam *velle factum*, est laudare, approbare, ratum habere: (uti contrà *nolle factum*, est pœnitere, optare non factum) sic Phorm. 5, 3. Cùm dixisset Demipho Nausistratæ, *Pariter nunc operâ me adjuves, ac dudùm te opitulata es*, respondet ipsa, *Factum volo*, id est, non muto factum, non pœnitet me facti. Vult ergo Phidippus, Myrrhinam suis hisce factis ostendere, quàm nunquam cum animo suo laudasset, aut probasset has, quas olim fecerat, nuptias. Et in hanc quidem sententiam Myrrhina mox respondet. 23 Per vim omnia agentem, obstinatam, pernicio sam scilicet *ei*, vel *erga eam Philumenam.*

[1] *Vt eo essem animo,* [2] *si ex usu esset nostro hoc matrimonium?*

PH. *Tun'* [3] *prospicere, aut judicare,* [4] *nostram in rem quod sit, potes?*

Audisti ex aliquo fortasse, qui [5] *vidisse* [6] *eum diceret* [7] *Exeuntem aut* [8] *introeuntem ad amicam:* [9] *quid tum posteà,* 36

Si [10] *modestè ac rarò* [11] *hoc fecit? non-ne* [12] *ea* [13] *dissimulare nos*

[14] *Magis humanum est, quàm dare operam id scire,* [15] *quî nos oderit?*

Nam si [16] *is posset ab* [17] *eâ sese derepentè* [18] *avellere,*

[19] *Quî cum tot* [20] *consuêsset annos; non eum* [21] *hominem ducerem,* 40

Nec [22] *virum satis* [23] *firmum gnatæ.* MY. [24] *mitte adolescentem, obsecro,*

[25] *Et quæ me peccasse ais: abi,* [26] *solũ solus* [27] *convenî:*

[28] *Roga, velit ne, an non,* [29] *uxorem: si* [30] *est, ut dicat* [31] *velle se,*

[32] *Redde: sin est autem, ut* [33] *nolit,* [34] *rectè consului meę.*

PH. *Si quidem ille ipse non* [35] *vult, & tu sensisti esse in eo, Myrrhina,* 45

[36] *Peccatum;* [37] *aderam, cujus consilio* [38] *ea* [39] *par fuerat prospici.*

Quam ob rem [40] *incendor irâ, te esse ausam* [41] *hæc facere* [42] *injussu meo.*

1 Ut talem animum haberem, qualem me habere dicis.

2 Si esset nobis utile, è re nostra, & filiæ.

3 Providere.

4 Quod sit in nostram utilitatem, quid nobis sit utile.

5 Se.

6 Pamphilum.

7 Ex ædibus amicæ Bacchidis.

8 Ad amicam Bacchidem.

9 Sc. *vis ex eo inferre?*

9 Adhibito modo, & cum pudore ac modestia; ut celatum voluerit. 11 Amicam visitavit, sive quod exiverit & introiverit ad amicam. 12 Vitia Pamphili. 13 Fingere nos ignorare. 14 Humanius. 15 Ut, ἵνα, ὅπως ἡμᾶς μισῇ. Donatus, *undè, vel quamobrem*; quod mihi placet. Est autem Ablativus à neutro *quod*. 16 Pamphilus. 17 Amicâ. 18 Abstrahere. 19 Cum qua amica. 20 Consuevisset, id est, conversatus esset, consuetudinem habuisset. Syncope. 21 Fragilis sc. naturæ, & ad voluptates multùm propensę, id est, existimarem esse ἄσωτον, qui nihil afficitur, levem & insociabilem. 22 Maritum. 23 In amore conjugali constantem futurũ. 24 Omitte, dimitte Pamphilum defendere. 25 Et ea omitte, in quibus me erraſſe dicis. 26 Pamphilum. 27 Alloquere. 28 Adolescentem. 29 Reducere. 30 Contingit. 31 Uxorem reducere. 32 Ei. 33 Reducere. 34 Benè prospexi, curam gessi filiæ meę Philumenæ. 35 Reducere uxorem. 36 Culpam, divortii causam. 37 Propè eram, qui sum maritus tuus. 38 Ei rei, ne fieret divortium. 39 Decuerat provideri. Nam *par esse* significat decens esse. 40 Vehementer excandesco, iratus sum. 41 Abducere filium, celare partum, & exponere puerum. 42 Absque præcepto meo.

[1] *Interdico, ne* [2] *extulisse extra* [3] *ædes* [4] *puerum usquam velis.*

Sed ego [5] *stultior, meis dictis* [6] *parère* [7] *hanc qui postulem:*

[8] *Ibo intrò, atque* [9] *edicam servis, ne* [10] *quoquam* [11] *efferri sinant.* 50

MY. *Nullam pol credo mulierem me* [12] *miseriorem vivere:*

Nam [13] *ut hic laturus hoc sit, si ipsam rem,* [14] *ut siet,* [15] *resciverit,*

[16] *Non adepol clam me est; cùm* [17] *hoc, quod* [18] *levius est, tam animo iracundo tulit:*

Nec, [19] *quâ viâ* [20] *sententia* [21] *ejus mutari possit, scio.*

Hoc mihi unum ex plurimis miseriis [22] *reliquum fuerat malum,* 55

Si, puerum ut [23] *tollam,* [24] *cogit:* [25] *cujus quis sit nescimus pater.*

Nam cùm [26] *compressa est gnata,* [27] *forma in tenebris nosci* [28] *non quita est:*

Neque [29] *detractum ei tum quidquam est,* [30] *quî pòst possit nosci, quis siet:*

[31] *Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens annulum.*

[32] *Simul vereor, Pamphilus ne* [33] *orata nostra neque-at diutiùs* 60

Celare, cùm sciet alienum puerum [34] *tolli pro suo.*

1 Tibi, id est prohibeo.
2 Efferas, vel efferri seu exportari sinas.
3 Domum meam.
4 Infantem natum.
5 Illa, vel nimis stultus. Castigatio, qua uxoris pervicaciam & contumaciam perstringit, tanquâ nullis rationibus marito obsecutura.
6 Obedire, morigeram esse.
7 Uxorem meam Philumenam.
8 Ipse.
9 Jubebo, mandabo.
10 In aliquem locum. 11 Puerum exportari. 12 Infeliciorem. 13 Quo pacto, quàm ægrè vir meus hoc ferret. 14 Sicut est, sc. filiam non esse ex Pamphilo gravidam, cùm tamen esset, non quidem in matrimonio, sed antè in tenebris. 15 Cognoverit. 16 Non ignoro, id est, scio. 17 Sc. quod partum celaverim. 18 Minoris momenti. 19 Quo modo, quâ ratione. 20 De puero non exponendo, sed educando. 21 Phidippi. 22 Restiterat, id est, hoc est summum malum. 23 Educem, nutriam. 24 Vir meus. 25 Pueri. 26 Stuprata, vitiata. 27 Facies stuprato-ris. 28 Non potuit. Antique à passivo *queor* quod non est in usu, sed *queo*. 29 Ablatum est á digito. 30 Quo, vel undé. 31 Stuprator. Hîc ad exitum spectat παρασκευὴ: quia per annulum fiet cognitio. 32 Etiam, præterea. 33 Ea, quæ oravi eum ut celaret, petitionem meam, scilicet si sustulerimus, cogèmne senem, eum puerum, quem expositum iri Pamphilo paulò antè promisi. Cum ratione metuit eventum, quem virtus Pamphili disentit infrà 4, 4, 82. 34 Nutriri loco sui filii.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA II.

SOSTRATA, PAMPHILUS.

SO. [1] *Non clam me est, mi gnate, tibi me* [2] *esse suspectam,* [3] *uxorem tuam*
Propter [4] *meos mores* [5] *hinc abiisse: etsi* [6] *ea* [7] *dissimulas sedulò.*
Verùm [8] *ita me Dii ament, itaque obtingant ex te, quæ exopto mihi,* [9] *ut*
Nunquam [10] *sciens* [11] *commerui,* [12] *meritò ut caperet odium* [13] *illam* [14] *mei:*
[15] *Teque antequam me amare rebar, ei rei firmasti fidem:*
Nam mihi intùs tuus [16] *pater narravit* [17] *modò, quo pacto me* [18] *habueris*
Præpositam [19] *amori tuo: nunc tibi me* [20] *certum est* [21] *contrà* [22] *gratiam*
Referre, ut apud me [23] *præmium esse positum* [24] *pietati scias.*
Mi Pamphile, [25] *hoc &* [26] *vobis, & meæ* [27] *commodum* [28] *famæ arbitror:*

1 Non ignoro, id est, scio, Sostrata expurgat se coram filio de Philumenæ discessu: eadem Sostrata rus se abituram filio pollicetur, ne impedimento sit, quò minùs redeat Philumena: Pamphilus contrà matri, ne id faciat, dissuadere conatur.

2 In suspicionem venisse. 3 Philumenam. 4 Morositatem meam. 5 Ex ædibus meis ad matrem. 6 Eam rem, scilicet uxorem abiisse propter mores meos. 7 Celas, non ostendis constanter. 8 Jurandi modus est. 9 Quemadmodum. 10 Consultò, dedita opera. 11 Commisi culpam, ἐπλημμέλησα. 12 Ut meritò posset me odisse. 13 Philumenam uxorem tuam. 14 Quo Philumena me prosequitur. 15 Ordo est: *Et firmasti fidem*, id est, adhibuisti probationem, *ei rei*, scilicet nil me commeruisse, *antequam rebar*, id est, putabam, *te amare me*. Q. d. Fecisti quantum in te est, ut pater tuus meis verbis (negans quicquam me promeritam) haberet, quam modò abrogabat, fidem. Dixerat enim Pamphilus 3, 5. se, posthabita uxore, matris servituram commodis, quod neutiquam facturus videbatur, si penes ipsam esse culpam credidisset. Infrà 5, 1. *Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem.* 16 Laches. 17 Paulò antè. 18 Pluris feceris, præposueris. 19 In uxorem tuam. 20 Constitui. 21 Vicissim. 22 Beneficium tibi reddere. 23 Mercedem. 24 Pro pietate, reverentia & intimo tuo affectu in matrem. Illud autem præmium intelligit esse, si ipsa cum Lachete rus secedat, & reditui Philumenæ non obstet. Al. *pietatis*. 25 Quod dictura & factura sum. 26 Tibi & uxori tuæ Philumenæ. 27 Utile, consentaneum. 28 Ne videar esse divortii causa.

Ego [1] *rus abituram hinc cum quo me esse certò* [2] *decrevi* [3] *patre,*
Ne mea præsentia [4] *obstet, nec causa nulla* [5] *restet reliqua,*
[6] *Quin tua Philumena ad te redeat. PA. quæso,* [7] *quid istuc consilii est?*
[8] *Illius stultitiâ* [9] *victa, ex urbe tu* [10] *rus habitatum migres?*
[11] *Haud facies:* [12] *neque sinam, ut, qui nobis, mater,* [13] *maledictum velit,*
Meâ [14] *pertinaciâ esse dicat* [15] *factum, haud tuâ* [16] *modestiâ*
[17] *Tum, tuas amicas te, &* [18] *cognatas deserere, &* [19] *festos dies,*
[20] *Mea causâ, nolo.* SO. *nihil* [21] *pol jam* [22] *istæ res* [23] *mihi voluptatis ferunt:*
[24] *Dum ætatis tempus tulit,* [25] *perfuncta satis sum:* [26] *satias jam tenet*
[27] *Studiorum istorum:* [28] *hæc mihi nunc cura est maxima, ut ne* [29] *cui meæ*
[30] *Longinquitas ætatis* [31] *obstet, mortem ve* [32] *exoptet meam.*
[33] *Hic video me esse* [34] *invisum immeritò: tempus est* [35] *concedere.*

1 In agros discessurum ex urbe.
2 Constituisse.
3 Lachete, marito meo.
4 Impediat, quò minùs sibi concordes.
5 Relinquatur.
6 Quod non, quò minùs.
7 Quale est istud propositum, quod rus abire velis?
8 Philumenę.
9 Mota, impulsa.
10 Ad habitandum rure discedas?
11 Non migrabis rus.
12 Et non permittam te abire.
13 Maledicere.
14 Perseveranti importunitate.
15 Quod migraveris ex urbe rus.
16 Moderatione, facilitate.
17 Præterea.
18 Quæ vitam urbanam omnes amplectuntur.
19 Qui celebrantur frequentes in urbe. Tum enim præcipue convivia & comporationes: undè Plaut. *Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris.*
20 Propter me, ut tu mihi gratificeris.
21 Jurantis est.
22 Quas dicis scilicet amicæ, cognatę, dies festi.
23 Nullam mihi voluptatem adferunt.
24 Quamdiu ætas passa est, postulavit, permisit.
25 Sufficienter illis rebus usa sum, & quidem usque ad finem temporis illud ferentis.
26 Satietas, tædium, id est, jam harum rerum sum tædio affecta.
27 Istarum oblectationum.
28 Nunc hoc maximè curo.
29 Alicui.
30 Longitudo, diuturnitas vitę meæ, id est, mea longa vita.
31 Noceat.
32 Valdè desideret. Al. *exsoptet*: sed eodem sensu.
33 In hac urbe: ideò abeundum est mihi rus.
34 Odio habitam.
35 Hinc abire, & locum dare vobis rus eundo. Sic alibi: *concede hinc domum.*

1 Sic

1 *Sic optimè, ut ego opinor, omnes* 2 *causas* 3 *præcidam omnibus,*
Et me 4 *hac suspicione* 5 *exsolvam, &* 6 *illis morem gessero.*
Sine me obsecro 7 *effugere, vulgus* 8 *quod malè audit mulierum.*
PA. *Quàm fortunatus* 9 *cæteris sum rebus,* 10 *absque unâ hac foret,*
Hanc matrem habens 11 *talem, illam autem* 12 *uxorem.* SO. *obsecro, mi Pamphile,*
Non tute incommodam rem, 13 *ut quæque est, in animum inducas pati.*
Si 14 *cætera sunt ita, ut tu vis,* 15 *itaque ut esse ego illam existimo,*
Mi gnate, 16 *da veniam hanc mihi, reduc* 17 *illam.*
PH. 18 *væ misero mihi!*
SO. 19 *Et mihi quidem: nam* 20 *hæc res non minùs me malè habet, quàm te, gnate mi.*

1 Concedendo scilicet & rus eundo.
2 Occasiones odio me prosequendi,
25 mortemve meam exoptandi.
3 Penitùs adimam, amputabo, rescindam.
4 Ea opinione falsâ, quæ de me habetur,
30 quod scilicet oderim

nurum Philumenam. 5 Explicabo, liberabo. 6 Nurui, & aliis parebo, gratum faciam, obsecuta fuero. 7 Hoc crimen, hanc criminationem meo discessu. Quia dixerat maritus ejus: *Omnes socrus oderunt nurus.* 8 Cujus causâ, propter quod, id est, istam maculam, quâ vulgò notantur mulieres. 9 In aliis rebus. 10 Hæc una res, scilicet discessus matris, vel uxorem ex alio concepisse, si abesset, id est, non accederet. Sic Phorm. 1, 4, 10. *Tum Antipho me excruciat animi: Ejus me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet: nam* absque eo Esset, *recte ego mihi vidissem, & senex esset ultus iracundiam.* Plaut. *Nam* absque eo esset, *hodiè nunquam ad solem occasum viverem.* 11 Tam honestam. 12 Tam morigeram. 13 Rem nudam in se, & sine ullius alterius rei complexu, id est, non induces in animum Philumenam, uxorem tuam, sine ullâ simultatis nostræ consideratione domum reducere? Quæ sequuntur, expositionem nostram confirmant. Hæc Donatus non vidit. 14 Præter meum discessum. 15 Et si uxor est ita, ut ego existimo illam esse. 16 Permitte, concede hoc mihi, ut rus concedam. 17 Philumenam. 18 Hoc dicit ingemiscens. 19 Scilicet væ miserę et, ut tibi, id est, ego etiam sum misera in hac re, ut tu. 20 Cum uxore.

ACTUS IV. SCEN III.

LACHES, SOSTRATA, PAMPHILUS.

1 Quid locuta sit cum filio nostro Pamphilo. Reconciliantur, & omne bellum inter se componunt vir & uxor: monetur Pamphilus, ut uxorem reducat.

LA. [1] *Quem cum istoc sermonem habueris,* [2] *procul hinc stans* [3] *accepi, uxor:*
[4] Istuc est sapere, *qui,* [5] ubicunque opus sit, animum possis [6] flectere:
[7] *Quod faciundũ fortasse sit posteà, hoc nunc si feceris.*
SO. [8] *Fors pol fuat.* LA. [9] *abi rus ergo* [10] *hinc:* [11] *ibi ego* [12] *te, & tu* [13] *me feres.*
SO. [14] *Spero* [15] *ecastor.* LA. *i ergo intrò, &* [16] *compone, quæ tecum simul* 5
[17] *Ferantur:* [18] *dixi.* SO. *ita ut jubes, faciam.* PA. *pater.*
LA. *Quid vis, Pamphile?* PA. [19] *abire* [20] *hinc matrem?*
[21] *minimè.* LA. [22] *quid ita istuc?* PA. *quia*
[23] *De uxore incertus sum etiam, quid facturus sim.*
LA. [24] *quid est?*
Quid [25] *vis nisi* [26] *reducere?* PA. *equidem cupio, & vix* [27] *contineo: sed*
[28] *Non minuam meum* [29] *consilium:* [30] *ex usu quod est, id persequar.* 10

2 Longè ab hoc loco. Donatus exponit prope, quod ridiculum videtur. Quid enim erit τὸ *hinc procul,* id est, hinc propè? certè *hic procul,* id est, hinc propè dicendum erat. 3 Audivi. Lachetis enim audiverat verba Sostratę ad filium habita. 4 Ista est sapientia. Ironia. 5 Ut. 6 Convertere sententiam. Metaphora à flexilibus virgulis. 7 Et quod faciendum tibi fortasse sit posteà ingratiis, id si voluntate tuâ, priusquam cogit necessitas, feceris, id est, rus concesseris. 8 Fortuna sit, adsit, faveat: parata enim sum rus abire, id est, id, quod ago, bene vertat. Al. *fiat.* 9 Mecum. 10 Ex urbe. 11 Ruri. 12 Tuos mores. 13 Meos mores patieris. 14 Confido me laturam tuos mores. 15 Per ædem Castoris. Juramentum est muliebre. 16 Dispone, para ea. 17 Debent ferri. 18 Sententiam meam. Hoc verbum in fine additum superiora confirmat, & est proprium his, qui peroraverunt causam, quo significatur firmum & ratum esse, quod egerint. Sic Phorm. 2, 2. *nisi tu properas mulierem Abducere, ego illam ejiciam:* dixi, Phormio. 19 Scilicet *oportet.* 23 Ex urbe. 21 Sc. *oportet.* 22 Sc. minimè oportet abire hinc matrem tuam? 23 Reducenda. 24 Quod inceptas. 25 Scilicet *facere.* 26 Resumere eam domum. 27 Quin reducam. Alii, quin partum Philumenę aperiam: idque ad spectatores dici volunt. 28 De eo, quod pollicitus sum vel proposui, nihil deducam: sed plenè & integrè observabo, id est, non reducam, vel partum Philumenę usque quaque celabo. Phiasis hæc à rerum venalium pretio sumpta videtur, quod ab ementibus minuitur. 29 Propositum. Sic Andr. 1, 3. *Nec tu eâ causâ* minueris *hæc, quæ facis.* 30 Sc. meo, id est, quod utile mihi est, hoc perficiam.

Credo,

Credo, si non [1] *reducam,* [2] *eâ gratiâ* [3] *concordes magis fore.*

LA. [4] *Nescias: verùm tuâ refert nihil, utrum illæ* [5] *fecerint,*

Quando [6] *hæc* [7] *abierit: quæ* [8] *odiosa hæc* [9] *ætas est* [10] *adolescentulis:*

E [11] *medio æquum* [12] *excedere* [13] *est:* [14] *postremò nos jam fabulæ*

Sumus, Pamphile, senex, atque anus.

Sed video Phidippum [15] *per tempus egredi:* [16] *accedamus.*

1 Uxorem.
2 Eâ causâ, ideò, propterea.
3 Matrem & uxorem.
4 An mater & uxor ea gratia concordes magis futuræ sunt.

5 Mater & uxor concordes futuræ sint, an discordes. 6 Mater Sostrata. 7 Rus concesserit, id est, absente matre tuâ, non est quod sollicitus sis de earum concordia. 8 Invisa, molesta. 9 Senilis. 10 Hîc de utroque sexu accipiendum videtur, id est, de Pamphilo & Philumena; ut *hæc odiosa hæc ætas* de Lachete & Sostrata acceptum est. 11 Sc. *populo*, id est, ex urbe rus. 12 Recedere. 13 Nos senes. 14 Denique ego senex & mater tua anus præstamus materiam risus & fabulandi de nobis, & multus de nobis sermo est, dedecoris & ignominiæ plenus. Alludit ad principium fabularum, quæ puesuli narrari solent; quarum plerçque ita incipiant, *Senex atque anus*, γέρων καὶ γραῦς. 15 Tempestivè, opportunè. 16 Eamus ad eum.

ACTUS IV. SCENA IV.

PHIDIPPUS, LACHES, PAMPHILUS.

PH. [1] *Tibi* [2] *quoque ædepol sum* [3] *iratus, Philumena,*

Graviter quidem: nam hercle abs te factum est [5] *turpiter:*

Etsi tibi [6] *causa est de hac re:* [7] *mater te* [8] *impulit:*

Huic verò [10] *nulla est.* LA. [11] *opportunè te mihi, Phidippe,* [12] *in ipso tempore* [13] *ostendis.* PH. [14] *quid est?*

1 Natum puerum Laches rescîscit. Pamphilum ad recipiendam uxorem ambo senes hortantur. Ille negat: meretricis amorem incusat pater.

2 Sicut matri tuæ & socrui iratus sum. 3 Infensus. 4 Vehementer. 5 Quod sine causa abieris à marito. 6 Excusatio seu defensio hujus rei, vel cur hanc rem faceres, quod discesseris à marito. 7 Myrrhina. 8 Allexit te ad discedendum. 9 Matri tuæ Myrrhinæ. 10 Causa, excusatio. 11 Commodè. 12 In ipso temporis articulo, quo summoperè te compellare optabam. *Opportunè* ad prandium venisse dicitur aliquis, qui ad ipsum tempus incipiendi prandii venit: *in ipso* autem *tempore* venisse dicitur, qui ven t, cùm jam esset appositum prandium: ideòque *opportunè* & *in ipso tempore* non sunt idem. 13 Offers. 14 Quod tantopere me conventum expetis?

PA.

PA. [1] *Quid respondebo* [2] *his? ut quo pacto* [3] *hoc* [4] *operiam?*

LA. *Dic* [5] *filiæ, rus* [6] *concessuram* [7] *hinc Sostratam: Ne* [8] *revereatur,* [9] *minùs jam quò redeat domum.*

PH. [10] *ah!*

Nullam [11] *de his rebus culpam* [12] *commeruit* [13] *tua; A Myrrhinâ hæc sunt meâ uxore exorta* [14] *omnia.*

PA. [15] *Mutatio fit.* PH. [16] *ea nos* [17] *perturbat, Lache.*

LA. [18] *Dum ne* [19] *reducam, turbent* [20] *porrò,* [21] *quàm velint.*

PH. *Ego, Pamphile, esse inter nos,* [22] *si fieri potest, Affinitatem hanc sanè perpetuam volo:*

Sin est, ut aliter tua siet sententia, Accipias puerum. PA. [23] *sensit* [24] *peperisse:* [25] *occidi.*

LA. [26] *Puerum! quem puerum?* PH. *natus est nobis* [27] *nepos:*

Nam [28] *abducta* [29] *à vobis* [30] *prægnans fuerat* [31] *filia, Neque fuisse prægnantem unquam ante hunc scivi diem.*

LA. [32] *Benè, ita me Dii ament, nuncias: & gaudeo* [33] *Natum* [34] *illum, & tibi* [35] *illam salvam: sed* [36] *quid mulieris*

1 Hæc secum loquitur Pamphilus.
2 Patri Lacheti & socero Phidippo.
3 Clandestinum uxoris partum, vel quod sum pollicitus Myrrhinæ me celaturum.
4 Celabo, Al. *aperiam*, id est, exponam, patefaciam.
5 Philumenæ, uxori Pamphili.
6 Migraturam.
7 Ex urbe.
8 Matrem Pamphili. 9 Valdè vereatur, id est, formidet, timeat. Τὸ *re* hîc αὐξητικὸν, ut in *reformido*. Sic Phor. 1, 5, 1. *Ita-ne tandem uxorem duxit Antipho injussu meo? Nec meum imperium, ac minis imperium, non simultatem meam* Revereri *saltem?* 9 Quo minùs jam. Tmesis. 10 Dolentis est. 11 De illo discessu. 12 Commisit, admisit. 13 Uxor Sostrata. 14 Mala sc. quod uxor filii tui abierit: *vel*, hæ omnes turbæ. 15 Commutatio seu translatio culpæ à matre mea Sostrata in Myrrhinã. 16 Uxor Myrrhina. 17 Reddit nos perturbatos. 28 Dummodò. Ad spectatores loquitur. 19 Philumenam. 20 Laches & Phidippus perturbent omnia, tumultuentur, contendant. 21 Posteriùs, ulterius, τὸ λοιπὸν. 22 Quamdiu, quantum. 23 Propositio est per Dilemma: *Aut sis affinis, aut non: Si affinis, esto perpetuus: Sin minùs, puerum alas.* 24 Ut meus gener maneas. 25 Sed si contingit, ut aliter sis affectus, id est, ut affinitatem esse inter nos perpetuam nolis, adeòque uxorem reducere. 26 Phidippus. 27 Uxorem Philumenam. 28 Perditus sum. 29 Accipiat filius! 30 Filius filii tui & filiæ tuæ: quia ambo erant avi. 31 Suasu matris. 32 E domo vestra. 33 Gravida. 34 Philumena. 35 Jucundum certe mihi nuncium affers. 36 Nepotem. 37 Philumenam puerperam esse incolumem. 38 Quam, qualem mulierem, quod genus mulieris? ut Heaut. 4, 7, 7. *Quæso, quid hominis est?*

Uxorem

Vxorem habes? aut [1] *quibus moratam moribus?*
Nos-ne [2] *hoc* [3] *celatos tamdiu? nequeo satis,*
[4] *Quàm* [5] *hoc mihi videtur factum* [6] *pravè, proloqui,*
PH. [7] *Non tibi illud factum minùs placet, quàm mihi, Laches.*
PA. [8] *Etsi jam* [9] *dudùm* [10] *fuerat ambiguum* [11] *hoc mihi,*
[12] *Nunc non est, cùm* [13] *eam* [14] *consequitur* [15] *alienus puer.*
LA. [16] *Nulla tibi, Pamphile, hîc jam* [17] *consultatio est.*
PA. [18] *Perii!* LA. *hunc videre sæpè optabamus diem,*
Cùm ex te esset [19] *aliquis, qui te appellaret patrem:*
[20] *Evênit: habeo* [21] *gratiam Diis.* PA. [22] *nullus sum!*
LA. *Reduc uxorem, ac noli* [23] *adversari mihi.*
PA. *Pater, si ex me* [24] *illa liberos vellet sibi,*
Aut se esse [25] *mecum nuptam, satis certò scio,*
Non me clam [26] *haberet,* [27] *quæ celasse intelligo.*
Nunc, cùm [28] *ejus* [29] *alienum esse à me animum sentiam,*
Nec [30] *conventurum inter nos posthac arbitrer,*
Quam ob rem reducam? LA. *Mater quod suasit* [31] *sua,*
[32] *Adolescens mulier* [33] *fecit:* [34] *mirandum ne id est?*
Censen' te posse reperire [35] *ullam mulierem,*

1 Qualibus instituta moribus?
2 Filiam fuisse prægnantem.
3 Celare, scilicet *oportuit*, vel *decuit*?
4 Quantum.
5 Quod uxor celaverit nos, filiam esse prægnantem.
6 Malè. Τὸ *pravè* τῷ *rectè* opponitur.
7 Hoc factum tam mihi, quam tibi, displicet.
8 Secum ista loquitur Pamphilus.
9 Paulò antè.

10 Nondum erat constitutum, dubius eram, quid statuerem. 11 De uxore vel reducenda, vel repudiandâ. 12 Ambiguum, id est, certum est non reducere, sed repudiare eam. 13 Uxorem Philumenam. 14 Quod habeat puerum non ex me natum. Metaphora (ut ait Donatus) à pecoribus, quæ statim, cùm nata fuerint, matres sequuntur. 15 Non meus, non ex me genitus, cujus ego nec sum pater. 16 Absque deliberatione certum oportet sit tibi uxorem reducere, quandoquidem ex te natus est puerulus. 17 Deliberatio de reducenda uxore. 18 Hoc sibi ipsi dicit Pamphilus. 19 Filius natus. 20 Contigit quod optabam: nam filius tibi natus est. 21 Prolla benedictione. 22 Quia pater me vult cogere. 23 Repugnare, resistere. 24 Philumena. 25 Mihi, id est, meam esse uxorem. 26 Non celasset partum. 27 Scilicet partum. 28 Uxoris Philumenæ. 29 Alienatum, id est, me non amare. 30 Concordiam futuram: cùm jam ejus animus sit à me alienus. Nam dicimus, *hoc convenit inter nos*, id est, de hoc inter nos non est controversia. 31 Pro *ejus*. 32 Juvenis, scilicet Philumena. 33 *Illud*. 34 Est ne id, quod fecit uxor, admiratione dignum? 35 Hac repudiata.

Quæ

1 Vacet, id est, in qua nihil sit vitii, in qua nihil possis reprehendere?

2 An ideò credis mulieres delinquere non debere, quia viri non delinquunt? Cur non igitur & mulieres delinquere possint? Hîc est Ironia, quam Donatus notavit, cùm intelligat & viros ipsos multùm delinquere.

Quæ [1] *careat culpâ?* [2] *an quia non delinquunt viri?*
PH. *Vosmet videte jam, Lache, & tu Pamphile,*
[3] *Remissâ-n'* [4] *opus sit vobis, an* [5] *reductâ domum:*
Uxor quid [6] *faciat, in* [7] *manu non est meâ.*
[8] *Neutrâ in re vobis difficultas à me erit.* 45
Sed quid faciemus [9] *puero?* LA. *ridiculè* [10] *rogas.*
[11] *Quidquid futurum est,* [12] *huic reddas,* [13] *suum*
scilicet,
[14] *Ut alamus nostrum.* PA. *quem* [15] *ipsa* [16] *neglexit,*
pater,
Ego [17] *alam?* LA. *quid dixti?* [18] *eho! an non,* [19] *alemus, Pamphile?*
[20] *Prodemus quæso potiùs? quæ hæc amentia est?* 50
Enimverò prorsùs jam tacere non queo.
Nam cogis ea, quæ volo, ut præsente [21] *hoc loquar.*
[22] *Ignarum censes tuarum* [23] *lachrymarum esse me?*
[24] *Aut, quid* [25] *sit id,* [26] *quod* [27] *solicitere* [28] *ad hunc*
modum?
Primùm [29] *hanc ubi dixti causam, te propter tuam* 55
[30] *Matrem non posse habere hanc uxorem domi:*

1 Vacet, id est, in qua nihil sit vitii, in qua nihil possis reprehendere? 2 An ideò credis mulieres delinquere non debere, quia viri non delinquunt? Cur non igitur & mulieres delinquere possint? Hîc est Ironia, quam Donatus notavit, cùm intelligat & viros ipsos multùm delinquere. Si itaque nec ipsi viri sint immunes à culpa, quanto magis ferendæ mulieres? 3 Dimissa, repudiata, ac jussa res suas sibi habere. Sic apud Plautum, *remissus exercitus*, id est, dimissus. 4 An utile sit vobis, ut repudietur. 5 Ut reducatur domum, sc. *mariti*, id est, vestram. 6 Fecerit. 7 Potestate meâ, ita ut, quod fecerit, infectum præstare possim. Toto cœlo errat hîc Donatus, qui *in manu meâ* vult subintelligi *uxoris*. 8 Nec in remissione, nec in reductione vobis erit per me difficultas. 9 De hoc puero, nepote nostro, qui natus est ex Philumena? Sic alibi: *Quid hic faciet suâ? Quid* te *futurum censes?* Usurpavit & Cicero: *Quid* me *fiet? Quid* pecuniâ *fiet?* 10 De hoc puero. 11 In hoc negotio, sive remittatur, sive reducatur domum. 12 Pamphilo. Δεικτικῶς. 13 Sc. *filium* vel *suum*, id est, quod est ejus. 14 Huic redde suum filium, ut alamus filium tanquam nostrum, id est, ad nos spectantem: quod enim est ejus, nostrum est. Myrrhinæ consilium fuerat ut filius exponeretur: Laches contrà eum alendum censet. 15 Mater. Nemini notum non est, matres affectu majori, quàm patres, filios prosequi, & ex eo argumentatur Pamphilus rectè: quicquid Faërnus hîc argutetur, qui *ipse* probat, ut *pater* sit Nominativus, cùm hîc sit Vocativus. 16 Contempsit nutrire. 17 Nutriam puerum. 18 Interjectio admirantis. 19 Puerum. 20 Perdemus illum puerum? 21 Phædippo. 22 Nescium. Apparet illum à Sostrata hoc audivisse: nam ipsa filium deprehenderat flentem. 23 Quas toties effundis. 24 Scilicet censes me ignorare. 25 Significet. 26 Propter quod. 27 Perturberis, commoveatis, cruciaris. 28 Tam immoderatè? 29 Cùm usus es hac excusatione, ratione non reducendæ uxoris. 30 Quæ morosa est.

Pollicita

Pollicita est [1] *ea, se* [2] *concessuram ex ædibus.*
Nunc, postquam [3] *ademptam hanc quoque tibi causam* [4] *vides,*
Puer quia [5] *clam te est natus,* [6] *nactus* [7] *alteram es.*
Erras, [8] *tui animi si me esse ignarum putas.* 60
Aliquando tandem [9] *hùc animùm* [10] *ut* [11] *adjungas tuum,*
Quàm longum spatium amandi [12] *amicam tibi dedi?*
[13] *Sumptus, quos feciſti in eam, quàm animo* [14] *æquo tuli?*
Egi atque oravi [15] *tecum, uxorem ut* [1] *duceres:*
[17] *Tempus dixi esse:* [18] *impulsu duxisti meo.* 65
[19] *Quæ tum, obsecutus mihi, feciſti ut* [20] *decuerat.*
Nunc animum rursum ad [21] *meretricem* [22] *induxti tuum:*
[23] *Cui tu* [24] *obsecutus, facis* [25] *huic* [26] *adeò injuriam.*
Nam in [27] *eandem vitam te* [28] *revolutum* [29] *denùo*
[30] *Video esse.* PA. [31] *me-ne?* LA. *te ipsum: & facis* [32] *injuriam,* 70
[33] *Confingis falsas* [34] *causas* [35] *ad discordiam,*
Ut cum [36] *illâ vivas,* [37] *testem* [38] *hanc cùm abs te* [39] *amoveris:*
[40] *Senſitque adeò uxor: nam ei causa alia quæ fuit,*
Quamobrem abs te abiret? PH. [41] *planè hic divinat: nam* [42] *id est.*

1 Mater.
2 Recessuram rus.
3 Remotam, quia mater vult me concedere.
4 Intelligis.
5 Te nesciente.
6 Invenisti, excogitasti.
7 Causam non reducendæ uxoris.
8 Si putes me ignorare tuum animum, id est, tuas cogitationes.
9 Ad uxorem tuam.
10 Scilicet *fac*, vel *æquum est*.
11 Al. *adducas*, & *abducas*?

sed utrumque perperam. 12 Bacchidem. 13 Impensas, quas Bacchidi alendæ impendisti. 14 Patienti. 15 Antique, pro *te*. 16 Relictâ Bacchide. 17 Ducendæ uxoris. 18 Instinctu. 19 Quas res, scilicet ducere uxorem, relinquere amicam. 20 Probum filium. 21 Bacchidem. 22 Relictâ uxore. 23 Meretrici Bacchidi. 24 Adhærendo illi. 25 Uxori Philumenæ. 26 Certe. 27 Meretriciam sc. ut, relictâ uxore, meretricem ames. 28 Relapsum. 29 Iterùm, de novo. 30 Intelligo. 31 An vides me esse revolutum in eandem vitam? 32 Al. injuriè, id est, injustè. 33 Excogitas, comminiscaris. 34 Excusationes. 35 Ad dissensionem movendam inter amicos. 36 Meretrice Bacchide. 37 Observationem, id est, nec esset conscia tui reditus ad meretricem, & propterea tibi molesta. 38 Uxorem tuam. 39 Abjeceris. 40 Et uxor tua certe animadvertit, te esse implicitum amori Bacchidis. 41 Laches verum dicit, ac si spiritu divino afflatus hæc dicat: ita quidem credebat Philippus. Vide suprà 4, 1. 42 Quare abierit filia.

PA. *Dabs*

PA. *Dabo jusjurandum,* [1] *nihil esse istorum, tibi,*
LA. [2] *ah!*
[3] *Reduc uxorem: aut, quamobrem non* [4] *opus sit,* [5] *cedo.*
PA. *Non est nunc* [6] *tempus.* LA. *puerum* [7] *accipiat,*
nam [8] *is* [9] *quidem*
In culpâ non est: [10] *pòst de matre videro.*
PA. [11] *Omnibus modis miser sum: nec, quid agam, scio:*
Tot nunc me rebus miserum [12] *concludit pater.*
Abibo hinc, præsens [13] *quando* [14] *promoveo parùm:*
Nam puerum [15] *injussu credo non* [16] *tollent meo.*
Præsertim [17] *in eâ re cùm sit mihi* [18] *adjutrix* [19] *socrus.*
LA. [20] *Fugis?* [21] *hem! nec* [22] *quidquam certi* [23] *respondes mihi?*
[24] *Num tibi videtur esse apud sese?* [25] *sine:*
[26] *Puerum, Phidippe, mihi* [27] *cedo, ego* [28] *alam.*
PH. [29] *maximè.*
Non [30] *mirum fecit* [31] *uxor, si* [32] *hoc ægrè tulit:*
[33] *Amaræ mulieres sunt, non facilè* [34] *hæc* [35] *ferunt.*
[36] *Propterea hæc ira* [37] *est: nam* [38] *ipsa* [39] *narravit mihi:*
[40] *Id ego præsente* [41] *hoc tibi nolebam dicere:*

1 Illa, quæ dicis, non esse vera.
2 Interjectio dolentis.
3 Resume.
4 Uxorem reducere.
5 Dic.
6 Ista dicendi, quia socer adest.
7 Accipe saltem alendum.
8 Puer.
9 Certè.
10 Posteà inquiram de culpa matris.
11 Sive reducam, sive non reducam. Hæc secum dicit abiens.
12 Angit, urget, implicat Translatio de fera indagata, quæ alicubi concluditur.
13 Quandoquidem.
14 Proficio, efficio. Neutraliter sumitur.
15 Sine imperio meo.
16 Phidippus & Laches nutrient, educabunt. Faërnus legit *tollet*, ut referatur ad Lachetem, cujus, utpote avi, in tollendo puero summa erat potestas.
17 In eo negotio de non tollendo puero.
18 Fautrix.
19 Mater uxoris Myrrhina, quæ pollicita erat se puerum expositurum.
20 Meum conspectum?
21 Interjectio indignantis.
22 Aliquid.
23 De reducenda uxore & tollendo puero.
24 Putas-ne filium meum Pamphilum esse mentis compotem? Convertit Laches sermonem ad Phidippum.
25 Ἄφες μέ. Hoc Laches, repentina ira percitus, & in filium abeuntem irruere gestiens, Phidippo retinenti se dixit. Sic Phor. 1,4. *Non sum apud me.*
26 Alendum.
27 Da.
28 Nutriam eum, perinde ac si meus esset.
29 Libentissime tradam tibi puerum alendum. Affirmantis hîc est. Sic Eun. 1,2. *Tu hùc, Parmeno, hæc illi adducantur.* PA. *maximè.*
30 Rem mirandam.
31 Mea.
32 Tales mores Pamphili, ejusque amorem in Bacchidem.
33 Amarulentæ, prone ad iram, quia zelotypiâ maximè laborant.
34 Pellicatum sc. & furtivos maritorum amores.
35 Tolerant. Vide Ovid. 2. de Arte.
36 Propter amorem meretricium.
37 Exorta.
38 Uxor mea.
39 Quare sc. filia discessisset à marito suo.
40 Causam iræ.
41 Pamphilo.

Neque [1] *ei* [2] *credebam primò: nunc verò* [3] *palam est:*
Nam omninò [4] *abhorrere animum* [5] *hinc video* [6] *à nuptiis.*
LA. *Quid ergo* [7] *agam, Phidippe? quid das consilii?*
PH. *Quid agas?* [8] *meretricem hanc primùm* [9] *adeundam censeo:*
[10] *Oremus: accusemus* [11] *gravius: denique*
[12] *Minitemur, si cum* [13] *illo* [14] *habuerit rem postea.*
LA. [15] *Faciam, ut mones:* [16] *puer,* [17] *eho, curre ad Bacchidem hanc*
Vicinam nostram: huc [18] *evoca* [19] *verbis meis.*
Et te oro porrò, [20] *in hac re adjutor sis mihi.* PH. *ah!*
[21] *Iam dudùm dixi, itidemque nunc dico, Lache,*
Manere [22] *affinitatem hanc inter nos* [23] *volo,*
[24] *Si ullo modo est, ut possit; quod spero* [25] *fore.*
Sed vis-ne adesse me unà, [26] *dum istam convenis?*
LA. *Imò verò abi: aliquam* [27] *puero nutricem* [28] *para.*

1 Uxori meæ narranti. 2 Scilicet hoc, scilicet pellicatum Bacchidis. 3 Manifestum est, scilicet quod discesserit Philumena, quia amat Bacchidem. 4 Alienum esse. 5 Pamphilo. 6 A vivendo in matrimonio.

7 Cum tali filio, vel in hac re. 8 Bacchidem. 9 Eundum esse ad eam convenendam. 10 Ut à se Pamphilum moveat. 11 Acerbiùs. 12 Certas pœnas. 13 Filio tuo Pamphilo. 14 Lasciviam exercuerit. 15 Adibo meretricem. 16 Serve. 17 Vocantis est. 18 Accerse eam. 19 Meo nomine. 20 Ut agamus cum Bacchide. 21 Jam multò antè. 22 Contractam ex matrimonio. 23 Cupio. 24 Si aliquo modo fieri possit. 25 Futurum, scilicet affinitatem mansuram. 26 Cum, vel quamdiu Bacchidem alloqueris. 27 Filio Philumenæ. 28 Compara, quære.

ACTUS V. SCENA I.

BACCHIS, LACHES.

BA. [1] *NOn hoc* [2] *de nihilo est, quod Laches me nunc* [3] *conventam esse expetit:*
[4] *Nec pol me multum fallit,* [5] *quin, quod suspicor, sit, quod velit.*

1 Laches, Pamphili pater, Bacchidem meretricem alloquitur, illamque accusat, quòd ad se recipiat filium Pamphilum: illa constanter negat. 2 Propter nihilum, id est, aliquid significabit. Secum loquitur Bacchis, & sibi timet. 3 Convenire, compellare: Participium loco Verbi. 4 Nec sanè valdè ignoro, multùm dubito. 5 Ordo est: *Quin, quod velit hoc sit, quod suspicor*, id est, amor in me Pamphili, cujus causâ me accersivit Laches. Hîc multùm argutatur Donatus, & nihil dicit.

LA.

1 Providendum, cavendum est mihi, ne irę impetu violentiùs agendo, vel ne iracunde negotium proponens Bacchidi, non obtineam id à Bacchide in hac causâ filii, quod impetrare possim, si mitiùs egero. Duo enim bonę consultationi adversissima sunt, celeritas & ira, quæ consiliis inimica est.

LA. [1] *Videndum est, ne minùs propter iram hanc impetrem, quàm possem;*
Aut ne [2] *quid faciam plus, quod post me minùs feciſſe satiùs sit:*
[3] *Aggrediar: Bacchis, salve.* 5
BA. *Salve, Laches.* LA. *credo adepol te nonnihil mirari, Bacchis,*
[4] *Quid sit, quapropter te hùc foras* [5] *puerum evocare jussi.*
BA. *Ego pol quoque etiam* [6] *timida sum, cùm venit in mentem,* [7] *quæ sim,*
[8] *Ne nomen mihi quæstus obsit:* [9] *nam mores facilè tutor.*
LA. [10] *Si vera dicis, nihil tibi est à me pericli, mulier: nam* 10
Iam ætate eâ sum, ut non sit [11] *peccato mihi* [12] *ignoscì æquum:*
[13] *Quò magis omnes res cautiùs, ne* [14] *temere* [15] *faciam,* [16] *accuro:*

2 Aliquid, id est, videndum est mihi, ne quid iratus faciam, quod pòst infectum esse melius sit, vel, quod postmodum me feciſsè pœniteat. *Plus facere*, hîc est superbiùs & violentiùs facere, quàm par est; *Minùs facere*, id est, mitiùs & clementiùs facere. 3 Adibo eam. 4 Rei. 5 Servum meum. 6 Sollicita. 7 Qualis sim, id est, conditio mea quęstuaris, meretricia. 8 Ne genus quæstus, quem exerceo, mihi noceat apud te, quia sum meretrix: non enim omnis quæstus male audit. 9 Nam alias citra controversiam intra morum regulam vivo, vita meam me innocentem facit, ego facile defendo mores meos, nisi nomen quæstus suspectam me faceret. Undè infrà Sc. 3. *Nunquam animum quæstus gratiâ ad malas adducam partes.* 10 Si poteris tutari mores tuos, & innocens sis, propter nomen quæstus nihil est, quod timeas, ô mulier. 11 Peccanti, vel in peccato meo, vel mihi, si quid peccaverim, ἐμοὶ ἡμαρτηκότι: ut *juratus*, qui juravit: ita hoc loco *peccatus*, qui peccavit, ὁ ἁμαρτηκώς. Cic. contra Rullum: *Quæ cùm omnibus est difficilis & magna ratio, tum verò mihi prater ceteros, cui* errato *nulla venia*, rectè facto *exigua laus & ab invitis expressa proponitur, non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur.* Errato, id est, ἡμαρτηκότι, rectè facto, id est, κατορθωκότι. Donatus hæc verba variè torquet. 12 Ut ignoscatur. Impersonaliter enim sumitur. 13 Quantò. 14 Incogitanter, inconsideratè, inconsultò. 15 Committam, quod ab aliquo reprehendi & vituperari possit. 16 Valdè, summâ diligentiâ curo.

Nam si facis, [1] *factura-ve es*, [2] *bonas quod* [3] *par est faceere*;
[4] *Inscitum offerre injuriam tibi immerenti, iniquum est.*
BA. [5] *Est, magnam* [6] *ecastor gratiam* [7] *de hac re quòd tibi habeam: nam qui*
Post factam injuriam se [8] *expurget, mihi* [9] *parùm prosit: sed,*
Quid [10] *istuc est?* LA. *meum* [11] *receptas filium ad te Pamphilum.* BA. [12] *ah!*
LA. [13] *Sine dicam: uxorem* [14] *hanc priùs quàm* [15] *duxit,* [16] *vestrum amorem* [17] *pertuli.*
[18] *Mane: nondum etiam dixi id, quod* [19] *volui: nunc* [20] *hic uxorem habet:*
Quære [21] *alium* [22] *firmiorem tibi, dum* [23] *consulendi tempus est,*
[24] *Nam neque ille hoc animo erit* [25] *ætatem:* [26] *neque pol eâdem istâ ætate tu.*
BA. *Quis* [27] *id ait?* LA. [28] *socrus.* BA. [29] *me-ne?* LA. *te ipsam:* [30] *& filiam* [31] *abduxit suam,*

1 Vel facies.
2 Probas & honestas mulieres.
3 Oportet, decet.
4 Inelegans & injustum sive iniquum est, me facere injuriam tibi, quæ non mereris. *Inscitum* ergo, quod sis mulier; *iniquum*, cùm nihil sis commerita.
5 Causa.
6 Per ædem Castoris. Jurandi Adverbium est. 7 Propter hanc rem, scilicet quod mihi offerre injuriam nolis. 8 Excuset. 9 Multùm nocuerit. Αἰτότης. 10 Quod me conventam expetas, quod mihi dictum velis. 11 Frequenter recipis tuis blanditiis. *Receptare* fere semper in malam partem sumitur, pro eo quod est, hospitio & familiaritate juvare eos, qui sceleratam vitam maleficiis ducunt. Unde *Receptatores* dicti sunt illi, qui improbos homines, ut latrones, fures, adulteros in ædibus suis recipiunt, & illos commeatu juvant. 12 Interjectio reclamantis est: audito enim eo, quod falsum erat, Bacchis repente turbata est, & falsum refutare voluit. 13 Permitte ut dicam, eloquar, quod dicere volo. 14 Philumena. 15 Pamphilus. 16 Tuum & Pamphili. 17 Diu toleravi. 18 Exspecta, Interpellabat enim Bacchis, non sustinens audire, quæ sibi falsò objici sciebat. 19 Dicere. 20 Filius meus Pamphilus, tuus olim amator. 21 Amatorem. 22 Constantiorem, quem possis tutiùs ad te recipere. 23 Providendi, id est, dum tua floret ætas, & inde amatores idoneos nancisci potes. 24 Neque enim Pamphilus filius meus habebit in te eum animum, quem habere solebat, antequam uxorem duxit, scilicet in amorem tuum propensum. 25 Semper, perpetuò, dintissime. 26 Neque tu habebis eandem illam juventutem, id est, non eris semper formosa. 27 Me hoc fecisse, me receptare filium tuum. 28 Mater uxoris ejus, scilicet Myrrhina. 29 An dicit me receptare filium? 30 Et ideò. 31 Abstraxit Philumenam è domo mea, vel à marito, & reduxit in domum suam.

Puerum-

Puerumque [1] *ob eam rem* [2] *clam voluit, natus qui est,*
[3] *exstinguere.*

BA. *Aliud si scirem,* [4] *quî* [5] *firmare meam apud vos*
possem fidem,

[6] *Sanctius quam jusjurandum,* [7] *id pollicerer tibi,*
Lache,

Me [8] *segregatum habuisse, uxorem* [9] *ut duxit, à me*
Pamphilum.

LA. [10] *Lepida es: sed scin' quid volo* [11] *potiùs* [12] *sedes facias?* BA. *quid?* [13] *cedo.*

LA. [14] *Eas ad mulieres* [15] *hùc* [16] *intrò, atque* [17] *istud*
jusjurandum idem

Polliceare [18] *illis:* [19] *exple animum iis, teque* [20] *hoc*
crimine [21] *expedi.*

BA. [22] *Faciam: quod pol, si esset* [23] *alia ex hoc* [24] *quæstu, haud faceret, scio,*

Ut [25] *tali causâ* [26] *nuptæ mulieri se ostenderet:*
Sed nolo [27] *falsâ famâ esse gnatum suspectum tuum,*
Nec [28] *leviorem* [29] *vobis, quibus est minimè* [30] *æquum,*
videri.

1 Quod filium meum ad te receptes.
2 Secretò, latenter.
3 Exponere seu interficere. Et *exstinguere* dixit secundum opinionem eorum, qui putabant animam esse ignē.
4 Quo.
5 Confirmare ac firmam reddere probationem aut credulitatem,

id est, quo consequi possim, ut mihi credatis. Suprà 4,2,5. *ei rei firmasti fidem.* 6 Firmius, quàm juramentum. *Nullum enim vinculum ad adstringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt.* 7 Scilicet ut nunc polliceor jusjurandum. *Polliceri jurandum alicui*, est offerre alicui se paratum esse jurejurando affirmare aliquid factum esse, vel non esse. 8 Semotum, id est, me nihil habuisse cum Pamphilo consuetudinis, me non amplius cum eo rem habuisse. 9 Postquam, ex quo. 10 Jucunda & festiva sermone tuo. 11 Quàm hoc, scilicet quàm jusjurando tuam apud me firmare fidem. 12 Quæso, oro. Particula blandientis. 13 Dic. 14 Volo ut eas. 15 In hunc locum, quem ostendebat. 16 In ædes. 17 Quod pollicebaris mihi, nempe te segregatum habuisse, uxorem ut duxit, Pamphilum. 18 Mulieribus. 19 Satisfacito illis, exonera, libera animum harum mulierum sollicitudine. Sic Andr. 1,2. *Dum tempus ad eam rem tulit, juvi* animum *ut* exploret *suum.* 20 Cujus accusaris de receptione. 21 Explica, exsolve, libera. 22 Pollicebor illis istud jusjurandum. 23 Mulier. 24 Meretricio, id est, si alia esset meretrix, sicut ego, quæ talem quæstum faceret. 25 Amore mariti ejus & pellicatu. 26 Honestam conjugem, quæ maritum habet, alloqueretur, ac diceret se non recipere ejus maritum. 27 Falso rumore, quod existimetur præter uxorem me adhùc amare. 28 Viliorem, abjectiorem, minùs constantem & infidum. *Leves homines* dicuntur homines inconstantes, contemptibiles, & nullo honore digni. 29 Parentibus & uxori. 30 Levem videri.

[1] *Immeritò: nam* [2] *meritus de me est,* [3] *quod queam,* [4] *illi ut commodem.*

LA. [5] *Facilem* [6] *benevolumque* [7] *lingua tua jam tibi me reddidit:*

Nam non sunt [8] *solæ* [9] *arbitratæ hæ: ego quoq; etiam* [10] *credidi.*

Nunc cùm ego te esse [11] *præter nostram opinionem* [12] *comperi;*

Fac [13] *eadem ut sis porrò: nostrâ utêre amicitiâ,* [14] *ut voles.*

[15] *Aliter si facias! Sed* [16] *reprimam me, ne* [17] *ægrè quidquam* [18] *ex me audias.*

Verùm te hoc moneo unum, qualis sim amicus, aut quid [19] *possim,*

Potiùs quàm inimicus, [20] *periclum facias.* BA. *faciam* [21] *sedulò.*

1 Præter culpam. 2 Pamphilus. 3 Quantum, id est, quacunque viâ potero. 4 Ut illum juvem, ei prosim, ejusque utilitati consulam. *Commodare* enim hîc est ὠφελεῖν, juvare: cujus contrariũ est, *incommodare*. Alioqui *commodare* significat dare aliquid commodatò sive mutuò. 5 Benignum sive exorabilem. 6 Et tibi benè cupientem. 7 Lepidus tuus sermo. 8 Sinè aliis. 9 Putarunt hoc de te, sc. te receptare ad te filium Pamphilum. 10 Te receptare eum ad te. 11 Præter, id est, aliter, quàm nos sumus opinati, sc. innoxiam & vacare culpâ hac in re, cujus accusaris. 12 Deprehendi sive cognovi. 13 Qualem ego te esse comperi, id est, persevera ut sis purgata apud mulieres, & judiceris innoxia. 14 Prout, quemadmodũ. 15 Si receperis filiũ meũ, sc. non impunè feres. Aposiopesis est: volebat enim minitari, sed repressit se. 16 Compescam, cohibebo. 17 Malè, molestè. Al *ægri*, id est molesti, λυπηρῶ. Plaut. Amphitr. *Hîc plus ægri ex abitu viri, quam ex adventu, voluptatis cepi.* 18. Μὴ λυπηρὸν τι ἐμοῦ ἀκούσῃς 19 Quæ sit mihi potestas. 20 Experientiam sive specimen sumas. 21 Instanter, sinè dolo.

ACTUS V. SCENA II.

PHIDIPPUS, LACHES, BACCHIS.

PH. [1] *Nihil apud me* [2] *tibi* [3] *defieri patiar, quin, quod* [4] *opus sit,* [5] *benignè præbeatur.*

1 Quæ dudum Lacheti, eadem hæc Phidippo Bacchis promittit, se intrò abituram ad Sostratam & Myrrhinam, seq; à crimine objecto purgaturam. 2 O nutrix. Phidippus enim egrediens nutricem alloquitur. 3 Deesse: à *defio, is*: ut supra, & in Eun. *Nil cum est, nil* defit *tamen.* 4 Ad vitam sustentandam. 5 Largè ac liberaliter præstetur.

Sed cùm [1] *tu* [2] *satura, atq;* [3] *ebria eris, puer ut* [4] *satur sit, facito.*

LA. *Noster* [5] *socer, video, venit,* [6] *puero nutricem adducit.*

Phidippe, Bacchis [7] *dejerat* [8] *persanctè.* PH. [9] *hæccine ea est? hæc est.*

PH. [10] *Nec pol istæ metuunt Deos:* [11] *neque has respicere Deos opinor.*

BA. *Ancillas* [12] *dedo:* [13] *quolibet cruciatu* [14] *per me* [15] *exquire.*

Hæres hîc [16] *agitur: me facere,* [17] *Pamphilo ut uxor redeat,*

Oportet: [18] *quod si perficio,* [19] *non pœnitet me famæ.*

Solam [20] *feciſſe id, quod aliæ meretrices* [21] *facere fugitant.*

LA. *Phidippe, noſtras mulieres* [22] *ſuſpectas* [23] *falsò nobis,*

[24] *In re ipsâ invenimus:* [25] *porrò hanc nunc experiamur: nam ſi*

[26] *Compererit* [27] *falsò crimini tua ſe* [28] *uxor credidiſſe,*

1 Nutrix. 2 Cibis repleta. 3 Benè biberis, aut benè ſatura. 4 Benè nutriatur, accipiat nutrimentum ex te. 5 Phidippus. 6 Pro puero educando. 7 Deos jurat (ut, *Maria omnia juro*) aut valdè jurat, ſe eſſe innocentem, neque receptare ad ſe Pamphilum. 8 Valdè firmiter. 9 Bacchis, quam uxori Pamphilus præponit? 10 Iſtæ meretrices non ſunt religioſæ. 11 Nec puto Deos curare has, neque rationem earum habere: ac propterea nec præmiis vel pœnis affici, quippe quas non omninò dignentur Dii ſuâ curâ & providentiâ. Nam malos extra Deorum providentiam eſſe putabant antiqui non pauci Plaut. Perſ. 4,4,33. *nam generi lenonio Nullus unquam Deus eam benigne fuit, qui fuerit propitius.* 12 In poteſtatem tuam & arbitrium tuum do, quæ, ſc. adventus Pamphili conſciæ fuerunt: nam libera corpora tormentis afficere licitum non erat. 13 Quovis ſupplicio ſeu tormento. 14 Me permittente. 15 Explora quæſtionibus, extorque iis veritatem, receptem nec ne filium tuum. Reſpexit Poëta hîc ad eum mortem, quo, ob ortâ criminis de domino ſuſpicione, ſervi in cruciatum dabantur, & quæſtionibus tormentiſque ſubjiciebantur. 16 Tractatur, agitatur, id eſt, de hac re diſputatur, contenditur. 17 Ad Pamphilum. 18 Pamphilo ut redeat uxor. 19 Non parvam mihi famam acquiſiverim, famæ celebris ero. Αὐτάρκης. 20 Reconciliaſſe marito uxorem. 21 Ut uxores maritis reconcilient. 22 In ſuſpicione poſitas, de Philumenę diſceſſu. 23 Quaſi cauſæ fuiſſent iſtius diſſidii. 24 Re ipsâ comperimus. 25 Deinde nunc probemus hanc meretricem Bacchidem, utentes operâ ejus. 26 Reſciverit, cognoverit. 27 Falſæ ſuſpicioni, quòd non velit reducere uxorem, quia amat Bacchidem. 28 Myrrhinâ.

1 *Missam iram faciet: sin autem est ob eam rem ira-*
tus gnatus,
Quòd peperit uxor 2 *clam, id* 3 *leve est, citò ab* 4 *eo*
hac ira 5 *abscedet:*
Profectò in 6 *hac re nihil* 7 *mali est, quod sit* 8 *diffi-*
dio dignum.
PH. 9 *Velim quidem hercle.* LA. 10 *exquire:* 11 *adest:*
12 *quod satis sit,* 13 *faciet ipsa.*
PH. *Quid* 14 *isthæc mihi narras? an quia non tute au-*
disti 15 *dudùm.*
16 *De hac re animus meus ut sit, Lache?* 17 *illis modò*
exple animum.
LA. *Quæso ædepol, Bacchis,* 18 *quid mihi es pollicita*
tute, ut serves.
BA. 19 *Ob eam rem vis ergo* 20 *intream?* LA. *i, atque*
21 *exple animum iis, ut* 22 *credant*
BA. 23 *Eo, etsi scio pol* 24 *his fore meum conspectum*
25 *invisum hodiè:*
Nam 26 *nupta meretrici* 27 *hostis est,* 28 *à viro ubi se-*
gregata est.
LA. *At* 29 *hæ* 30 *amicæ erunt, ubi, quamobrem* 31 *ad-*
veneris, 32 *resciscent.* PH. *atqui*
Easdem amicas fore tibi promitto, 33 *rem ubi cognô-*
rint:

1 Dimittet iram.
2 Inscio marito.
3 Non magni ponderis ac momenti.
4 Pamphilo.
5 Recedet.
6 Partu.
7 Incommodi.
8 Divortio dignum.
9 Nullam esse causam dignam divortio.
10 Explora ergo sagaciter à Bacchide, an peccaverit Pamphilus.
11 Bacchis ipsa.
12 Quod sufficiat ad plenam purgationem. 13 Tibi. 14 De exquirendo scilicet, quasi tædiosa prorsùs & molesta, quippe qui animum noveris meum. 15 Aliquanto antè. 16 Qualis vel cujusmodi sit animus meus de peccato Pamphili: nam facilè credo, eum non peccasse, ideòque cupio hanc affinitatem manere inter nos perpetuam: itaque non est quod latiùs inquiram. 17 Mulieribus illis, quę amaræ sunt ac molestæ, tantummodò satisfacito ac persuadeto, ut credant Pamphilum non peccasse. 18 Promissum de jurejurando apud mulieres pollicendo. 19 Ut scilicet jurejurando confirmem, Pamphilum a me non receptari. 20 Ingrediar ad mulieres? 21 Satisfacito ac persuadeto mulieribus. 22 Ita esse. 23 Ad mulieres. 24 Mulieribus. 25 Exosum, molestum. 26 Scilicet mulier, id est, honesta matrona. 27 Inimica, invisa, id est, odit meretricem. 28 Quando ea nupta semota est à marito, ut erat Philumena. 29 Mulieres. 30 Scilicet tibi, ut mox. 31 Accesseris ad eas, scilicet ad excusandum Pamphilum. 32 Cognoscent, intelligent. 33 Veritatem rei.

Nam illas [1] *errore, & te simul* [2] *suspicione* [3] *exsolves.*

BA. *Perii!* [4] *pudet* [5] *Philumenæ: me sequimini intrò* [6] *ambæ.*

LA. *Quid mihi est, quod malim, quàm quod* [7] *huic intelligo* [8] *evenire: ut*

[9] *Gratiam ineat sinè suo* [10] *dispendio, &* [11] *mihi prosit?*

[12] *Nam si est, ut* [13] *hæc nunc Pamphilum* [14] *verè ab se segregârit;*

Scit sibi [15] *nobilitatem* [16] *ex eo, &* [17] *rem natam, &* [18] *gloriam esse:*

[19] *Referet gratiam ei,* [20] *unâque operâ nos sibi amicos* [21] *junget.*

1 Ut nihil sint nobis suspectæ.
2 Quam de te habent, quòd Pamphilum receptes.
3 Explicabis, liberabis, expedies.
4 Propter pellicatum scilicet.
5 Quæ nupta est Philumenæ.
6 Vos ancillæ. Meretrices enim, paulò cultiores, egredientes domo, ut minimùm pedissequas duas trahebant secum. Suprà Thais Eun. 3.2.53 *vos me sequimini.*
7 Bacchidi: ostendit enim senex, commune bonum utrique eventurum
8 Succedere.
9 Bacchis benevolentiam ac favorem mulierum sibi conciliet.
10 Damno.
11 Reconciliando uxorem filii ipsi filio, quod mihi utile est.
12 Si enim res ita se habet.
13 Bacchis.
14 Sincerè, non fictè à sua consuetudine se junxerit.
15 Celebritatem, dignitatem, præclaram & nobilem famam. Explicatur versus 11.
16 Ex ea re, scilicet Pamphilum ab se verè segregarit, quæ res per ora hominum spargetur.
17 Divitias, bona parta esse. Nam ex celebritate nominis amatores conciliantur, undè res meretricibus crescit.
18 Honorem sive laudem, quòd scilicet defenderit Pamphilum apud soceros & uxorem, & quòd marito conjugem reddiderit. Sed hæc περιφραστικῶς dicta a sene gaudio exultante.
19 Et Bacchis reddet Pamphilo beneficium. Nam dixit prius, Pamphilum de se benè meritum propter multa, quæ contulerat in eam.
20 Uno labore.
21 Conjunget.

ACTUS V. SCENA III.

PARMENO, BACCHIS.

PA. [1] *Æ Depol* [2] *næ esse meam* [3] *herus* [4] *operam* [5] *deputat* [6] *parvi pretii,*

1 Per ædem Pollucis jurantis est.

Per annuli cognitionem, quem Pamphilus dederat Bacchidi, Philumena ab eo compressa ostenditur.
2 Certè.
3 Dominus meus Pamphilus.
4 Laborem meum.
5 Æstimat.
6 Parvæ æstimationis.

Qui ob rem [1] *nullam* [2] *misit: frustrà ubi totum* [3] *desedi diem,*

[4] *Myconium* [5] *hospitem dum exspecto in* [6] *arce Callidemidem.*

Itaque [7] *ineptus hodiè dum* [8] *illic sedeo,* [9] *ut quisque venerat,*

[10] *Accedebam: adolescens, dic* [11] *dum,* [12] *quæso, tum es Myconius?*

[13] *Non sum: at Callidemides? non:* [14] *hospitem ecquem Pamphilum*

Hîc habes? omnes [15] *negabant: neque* [16] *eum* [17] *quemquam esse arbitror.*

Denique herclè jam [18] *pudebat: abii. Sed,* [19] *quid Bacchidem*

[20] *Ab nostro affine exeuntem video? quid? quid* [21] *huic* [22] *hîc* [23] *rei est?*

BA. *Parmeno,* [24] *opportunè te offers:* [25] *properè curre ad Pamphilum*

PA. [26] *Quid eò?* **BA.** *dic me orare, ut veniat.* **PA.** [27] *ad te?* **BA.** [28] *imò ad Philumenam.*

PA. *Quid rei est?* **BA.** [29] *tuâ quod nihil refert,* [30] *pervunctari desinas.*

1 Nullius momenti, nihili, *vel*, propter nullã causam.
2 Me illùc, scilicet in arcem ad
5 Callidemidem.
3 Diu otiosus sedi.
4 Ex Myconе insulâ unâ ex Cycladibus, oriundum.
5 Amicum externum, qui solet herum meum, cùm peregrinatur, hospitio excipere.

6 Summitate seu summo loco urbis munitiore. 7 Tanquam fatuus sive non aptus. 8 In arce. 9 Quamprimùm quisquam ad eum locum scilicet in arcem, accesserat. 10 Adibam. 11 *Dum* est syllabica adjectio: Grammatici vocant *Parelcon*; ut *adesdum*, *facitodum*, & similia. 12 Mimêsis. Hæc enim sic loquitur ad spectatores. 13 Myconius, scilicet respondebat adolescens. 14 Nunquid habes hîc aliquem amicum, quem & tu excipere hospitio soles, & ille te, qui vocetur Pamphilus? 15 Se habere hospitem talem. 16 Callidemidem. 17 Ullum, aliquem, id est, nullum esse, non esse in rerum naturâ sive in mundo arbitror. Virg. 1. Æn. *Prospectum latè pelago petit, Anthea* si quem *Jactatum vento videat*, id est, si fortè vivum & superstitem videat. 18 Diutiùs illic sedere & interrogare. 19 Propter quid. 20 Ex domo Phidippi, soceri heri mei Pamphili; ut suprà *Noster socer.* 21 Bacchidi. 22 Apud affinem. 23 Negotii. 24 Tempestivè, in ipso tempore mihi obviam venis. 25 Festinanter. 26 Cur ad Pamphilum curram. 27 Scilicet *veniat*. 28 Dic ut veniat. 29 Quod nullo modo ad te spectat sive attinet. Dicimus enim, *hoc nihil refert meâ*, id est, hoc ad me non pertinet. 30 Cesses ac noli curiosè inquirere id.

PA. [1] *Nihil aliud* [2] *dicam?* BA. [3] *etiam:* [4] *cognôsse annulum* [5] *illum* [6] *Myrrhinam*
[7] *Gnatæ suæ fuisse, quem olim mihi* [8] *ipsus dederat.*
PA. [9] *scio.*
[10] *Tantum-ne est?* BA. [11] *tantum:* [12] *aderit* [13] *continuò,* [14] *hoc ubi ex te audiverit.*
Sed cessas? PA. [15] *minimè equidem: nam hodie mihi* [16] *potestas haud data est:*
Ita [17] *cursando, atque ambulando totum hunc* [18] *contrivi diem.*
BA. [19] *Quantam* [20] *obtuli* [21] *adventu meo lætitiam Pamphilo hodiè?*
[22] *Quot* [23] *commodas res attuli? quot autem* [24] *ademi curas?*
[25] *Gnatum* [26] *ei restituo, qui* [27] *penè* [28] *harum* [29] *ipsiusque* [30] *operâ* [31] *periit:*
[32] *Uxorem, quam nunquam* [33] *est ratus posthac se habiturum,* [34] *reddo:*
[35] *Quâ re* [36] *suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exsolvi.*
[37] *Hoc* [38] *adeò* [39] *his rebus annulus fuit* [40] *initium inveniundis.*

1 Quàm ut ad Philumenam veniat?
2 Ei, scilicet Pamphilo
3 Scilicet *dicet*, id est, præterea hoc dices. Donatus non expedit satis.
4 Pro *cognovisse* scilicet *dic.*
5 Δειχλικῶς.
6 Matrem Philumenę.
7 Filiæ suæ Philumenæ.
8 Pro *ipse*, scilicet Pamphilus.

Archaïsmus est. 9 Intelligo. 10 Nihil aliud habeo, quod mandem? 11 Scilicet *est.* 12 Pamphilus. 13 Statim. 14 Myrrhinam cognovisse, annulum hunc filiæ suæ fuisse. 15 Nequaquam cesso. 16 Cessandi. 17 Frequenter currendo hùc & illùc, id est, modò currendum, modò ambulandum mihi fuit. 18 Consumpsi. 19 Hæc secum loquitur Bacchis ad spectatores, discedente Parmenone. 20 Attuli. 21 Cum veni ad mulieres. 22 Quàm multas. 23 Utiles res, id est, commoditates, utilitates. 24 Abstuli & à Pamphilo, & à Philumenâ, Myrrhinâque matre, &c. 25 Infantem sive filium ex se genitum. 26 Pamphilo. 27 Fermè. 28 Mulierum. 29 Pamphili 30 Operatione. 31 Expositus est. 32 Philumenam. 33 Putavit. 34 Pamphilo. 35 Expedivi, liberavi Pamphilum ejus rei suspicione, propter quam rem, sive quamobrem in suspicione fuit apud patrem Lachetem & socerum Phidippum. 36 Quòd ego eum receptarem 37 Quem ego gesto. Δειχλικῶς gestiens Bacchis annulum, tanquam horum commodorum causam commonstrat. 38 Certè Q. d. Rarum hoc est. 39 Ad has res sic inveniendas, quibus prodessem Pamphilo, ut omnia ita procederent ex animi sententia. 40 Occasio.

Nam

Nam memini, ab hinc [1]*menses decem* [2]*ferè*, [3]*ad me* [4]*nocte primâ*
Confugere [6]*anhelantem* [7]*domum, sinè* [8]*comite,* [9]*vini plenum,*
Cum [10]*hoc annulo*: [11]*extimui illicò: mi Pamphile, inquam* [12]*amabo,*
Quid [13]*exanimatus es obsecro? aut undè annulum istum nactus?*
Dic mihi: [14]*ille alias res agere se simulare: postquam id* [15]*video,*
Nescio quid [16]*suspicarier; magis cœpi* [17]*instare, ut dicat.*
[18]*Homo se fatetur vi*, [19]*in viâ*, *nescio* [20]*quam* [21]*compressisse:*
Dicitque sese [22]*illi annulum*, [23]*dum luctat*, [24]*detraxisse:*
[25]*Eum hæc cognovit* [26]*Myrrhina in digito* [27]*modò* [28]*habentem:*
Rogat, undè [29]*sit:* [30]*narro omnia* [31]*hæc*: [32]*indè est cognitio facta:*
Philumenam [33]*compressam esse ab* [34]*eo, &* [35]*filium* [36]*inde hunc* [37]*natum.*

1 Renè expressit tempus, ut nullâ ex parte dubitaretur, Philumenam ex Pamphilo peperisse.
2 Fermè.
3 Domum scilicet.
4 Primâ noctis parte, ineunte nocte, quam alii *concubium*, alii *cantricinium* appellatam volunt. Ita alibi, *primâ fabulâ*, id est, primâ parte fabulæ: *ultima platea*, &c.

Partes noctis sunt. 1. Vespera. 2. Nox. 3. Prima nox. 4. Concubia nox. 5. Nox intempesta. 6. Gallicinium, quo tempore noctis solent homines excitari ad labores. 7. Crepusculum, sive lux dubia. 8. Diluculum sive Aurora. 9. Matutinum tempus. 5 Pamphilum confugisse. 6 Anhelitum trahentem, æstuantem ex luctatione cum puellâ, cui vitium obtulerat. 7 In domum meam ad me, ut celaret facinus illud. 8 Sectatore aliquo, nempe servo, teste flagitii. 9 Vino ingurgitatum, ac propterea intemerarium prodiisse facinus. Verum ergo illud Ovidii: *Nox & amor, vinumque nihil moderabile suadent.* 10 Habentem hunc annulum detractum à puellâ, quem gesto in digito. 11 Ne quid mali esset. 12 Oro, quæso. Blandientis vox. 13 Commotus & perturbatus. 14 Pamphilus simulabat, id est, fingebat, se habere curæ alia negotia, quam id, quod verum erat. 15 Intelligo. 16 Suspicabar. 17 Urgere. 18 Ille Pamphilus. 19 Inter ambulandum. 20 Virginem. 21 Vitiasse. 22 Virgini. 23 Quamdiu luctatur cum virgine, quæ stuprari nolebat. Archaismus est. 24 Abstuliisse. 25 Annulum. 26 Mater Philumenæ. 27 Paulò antè, cùm essem in ædibus Phidippi. 28 Gestantem. 29 Processerit iste annulus. 30 Mulieribus. 31 Quæ prius dixi, scilicet quomodo accepissem à Pamphilo. 32 Ex eo tempore, vel ex istâ narratione, sive ex illo annulo. 33 Vitiatam illa nocte. 34 Pamphilo. 35 Infantem. 36 Ex eo compressu. 37 Susceptum.

Hæc tot propter [1] *me gaudia* [2] *illi contigisse lætor:*
Etsi [3] *hoc meretrices aliæ nolunt: neque enim est in* [4] *rem nostram,* 36
Ut quisquam [5] *amator* [6] *nuptiis lætetur: verùm* [7] *ædepol*
Nunquam animum [8] *quæsti gratiâ* [9] *ad malas adducam partes.*
[10] *Ego, dum illo licitum est, usa sum benigno & lepido, & comi.*
[11] *Incommodè mihi* [12] *nuptiis evênit: factum fateor.* 40
At pol me fecisse arbitror, ne [13] *id meritò mihi eveniret.*
Multa ex [14] *quo fuerint* [15] *commoda,* [16] *ejus* [17] *incommoda æquum est ferre.*

1 Meam præsentiam. 2 Pamphilo. 3 Uxorem reconciliari viro. Exaggerat suum in Pamphilum beneficium, à diverso meretricum ingenio, quod ab utili approbat. 4 Commodum nostrum, id est, nobis utile non est. 5 Nostri amore captus. 6 Conjugio delectetur, uxorem ducat. 7 Per ædem Castoris. 8 Pro *quæstus*, id est, lucri nummarii causâ. 9 Ad mala officia adducam, id est, ego tamen nunquam propter turpe lucrum inhonesti quippiam commisero. 10 Ordo est: *Dum licitum est, ego usa sum illo*, scilicet Pamphilo, *benigno*, id est, liberali & largo, *& lepido*, id est, jucundo ac festivo, *& comi*, id est, facili ac suavi. 11 Malè, intempestivè, inutiliter. 12 Ex nuptiis Pamphili & Philumenæ, id est, nuptiæ illę non in rem meam, mihi incommodæ, magnumque mihi attulerunt incommodum. 13 Incommodum. 14 Viro scilicet, quemadmodum ex Pamphilo. 15 Bona. 16 Viri. 17 Mala. Nam (ut Plautus ait) *Voluptas & Mœror in propinquò habitant.*

ACTUS V. SCENA IV.

PAMPHILUS, PARMENO, BACCHIS

PAM. [1] *Vide, mi Parmeno, etiam* [2] *sodes, ut mihi* [3] *hæc* [4] *certa & claras attuleris:*
Ne me in breve hoc [6] *conjicias tempus,* [7] *gaudio hoc falso* [8] *frui.*

1 Prospice, provide, cave. Pamphilus multo gaudio perfunditur ex cognitione annuli, quem olim dederat Bacchidi. Ejusdemque mirificè laudatur uxor. 2 Si audes, oro, quęso. Verbum blandimenti quiddam habens. 3 Quę dixisti, vel nuncias de Bacchide & meâ uxore, vel indicia de cognitione annuli. 4 Explorata, nihil habentia dubitationis & obscuritatis. 5 Nunciaveris. 6 Præcipites, impellas. 7 Fac, ut hoc gaudium sit stabile, firmum & diuturnum. 8 Ad fruendum.

PAR.

PAR. [1] *Visum est.* PAM. [2] *certò-ne?* PAR. *certò.*
PAM. [3] *Deus sum,* [4] *si hoc ita est.* PARi [5] *verum reperies.*
PAM. *Manedum, sodes: timeo* [6] *ne aliud esse credam, atque aliud nuncies.*
PAR. *Maneo.* PAM. *sic te dixisse opinor,* [7] *inveniisse Myrrhinam,*
[8] *Suum annulum habere Bacchidem.* PAR. [9] *factum.*
PAM. [10] *eum quem ego olim* [11] *ei dedi:*
[12] *Eaq;* [13] *hoc te nunciare mihi* [14] *jussit: ita-ne* [15] *factum?* PAR. [16] *ita, inquam.*
PAM. *Quis me est* [17] *fortunatior,* [18] *venustatisque* [19] *adeò* [20] *plenior?*
Egon' te pro [21] *hoc nuncio quid donem?* [22] *quid? quid? nescio.*
PAR *At ego* [23] *scio.* PAM. [24] *quid?* PAR. [25] *Nihil enim:*
Nam neq; in [26] *nuncio, neque in* [27] *me ipso, tibi* [28] *boni quid sit,*
Scio. PAM. *ego-ne,* [29] *qui ab* [30] *Orco mortuum me* [31] *reducem in lucem feceris,*

1 Cautum à me est diligenter, provisum est, ut sint certa & clara. Dixerat enim Pamphilus, *Vide, mi Parmeno,* &c.
2 An visum est sinè dubitatione?
3 Felicissimus sum ut Deus. Sic Heaut. 4. 3. *Deorum vitam adepti sumus.* Et Cic. 2. de Orat. *In quo tu mihi Deus esse videris.*
4 Si verum nuncias de uxore.
5 Reipsâ cognosces esse verum, quod dico.
6 Quòd animi nostri ferantur ad diversa, & non sit illud quod intelligo. Insperatum enim gaudium somnio simile.
7 Deprehendisse. Repetit Pamphilus nunciata, ne falsò intellexerit.
8 Quem filiæ Philumenę dedit.
9 Sic dixi.
10 Annulum.
11 Bacchidi.
12 Bacchis.
13 De cognito annulo.
14 Bacchis.
15 Scilicet *est*, id est, ita ne dixisti?
16 Asseveranti est.
17 Felicior, cui feliciùs & magis ex animi sententiâ processerunt omnia.
18 Festivitatis, suavitatis, gaudii.
19 Certè.
20 Cui evenit, quod amat. Q. d. Quis amabilior est apud homines?
21 Tam lęto, jucundo mihi: q. d. imò debeo te donare maximis muneribus.
22 Donem? Deliberat secum, qua re sit eum donaturus.
23 Quid mihi donandum sit.
24 Donabo?
25 Scio.
26 Relatione seu nunciatione meâ, quàm attuli de uxore.
27 Quia sum servus.
28 Propter quod re aliqua donare me debeas.
29 Qui feceris me, cùm essem mortuus, reversum, salvum atque incolumem ab inferno seu à loco tenebrarum in lucem. Q. d. Ego, qui perieram præ dolore, tuo nuncio revixi.
30 *Orcus* interorum est fluvius, à Styge palude defluens: ab ὅρκος, quod est *juramentum*. Nam Dii per illum fluvium & per Stygem paludem jurare solebant. Ponitur etiam pro inferno.
31 *Hic & hęc redux, reducis* dicitur: in plurali *reduces* dicuntur, qui pericula evaserunt, & incolumes ac salvi in optatos fines redierunt.

Sinam [1] *sinè munere à me abire?* [2] *ah! nimium me* [3] *ingratum putas.*
Sed Bacchidem eccam video stare ante [4] *ostium:*
Me exspectat, credo: adibo. BA. *salve, Pamphile.*
PAM. *O Bacchis, ô mea Bacchis,* [5] *servatrix mea!*
BA. [6] *Benè factum,* & [7] *volupe est.* PAM [8] *factis, ut credam, facis:*
Antiquamque adeò tuam [9] *venustatem* [10] *obtines,*
Ut voluptati [11] *obitus,* [12] *sermo,* [13] *adventus tuus,*
[14] *quocunque adveneris,*
Semper fiet. BA. *at tu ædepol morem antiquum atq;*
[15] *ingenium obtines,*
[16] *Ut* [17] *unus omnium homo te vivat unquam quisquam* [18] *blandior.*
PAM. [19] *Ha, ha, ha,* [20] *tun' mihi* [21] *istud?* BA. [22] *rectè amasti, Pamphile,* [23] *uxorem tuam:*
Nam nunquam, ante hunc diem meis oculis [24] *eam,*
[25] *quòd nôssem, videram*
[26] *Perliberalis* [27] *visa est.* PAM. *dic verum.* BA. [28] *ita me Dii ament, Pamphile.*
PAM. *Dic mihi,* [29] *harum rerum numquid dixti jam* [30] *patri?* BA. [31] *nihil.* PAM. [32] *neque opus est:*

1 Indotatum. 2 Interjectio dolentis. 3 Immemorem beneficii. 4 Philippi. 5 Conservatrix à morte, quasi fuissem moriturus, nisi mihi consuluisses. 6 Quòd meâ operâ servatus sis. 7 Est mihi voluptati. 8 His, quæ facta sunt re ipsâ efficis, ut credam tibi. 9 Festivitatem ac suavitatem erga me. 10 Conservas ac retines. 11 Occursus. 12 Colloquium tuum. 13 Tua præsentia voluptatem adfert. 14 In quemcunque locum. 15 Antiquam naturam retines 16 Scilicet *adeò*. 17 Solus. 18 Suavior, humanior, mitior. 19 Interjectiones ridentis. Ridet enim à meretrice sibi attribui blandimenta, quæ potiùs sunt meretricum. 20 Scilicet *dicis, attribuis*, nempe me esse blandissimum? 21 Quod me non decet, sed meretricum esse solet. 22 Non sinè causâ, nec temerè, nec incousultè Propositio est, quâ Pamphili amorem collaudat. Ita admiscet honestam commendationem, ut vel hac viâ conjugum inter se gratiam conciliet. 23 Philumenam. 24 Philumenam. 25 Quòd scirem seu animadvertissem me vidisse aliàs. Potuit enim vidisse, cùm non nosset. 26 Admodum pulchra, eâ venustate, quæ mulieres liberas ac ingenuas decet. 27 Postquam veni ad eam. 28 Ut scilicet ex animo dico, id est, verè. Jurandi modus est. 29 De compressâ Philumenâ, & de agnito annulo. 30 Lacheti. 31 Dixi patri tuo. 32 Aliquid harum rerum patri dicere.

Adeò

Adeò [1] *mutito:* [2] *placet hoc non fieri itidem, ut in* [3] *Comœdiis,*
Omnia [4] *ubi* [5] *omnes resciscunt:* [6] *hîc, quos* [7] *par fuerat rescisci,*
[8] *Sciunt: quos non autem* [9] *scire æquum est, neque* [10] *resciscunt, neque scient.*
BA. *Imò etiam,* [11] *hoc* [12] *quî occultari posse facilius credas,* [13] *dabo:*
[14] *Myrrhina ita* [15] *Phidippo dixit,* [16] *jurijurando se meo*
[17] *Fidem habuisse. & propterea te* [18] *sibi* [19] *purgatum.*
PAM. *optimè,* [20] *est:*
Speroque [21] *rem hanc esse eventuram nobis* [22] *ex sententiâ.*
PAR. *Here, licet scire* [23] *ex te, hodiè quid sit, quod* [24] *feci, boni?*
Aut quid istuc est, quod [25] *vos agitis?* PAM. [26] *non.*
PAR. [27] *suspicor tamen.*
[28] *Ego-ne ab Orco* [29] *hunc mortuum?* [30] *quo pacto?*
PAM. *nescis, Parmeno,*
Quantum hodiè profueris mihi, & ex quantâ [31] *ærumnâ extraxeris.*

1 Celato, occultes illud, quod factum est, ne tantulum quidem hujus fœna, quantum potest mutus: hoc enim est *mutire*, non omninò tacere; ideòque extra negationem non usurpatur. Ut Andr. 3. 2. *Itaque herclè nihil jam mutire audeo.*

2 Non placet in hac Comœdiâ omnia revelari, sicut fit in cæteris Comœdiis: nempe, Philumenam ante nuptias compressam fuisse. 3 Plerumque fit. 4 In quibus Comœdiis. 5 Senes, pueri. 6 In hac Comœdiâ, vel in hac re. 7 Decuerat. 8 Quid factum sit. 9 Quid actum sit, 10 Cognoscunt ex alio. 11 Factum vel totum negotium de tuis amoribus. 12 Quo modo, vel undè. 13 Dicam, suggeram. Virg. Ecl. 1 *Sed tamen ille Deus qui sit, da, Tityre, nobis.* 14 Socrus tua. 15 Suo marito, tuo socero. 16 Juramento, quo firmavi meam fidem, me non receptare te. 17 Credidisse. 18 Apud se, scilicet Myrrhinam. 19 Excusatum, innoxium, quòd mecum consuetudinem non habueris. 20 Se res habet. 21 Reductionem uxoris, & occultationem negotii. 22 Ad votum. 23 A te. 24 Tibi. 25 Tu & Bacchis secretiùs tractatis, loquimini? 26 Licet tibi hoc scire. 27 Tamen conjicio aliquantulùm, quid agatis inter vos. 28 Scilicet *feci reducem in lucem?* 29 Pamphilum. 30 Quomodo hoc feci? 31 Miseriâ eduxeris, eripueris, liberaveris me.

PAR. *Imò verò* [1] *scio*, [2] *neque hoc imprudens feci.*
PAM. *ego* [3] *istuc satis scio.* PAR. [4] *an*
Temerè quidquam Parmenonem prætereat, quod facto
usus sit?
PAM. *Sequere me intrò, Parmeno.* PAR. *sequor:*
[5] *equidem plus hodiè boni*
Feci [6] *imprudens, quàm* [7] *sciens ante hunc diem un-*
quam. [8] *Plaudite.*

1 Quantum profuerim tibi.
2 Et tibi non profui inconsideratus, per imprudentiam, cùm non cogitarem non prodesse.

3 Te feciſſe consultò, ut mihi prodesses. 4 An Parmeno aliquid inconsultè ignoret, quid utile vel opus sit facere? *Hæc res prætereit me*, id est, hanc rem ignoro. 5 Ad spectatores hoc dicit. 6 Nesciens me id facere. 7 Consultò, deditâ operâ seu de industriâ. 8 Gratulamini Poëtæ & actoribus.

FINIS.

INDEX EORUM

Quæ in Textu TERENTIANO, aut in Notis occurrunt.

A.

A Pro de positum 332
A facundiâ multum potest 190
A fratre exire, id est, è domo fratris 435
A me exit 229
A parvis 49
A parvulo 8
A pueris 327
A puero 324
A villâ mercenarius, 332
Abdidit servus 481
Abhinc 461
Abhorret ab re uxoriâ 74
à nuptiis 525
Abi hinc in malam rem 30
Abierunt menses decem 345
Abire alicundè honestè 149
Ablativus cum præpositione, loco genitivi 60
Ablegandus mihi aliquò est 257
502
Abligurire patria bona 109
Abortus, quid? 500
Abradi 403
Abripere in cruciatum 70
Abscedet cito ira 531
Absente nobis 144
Absolvere aliquem 310
Absque eo esset 392
Absque unâ hac foret 517
Abstemius 23
Abstergere vulnera 156
Abstraxit me ab illâ 47
Absumi curâ & sumptu 404
Absurdum, quid? 367
Abuti operam 5
Accedere alicui 317
Accessit mihi ad aures sermo tuus 508
Accidere ad genua 499
Accipere conditionem 10
Accipitri non tenditur rete 403
Accumbentes olim cœnabant 150
Actum est 43, 97, 237, 314
Actum agam 306
à Actum ne agas 410
Actutùm, pro celeriter 448
Actuariæ naves ibid.
Acuet sat illos ætas 357
Ad Dianæ sc. templum 335
Ad ingenium redire 292, 477
Ad languorem me dedit hoc
Ad pileum vocare 8
Ad rastros res rediit 267
Ad rem avidior 102
Ad rem redire 301
Ad restim res rediit 431
Adbibisse plus paulo 206
Adeò res redît 382
Adelphi 287
Adigere aliquem ad insaniam 295
Adipiscier bis judicium 410

Ad-

Adjuro tibi per Deos 62
Adjutare funus 385
Adjuta illis onera 497
Admittere turpe quid in se 410
Admittere stultum est, quod cavere possis 154
Adoriri 254
Advena 196
Adversari libidini alicujus 484
Adversari suis 489
Adversatrix mihi es 275
Adversitores 289
Advertere graviter 235
Adulterorum pœna 170
Adunco naso virgo 281
Adversùm stimulum calcare 384
Advocatus 364
Ædepol 29,220,532
Ædiculæ 430
Ædiles qui, eorumq; munus? 95
Ægrè alicui facere 142
Ægrè mihi est 296,389
Ægritudo hæc abs te mihi eritur 484
Ægritudo recens est 313
Æmulari 6
Æmulus, pro rivali 107
Æqua pars amoris 100
Æquales 118
Æquè quidquam nunc quidem 40
Æqui bonique facio 256
Æquior sum illi 40
Ære suo empta 418
Æsculapius, quis? 495
Ætas dum tulit 41
Ætas integra 10
Ætas sat acutellos 357
Ætate ad alia omnia sapimus ibid.
Ætatem 151,249,527
Æthiopia 104
Affabilis esse meditor 363
Afficere curâ & sollicitudine aliquem 412
Affines 268
Affines rerum, quas fert adolescentia 205
Affinitatem effugere 25
Afflictare se 99
Agellum sub urbe locitare foras 367
Agere, quid? 321
Agere se 63
Aggravescit morbus 495
Aggredi aliâ viâ 60
Agitare convivium 476
Agitur jam mensis septimus 500 *non res capitis agitur* 428
Agmen, quid? 155
Alias res agis 120
Alicujus rei est 318
Alienare aliquem 272
Alieniore ætate quid facere 294
Alienus, quis? 277
Alienus à nostrâ familiâ 314
Aliquid monstri alunt 25
Aliud ex alio malum 173
Aliud fortasse aliis vitii est 488
Alligare illi filium 258
Alligare se furti 159
Amabo, Interjectio blandientis 102
Amantes graviter sibi dari uxorem ferunt 19

Amantibus omnia suspecta sunt 235
Amantium iræ amoris integratio est 50
Amare, cui odio sis, stultum 495
Ambigo 229
Ambis, Ambire, Ambitus 35
Amentium haud amantium inceptio 22
Amicorum omnia sunt communia 355
Amittere occasionem 140
Amolimini vos hinc 63
Amolimur, quid? ibid.
Amo te magis, quàm oculos 346
Amor ipse molestias habet 99
Amore abundas 390
Amori quæ insint vitia? 98
Amori operam dare 197
Amoris extrema linea 143
Amovebo hunc 333
Anacharsis dictum de navigantibus 502
Ancillarum grex 209 *& eas munerarier* 213
Andrus, insula maris Ægæi 6
Angiportum, quid? 162, 335
Anguis decidit per impluvium 433
Animam comprimere 450
Animam relinquam potiùs 328
Animam debere 429
Animam recipere 314
Animi compos 313
Animi sublati sunt 509
Animo comi aut leni esse 266
Animo gladiatorio 456
Animo malè est 343
Animo morem gerere 58
Animo obsequi 289
Animo omissoesse 270
Animo otiosoesse 76
Animo virili præsentique esse 456
Animum ad uxorem appulit 41
Animum adducere ad malas partes 536
Animum adjicere ad virginem 103
Animum flectere ubicunq; opus est 518
Animum hoc meum percussit 14
Animum inducere 488, 489
Animum reddere 31
Animum suum ex alterius animo spectare 58
Animum suum explere 18
Animus dum in dubio est, paulo momento hùc illùc impellitur 26
Animus ægrotus 19
Animus est in patinis 160
Animus illi pendet 305
Animus mihi rediit 496
Animus nisi me fallit 240
Animus se devinxit cupiditate malâ 204
Annis obsitus 109
Annona cara est 67
Annuntiare 332
Annuli usus ad convivia paranda 134
Annus est, dum molinntur, &c. 238
Anteire aliquem sapientiâ 397

Antevertere alicui 151
Antiquâ fide homo 324
Antiqui homines ibid.
Antiquum obtines 73
Antiquum morem atque ingenium obtines 538
Apage te 166
Aperire se 57
Apollinis responsum 62
Appareant promissa 117
Apparare convivium de die 369
Appellere 5
Applicare animum ad deteriorem partem 19
Applicat se ad patrem 84
Apprimè nobilis 170
Apud me vix sum 85
Apud me non sum 266, 394
Apud nos. i. domi nostrę 202
Apud te sis 38
Aquilarum senio confectarum, victus qualis 231
Aquilæ senectus ibid.
Ara 272
Ara, confugii locus ibid.
Arbiter 229
Arbitrum capere ibid.
Arbitrum cedo 295
Ardeo iracundiâ 313
Argentariam curam alicui adimere 451
Argentum fugitivum 246
Aridus senex 231
Arrhabo 238
Arrhaboni relinquere ibid.
Arridere aliis 111
Arrige aures 84
Arte tractare aliquem 219
Ascendere navem 346
Asia 197
Asperum vinum 226
Assentari alicui 131
Assentari omnia 111
Assero manu illam liberali causâ 302
Assertores ibid.
Astringere fidem 101
Asymbolus 404
Asymbolum venire ibid.
At at, Interjectio subitum motum designans 14 *timoris* 456
Athenis communis omnium libertas fuit 301
Athenis lex fuit Solonis, ut orbæ genere proximis nuberent, aut qui eas ducere nollent, dotem iis darent, dicerent 342
Athletæ olim in palæstrâ nudi, & oleo perfusi luctabantur 415
Alter canis 433 *panis* 169
Attemperatè venire 83
Attendere animum 450
Attentiores ad rem 357
Attica elegantia in eo est 183
Au, Interjectio consternata mulieris 68 *& dolorem ostendens* 145
Avaritia quid facit! 406
Auctor, quid? 6, 472
Auctor his rebus quis est? 344
Auctores-ne id mihi estis? 366
Auctum damno 241
Aucupium novum 110
Audacia jocularis 387

Audire malè 406
Anfer te hinc 366,422
Angeſcit agritudo 224
Avidior ad rem 102
Aures ſurdas reddere 215
Auribus teneo lupum 417
Auris Memoriæ conſecratur 28
Auſpicatò hùc me appuli 72
Autores habere 6
Autumare 202
Bona abripere 381
Bona dicere, εὐφημεῖν 12
Bonâ fide 254
Bona perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſsidet 203
Bona natura 117
Bonâ veniâ aliquid petere 408
Bona verba quæſo 20
Bonæ felicitates 118
Bruma 433

B.

Babylo 364
Bacchanalia 200
Balneorum privatorum in domibus ditiorum uſus 139
Balneorum unctionumque uſus apud veteres quotidianus 470
404
Balneis egredientes veteres, lectos intrare, pòſt cœnare ſolliti 139
Beare aliquem 113
Belliſſimum unumquodq; carpere 358
Bellua, de ancillâ 148 *de viro* 456
Bellus, undè? 358
Benè habent tibi principia 411
Benè audire 379
Benè eſt mihi 289
Benignè quid præbere 529
Beneficio devinciri 221
Bidui eſt aut tridui hæc ſollicitudo 41
Blandè dicere 361
Bolus mihi è faucibus ereptus eſt 246

C.

Cadavera olim cremabantur, & cineres in urnâ condebantur 14
Cadaverosa facies 504
Cæcilius natus Poëta Comicus 470
Cadere ex occulto hoſtes 157
Cadere ſermones 208
Cæſius color 504
Calces adversùm ſtimulum 384
Calamitas, quid? 99,469
Caleſcere, pro amore inflammari 99
Calleo pulchrè ſenſum illius 331
Calleo 233
Calliditas, Callidus ibid.
Canes ad venandum alere 9
Canis, convitii nomen 159
Canis alienus introiit in ædes 433
Cantabat mihi harum mores 212
Canthara ſubfarcinata 69
Cantilenam eandem canis 416
Capere inimicitias ob aliquem 407

Capillo illam conscidit 144
Capillus passus, rejectus, &c. 212
Capitalia flagitia 348
Capite in terram statuere 313
Capiti atq; ætati illorum 494
Capiti suo aliquid fuere 416
Capitis periculum adire 60
Caprificus, quid? 335
Captare consilium cum aliquo 38
Capto, quid? 450
Captus servorum 327
Caput huic rei 42
Caput alicui diminuere 159
Caput est colaphis tuber 307
Carbo & prunâ, ut differant? 358
Carcor. i. carcere dignus 407
Carendum est tui 222
Caria, provincia Minoris Asiæ 102
Carnifex 18,146
Carpere bellissimum 358
Cavere loco 157
Causa, quid? 302
Causam dicere 399
Causa liberalis 302
Causam fingere 103 *meditari* 302
Cautim & paulatim dare 262
Cautio est 37,323
Celerè consilium reperire 391
Cella vel cellula, quid? 116
Centurio 156
Cepit te desiderium loci 475
Cerebro dispergere viam 313
Cerebrum dispergam 353
Cervices eversæ 219
Cervix, quid? ibid.
Cetarii 111
Cibum è flammâ petere 131
Cicatrices suas ostentare 130
Cilicia 383
Circuitione uti 20
Circumcursare hac illac 230
Circumvallant me tot res 312
Citharistria 384
Clam te est 28
Clanculum mordere aliquem 125
Claudere in aliquem commodum 51
Clemens & facilis, ut differant? 359
Clemens vita 290
Clementiâ nihil est homini melius 359
Cliens 178,331
Coactus tuâ voluntate es 59
Codex vel caudex, quid? 263
Cœlum si ruas 250
Cœna dubia, quę 404
Cogere copias in angustum 245
Cogitare cum animo 328
Cogitata proloqui 400
Cogo, quid? 199
Cohibere se 266
Coïtio prima acerrima 405
Colaphis caput tuber est 307
Colaphos infregit mihi 302
Colere aliquem 317
Colere vitam inopem 198
Colere pietatem 504
Colligere stipulam 358
Columen familiæ 400
Comedendũ aliquẽ prębere 182
Comiter me adjuvit 420

Commeare in urbem 481
Commissator haud sanè commodus 354
Commissatum aliquem intromittere 727
Commitigare alicui caput scandalio 177
Committere fortunas suas alicui 54
Commodare alicui 528
Commodum tibi in me claudiero, nolo 51
Commotum te jam reddam 78
Commotus in quadam 137
Commovebo istos 251
Commovi hominem 41
Communia amicorum inter se 355
Commutare verba inter sese 428
Comparandus hic non est ad illum 147
Comparare commoda sua ex incommodis alterius 56
Compedes habendæ 397
Complecti mediam mulierem 14
Compluſculos dies 481
Componere gratiam 507
Componantur hæc cum bonâ gratiâ 417
Compos animi vix sum 313
Composita res est 349
Compositò quid facere 438
Compotrix 23
Compressu eo gravida facta est virgo 326
Comprimere animam 450
Comprimito tibi manus 237
Conari manibus, pedibus 60
Concaluit 217
Concedere alicui 488
Concieo 403
Conciliare, quid? 146
Conciliare pacem 279
Conciliate malè 146
Concire turbas 271
Conciverit iram hanc 493
Conclamare, conclamatum jam est 120
Conclave, quid? 138
Concludam me in cellam 333
Concludere aliquem aliquo 145
Concurrunt multa simul 47
Concurrunt tot verisimilia 340
Conditionem accipere 10
Condecorare ludos 472
Condonamus te 455
Conduplicabo hoc idem tibi 418
Confectus curâ 29
Conferre culpam in alium 123
animum alio 221
Conferre exemplum 293
Conficere, quid? 275
Conficere argentum 447
Conficere nuptias 398
Conficere pacem in leges suas 274
Conficere virginem 168
Confingere falsas causas 523
Conflare familiaritatem 164
Conflictare cum hujusmodi malo 417
Confutabitur dictis 269
Confutare verbis aliquem 414
Congerere penum in cellulam 116
Congerro 278

Congruere ne sentiant nos inter nos 229
Conjecturam de se facere 236
Conjicere in lætitiam aliquem 213
Conjicere se in pedes 162, 392
Conjicere se continuò intrò 212
Conjicere aliquid 390
Conlacrumare 13
Conlocupletare se 210
Conscindere capillo aliquem 144
Conscius facinoris 389
Consequitur eam alienus puer 521
Consilium cum re amisit 110
Consilium non est 508
Consobrini, qui? 506
Constabilire rem suam 352
Constringere quadrupedem 78
Consuescere alicui 344
Consulere in longitudinem 270
Consulere in aliquem, quid? 225
Consusurrare cum aliquo 227
Contaminare gaudium 135
Contegere injuriam 501
Contemnor abs te 45
Conterere diem ambulando 534
Conterere operam frustrà 394
Contrahere frontem 357
Contrivi vitam in quærendo 360
Contortor legum 407
Contumeliam facere 164, 457
Conturbare rationes 164
Conveniet numerus 382
Conventam me esse expetit 525
Convitium facere 300
Convivas morari 201
Convivia veteres vel in Sole, vel sub dio, vel in umbrâ, vel sub tecto, pro anni tempestate, agitabant 336
Convivor, quid? 204
Convolat populus 472
Copiæ, quæ? 153
Copiæ meæ in angustum coguntur 245
Copiam mihi facias ejus 386
Cordati, qui? 21
Cordi mihi sunt nuptiæ 31
Cornua in prælio, quæ? 155
Corradere alicundè pecuniam 306
Corradere omnia 199
Corripere se intrò 497
Corrumpitur prandium 336
Corruptela nostrûm liberûm 354
Crepuit à Glycerio ostium 60
Crimine se expedire 528
Criminari aliquem alicui 163
Crucem in malo quærere 421
Cuba, quæ Dea? 381
Cudo, quid? 252
Cudo argentum ibid.
Cudetur in me faba 123
Cuja est virgo? 118
Culpa in te hæret 485
Culpam in aliquem conferre 123
Cum aliquo stare 399
Cum maximè 477
Cupedię, Cupedinarii 111
Cupere alicui 82
Cupiens tui 478
Cupio illi 82
Curare funus 13

Curatura 117
Curialis vernula 448
Curiosus, quis? 135
Curriculo percurre 251
Cursitare sursum, deorsum 113
Cyprus Veneri consecrata 305
Cyathos sorbillare 336

D.

DA locum melioribus 419
Da te mihi vicissim 247
Da te hodie mihi 357
Dabit hic aliquam pugnam 166
Dabo effectum 107
Damnatum domum ducere 404
Damno auctus est herus 241
Danaę in gremium imber aureus 138
Dare bibere alicui 44
Dare & dedere, ut differant? 247
Dare fidem 37
Dare operam literis 130
Dare se alicui 133
Dare supplicium 98
Dare verba alicui 21
Datum est istuc mihi 124
Davus sum, non Oedipus 19
De industriâ 71
De grege illo est 318
De integro 7
Deamo te 248
Debachatus es 301
Debeo hoc tibi pro servitio 60
Decedet ira 509
Decidi de tantâ spe 209
Declinatam non esse ab alienum ingenio 482
Decrepiti, qui dicantur? 108
Decrepita anus 366
Decurio, quis? 156
Decurso jam propè spatio 359
Dedecorare se & familiam 483
Dedere in pistrinum 20
Dedit â operâ 162
Dedo me tibi 81
Dedo & do, ut differant? 247
Deducere cibum alicui 117
Defecimus nihilo magis 414
Defervisse adolescentiam 297
Defieri nihil tibi patiar 529
Deformis puellæ ὑποτύπωσις 281
Defraudare genium suum 381
Defugere auctoritatem alicujus 123
Defungi, quid? 95
Defungier cupio in hac re 461
Degere diem in lętitiâ 330
Dejerare persanctè 530
Delere ex animo omnes mulieres 115
Delibuo, quid? 448
Delibutum te gaudio reddo ibi.
Delictum, quid? 345
Delirare, quid? 351
Demensum, quid? 381
Demissis humeris esse 117
Demulcere caput 254
Deo meo irato relinquor 384
Deorum vitam adepti sumus 248
Depacisci mortem cupio 390
Depexum dare aliquem 269
Deputat operam meam parvi pretii 532
Derivare iram senis in se 402

Derivatio, quid? ibid.
Desedi tibi totum diem 533
Desiderium Athenarum me cepit 475
Designatores, Designo 293
Desistere litibus 428
Despoliare aliquem 73
Despondere & spondere, ut differant? 12
Deteriores sumus licentiâ 228
Detrimentum, quid? 225
Devincire beneficio 221
Devitare malum 55
Deum te facio 331
Deus, pro quolibet benefactore 405
Deus sum 537
Dextra Fidei consecratur 28
Dica, quid? 387
Dicam tibi scribam ibid. & 403
Dico, edico vobis 171
Dico tibi meam operam 382
Dictio testimonii 400
Dictum ac factum, &c. 36, 265
Dictum factum reddidi 254
Dieculam alicui addere 64
Diei tempus ut est 201
Diem dicere, quid? 12
Diem hunc sumamus hilarem 311
Dies adimit ægritudinem hominibus 224
Differor doloribus 327
Differre rumores 190
Difficultas 328
Diffluit luxuriâ & lasciviâ 268
Digiti Minervæ consecrantur 28
Digitulo uno fores aperire 114
Dii Nuptiales 23
Dii benè vertant 349, 482
Dii prohibeant 51
Dii te eradicent 69, 237
Dii vestram fidem 64
Dilapidare bona sua 452
Dilucidè expedire 409
Diminuetur tibi cerebrum 334
Dimittere exercitum 160
Dionysia, Dionysius 200
Dionysia agitat 251
Discidit labrum 333
Discrucior animi 339
Discus, libertus 140
Displiceo mihi totus 279
Dissolvi me 230 & *dissolvere* 429
Distædet me 460
Distorquere os 146
Disturbare nuptias 18
Diverticulum 143
Dividuum face 306
Divinam rem facere 132
Divisa temporibus 43
Dixi, quale verbum? 411
Do fidem 180
Doctè in eodem ludo ad malitiam 483
Dolent oculi 464
Doleo tuum casum 325
Dolet mihi tuus casus ibid.
Dolet hoc mihi 100, 309
Dolo malo fiunt hæc 133
Dolus malus, quid? ibid.
Dormienti hæc tibi confecturos Deos credis? 346

Dormite in aurem utramvis 217
Dormiunt. i. securi sunt 251
Dos secunda, quæ? 316
Ducere aliquem dictis suis 58
Ducere domum inopem 401
Ducere se foras 510
Duci falso gaudio 18
Ductare aliquam gratis 416
Duo cùm idem faciunt, hoc licet impunè facere huic, illi non licet 356
Durare nemo hîc potest 333
Duras dabit 222
Duriter se habere 290
Duras fratris partes prædicas 120

E.

E Flammâ cibum petere 131
E medio excedere 519
Ere natâ meliùs fieri haud potuit 311
Eat 509
Ebrii hominis ὑποτύπωσις 150
Edere in aliquem exempla 176
Edormiscam hoc villi 354
Edulia, quæ Dea apud antiquos? 381
Effectum dabo 107
Effectum reddam 63
Efferri dicuntur cadavera 13
Effluere, pro palam fieri 102
Effringere fores 295
Effutire foris 437
Egestas me impulit 436
Egomet meo indicio miser, quasi ferex, hodie perii 176
Ego meorum solus sum meus 424
Ego videro 41
Egredi nihil officio suo 434
Egregium, quid? 9
Eho, Interjectio admirantis 11
Ejicere animum patris 269
Elapsus est Bacchidi 480
Elegans formarum spectator 136
Elephanti Indici 126
Elegantia Attica 183
Emergere 136
Emergere ex malis 50
Emergi indè non potest 312
Emissa est manu 446
Emungere argento aliquem 431
Emoriri risu 127
Enecas me 59
Eniti pro aliquo 414
Ephebi, qui? 9
Epidicazomenos Comœdia 380
Ἐπιδικαζόμενος, quid? ibid.
Equos alendi cura 9
Eripere aliquem ex crimine 402
Erras totâ viâ 110
Erubuit: salva res est 342
Erumpere gaudium 135
Erumpet in nervum 403
Est alicujus rei 318
Est in proclivi 63
Evadere, quid? 17
Evenit præter spem 60
Eunuchus sua 96
Evolvere se omni turbâ 150 *ex turbis* 445
Evomam in eum iram hanc 313, 329, 507
Ex animo alicui velle 270

Ex animo quid dicere 105 *facere* 71, 292
Ex ephebis excedere 9
Ex homine natus 129
Ex sententiâ obtigit mihi 247
Ex usu tibi est 205
Ex usu tuo est 181
Exacta ætate 360
Exacta fabula 470
Exanimis vel exanimus 14
Exaugere alicui animum 207
Excerpta, quæ? 432
Exceßit è medio 457
Excidere uxore 39
Excidere, quid? ibid.
Exclude oculum 458
Excoctam atque atram reddere 358
Excruciare aliquem 392
Excruciat me animi ibid.
Excutere se 424
Excutere alicui lachrymas 201
Exedent illum assiduè 227
Exemplum aliis esse 352
Exemplum capit de te 59
Exemplum, quid? 170
Exempla in aliquem edere ibid.
Exequi imperium alicujus 242
Exequias Chremeti ire 461
Exerceo, quid? 199
Exercebo te, ut dignus es 336
Exercere sumptum, vel victum 199
Exercitum dimittere 160
Exigere vitam 212
Exsilii ad te 244
Eximere scrupulum, quid? 305
Eximium neminem habeam 474
Exsolvere se 250 *suspicione* 517
Exonerare metu 447
Exorare aliquem 105
Exorator, quis? 470
Exoriri, quis dicatur? 484
Exornatum dare aliquem 269
Exossabitur, ubi ego rediero 319
Exossare, quid? ibid.
Expedi hoc mihi 148
Expedi verbo 393
Expedire iram 491 *se ærumnis* 490
Expedire se crimine 528 *ex turbâ* 339
Expergiscere 341
Experiamur hanc 530
Experiri, pro actione mintendere in judicio 317
Expetere, quid? 220
Expetere amicitiam alicujus 411
Expiscari, quid? 408
Explere animum alicui 528
Explere voluptatem suam 474
Explicare frontem 357
Expolita nullâ malâ re muliebri 212
Exponere gnatam 240
Exporrigere frontem 357
Expostulare injuriam cum aliquo 57
Expostulare, quid? ibid.
Expromere occulta sua 236
Exprompta memoria 65
Expurgatu facile non est 489
Exquirere cruciatu quolibet 530
Exsculpere verum 149

Exspectare mortem 502
Exspectati parentes 294
Exspuere miseriam ex animo 125
Exspuere, quid? ibid.
Exstillare lachrymis 457
Exstinguere alicui animam 313
Extinguere puerum 528
Extinguunt formam 386
Extispices, qui? 433
Extortor bonorum 407
Extrahere ex arumnâ aliquem 539
Extraneo conditionem ferre 424
Extremâ lineâ amare 143
Extrudit eo Pamphilum 480
Extrudere, quid? ibid.
Exsulo domo 140

F.

FAba istæc in me cudetur 123
Fabricæ, quæ? 233
Fabricam fingere ibid.
Fabulam inceptat 84
Fabulæ nos sumus 519
Fac periculum 130, 454
Facere fabulas vel Comœdias 5
Facere contumelias alicui 457
Facere versuram, quid? 440
Facessat hæc hinc 428
Facesso, quid? ibid.
Facetus, quis? 126, 231
Facilè agere, quid? 328
Facilè omnes, cùm valemus; recta consilia ægrotis damus 29
Facili patrenti 205
Facilitate nihil homini melius 359
Facillimè agere 328
Facilis & clemens, ut differant? 359
Facinus facere 359
Facinus illiberale 324 *animadvertendum* 69
Facta, transacta omnia 25
Factum velle 365
Fallacia alia aliam trudit 70
Falsus animi est 113
Falsus es ibid.
Fama, quid? 308
Familia, quid? 260
Familia decem dierum 265
Familiaritas intercessit mihi cum eo 424
Familiariter, quo sensu? 14
Familiariter mortem alicujus ferre 13
Farcimen, quid? 111
Fartores, qui? ibid.
Fatuus 181
Favilla 358
Favillæ ac pollinis plena ibidem
Fautrix est familiæ nostræ 179
Fenestram ad nequitiam patefacere 228
Feriri munere, quid? 381
Ferre infortunium 300

Fervere opus, quid? 133
Festivum caput 308
Festus dies hominis 136
Fidem habere alicui 52, 106
Fides, quid? 103
Fides, neque jus jurandum illum represit, neque reflexit 312
Fidibus scire 103
Filiam locare 429
Finem orationi statuere 476
Firmare dotem 280 *fidem* 528
Flagitiis nobilitare aliquem 176
Floccifacere aliquem 116
Floccus, quid? ibid.
Flos, pro vigore ætatis 117
Focus, quid? 160
Fodere noli 506
Fœminæ vereri 457
Fœnerare, quid? 304, 416
Fœneratum beneficium tibi dices 416
Fores crepuerunt à nobis 240
Foris sapere 267
Fore uti 384
Fors fortunæ 447
Fors quod feret, ferendum æquo animo 388
Fortes fortuna adjuvat 393
Fortuna, quid? 447
Fortunæ meæ si eò redeunt 393
Forum, locus ubi causæ tractantur 67
Frangere navem 22
Fratres, qui? 445
Fretus vobis 180
Frigent hîc homines 112
Friget totus 459
Frigere, quid? 133
Frons Genio consecratur 28
Fructi, pro fructus 360
Frugi, quid? 140
Frugi homo es 369
Frustrari se 95
Frustrata est nos fides tua 340
Fucatus sermo, quid? 139
Fucum facere mulieri ibid.
Fucus, quid? ibid.
Fugam ornare 146
Fugere laborem 201
Fugitando miserrimus fui 163
Fugitans litium 427
Fugitans, quam vim habeat? ibid.
Fugitant facere 246
Funambuli, qui? 469
Functus officium 236, 326
Funda, quid? 157
Fundere verba 352
Funditùs perire 24
Fundus, quid? 251
Funus quid, & unde dictum? 13
Furciferi, qui? 55
Furti se alligare 159
Furum manipulus 156
Futile, quid? 54

G.

Gallina cecinit 433
Gallina in quâ domo caneret, superiorem marito esse uxorem, veteres existimarunt ibid.
Ganeo 318
Ganeum ibid.
Gannire, quid? 333,462
Geminabit, nisi caves 299
Genua Misericordiæ consecrantur 28
Gerræ, gerrones 278
Gerunt pueri iras inter sese 493
Gestare in sinu 347 *in oculis* 125
Gestire, quid? 136
Gladiatores, qui? 472
Gladiatores dare ibid.
Gladiatorio animo ad me affectant viam 456
Gloriare evenisse ex sententiâ? 254
Gradu suspenso ire 449
Grandis, ad ætatem refertur, non ad corpus 344
Grandiuscula est 73
Gratiam inire 136
Gratiam parem referre 149
Gratulantur adventum 112
Graviter ferre 488
Gravius in aliquem quid dicere 79,297
Gravius ferre 99
Grex, pro actorum turbâ 192
Gynæceum, quid? 449

H.

Habeat 80
Habes omnem rem 482
Habet, id est, vulneratus est 11
Habitudo corporis 110
Hæreat pugnus in malâ 299
Hæreditas ad hos redit 480
Hærere, quid? 163
Hærere in parte apud aliquem 179
Hæsitare in eodem luto 440
Hariolari 302
Hariolus, quis, 433
Haruspex, haruspices ibid.
Haud muto factum 8
Haud sic auferent 325
Heautontimorumenos 189
Hecyra 469
Helluari, helluo 278
Hercules servivit Omphalæ 177
Hilarem hunc sumamus diem 311
Hilarum fac te 351
Hilaris, a, um, Hilaris, e ibid.
Hinc illæ lachrymæ 14
Hoc age, qualis vox? 39
Hoc agere, quis dicatur? 305
Hoccine agis, an non? 18
Homine imperito nunquam

quidquam injustius 294
Homini homo quid præstat! 109
Homo perpaucorum hominum 125
Homo pistrino dignus 232
Homo si sis 294
Homo sum: humani à me nihil alienum puto 194
Homuncio 139
Horrida virgo 386
Hospes, pro amico externo 331, 503
Hostibus hoc eveniat 276
Huc vicinia 10
Huic mandes, si quid rectè curatum velis 319
Hujus non est veritus 457
Hujus non faciam 298
Hujus quid quid feci 106
Humanè vix patitur 297
Hymenæum cantare 364
Hymenæus, quis fuerit? ibid.

I.

In malam rem hinc 454
Ibit ad illud illicò 228
Id populus curat scilicet 18
Ignoscentior animus 243
Ignotum est, tacitum est 326
Ilicet 120, 271
Ilignis pedibus lectuli 336
Illiberaliter aspernari 407
Illicere in fraudem 82
Illudo, quomodo construatur? 169, 252
Illum, ut vivant, optant 360
Illuvie immunda 213
Imber aureus 138
Imbrus 480
Immeritissimus 400
Immisericorditer factum 343
Immortalitas mihi parta est 87
Impedire se nuptiis 412
Impeditum expedire 55
Impeditus, quid? ibid.
Impellebant me causæ leves 503
Impellere aliquem ad laborem 208
Impendent te mala 391
Impendiò, pro multò 138
Impensè, pro maximè 126
Impensè cupere 372
Imperare sibi 111
Imperium, quod amicitiâ adjungitur, stabilius 291
Impertior quomodo construatur? 314
Impertire aliquem plurimâ salute 112
Impertiri heram malo 314
Impetrare quid cum gratiâ 39
Impingere alicui dicam 411
Implorare fidem alicujus 327
Impluvium, quid? 433
Importunus, quis? 23
Impotenti animo esse 79
Imprudens & insciens, ut differant?

ferant? 242
Impunè optare quid 506 *quid habere* 163,175
Impuratus ille 430
Impurus, quis? 241
Imus, venimus, videmus 386
In aurem utramvis otiosè dormire 217
In clientelam & fidem se dare 178
In commune consulere 49
In conspectum mihi dari gestio 398
In diem abire 440
In diem minitari 175
In dubio est vita 33
In eodem ludo doctę 483
In funus prodire 13
In honorem, pro in honore 112
In insidiis ero, vel in subsidiis 395
In ipso articulo, quid? 305
In jus ambulare 454
In lautâ & benè parte auctâ esse 256
In malam crucem abi 407
In manibus gestavi 334
In manum dare, quid? 28
In manu est tibi 508
In manu non est meâ 522
In manum quid vis dari tibi? 428
In medio esse, quid? 326
In medio est mater virginis ibid.
In memoriâ habeo 8
In nervum erumpet 403
In nervum ire 432
In oculis aliquem gestare 125
In ore est omni populo 293
In os laudare 309
In portu navigo 44
In proclivi est 63
In rem est utrique 49
In rem nostram est 476,487
In sinu gestare, quid? 347
In tempore venire, rerum omnium primum est 218
In tranquillo est amor meus 178
In tuto est omnis res 309
In vado est jam omnis res 76
In viam redire 19
In vitâ alicujus laudem quarere 214
Incendere aliquem 392 *animum* 219
Incendor irâ 513
Incensam tibi dabo 457
Inceptio est amentium 22
Inceptare facinus 238
Incertus animi 477
Incessit te nova religio 66
Incidere, pro in mentem venire 34
Incommodare alicui 16
Incommodè mihi nuptiis evenit 536
Incurvus & tremulus senex 119
Inde usque à pueritiâ 202
Indicente me 328
Indicio de se ipso erit 287

Indiligens ne nimium fis 345
Indotata virgo 316
Induci, quis dicatur? 250
Inducia, quæ? 98
Induco animum meum 488, 489
Indulgebant te 273
Indulgeo me nimis 108
Indulgere genio, quid? 381
Indulgere vestitu 291
Indulges illi nimium 261
Induxerunt me promissa ejus 250
Iners, quis? 278
Inescare homines 304
Infamem fieri flagitiis 278
Infamiæ ea res est mihi 41
Infectâ pace 97
Inficias ibit 315
Inficias ire, quid? ibid.
Infortunium ferre 300
Infrà infimos omnes est 131
Infringere alicui colaphos 302
Ingenium est omnium hominum à labore proclive ad lubidinem 10
Ingenium par nactus est 480
Ingenium plumbeum, quid? 263
Ingerere mala multa 57
Ingluvies, quid? 169
Inhumano ingenio esse 164
Injicere scrupulum alicui 305, 456
Inimicis istud fiet 276
Inimicitias suscipere cum aliquo 485
Inimicum aliquem habere 105
Iniqui patris est 18
Iniquus præ studio 74
Inire gratiam alicujus 364
Inire falsam gratiam 213
Initiare infantem 381
Initum verbis beneficium 74
Injuria, quid? ibid.
Injuria una est tecum. 458
Injurium est 294, 474
Injussu meo 396
Innuere alicui 151
Insanire cum ratione 98
Inscribere ædes 199
Inserere manum in sinum alicui 235
Insimulare herum avaritiæ 406
Insimulare aliquem durum 204
Insistere viam, & Insistere viâ 115, 393
Insolens, quis dicatur? 82
Inspicere tanquam in speculum, in vitas omnium 322
Instare factum 15
Instituere in animum 289
Instructa pulchrè ad perniciem illa est 226
Instructa mihi sunt in corde consilia omnia 402
Insultare calcibus fores 181
Integra virgo 479
Integra scit hoc malum 61
Intendenda fallacia in senem 230

Intendere, quid? ibid.
Inter vias 142
Interceßit ægritudo huic gaudio 87
Intercipere, quid? 99
Interdiu 331
Interminata ſum tibi 161
Internuncius, quis? 114
Intertrimentum, quid? 225
Intervenire, quid? 66, 321
Intervenire de improviſo 321
Intimum aliquem habere 102
Intimus alicujus conſiliis 51
Introrumpere 173
Invenuſtus, quis? 24
Inverſa verba 219
Inultum auferre 55
Involare alicui in oculos 144
in capillum 163
Iocularium malum 70
Iovis aurei & Danaæ fabula 138
Iracundiâ ardere 313
Iracundia & ira, ut differant? 492
Iracundus & iratus, ut differant? ibid.
Ira inter eas interceſsit. ibid.
Iram minue 411
Irati egregia deſcriptio 313
Ire per extentum funem 469
Irritatus ita ſum 397
Irruere, quid? 157, 333
Irrucre in ædes alienas 293
Iſtæc in me cudetur faba 123
Iſtuc ætatis 197
Ita fugias, ne præter caſam 439
Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes 277
Iter illi erat in Lemnum 383
Iter hac habui 180
Itiones crebræ & manſiones diutinæ 460
Iudicat me ex aliarum ingeniis 106
Iudicium cras eſt mihi 119
Iugulare aliquem ſuo gladio 368
Iugulare aliquem, pro mutum reddere 126
Iunceæ 117
Iuno, à juvando *dicta* 43
Iuno Lucina fer opem ibid. & 327
Iurgare 292
Ius ſummum ſæpè ſumma eſt malitia 256
Iuſta injuſta 371
Iuvare aliquem conſilio 195

L.

Labaſcit 105
Labefactari, quid? 132
Laborat è dolore 26
Labore alieno magno parta gloria 114
Laborem inanem capere 496
Lacerare aliquem variis modis 313.
Lacrymæ illi illicò cadunt, quaſi puero, gaudio 331
Lacrymula falſa 98

Lacrymæ gaudio 322
Lactare aliquem 58 *alicujus animos* 83
Lacus, quid? 336
Ladere, quid? 378
Ladere nulli os 360
Lanâ ac telâ victum quæritans 10
Lanii, qui? 111
Lapis, de homine ignavo & bruto 259, 266, 484
Largitas subita 371
Largiter de te 367
Latere tecto abscedere 245
Laterem lavare 392
Lavandi se in balneo, ac postea ungendi, singulis diebus antequam cibum caperent, veterum erat consuetudo 138
Lautum peccatum venire 457
Lecti olim erant exemptiles, quos hinc inde deportabant 265
Lectorum usus post balnea apud antiquiores 138
Lectis quot veteres cœnitantes discumberent 198
Lectulis stratis antiqui cœnitabant ibid.
Lectos sternere ibid.
Lectulos jube sterni 310
Lemnus, qualis insula? 383
Lenire alicui miseriam 198
Lenitas, quid? 17
Leno impurissimus 384
Lenones suâ lege utuntur, quâ semper commodum est *prius, quàm fides* 420
Lepidum caput 422
Lepor sive lepos, quid? 86
Lepus tute es, & pulpamentum quæris 126
Leves homines, qui dicantur? 528
Libenter vivere & victitare, quid? 181
Liber, pro vino 151
Liberalis causa, & liberali manu asserere 302
Liberaliter servire 8
Liberare fidem, quid? 101
Liberos, pro filiâ 484
Libertos faciendi ritus apud Romanos 8
Libertus, quis? 8
Libertus ingratus olim in servitutem revocabatur ibidem.
Libido, quid? 205
Libido multa fert 236
Licet per ætatem 294
Limis specto 140
Linea extrema amoris 143
Linere, quid? 226
Lingua hæret metu 172
Lingua tua facilem benevolumque jam tibi me reddidit 529
Liquidò jurare 66
Lirare, quid? 351
Litera, quę? 130
Lites sequi 73
Locare virginem nuptum 437
Locitare foras 367
Loco sibi cavere 157

Locum, quem abeuntes relinquebant, salutandi mos apud veteres 401
Logi 416
Longinquitas ætatis obstat illi 516
Lorum, lora 300
Loris cur servi cædirentur? ibid.
Lucina, unde dicta? 43, 327
Luculenta forma 231
Luculentum, quid? ibid.
Ludere, id est, vivere & moveri 319
Ludere aliquem 71, 342
Ludi Megalenses, qui? 1, 90, 184, 465
Ludificari aliquem 455
Ludificatus est virginem 144
Luditur opera 403
Ludorum genera apud Romanos. 1
Ludos facere 455 *præbere* 174
Ludum jocumque dices fuisse illum alterum 115
Ludus, quid? 385
Lupo ovem commisisti 161
Lupum auribus tenere 417
Lupus in fabulâ 331
Lupus si quem prior viderit, is repente obmutescere dicitur ibid.
Luxu perditus 351

M.

Macerabo me ibi biduum 105
Macerare, quid? 519
Maceria, quid? 364
Mactare aliquem infortunio 462
Maculam hanc nos decet effugere 368
Magis ex usu 181
Magnificare se ipsum 488
Magnificè se efferre 249
Magnificè tractare aliquem 234
Magno conatu magnas nugas dicere 241
Majores, qui? 322
Majuscula est 133
Mala, quid? 299
Mala mens, malus animus 16
Malam rem! abis hinc? 134
Malè audire, quid? 379, 406
Malè audit vulgus mulierum 517
Malè conciliate 146
Malè est animo 343
Malè hoc me habet 40, 85
Maledictis deterrere 378
Malum hoc ad salutem convertì non potest 60
Malum, pro Interjectione 156, 333
Mancipia, unde dicta? 113
Mancipium, pro servâ puellâ ibid.

Manibus pedibusque omnia obnixè facere 16
Manipulus furum, quid? 156
Manumittendi è servitute ritus 8
Mastigia, quid? 353
Matres omnes filiis in peccato adjutrices 273
Mansum oportuit 204
Maturare nuptias 51
Me vide 33
Me indicente 328
Meam facio plebem 363
Mederi cupiditates 445
Medicari sibi 85
Meditari, quid? 38
Meditari causam suam 302
Meditata mihi sunt omnia mea incommoda 397
Medium arripere aliquem 313
Megalenses ludi, qui? 1, 90, 184, 465
Meliuscula est 496
Memini videre 40
Memoriter cognoscere 167
Mensis agitur hic jam septimus 500
Mentem vobis meliorem dari 323
Mentiri non est meum 233
Meorum solus sum meus 424
Mercatus, quid? 305
Mercenarius, quis? 332
Mereo vel mereor te 195
Metui à Chrysside 12
Metuo, ut subsitet hospes 83
Mihi sic est usus, &c. 194
Mihi habitat 343
Mille, quid? 238
Mina, quid? 452
Minerva ex capite Iovis nata 278
Minuere consilium suum iram 518, 411
Misereat te inopis 277
Miseriis ferundis natus 332
Missa hac fac 364
Missum me face 60
Missum te facimus 455
Mittas solicitudinem istam 202
Mœchis quod solet, scilicet fieri 170
Molæ quando repertæ, aliæ asinariæ, aliæ trusatiles 20
Molliri nequit precibus, &c. 416
Mollis, quis? 108
Mollis frontis, qui? 159
Molliter te curasti 352
Mollities animi ejiciunda 108
Monitor, pro vocatore ad cœnam 201
Monstra cur veteres celare soliti? 511
Monstri aliquid alunt 25
Monstrum, quid? 145
Montes auri polliceri 383
Monumentum pro sepulchro 95
pro literis, &c. 153
Morari convivas 201
Morbus amplior factus est 494
Morbus me detinuit 423
Mordere, pro obtrectare 125

Mordet hoc me 355
More hominum evenit 88
Morem gestum oportuit 304
Morigerari alicui ibid.
Mors consecuta est miseram 437
Mos gerundus est Thaidi 106
Move ocius te 167
Moveo ego istæc, aut curo? 83
Mulctare aliquem malè 155
usque ad mortem 293
Mulier, pro homine effœminato 121
Mulier mulieri magis congruet 435
Mulieres adversantur viris 483
Mulierum natura describitur 208
ingenium 160
Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquum est ferre 536
Munerarier ancillas 213
Musica ars, id est, Poëtica 470
Musicum studium pro Poëtico 190
Mussitanda injuria adolescentium est 303
Mussitare, quid? ibid.
Mustellinus color, quis? 147
Mutatio fit 520
Mutilare, mutili boves 474
Mutire, quid? 46
Mutuas operas tradunt 399
Myconius Callidemides 503

N,

NÆ, *affirmandi particula* 206
Narrando malè quidvis depravari potest 432
Narrare surdo fabulam 206
Nata nunc demùm istęc oratio est 355
Natus huic rei 332
Navigare re ipsâ incommodum est 502
Navigo in portu 44
Ne gravere 367
Ne pręter casam 439
Ne quid nimis 9
Natura hominum ita comparata est, aliena ut meliùs videant & dijudicent, quàm sua 229
Nebulo, quid? 157
Nec, quid me nunc faciam, scio 55
Negligere pecuniam 304
Negotium, quid? 5
Nemesis, qualis Dea, & cur Rhamnusia *dicta?* 84
Nemo, in fœminino genere usurpatur 46
Nemo homo 135
Neptunus quis fuerit, & unde dictus? 354
Nervos intendas tuos 117
Nervus, quid? ibid.
Nil suave meritum est 401
Nil tam difficile est, quin

quærendo inveſtigari poſſit 246
Nihil niſi ſapientia es 320
Nihili pendere 100, 325
Niſi me animus fallit 240, 436
Niti, facere, experiri 328
Nobilis, quid? 206
Nobilitare aliquem flagitiis 176
Nobilitatem ex eo ſibi natam ſcit 532
Nodum in ſcirpo quaris 85
Nolle factum, quid? 512
Nollem factum 299
Nolo, volo, &c. 456
Nomen profitetur ſuum 94
Non cauſam dico 399
Non fit ſinè periculo facinus magnum & memorabile 214
Non licet hominem eſſe ſapè ita ut vult 245
Non pœnitet me famæ 530
Non rete accipitri tenditur 403
Non uſus facto eſt mihi nunc 494
Non uſus veniet, ſpero 234
Noſtri noſmet pœnitet 391
Nova figura oris 117
Novitiæ puellæ 138
Novum animo accidit 397
Nox & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent 326
Nox prima 535
Nubentium de luctio veſperi & noctu fiebat 52, 268
Nugas magnas dicere 241
Nulli conſilii ſum 54
Nummûm mille dare 239,
Nullum eſt jam dictum, quod non dictum ſit priùs 96
Nullus ſum 53
Nunquam ita quiſquam bene ſubductâ ratione ad vitam fuit 319
Nuperanotitia 192
Nupta meretrici hoſtis eſt 531
Nuptias nimis ſanctas facere 363
Nuptiales Dii, qui-nam? 23
Nuſquam gentium 332

O.

O Cœlum, ô terra, ô maria Neptuni! 354
O feſtus dies hominis? 136
Ob rem 419
Obfirmare ſe, quid? 280
Obfirmare viam 505
Obgannire, quid? 462
Obgannit ei ad aurem ibid.
Objicere alicui lætitiam nec opinanti 202
Obire mortem 22
Obitus, quid? 538
Oblectare ſe in eo 290
Oblectes te me 105

Obnixè 16
Obnoxius uxori sum 492
Obnuntiare & annuntiare, ut differant? 332
Obolus, pro exiguo pretio 34
Obsaturabere istius 262
Obsecundare in loco 372 *alicui* 258
Obsequi alicui 16, 74 *studiis aliorum* 10
Obserare, quid? 154
Obserare ostium ibid.
Obsidere domi 348
Obsitus pannis annisque 109
Obsonare cum fide 369
Obsonium, quid? 34
Obstat meæ voluptati 85
Obstetrix, quæ? 28
Obstinatè operam dare 24
Obstupuit animus timore 339
Obticere à tacere & reticere, ut differat? 161
Obtrudi, quo sensu? 25
Obtundere, quid? 33, 136 418
Obtundere Deos gratulando 263
Obturbare 84
Obviam alicui dari 313
Occidunt me, id est, cruciant 363
Occultè id non fert 315
Occupare animum in funambulo 469
Oculi illi dolent 464 *parùm prospiciunt* 436
Oculos dolere, de quo dicatur? 464
Oculos pascere 384
Odio tuo me non vinces 448
Odiosus, quid? 477
Odit se 512
Odium, pro molestiâ 448
Odium tui cepit 484
Odium urbis me percipit 172
Oedipus 19
Offerre injuriam alicui 527
Officio suo nihil egredi 434
Olet unguenta 295
Olfacere, pro deprehendere 321
Omen, quid? 20
Omissiores abire 357
Omisso animo esse 270
Omnes sibi malle melius esse, quàm alteri 40
Omnes, quibus res sunt minùs secundæ, magis sunt nescio quo modo suspiciosi 338
Omnia priùs experiri verbis, quàm armis, sapientem decet 157
Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus 499
Omphale, Lydiæ regina 177
Onerare aliquem injuriis 74
Onerare diem 447
Opera luditur 403
Opera illi vita erat 406
Operæ pretium est audire 22
Operam dare amicis 531

Opere maximo orare 134
Operiere loris 390
Opinionem hanc à me amotam esse volo 47
Oportet, materialiter positum 395
Oportuit communicatum 24
Opportunè & in ipso tempore, ut differant? 519
Opperibor virum 240
Opperiri aliquem 131
Oppertus ne sies horam unam 418
Oppidò, pro valdè 252
Oppignorare filiam 256
Oppressit me nox 330 *in ipso articulo* 305
Optatò advenis 48
Optata loquere 239
Optimè, pro opportunè 166
Opus, pro agriculturâ 108
Opus est facto 45
Orare ab aliquo 76
Oratio, index ingenii 220
Oratio ac stylus, ut differant? 6
Orator & exorator, quis? 496, 470
Orba patre virgo 342
Orbam proximus ducat 387
Orbus, quis? 342
Orcus, unde dictus? 537
Ordo, quid? 109
Ordo, pro conditione, ibid.
Ore quo appellabo patrem? 248
Ornare fugam 146
Ornare verbis aliquid 107
Ornati, pro ornatus 34
Ornatus ex suis virtutibus 300
Os durum 159 *impudens* 139
Os nulli lædere 360
Os opprime 453
Os præbere 304
Os sibi distorquere 146
Oscitantes,, qui? 18
Oscitatio, qui dicantur? ibid.
Oscitatio, quid? ibid.
Otiosus ab animo 404
Otium & cibus quid facit alienus? 112
Otium non herclè est mihi 322, 323
Ovem lupo commisisti 161

P.

Pace quod fiat tuâ 129
Pace infectâ 97
Pædagogi, qui? 388
Palæstra, unde dicta? 415
Palam est 101
Palam fieri 340
Pallas, unde nata? 278
Pallium, quid? 155
Pallium attolle ibid.
Palma victoria signum, & quare? 168
Palma in medio posita 397
Palmam do huic consilio 249
Palmaris sive palmata toga quę? 168,

Palmarium, pro palmâ dignum ibid.
Pando 212
Panem atrum vorare 169
Pannis obsita. 213
Par esse, quid? 513
Par pari referre 127
Par pari ut respondeas 394
Para puero nutricem 525
Parare sese ita 474
Parasitaster, quid? 353
Parasitaster parvulus ibid.
Parasitica ars olim quæstuosissima 110
Parasitorum genus duplex fuit, & quod-nam? ibid.
Parcè ac duriter se habere 290
Parere beneficium 164
Pares cum paribus facillimè congregantur 223
Pars æqua amoris 100
Parsi perdere 490
Partes dare alicui. 189
Partes priores apud aliquem habere 103
Parturire, quid? 327
Partus primus difficilis 23
Parvi pendere 48
Pascere oculos 384
Passus, unde? 212
Pater ac dominus hoc interest 292
Pater illi tues naturâ, consiliis ego 296
Paternum istuc haud dedisti 324
Patrissas 334
Patrocinari indotatis 455
Patronum sibi capere 165
Patronus, quis? 155, 165, 178
Patrueles, qui? 408
Paupertas onus & miserum, & grave 385
Paululum vobis accessit pecuniæ 509
Pauxillulum nummorum 381
Pax! Interjectio silentii vel approbationis 212
Pax, Adverbium Comicum 249
Peccando detrimenti nihil fieri potest 485
Peccato mihi ignosci æquum non est 526
Peccatum magnum, at humanum 345
Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum 304
Pedem aliquò ferre 73
Pedisequa 14
Pedum visa est via 403
Pejore res loco non potis est esse, quàm in hoc, quo nunc sita est 316
Penates Dii quales, & eos salutandi mos apud veteres? 401
Pendebit animi 251
Pendo, quid? 200
Penes vos est Psaltria 320
Periculum, quid? 156

Penuria civium 324
Penus 116
Per ætatem licet 294
Per ætatem non potest 101
Per annos parere non potest 366
Per me, id est, me permittente 530
Per me stetit 62
Per tempus advenis 70
Percitus re atroci 498
Percontumax hùc redisti nobis 509
Perculeris jam tu me 122
Perdoluit tandem 104
Percussit animum 14
Percastor 44
Peregrè redire 397
Peregrina, pro meretrice, & quare? 15,43
Perfricare frontem 357
Perfungi re aliquâ 516
Peribis, id est, malè collocabitur 107
Periculum ex aliis facere, sibi quod ex usu fiet 205
Periculum facere 50
Periculum fame fit 272
Perliberalis visa est 538
Permânet hoc aliquâ ad patrem 310
Pernegare aliquid 96
Pernoctare foris 512
Perparcè nimiùm 41
Perpancorum hominum homo 125
Perplexè loqui 160
Perreptare oppidum 348
Persequi jus suum 298
Perscribere argentum 454
Persentiscere 254
Persuadere & suadere, ut differant? 318
Pertendere aliquid 280
Pertentare aliquem 52
Perterrefacere aliquem 17
Pertinax, quis? 508
Perturbavi omnia 53
Perviæ ædes 364
Pervicaci animo esse 512
Pervicax, quid? ibid.
Pes neque mens satis suum officium facit 150
Pessulum ostio obdere foribus 140 212
Pessumdabunt illa me 392
Pessimè in aliquem consulere 225
Petere cibum è flammâ 131
Phalerata dicta 416
Phanocratæ filia 281
Phasma Menandri, quid? 94
Pignori oppositus est ager 429
Piræum 114
Pistrilla, quid? 336
Pistrinum, quid? 20,53
Pitissare, quid? 226
Placidum quàm ovem redde 331
Plagipatidæ, qui? 110
Planissimè prodere alicui filiam 242
Plandite, quid sibi velit?

lit? 89, 183, 281, 372, 464
Plectar pendens 395
Plenus rimarum sum 101
Plumbeum ingenium 263
Plumbeus, de ignavo & obtuso ibid.
Plus agas 194
Plus millies jam audiri 126
Plus hoc facies 108
Pluscula supellectile opus est 430
Pœnitet flagitii 175
Pol haud paternum istuc dedisti 324
Polliceri jusjurandum, quid? 528
Pollicitando animos lactare 83
Pollinis ac favillæ plena 358
Pompa, quid? 252 *pro comitatu* ibid.
Pone pallio apprehendere 449
Popularis, quis? 380
Portamus corpore & animo 32
Portare, quid? ibid.
Porticus, qualia & in quem usum olim ædificia? 335
Porticus apud macellum ibidem
Portitores, qui? 389
Poscere, pro polliceri, spondere 239
Post principia hîc ero 156
Post putavit sibi omnia esse præ meo commodo 308
Posteriores non feram 361
Posteriùs ipse sentiet 297
Posthabui mihi omnes res 453
Potica, quæ Dea? 381
Potiri, cum accusativo 360
Præ manu aliquid dare 370
Præ me contempsi illum 110
Præ meo commodo 308
Præut hujus rabies quæ dabit 116
Præbes te haud illiberalem 362
Præcidere causas omnibus 517
Præcipitato te hac 335
Præcipitem se dare 54
Præfinito loqui 476
Præpediti sumus gaudio nimio, aut ægritudine 229, 230
Præpositam amori tuo me habes 515
Præpositum me iri tibi 103
Præsagire, quid? 208
Præsagit mihi animus aliquid mali ibid.
Præsens, absens ut sies 106
Præsens absensque idem erit 292
Præsens præsenti sibi eripi cùm videbit 344
Præsente te, absente, ut tua domus mihi pateat, postulo 180

Præsenti animo fac hæc dicas 155
Præsidium, quid? 271
Præstabilius mihi fuerat, ubivis gentium ætatem agere, quàm hùc redire 490
Præstat mihi hoc 262
Præstituta dies est tibi 419
Præstolari aliquem & alicui 172
Præter ætatem tuam hoc mihi videre facere 193
Præter æquumque & bonum 291
Præter spem evenit 40
Præterit hoc me 540
Precariò, quid? 117
Precatorem sibi parare 272, 274
Precatores olim servi sibi in gravi noxâ parare solebant, qui dominorum iram placarent, ipsosque supplicio eximerent 272
Prehendendus est Syrus 229
Prendo hominem solum 427
Pretii parvi deputare 532
Pretij maximi homo 362
Prima, quæ? 359
Prima habere 270
Primas partes agere 380
Primulùm 363
Princeps primarum artium 308
Principia exercitus, quænam sint? 156
Pro re nostrâ satis esse decrevi 268
Pro re aliquâ monere 83
Pro ridiculo ac delectamento putare 269
Pro se quisque sedulò faciebant 198
Procare, procax, proci 206
Processisti hodiè pulchrè 370
Prodeambulare, quid? 352
Prodeambulare hùc libitum est ibid.
Prodere, quid? 243
Prodidisti te 345
Prodire in funus 15
Prodire in medium 326
Producere aliquem spe falsâ 58
Producere diem 336
Produci propriè, res venales dicuntur 103, 199
Productores, unde dicti? 199
Produxe, pro produxisse 334
Professores, qui? 94
Proficisci in pistrinum rectâ viâ 53
Profiteri, quid? 94
Profiteri nomen suum ibid.
Profugus, quis? 232
Profundat, perdat, pereat 296
Prohibere aliquem domo 411
Proinde, pro perinde 408
Prolato non est opus 476
Prologus, quid? 469
Prologi officium, quod sit? 190
Prolubium, quid? 371

Promissa appareant 117 *perficere* 87
Promittere, prominari 251
Promovere, pro proficere 57, 167
Promovere nuptias 64
Propino sive præbeo vobis hunc comedendum & deridendum 182
Propitii sunt illi Dii 428
Proprium, pro perpetuo 64
Propter, pro prope & juxta 299, 335
Propter dormire 121
Proruunt se foras 139
Prospicere sibi 336, 462
Protelare aliquem sævis dictis 394
Proterrere hinc 225
Provincia, quid & unde dicta? 230
Provincia illa mihi tradita est ibid.
Provinciam cepisti duram 383
Protervè iracundus es 509
Provolvere mediam in viam 70
Proximus sum egomet mihi 57
Proximis pro præteritis 119
Prudens & sciens, ut differant? 242
Pruna, quid? 358
Publicitùs 457
Pudens animus 197
Pudet, verbum personale 293
Pudore & liberalitate liberi retinendi 291
Pudor, passivè sumitur 26
Pueri inter sese pro levibus noxiis iras gerunt 493
Pueros recens natos initiandi mos 381
Puerorum Æthiopum ministerio delicatiores utebantur 104
Puerpera, quæ? 45
Pugiles, unde dicti? 471
Pugnam dare 166
Pugnaveris 358
Pugnos in ventrem ingere 458
Pugnus in malâ hæreat 299
Pulpamentum quæris 126
Pulsare fores 341
Punctum temporis 392
Putare rem ipsam 355, 434
Putare rectè 15
Putare secum rationes 303
Pyrrhus, Epirotarum Rex, ejusque in acie ordinandâ, ducendoque exercitu, peritia 157

Q.

Quadrupedem constringito 78
Quæsti, pro quæstus 536
Quæstum occipere 10
Quanti est sapere! 157
Quantivis pretii homo 77
Quantum potest 122, 452
Quantus quantus nihil nisi sapien-

sapientia es 320
Quasi quidquam tibi sint viginti minæ 305
Quatietur homo certè cum dono foras 121
Qui, quæ vult, dicit, ea, quæ non vult, audiet 83
Quicquid præter spem evenit, omne id deputandum est in lucro 398
Quid istuc? 51,105,317,368
Quid illo facias? 162
Quid illi credis animi fuisse? 175
Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum, atque æquum sciunt? 243
Quid hoc morbi est? 108
Quid illic hominum litigant? 67
Quid me fiat, parvi curas 249
Quid mulieris uxorem habes? 520,521
Quid si animam debet? 429
Quid si nunc cœlum ruat? 250
Quid tu Athenas insolens? 82
Quiesci illis poterat 62
Quita non est forma in tenebris nosci 514
Quo jure, quâque injuriâ 22
Quod cum salute ejus fiat 330
Quod scis, nescis 150
Quoniam id fieri, quod vis, non potest, velis id, quod possit 29
Quoquò hinc asportabitur terrarum 421
Quot homines, tot sententiæ 412
Quotidiana febris 497
Quotidianæ formæ, quæ? 115

R.

Rapere in pejorem partem 287
Raptio, rapina & raptus, ut differant? 317
ad Rastros res rediit 267
Rastrum, quid & unde dictum? 195
Rationem inire 405
Ratiuncula erat ei 380
Ratum habere, quid? 512
Ratum quod modò erat, irritum est 456
Re benè gestâ 353
Re comprobare beneficium 74
Receptare, Receptatores 527
Receptare se in tectum 271
Recipio ad me 280
Recta qui prava faciunt, his nunc præmium est 439
Reddere & restituere, ut differant? 152
Redigam vos in gratiam 457

Redi-

Redigere aliquem ad inopiam 267
Redigere ad memoriam 408
Redire ad ingenium 477
Redire ad se 56
Redire in viam 19
Reditio 146
Reducem aliquem in patriam facere 222
Reduces, qui? ibid.
Refellere, quid? 387, 409
Referire aliquem 334
Referre gratiam alicui 123
Referre dennò fabulam 472
Referri non potest satis pro merito ab illo tibi gratia 404
Refert id meâ minimè 361
Refixerit res 306
Reges & reginæ, prò divitibus 104, 383
Regis significata 404
Regnum-ne hîc tu possides? 300
Rei alicujus est 318
Rei operam dare 293
Rei servire 485
Rejectus negligenter circum caput capillus 212
Rejicere aliquem ab studio ad famem 379
Rejiciet nos 434
Relevabis illi animum 338
Relevi dolia omnia 226
Religio, pro metu & nimiâ curâ 85
Religio Veterum in auspicandis negotiis seriis 132
Religio est dicere 206
Religio nova in te incessit 66
Religiosæ sunt mulieres 243
Religiosus, quis? ibid.
Relinere, quid? 226
Relinqui res, quid? 38
Reliquiæ hujus generis restant 324
Rem cùm videas, censeas 277
Rem divinam facere, quid? 132
Rem facere, quid? 304
Rem gerere, quid? 353
Rem habere cum aliquo cum hospite 525 102
Rem ipsam putemus 355
Remedium solus mearum miseriarum est 311
Remedium alicui malo invenire 43
Remissâ-ne opus sit vobis, an reductâ domum, vosmet videte 522
Remittis nullum tempus 193
Remotus est jam propè ab studio, atque ab labore 470
Remorari alicujus commodum 66 *aliquem* 116
Reprehensus.i.resumptus 288
Repressi me 340
Repressit neque reflexit illum fides 312, 313
Reprime iracundiam 354
Reprimere se 203
Reptare, quid? 348
Repudiatus repetet 25

Repudio consilium 66
Repudium remittere 454 *renuntiare* 430
Reputare secum rem rectâ viâ 41
Res, pro utilitate 49, 476 *pro experientiâ* 359
Res alias agis 120
Res composita est 349
Res est adhuc tranquilla 415
Res est in vado 76
Res illa tibi vertat malè 301
Res nata, quæ dicatur? 311
Res omnibus nobis ut dant sese, ita magni atque humiles sumus 499
Resarcietur vestis 295
Rescindi non potest, quod sit factum legibus 412, 413
Rescribere, quid? 454
Rescribi jube rursum argentum ibid.
Reserare, quid? 154
Resipiscere, quid? 260
Resipisco 62
Respice me in tuis secundis 89
Respicere 58 *se* 193, 266
Respicit nos 317
Restim ductare 350
Restinguere verba 98
Restituere & reddere, ut differant? 152
Restituere in integrum 412
Restituere rem impeditam & perditam 56
Resupinare aliquem 449
Reticere, obticere, & tacere, ut differant? 161
Retrahere aliquem à studio 378
Retrahere ad se fugitivum argentum 246
Retundere alicujus animum 268
Revereri imperium alicujus 396
Revisо, quid? 38
Revolutum te in eandem vitam denuò video esse 523
Rex parasiti, quis dictus? 404
Rex te in oculis gestat 125
Rhamnus 84
Rhodus 101
Ridendo te defessa sum 174
Ridiculum, quid? ibid.
Ridiculum caput 35
Rimarum plenus sum 101
Ringi, quid? 404
Riscus, quid? 153
Risu emoriri 127
Rivales, qui? 112, 181
Ruere, quid? activam habet significationem 314
Rufa virgo, quæ? 281
Rumpere se ambulando 503
Rumpi, qui dicantur? ibid.
Rursum prorsum cursari sentio 493
Rus, pro villâ rusticâ 133

S.

Sacellum, quid? 335
Sacrilegus, quis? 309
Sacrilegium, quid? ibid.
Sævis dictis aliquem protelare 394
Sævus & tristis, ut differant? 360
Sagire, quid? 28
Sal & sales, quid? 181
Salem qui habet, qui inte est 125
Salsamenta hæc fac macerentur pulchrè 319
Salva res est 112, 342
Salus à Romanis, ὑγίεια à Græcis pro Deâ culta 351 *ejus ædes* ibid.
Salus ipsa si cupiat, servare prorsus non potest hanc familiam ibid.
Salutare, pro adorare 401
Salutem alicui malo quærere 312
Samus 101
Sandalium 177
Sanio solus servat domi 156
Sanus-ne es? 83
Sapienti dictum sat est 420
Satagere rerum suarum 206
Satago, quid? ibid.
Satias cœpit fieri 172
Satias jam tenet studiorum istorum 516
Satin' omnia ex sententiâ? 398
Satis sanus es! 366
Satis pro imperio 393
Satisfaciendi formula, quæ fuerit olim? 299
Satrapæ apud Persas qui fuerint, & quod eorum officium? 226
Satura atque ebria cùm tu eris 530
Satur sum omnium rerum 352
Saxum volvere, qui dicantur? 182
Saxum hoc satis diu jam volvi ibid.
Scapulas perdidi 384
Scelus, pro sceleſto 54. 144. 169
Scenica fortuna est dubia 470
Sciens & prudens, ut differant? 242
Scire fidibus 103
Scirpus, quid? 85
Scisti uti foro 384
Scitum herclè hominem 111
Scitum hoc est 204, 205
quàm Scitum est? 445
Scitus puer 44
Scortari crebrò 204
Screatus, quid? 219
Scriptura, quid? 287
Scrupuli, quid? 305, 456
Scrupulum eximere, quid? 305
Scrupulum alicui injicere ibid. & 456

Scrupulus unus etiam mihi restat 85
Sectari lites 410
Secundæ res cùm sunt maximè, omnes tum maximè meditari secum oportet, quo pacto adversam grumnam ferant 397
Secundus, quid? 207
Sedere, propriè dictum de virginibus, quæ conditionem non reperiunt 344
Segnitia & socordia, ut differant? 21
Segregatum illum habui 528
Senectus ipsa est morbus 423 *nimiùm ad rem attenta* 357 *verecundos facit* 461 *unum vitium adfert* 357
Senectutis præsidium soboles 477
Sentiet ipse posteriùs 297
Sentus & squalidus, qui? 105
Sepulchrum, unde dictum? 141
Sepultus sum 455
Sera, quid? 154
Seriæ, quæ? 226
Sermo, animi index 220
Sermonem occipere 141 *quærere* 133
Sermones cædere 208
Servibo commodis matris 508
Servi causam orare lege olim prohibiti 400 *item dicere testimonium* ibid.
Servi in cellis olim habitabant 116 *in noxâ duo habebant perfugia, aram & deprecatorem* 388
Servorum olim tergum erat flagellorum seminarium 476
Servorum in pistrino degentium viva imago 20
Servos suos Romani ad trabem suspensos virgis cædebant 176
Servire commodis vestris 192
Si Diis placet 167
Si mihi pergit, quæ vult, dicere, ea, quæ non vult, audies 83
Sibi vivere 360
Sic res est, ἔτως ἐχει 52
Silescunt turbæ 354
Silicernium, quid? 336
Similia ecce omnia; omnes congruunt 398
Similis tui & similis tibi, ut differant? 276
Simulare est hominis 349
Simulatio mea non est 255
Simultas, quid? 396
Sinè Cerere & Libero friget Venus 151
Singulatim commemorare 462
Sobrini, quasi sororini 72, 408, 506
Sobrius non es 70
Soccos detrahere 198
Soccus, quid? ibid.
Socors, quid? 21
Socors cæterarum rerum 346
Socrus omnes sunt iniquæ 489

Socrus omnes uno animo oderunt nurus 483
Sodales, qui? 347
Solæ, pro soli 174
Solę terræ 457
Solers, quis? 130
Solidè gaudere 87
Solidum & succi plenum corpus 117
Solidum beneficium parere sibi 164
Sollicitare, quid? 209, 227
Sollicitos omnes habui 227
Solvi vos curis cæteris 485
Solus est homo amico amicus 422
Solus est, quem diligunt Dii 88
Somniare aliquem 106
Somniat ea, quæ vigilans voluit 88
Somnium, pro re futili 416
Somnum videre, qui dicantur? 228
Somnum herclè ego hac nocte oculis non vidi meis ibid.
Sorbillare cyathos 336
Sorbillo, quid? ibid.
Sorex, quid? 176
Sors, quid? 306
Sparsum os, quid? 281
Spectator formarum elegans 136
Spem pretio emere, quid? 304
Spem pretio non emo ibid.
Sperare, pro timere 37
Spero confore 16
Spes mera 388
Spoliare, quid? 474
St nota indicendi silentium 238, 405
Sponsâ domum viri ingressâ, quid fieri soleat? 41
Spondere & despondere, ut differant? 12
Stare dicitur Comœdia, cùm placet 191
Stat sententia 108
Stare cum aliquo 399
Statariam agere 191, 470
Sterquilinium, quid? 419
Stertere noctes & dies 181
Stetit per me 62, 63
Stipes, quid? 263
Stipula, quid? 358
Stipulam colligere ibid.
Stomachari, quid? 118
Stylus, quid? 6
Suadere & persuadere, ut differant? 318
Suave meritum 401
Suavium meum 128
Subagitare amicam alicujus 235
Subducere se alicui 158 rationem ad vitam 359
Subjice, id est, suggere 408
Sublati animi sunt 509
Sublimem arripere aliquem 313
Sublimem hunc intrò rape 78
Submonere, quid? 137
Subolere, pro resciscere 265
Subolet nunquid patri? 414
Subsensi id 227
Subservire orationi 66

Subſternere infanti verbenas 65, 66
Subtemen, quid? 213
Subtemen nere ibid.
Subtriſtis, quid? 41
Subvertit nos animus tuus 357
Succenſere alicui 41, 266, 398, 406
Succenturiati, qui? 395
Succus, quid? 117
Sudabis ſatis 427
Suere quid capiti ſuo 416
Suffarcinata Cànthara 69
Suggerere ſumptum alicui rei 291
Sumere hilarem diem 311
Sumere diem alicui rei 358
Sumere ſatietatem amoris 446
Summa forma 121
Summa rerum ad te ſolum redit 402
Summum bonum, quid? 65
Summum jus ſæpè ſumma eſt malitia 256
Summum ſuum plurimâ ſalute impertit 112
Summus mihi fuit 317
Sumptus, quid? 358
Suo ſibi gladio hunc jugulo 368
Superſtes, quid? 44, 277
Superſtitioſa veterum omina in nuptiis 433
Suppeditare, quid? 181
Suppeditare amori alicujus ibid.
Suppeditare alicui ſumptibus 267
Supponere, quid? 167
Supponere puerum 96
Surdo narrare fabulam 206
Suſpectum ſcio nemini aliter fore 500
Suſpenſo gradu placidè ire 449
Suſpicio de me incidit 339
Suſpicio mihi incidit 34
Suſpicioſi, qui? 338
Surſum, deorſum curſitare 113
Suſurrari audio 70
Sycophanta, quis? 73
Symbola, quid? 134, 404
Symbolæ, quæ & unde dictæ? 11
Symbolam dare ibid.
Synapothneſcontes, qui? 287

T.

Tabeſcere, quid? 38
Tabeſcit dolore ibid.
Tacere, reticere, obticere, ut differant? 161
Talenta quindecim, quot? 199
decem, quot? 86
Talentum, quid & quantum? ibid.
Talentum magnum, quid? 428
Tangere ulcus, quid? 432
Tantidem empta 302
Tardiuſculus eſt 230
Technam illius eſſe ſcio 149
Tecto latere abſcedere 245
Tegere contumelias 480
Tela,

Tela, quid? 10
Telâ ac lanâ victum quaritare ibid.
Temetum, unde dictum? 23, 144
Temperans est minùs famæ ac rei 399
Tempus non esse, quid sit? 141
Tempus ita fert 357
Tempus nullum remittis 193
Temulenta es 144
Tendere, pro pertinaciter contendere 142
Tenet me amor ejus 501
Tentare sententiam alicujus 427
Tentatum advenis 408
Tergo pœnas pendere 251
Tergum suum in alicujus fidem committere 476
Tesseris ludere 349
Texere telam 212
Theatri loca, quomodo sua singulis pro ordine & gradu Romæ attributa fuerint? 471
Thesaurus, pro Comœdiâ 94
Thesauros in sepulchris sepelire mos prisci fuit sæculi ibid.
Tibicina, quæ? 364
Timida, pro commotâ ac turbatâ 143
Tolerare, pro alere 355
Tollere, pro educare 22, 241
Tollere animos 509
Tollere è medio, quid? 326
Tonstrina erat quædam 385
Totâ erras viâ 110
Totus est in amore 336
Tractare aliquem non humaniter 196
magnificè 234
Tradunt operas mutuas 399
Tradita est huic provincia 230
Tranquilla adhuc res est 415
Transcurso opus est in arcem 503
Transdere, pro tradere 378
Transegi 442
Transigant inter se ipsi 509
Transigetur intus 89
Transmovere in se gloriam 124, 125
Trepidari, quid? 493
Tria non commutabitis verba hodie inter vos 428
Tribulis, quis dicatur? 324
Triclinium veterum, quale fuerit? 198
Tristis, pro invito 141
Tristis & truculentus, ut differant? 360
Triumphat id seriò 124
Triumpho, si licet me latere tecto abscedere 245
Triumviri monetales cris 136
Tuâ quod nihil refert, percontari desinas 533
Tuber, quid? 307
Tui carendum erat 222
Tumulti, pro tumultus 34
Tumultuari audio 495
Tundendo atque odio effecit 477
Tundere, quid? 314
Turba, pro tumultu & multitudine

titudine 67
Turbas dare 144
Turpiter se dare cum re aliquâ 108
Tute hoc intristi 402
Tutor facilè mores 526
Tutatur indiligenter mei patris benè parta 441

V.

Vacuum tempus dare sibi laboris 195
Væ. Interjectio qualis? 29
Vagire, infantium est 510
Vagitus, quid? ibid.
Valeat, habeat, vivat cum illâ 80
Valet, atque vivit 224
Validus, quis dicatur? 505
Varia vestis, quę dicta? 147
Vase fictili in sacrificiis Deæ 54
Vestæ, cur usu olim? 54
Vbivis gentium ętatem agere 490
Vecordia, quid? 56
Vecors, quid? ibid.
Vectis, quid? 155
Velle factum, quid? 512
Veneficus, quis? 144
Veneo, quid? 243
Ventulum facere, quid? 139
Venus friget sinè Cerere & Libero 151
Venustatis plenus 537
Verba ad rem conferre 152
Verba dare alicui 21
Verba fiunt mortuo 460
Verba fundere, quid? 352
Verba huc rediunt 104
Verba & verbera tibi parata erunt 218
Verbena, quales herba? 65
Verberibus priùs cædebant extremo supplicio afficiendos 20
Verbis meis huc evoca illam 520
Verbis solvere 209
Verbum, pro proverbio & sententiâ 24,39.105,368
Verbum alicui facere 17
Verecundia, quid? 461
Vereor, ne quid Andria apportet mali 10
Verò, est affirmativè responsionis 31
Versicolor vestis 147
Versuram solvere 449
Vertere, pro in linguam Latinam transferre, vel depravare 94
Verus, pro veridicus 39
Vestitu nimium indulges 291
Veterator, quis? 42,264
Veteres nihil aggrediebantur serium, quin Diis priùs sacra fecissent 132
Veternosus, quis? 147
Veternus, quid? ibid.
Via pervulgata patrum 196
Viceris 80
Vicina & vicinitas, ut differant? 193,375

Vicinitas, pars propinqua amicitiæ 193
Vicissitudo omnium rerum est 113
Vide, quid agas 108
Videlicet. i. videre licet 324
Videre somnum, qui dicantur? 228
Vidissem rectè mihi 392
Vidua, quæ? 453
Vietus, quis? 147
Vigilare usque ad lucem 113
Vilitas, quæ fructus minuit 460
Vilius istoc 370
Villum, quid? 354
Vincto pectore esse 117
Vindicatio in libertatem cui competat? 302
Vindices libertatis, qui? ibid.
Vindiciæ, quæ? ibid.
Vinolentus mulierculam compressit 461
Violentum nullum, diuturnum 291
Vir rarò mulieri fidelis 42
Virgis in noxios utebantur magistratus; loris in servos domini 300
Virgo formâ honestâ 102
Virtutes, pro flagitiis 300
Virum me natam vellem 442
Vis boni ni in ipsâ inesset formâ 386
Vis hæc quidem est 367
Vita hominum est ita, quasi cùm laudas tesseris 349
Vitiare virginem 144
Vitio dare 6
Vitium, quid & unde dictum? 276
Vitium alicui offerre 311
Vitium & calamitas intervenit 469
Vivere, quid? 506
Vivere modò liceat, spes est 272
Vivus, vidensque pereo 99
Vixit, dum vixit, benè 506
Vlcisci adversarios 474
Vlcus tangere, quid? 432
Vlcus hoc tangere, minùs utile fuit ibid.
Vlterior, quis? 425
Vnciatim aliquid comparcere 381
Vnctus, atque lautus à balneis venit 404
Vngendi in balneo ritus veteribus usitatus ibid.
Vnis in ædibus aderit unà 121
Vno verbo aliquid dicere 8
Vnus, a, um, quomodo in plurali usurpetur? 60, 121
Vnum cognôris, omnes noris 398
Vocatores, qui? 201
Vola, pro curre 504
Volvere saxum, qui dicantur? 182
Voluntas vestra si ad Poëtam accesserit 380
Volupe est 426
Votum & vovere, quid? 503
Vrere aliquem malè 127
Vro hominem 113

Vsque, notat longinquitatem loci 129
Vsque, pro assiduè 304
Vsque occîdit. 333
Vsus non veniet, spero 234
Vsus si veniat 234
Vsu mihi venit 383
Vsus mihi sic est 206
Vt, quid denotet? 317
Vt ad pauca redeam 429,478
Vt est audacia 133
Vt homo est, ita morem geras 323
Vt quisque suum vult esse, ita est 321
Vtetur me facili patre 205
Vti foro 384
Vtile minùs fuit 432
Vultus est imago ac sermo animi 498
Vultus quoque hominum fingit scelus 264
Vxor modò nupta noctu deducebatur domum, prælatis facibus 52,268
Vxore herus excidit 39

FINIS.

A01 1464482

Digitized by Google